B. 54.

Digitized by Google

Digitized by Google

EST
S. Justinæ de Patavio
ad usum
D. IGNATII SUAREZ.

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII,

CESAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA

QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR, ad MSS. codices Gallicanos, Vaticanos, Florentinos & Anglicos, necnon ad antiquiores editiones castigata, multis aucta: criticis Præfationibus, nova sancti Doctoris Vita & copiosissimis Indicibus locupletata.

EDITIO POSTREMA VENETA LATINA
Juxta novissimam Interpretationem Parisiensem editam

A DOMNO JULIANO GARNIER,

PRESBYTERO, ET MONACHO BENEDICTINO, e Congregatione S. Mauri,



TOMUS SECUNDUS.




VENETIIS, MDCCLI.

TYPIS GASPARIS GIRARDI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google



PRAEFATIO.

1. FORTASSE nullum est hominum genus, qui magis nocuerint bonis studiis, quam eorum, qui vera sanctorum Patrum scripta cum falsis miscuere. Quot enim mala hinc & olim nata sint, & hodie nascantur, nemo, qui non omnino rerum ecclesiasticarum rudis sit, ignorat. Dogmata obscurantur, fœdantur Moralia, Historia vacillat, Traditio perturbatur, &, ut verbo dicam, si semel apud sanctos Patres genuina cum adulterinis confundantur, omnia inter se confundi necesse est.

2. Ejus, quod dixi, mali frequentiora sunt exempla, quam ut aliqua referre opus sit. In memoriam tamen revocabo impudentiam Apollinaristarum & Eutychianorum, qui cum sua pro sinceris ac germanis sanctorum Patrum scriptis promulgassent, ita totam infestarunt Ecclesiam, ut ejusmodi vulnus coalescere ac sanari necdum potuerit. Nam hodieque tanta est dissensio inter eruditos de quorumdam scriptorum auctore, ut si quis aut magni illius Athanasii Episcopi Alexandrini, aut Julii summi Pontificis, aut Gregorii Thaumaturgi testimonium aliquod proferat, statim audias, qui dicant non Athanasium, non Julium, non Gregorium talia dixisse, sed Apollinarium, cujus olim opuscula quædam summis illis viris subdole tributa sunt, quo facilius simpliciores in errorem inducerentur. Sed, ut nunc de Apollinaristis & Eutychianis taceam, universe dicam innumera incommoda eodem illo ex fonte fluxisse. Videas vel eruditissimos viros, quod in ejusmodi libros subdititios inciderint, quovis potius pervenire, quam quo volunt, eosdemque, interea dum scopum attigisse se arbitrantur, ab eo sæpius quam longissime abesse. Credas aliquando antiquissimos & gravissimos scriptores rerum gravissimarum testes adhiberi, & tamen si res attentius consideretur, hominis & recentissimi & abjectissimi testimonium profertur. Etsi autem illa quasi lues nemini pepercit: tamen nescio quomodo contigit, ut Basilius pejus ea in re quam alii sancti Patres acceptus sit. Ita enim vera ejus scripta permiscentur falsis, ut, nisi alia ab aliis diligenter distinguantur, errandi occasio passim legentibus offeratur.

3. Scio quidem viros doctissimos duobus abhinc sæculis in eo egregiam operam posuisse, ut apud sanctos Patres sincera ab adulterinis secernerentur, eoque successu rem gessisse, ut rebus per se obscurissimis maximam lucem attulerint: sed tamen si quis reliqua diligenter expendere volet, præstabo, non defore illi ubi se exerceat. Dignum sane argumentum, in quod omnes omne studium conferant, cum res omnium gravissima agatur. Hoc autem munus non in quemcumque convenit, sed in eum tantummodo, qui nullo prævio judicio de rebus judicet. Verum paucorum est hæc virtus. Alii enim in criticis disputationibus severiores sunt, quibus nihil probetur eorum, quæ cæteri probant: alii indulgentiores, quibus indiscriminatim placeant quæcumque a vulgo recepta sunt. Utrosque peccare, nemo, opinor, diffitebitur: sed utri magis peccent, alii videbunt. Interea ego, qui eo, quod amplexus sum, studii genere ejusmodi quæstiones criticas agitare cogor, libere quidem meam sententiam proponam, sed ita tamen, ut proprie non judicem, sed eruditorum judicium exspectem ad judicandum. Ita igitur animatus rem aggredior.

§. I. *De oratione secunda in Jejunium.*

4. Nulla est dissentio inter eruditos de oratione prima in Jejunium. Etenim tam elegans est, tamque Basilio digna, ut ei omnium calculis tribuatur: sed de oratione secunda non unum omnium judicium est. Viri doctissimi Tillemontius & Dupinus eam habent pro vero Basilii fetu: a quibus dissentit Erasmus, cujus verba hæc sunt in epistola ad Joannem Cholerum: *Posterior homilia mihi non videtur Basilii, sed studiosi cujuspiam sese ad prioris æmulationem exercentis. Equidem non pugnabo, si quis diversum sentiat; arbitror tamen eruditos, si propius admoverint oculos, meæ sententiæ subscripturos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui notha ac degenerantia summorum virorum titulis obtrudunt orbi.* Quod Tillemontius ait, videri Erasmum posteriorem de jejunio homiliam non ob aliam causam in spuriis posuisse, quam quod in multis cum prima consentiat, credi potest Erasmi epistolam non legisse. Nam ex ejus verbis plane constat eam orationem eo nomine sibi suspectam visam fuisse, quod a prioris elegantia atque festivitate degeneret: in quo eum, ut verum fatear, non omnino a vero abesse puto. Quod addit Tillemontius, posteriorem hanc concionem citari a Joanne Damasceno & ab Euthymio, id non est tale, ut ipsius sententiam multum confirmet, cum adulterina scripta magnorum virorum nomine ab antiquis scriptoribus non raro citari videamus. Ego cum hoc breve opusculum legerem, animadverti alia ex prima oratione sumta esse, alia ex eadem imitata: posteriorem homiliam non inelegantem quidem esse, sed primam elegantissimam: miram quamdam dicendi copiam in prima oratione reperiri, quæ in secunda molto minor est, & ejusmodi, ut si qua ratio hanc homiliam suspectam reddere possit, ea maxime, meo quidem judicio, inde repeti debeat. Hæc autem dum apud me reputarem, eo inclinabam ut hanc orationem inter spuria recenserem: sed cum rursus cogi-
[Lege præf. tom. 1. n. 62. & 64.] tarem auctorem commentarii in Esaiam, qui & ipse quarto sæculo vivebat, ex eadem illa concione non nihil excerpsisse, hærebam. Opus enim tam antiquum non facile rejici debere arbitrabar: eoque minus, quod primo aspectu mihi levia esse viderentur, quæ morosus homo Erasmus objecerat. Postquam tamen rem paulo diligentius consideravi, duasque has de jejunio orationes inter se contuli, facile adductus sum, ut posteriorem in adulterinis ponerem. Nam, ut dixi, posterior priore & elegantia & copia multo inferior est. Atque in hac mea sententia confirmatus sum, cum memini multa in secunda legi, quorum alia ex prima sumta essent, alia ex eadem expressa: quod parum decere existimavi copiosissimum virum Basilium, cui, cum idem argumentum bis inter concionandum tractare vellet, nec res nec verba umquam defuere. Er ne quispiam id temere di-
[Tom. 1. p. 24. & 33.] ctum fuisse suspicetur, velim legat pulcherrimas illas de gratiarum actione conciones, quarum in posteriore nihil repetitur eorum, quæ in priore dicta fuerant.

§. II. *De oratione septima decima in Barlaam martyrem.*

5. Hæc oratio, in qua præconium martyris Barlaam continetur, brevis quidem est, sed ita elegans & ornata, ut ejus auctor, quicumque ille fuit, præstantissimum locum inter oratores mereri videatur. Iidem autem illi, quos antea no-
[Tillem. tom. 9. p. 687.] minavi, doctissimi viri Tillemontius & Dupinus de ea dissentiunt inter se. Tillemontius ipsam tribuit Basilio magno; Dupinus Chrysostomo, sed ita tamen, ut satis
[Dup. tom. 2. p. 544.] habuerit dixisse, hanc orationem ad Chrysostomi phrasim magis accedere, & verisimilius videri eam habitam fuisse Antiochiæ. Suspicari fortasse poterit aliquis, rem parvi momenti esse, nec multum referre, utri adscribatur, cum uterque & fide dignos sit, & eadem auctoritate apud eruditos polleat: sed non ita est. Inde enim omnino pendet quæstio historica, quæ aliter solvi non potest, nisi constet utri adscribi debeat hæc oratio. Etenim si semel Basilio tribuatur, consequens erit, ut merito dicatur martyr Barlaam mortem subiisse Cæsareæ Cappadociæ, & eodem loco sepultus fuisse: si Chrysostomo, fatendum erit sanctum martyrem Antiochiæ & passum fuisse, & sepultum. Et vero, qui Tillemontium sequuti, dicunt beatum martyrem Barlaam Cæsareæ Cappadociæ & mortuum & tumulatum fuisse, nullo alio argumento nituntur, quam quod Basilius, qui Cæsareæ concionatus fuisse creditur, orationem hoc ipso in loco habuerit, ubi fortissimi athletæ tumulus visebatur. Quare si Basilii non sit, ipsorum opinio corruat necesse est. Quod autem

autem orationis auctor, quisquis est, hoc ipso in loco concionatus sit, ubi inclytus martyr Barlaam sepultus jacebat, id negari non potest, nisi ab eo, qui hanc orationem numquam legerit. Ita enim in ea scriptum invenimus non longe ab initio, λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦνται, ταῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενοι, καὶ μυρίους ἐκ τάφων συγκινοῦντες δήμους. τοῦτο δὴ τὸ τοῦ γενναίου σήμερον Βαρλαὰμ πεπραγμένον· ἤχησε γὰρ ἡ πολεμικὴ τοῦ μάρτυρος σάλπιγξ, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ὁπλίτας, ὡς ὁρᾶτε, συνήγαγεν. *Splendidum & apud nos arrhabonem jam obtinent, cum inter divinas acclamationes omnium plausu celebrentur, populumque frequentissimum e sepulcris congregent. Hoc ipsum sane in forti ac strenuo Barlaam hodie factum est. Insonuit enim bellica Martyris tuba, & pietatis milites, ut cernitis, convocavit:* quæ verba ita aperte ostendunt hanc orationem in eo loco habitam fuisse, ubi corpus beatissimi martyris Barlaam humatum erat, ut id non putem probatione indigere, aut expositione.

6. Cum igitur Tillemontius optime videret, si Basilio hæc oratio non tribueretur, suam opinionem necessario ruituram, nihil omisit eorum, quibus probari posset eam ejus esse. Et primum quidem affirmanti Dupino, scriptionis genus magis phrasim Chrysostomi olere, quam Basilii, ita respondet, ut aperte significet se aliter sentire: deinde addit vir doctissimus, non solitum Chrysostomum bis de uno & eodem Sancto sermonem habere. Et quod non nullos magis movere potest, ait eam orationem jam pridem adscriptam fuisse Basilio, cum ejus nomine citetur in Concilio septimo, eidemque tribuatur & a Joanne Damasceno, & a Metaphrasta. Quod pertinet quidem ad similitudinem stili, aut discrepantiam, argumentum, quod inde petitur, validissimum esse nemo, opinor, inficiabitur: sed quod attinet ad auctoritatem Joannis Damasceni & Metaphrastæ, aut Concilii septimi, quilibet paulo humanior novit ejusmodi testimonia talia non esse, ut ex iis aliquid certo concludi possit. Nec magis, ut mihi quidem videtur, valet id argumentum, quod ex consuetudine Chrysostomi peti diximus, cum casus multi sæpe mutandi moris occasionem præbeant. Ergo in eo cardo rei vertitur, ut certo, quantum in ejusmodi rebus fieri potest, a nobis cognoscatur utrius phrasim & morem magis sapiat hæc oratio, Basilii ne, an Chrysostomi: quod nunc nobis examinandum proponimus.

7. Hæc oratio cum brevissima sit, aliqua similitudinis aut discrepantiæ stili vestigia in ea invenire difficillimum est: experiar tamen, si qua indicare possim. Reperio autem vel ipso initio, quæ multo magis in Chrysostomum conveniant, quam in Basilium. Cum enim lego illa, οὐκέτι θρήνοις τοὺς τῶν ἁγίων δορυφοροῦμεν θανάτους, ἀλλ' ἐνθέοις χορείαις τοῖς ἐκείνων ἐπορχούμεθα τάφοις.... λαμπρὸν καὶ γὰρ ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦνται, τοῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενοι, καὶ μυρίους ἐκ τάφων συγκινοῦντες δήμους. *Non amplius Sanctorum mortem lamentis prosequimur, sed tripudiis divinis circum illorum sepulcra choreas ducimus..... splendidum & apud nos arrhabonem jam obtinent; cum inter divinas acclamationes omnium plausu celebrentur, populumque frequentissimum e sepulcris congregent*, audire videor Chrysostomum qui in iis orationibus, quas de sanctis martyribus habuit, passim de eorum sepulcris loquitur. Ejus rei frequentiora sunt exempla apud Chrysostomum, quam ut aliqua referre necesse sit. Contra, cum nuper legerim Basilii de sanctis martyribus panegyricas orationes, affirmare posse puto, nusquam in iis de martyrum tumulis mentionem ullam fieri. Nec longe hujus rei quærenda causa est. Notum est enim ejusmodi sepulcra frequentissima fuisse Antiochiæ: quæ rariora erant Cæsareæ Cappadociæ. Fortasse leve videbitur quod addam, addere tamen non pigebit, illud videlicet, quod in hac concione legitur, καὶ ὡς ἔλεγε τῶν πιστῶν ὁ δεσπότης· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, &c. *et quemadmodum fidelium Dominus aiebat*, Qui
Jon. 11. 25. credit in me, &c. potius videri Chrysostomi esse, quam Basilii. Nam & alibi Scripturam citans Chrysostomus, similem verborum circuitionem adhibet, uti videre licet in ea oratione, quam de martyre Juliano habuit. Ejus hæc sunt verba, καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τὰ φύσει φορτικὰ καὶ ἀφόρητα, ταῦτα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κοῦφα καὶ ῥᾷστα γίνεται, ἀκούσατε τοῦ πρωτοστάτου τῶν τοιούτων ἀγαθῶν λέγοντος, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης
2. Cor. 4. 17. κατεργάζεται ἡμῖν. *Atque ut intelligatis ea, quæ natura sua gravia sunt & intoleranda, spe futurorum levia reddi ac facillima, præfectum talium bonorum audite, qui dicit:* Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis. Et vero notari potest, Scripturam utroque loco per periphrasim citari. Non enim simplici-

ter

Digitized by Google

ter dictum est, καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ δεσπότης, *& quemadmodum Dominus aiebat*, sed, καὶ ὡς ἔλεγε τῶν πιστῶν ὁ δεσπότης, *& quemadmodum fidelium Dominus aiebat*. Rursus non simpliciter dictum est, ἀκούσατε τοῦ κυρίου λέγοντος, *audite Dominum, qui dicit*, sed copiosius, ἀκούσατε τοῦ πρωτοστάτου τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, λέγοντος, *audite talium bonorum præfectum, qui dicit*. Basilius autem, cum e Scripturis aliqua testimonia affert, numquam, quod sciam, simili verborum circuitione utitur. Ergo controversa hæc oratio potius tribuenda est Chrysostomo, qui alicubi, ut ex dictis constat, circumloquutione in citanda Scriptura usus est.

8. Gravius est quod sequitur. Monere ergo juvat nulla alia dicendi formula magis delectari Chrysostomum, quam ea, qua aut verbo φιλοσοφεῖν, aut verbo φιλοσοφίας in celebrandis martyribus utitur. Proferam hoc loco aliqua exempla, ex quibus de cæteris judicari possit: sed si quis per sese rem experiri volet, nullo negotio longe plura invenire poterit, cum id loquendi genus passim in iis, quas dixi, Chrysostomi concionibus adhibitum inveniatur. Chrysostomi igitur hæc sunt verba e concione in martyrem Lucianum, συνιδὼν γὰρ ἐκεῖνος ὅτι πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεως εἶδος κατεγέλασε, καὶ ..... ὅτε εἰς κρημνοὺς ῥίψας, ὅτε εἰς θηρίων ὀδόντας ἐμβαλὼν ἴσχυσε περιγενέσθαι τῆς τοῦ ἁγίου φιλοσοφίας, &c. *animadvertens enim ille, omne suppliciorum ac pœnarum genus ab eo derisum fuisse, seque, neque cum in præcipitia projecisset, neque eum ferarum objecisset dentibus, sancti philosophiam superasse potuisse*, &c. Ea quæ proxime sequitur pagina exempla tria suppeditabit. Unum his verbis expressum, τὸν δὲ ἅγιον τοῦτον ὑποσκελίσαι οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ περιεγίνετο τῆς φιλοσοφίας ἡ κόλασις, *hunc vero sanctum supplantare non potuit, neque philosophiam supplicium vicit*. In altero ita Chrysostomus loquitur, ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, *in terra aliena ac barbara regione tantam philosophiam ostenderunt*. In tertio sic legitur, εἰ τοίνυν οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ δοῦλοι, καὶ νέοι πρὸ τῆς χάριτος τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, &c. *Si ergo captivi, servi, ac juvenes ante legem gratiæ tantam philosophiam præ se tulerunt*, &c. Nec silentio prætereundum, eam loquendi rationem usque eo placuisse Chrysostomo, ut cum hujus orationis initio sacram Scripturam citaret, ea usus sit. Ibi enim ita scriptum invenimus, ὁ περὶ τοῦ πλούτου τούτου φιλοσοφήσας εἰπὼν, ὅτι οὐ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ ὀπίσω αὐτοῦ. *Qui de divitiis istis philosophando dixit, non descendet cum eo gloria ejus post eum*. Et ex ea quoque oratione, qua Chrysostomus omnium simul martyrum laudes celebravit, ejus, quam dixi rei, exempla aliquot referre libet. Ita igitur loquitur præstantissimus orator non longe ab initio, μὴ γάρ μοι τὴν βάρβαρον αὐτῶν φωνὴν ἴδῃς, ἀλλὰ τὴν φιλοσοφοῦσαν αὐτῶν διάνοιαν. *Noli enim barbaram ipsorum linguam spectare, sed animum ipsorum philosophia excultum*. Aliquanto post legitur hoc modo. λόγῳ γὰρ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν οὐδὲν δύσκολον, ὁ δὲ μάρτυς, &c. *Nihil quippe difficile verbis hoc pacto philosophari, at martyr*, &c. Sub finem hujus concionis reperitur & alius locus qui quoque ad rem facit. Est autem ejusmodi, ἀνάλισκε εἰς δέον ὅτ' ἂν ἔχῃς, ἵν' ὅτ' ἂν ἀφαιρεθῇς, διπλοῦν ἔχῃς τὸ κέρδος, τόν τε ἐκ τῆς ἀρίστης δαπάνης ἀποκείμενόν σοι μισθὸν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὑπεροψίας ἐγγινομένην φιλοσοφίαν εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἀπορίας αὐτῶν χρησιμεύουσαν. *Expende illas in res utiles, dum suppetunt, ut cum ereptæ fuerint, duplex tibi quæstus obveniat, tum ob paratam tibi mercedem, quod eas optime expenderis, tum ob acquisitam ex earum contemtu philosophiam & patientiam, quæ tibi tum erit usui, cum illis fueris destitutus*. Et quoniam suscepta est disputatio hæc causa martyris Barlaam, alienum non videtur aliquid proferre ex ea oratione, quam de fortissimo illo athleta Chrysostomus habuit. Primum igitur occurrunt hæc verba, ἀλγῶν δὲ καὶ πάσχων, τὴν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἐν σώματι θνητῷ φιλοσοφίαν ἐνεδείκνυτο. *Sed dolens ac patiens, incorporearum virtutum in mortali corpore philosophiam præ se ferebat*. Deinde offert se illud, εἰ δὲ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα ἀπηγόρευτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς χάριτος, ἔνθα πλείων ἡ φιλοσοφία. *Quod si hæc veteris testamenti tempore prohibebantur, multo magis tempore gratiæ, ubi major est philosophia*. Inter cætera velim legantur quæ Chrysostomus scripsit in strenuissimos martyres Romanum & Julianum, item quæ idem scripsit in beatam Drosidem & in Machabæos: quibus in orationibus præstare ausim repertum iri testimonia multa, quibus quod dixi mirifice confirmetur. Non parum quoque Chrysostomo placet pratorum comparatio in significatione rei gratæ ac jucundæ. Exempla aliquot, ut quidque occurret, subjiciam. Ita igitur Chrysostomus loquutus est in quadam oratione, qua omnes simul martyres laudat, ἀλλὰ κήποις ἐνδιατρίψαι βούλει, καὶ λειμῶσι καὶ παραδείσοις; *Verum enim vero in hortis versari cupis, in pratis & viridariis?* Nec ita multo

infra

infra eum, quem dixi, locum sic rursus legitur, *οὕτως ἀεὶ ἀπὸ τῶν μαρτύρων ἐπανίωμεν, ἀπὸ μύρων πνευματικῶν, ἀπὸ λειμώνων οὐρανίων*, &c. *Ita semper a martyribus revertamur, ab unguentis spiritualibus, a cælestibus pratis*, &c. Discere licet, ut monui, ex ea concione, quæ de sanctissimo martyre Romano habita est, certum quoddam dicendi genus perquam familiare Chrysostomo fuisse: rursus ex eadem locum promam, quo probari possit eam, de qua nunc agitur, dicendi formulam ei quoque non parum placuisse. Ejus autem hæc sunt verba, *καὶ ὥσπερ ἐν ἱερᾷ πομπῇ χορεύοντες, καὶ ἐν λειμῶνι παίζοντες χλοερῷ, οὕτω τὰς τιμωρίας ἕκαστος ἥρπαζον. Et velut in sacra pompa choreas ducentes, & in viridi prato ludentes, ita arripiebat unusquisque cruciatus*. Ad idem confirmandum afferri possunt quæ leguntur apud Chrysostomum in ea quam jam citavimus concione, ubi videlicet omnibus simul sanctis præconium tribuit orator optimus. Sic autem loquitur, *οὐχ οὕτω λειμῶνές εἰσι τερπνοὶ, ῥόδα, καὶ ἴα παρεχόμενοι τοῖς θεωμένοις, ὡς μαρτύρων τάφοι. Non ita nos prata delectant, dum rosas violasque spectandas suppeditant, ac martyrum tumuli*. Ex quibus omnibus, opinor, plane constat prius quidem dicendi genus ejusmodi esse, ut nullo alio magis delectatus sit Chrysostomus, posterius vero inter ea loquendi genera recenseri debere, quæ si non ita Chrysostomo amica essent ut illud prius, at ei tamen multum quoque placerent. Hinc patet vere dici solitum, alios aliis oblectari. Cum enim recens sim a lectione panegyricarum Basilii orationum, affirmare mihi licere arbitror, illud loquendi genus, quo aut verbum *φιλοσοφεῖν*, aut vox *φιλοσοφία* passim a Chrysostomo adhibetur ad virtutem martyrum significandam, ipsum tamen nusquam in iis, quas dixi, Basilii orationibus inveniri. Velim legantur panegyricæ illæ orationes, quas de gloriosissimis quibusdam martyribus habuit vir summus Basilius, ut magis intelligatur verum esse quod dixi. Vidimus quoque Chrysostomum libenter uti pratorum comparatione ad indicandam rem gratam; & tamen ob eam, quam attuli, causam, asseveranter dicere posse videor, nihil tale apud Basilium reperiri in iis concionibus, in quibus ipse præclara fortissimorum quorumdam martyrum facinora litteris prodidit. Imo etiam hæc pratorum comparatio, quæ satis Chrysostomo arridebat, Basilium tam parum commovit, ut ipsum ne in aliis quidem suis orationibus ea usum fuisse putem. Jam redeamus ad controversam orationem, & videamus uter ejus sit legitimus parens, Basilius ne, an Chrysostomus. Illud autem loquendi genus, quod Chrysostomo tam familiare esse ostendi, quo tamen Basilius in laudandis martyribus nusquam usus fuisse comperitur, in ea, de qua agitur, oratione usurpari animadverto. In ipsa enim ita scriptum legitur, *διασκαπτόμεναι πλευραὶ ἐδαπανῶντο, ἀλλ' ἡ τοῦ φρονήματος ἤνθει φιλοσοφία. Perfossa latera absumebantur: sed mentis philosophia efflorebat*. Similiter comparatio illa pratorum, quæ Chrysostomo non ingrata erat, & ipsa quoque in ea, de qua nunc controversia est, oratione a quolibet cerni potest. Sed ipsum auctorem, quisquis est, audire præstat. Sic igitur loquitur, *κολαστήριον ξύλον ὡς σωτήριον ἀσπαζόμενος, κλείσμασι δεσμωτηρίων ὡς λειμῶσι τερπόμενος. Supplicii lignum velut salutare osculabatur, septis carcerum ceu pratis gaudebat*. Quomodo ergo Basilio, cum de martyre Barlaam sermonem haberet, venit in mentem uti quibusdam loquendi generibus, quibus nusquam in certis ac indubitatis suis orationibus usus fuisse invenitur? Nonne longe probabilius est controversæ hujus orationis verum ac legitimum parentem esse Chrysostomum, qui iis, quas dixi, dicendi formulis familiariter uti soleret. Hanc orationem longiorem esse percuperem. Id si esset, sæpius, opinor, tum verbum *φιλοσοφεῖν*, tum pratorum comparatio in ea occurreret; sicque magis intelligeretur ipsam Chrysostomo tribui debere. Accedit etiam, quod Basilius in panegyricis suis orationibus semper utatur voce *ἀνὴρ* ad ipsos martyres, quos laudat, indicandos: Chrysostomus vero in iis quas citavi orationibus & in quibusdam aliis numquam eam vocem hoc sensu usurpat. Ex quo fit, ut hæc concio Chrysostomo potius tribui debeat, quam Basilio.

9. Exstant, ut ex dictis patet, sermones duo in Barlaam martyrem. Unus ab omnibus uno consensu adscribitur Chrysostomo: alter, de quo agimus, in controversiam vocatur. Sed, nisi valde fallor, si quis duas has orationes inter se comparaverit, utriusque eumdem auctorem esse facile intelliget. Auctor enim, quicumque ille fuit, qui hanc orationem pronuntiavit, cum paucis verbis concionari statuisset, nihil aliud sibi proposuisse videtur, quam epitomen quamdam alterius concionis facere. Et vero quidquid in longiori concione de martyrii genere narratur, omne id in altera breviter summatimque dictum est, sic ut dubitari vix possit, quin utriusque orationis unus & idem parens sit. Imo non eadem solum summatim reperiuntur in breviori concione:

sed

ſed eadem etiam verba nonnunquam adhibentur. Et ut ea de re a quovis facilius exiſtimari poſſit, aliqua loca ex utraque oratione exſcribam. In longiori igitur concione ſic legitur, ὁλόκληρον ἐν τῇ δεξιᾷ πυρὰν βαστάζων..... καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἐκείνου κακουργίας ἦν, τὸ μὴ εὐθέως ἐκ προοιμίων χαλεπὰ προσάγειν τὰ μηχανήματα.... ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς μέσον ἀγαγών.....τί τοίνυν ἐστὶ τὸ μηχάνημα; τὴν χεῖρα κελεύσαντες ὑπτίαν ἐκτεῖναι ὑπεράνω τοῦ βωμοῦ, ἐπέθηκαν ἄνθρακας, καὶ λιβανωτὸν τῇ χειρί..... ἔμενε γὰρ ὁ μακάριος Βαρλαὰμ ἀκλινῆ καὶ ἀπερίτρεπτον τηρῶν τὴν χεῖρα.... ἀλλ᾽ ὡς ἐξ ἀδάμαντος πεπηγυῖα, οὕτως ἀπερίτρεπτος ἔμενεν.... καὶ οἱ μὲν ἄνθρακες τὸ μέσον τῆς χειρὸς διατρήσαντες ἐξέπιπτον κάτω, ἡ δὲ ἀνδρεία τῆς ψυχῆς οὐ διέπιπτεν. *Integram in dextera pyram geſtans .... etenim hoc quoque malitiæ illius fuit, quod ſtatim a principio graves machinas non admoverit ....., egreſſum autem illum cum in medium adduxiſſet ..... Quodnam igitur illud eſt machinamentum? Cum ſuper aram extendere manum ſupinam juſſiſſent, prunas & thus manui impoſuerunt ..... beatus enim Barlaam nec inclinatam nec inverſam manum tenens permanſit ..... ſed quaſi ex adamante concreta eſſet, manus illa permanebat immota ..... & prunæ quidem cum volam manus perforaſſent, deorſum cadebant, at animæ fortitudo non concidebat.* Quæ autem in breviori oratione leguntur, hæc ſunt, ὃ δὴ τελευταῖον αὐτῷ παρὰ τῶν πολεμούντων προσῆκτο μηχάνημα. βωμὸν γὰρ πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων σπονδὴν ἀνακαύσαντες, ἵστασι παρ᾽ αὐτῷ ἀγαγόντες τὸν μάρτυρα, καὶ τῷ βωμῷ τὴν δεξιὰν ὑπτίαν ἐπαιωρῆσαι κελεύσαντες, ὡς χαλκῷ θυσιαστηρίῳ τῇ χειρὶ κατεχρήσαντο, λιβανωτὸν αὐτῇ κακούργως ἐνθέντες φλεγόμενον..... ἡ μὲν γὰρ φλὸξ τὴν χεῖρα διέτρωγεν, ἔμενε δὲ ἡ χείρ, ὡς τέφραν τὴν φλόγα βαστάζουσα· οὐκ ἔδωκε τῷ πολεμοῦντι κατὰ τοὺς φυγάδας τὰ νῶτα, ἀλλ᾽ ἄτρεπτος εἱστήκει κατὰ φλογὸς ἀριστεύουσα .... ἀλλ᾽ ἦν τῆς δεξιᾶς καινή τις τῶν παλαισμάτων ἡ νίκη, τῆς μὲν φλογὸς διὰ μέσου τῆς χειρὸς ἐκπιπτούσης, τῆς χειρὸς δὲ ἔτι πτυκμένης πρὸς πάλην. *Quod poſtremum tormentum ei ab inimicis admotum eſt. Etenim libamen dæmonibus facturi, ignem aræ cum impoſuiſſent, adductum Martyrem ante eum ſiſtunt, atque dexteram ſupinam ſuper altare protendere jubentes, manu velut ærea ara abuſi ſunt, ardente thure in ea maligne impoſito ..... Etenim flamma quidem manum perroſit, ſed tamen manus permanſit flammam quaſi cinerem geſtans: non dedit tergum ſævienti igni fugitivorum in morem, ſed immota perſtitit contra flammam ſtrenue dimicans .... Flammam inter & dexteram Martyris inſtruebatur lucta: ſed dextera novam quamdam luctaminum victoriam habebat, quandoquidem per mediam manum tranſeunte flamma, manus adhuc ad luctam porrigebatur.* Ex quibus intelligitur non eamdem ſolum ſententiam in duabus his orationibus reperiri, ſed, ut dixi, eadem verba in utraque non numquam uſurpari. Nam hæ voces, δεξιά, βαστάζων, προσάγειν, ἀγαγών, μηχάνημα, κελεύσαντες, ὑπτίαν, βωμοῦ, λιβανωτὸν, ἔμενε, μέσον, ἐξέπιπτον, quæ in longiore concione inveniuntur, eædem & in breviore leguntur, licet ſæpius aliter inflexæ. Scio quidem rarum non eſſe, ut duo ſcriptores qui idem argumentum tractent, non in ſententiis modo, ſed etiam in aliquibus verbis aliquando conveniant: ſed in his quæ protuli, tam multa ſunt quæ inter ſe conveniunt, ut putem non facile proferri poſſe exemplum aliquod, in quo duo ſcriptores in tam multis, in tam paucis verbis convenerint. Quare longe mihi veriſimilius videtur utriuſque orationis unum & eumdem auctorem eſſe, qui cum idem argumentum bis tractare ſtatuiſſet, in poſteriore concione epitomen prioris fecerit. Plane autem conſtat prioris auctorem Chryſoſtomum eſſe: conſequens eſt igitur ut poſterior ei quoque tribuatur.

10. Satis quidem ſciunt, qui paulum modo verſati ſunt in legendis Chryſoſtomi ſcriptis, ſummum hunc virum aliquando concionatum fuiſſe ante epiſcopum Flavianum: ſed tamen, quoniam ita expedit, loca aliqua quibus id aperte oſtendatur, in medium adducere non pigebit. Cum igitur Chryſoſtomus Machabæorum laudes narraret ita loquutus eſt, ἀλλ᾽ ὥρα λοιπὸν καταπαῦσαι τὸν λόγον, ὥστε πλειόνων αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῶν ἐγκωμίων παρὰ τῷ κοινῷ διδασκάλῳ. *Sed jam tempus eſt, ut finem dicendi faciamus, quo pluribus illi laudibus a communi doctore cumulentur.* In ea autem oratione, quæ in natali Domini pronuntiata eſt, ita editum invenitur, ἓν δὲ λοιπὸν εἰπὼν, καταπαύσω τὸν λόγον, τῷ κοινῷ διδασκάλῳ τῶν μειζόνων παραχωρήσας. *Unum tantum ſi nunc addidero, orationi meæ finem imponam: quæ majora ſunt, communi doctori dicenda relinquens.* Operæ pretium eſt nunc referre quæ in controverſa concione leguntur, ut locorum contentione & comparatione facilius cognoſci poſſit utri hæc oratio adſcribi debeat, Baſilio, an Chryſoſtomo. Sunt autem ejuſmodi, ἀλλὰ τί παιδικοῖς ἐλαττῶ τὸν ἀριστέα ψελλίσμασι; ταῖς μεγαλοπρεπεστέραις τοίνυν τὸν εἰς αὐτὸν ὕμνον παραχωρήσωμεν γλώτταις· τὰς μεγαλοφωνοτέρας τῶν διδασκάλων ἐπ᾽ αὐτῷ καλέσωμεν σάλπιγγας. *Quid autem puerili balbutie victorem magnum deprimo? Locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus, atque vocaliores doctorum tubas ad*

id

id præconium invisemus. Fieri Quidem potest, ut fallar: sed cum brevioris illius concionis auctorem audio ita loquentem, *locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus*, &c. audire mihi videor Chrysostomum, qui cum episcopo Flaviano concionandi locum dare vellet, ita loqui solebat. Nec quisquam dixerit numerum singularem in aliis quas indicavi concionibus usurpari, hic vero pluralem. Fit enim aliquando, ut oratores numero plurali utantur, cum si accurate loqui vellent, uterentur singulari: aut fortasse, quod a vero non abhorret, duo episcopi concionaturi erant post Chrysostomum, qui propterea numerum multitudinis adhibere debuerit. Certe quidem ex ipsa concionis brevitate conjicere licet, tres vicissim tunc concionatos fuisse, quorum primus fuerit Chrysostomus, alter Flavianus, tertius quivis alius. Nihil autem ad propositum refert, utrum unus, an duo episcopi his quæ protuli verbis ad concionandum invitentur. Etenim sive unum, sive duos dicas, plane constabit ejus de qua disputatur orationis Basilium auctorem non esse, cum nemo umquam post ipsum concionatus fuisse inveniatur.

10. Præterea si quispiam has duas conciones paulo attentius legerit, utramque eo loco habitam fuisse, ubi martyris Barlaam tumulus erat, facile, opinor, fatebitur. De breviori quidem nullus ambigendi locus esse potest, cum id ita esse aperte ostendant quæ supra retulimus, quæque hoc loco rursus exscribere nihil necesse est. Neque vero de longiori aliud judicium prolatum iri puto, nisi ab iis, qui omnia in utramque partem interpretari profitentur, non autem ab iis, qui simpliciter verum quærunt. Ita autem in prolixiori illa concione legitur, *ὑπόδεξαι τὸν στεφανίτην, ϗ μηδέποτε ἀφῇς ἐξελθεῖν τῆς διανοίας τῆς σῆς. διὰ τοῦτο ὑμᾶς ϗ παρὰ τὰς θήκας τῶν ἁγίων μαρτύρων ἠγάγομεν, ἵνα ϗ*, &c. *Suscipe victorem coronatum, nec umquam ex mente tua exire permitte. Idcirco vos etiam ad ipsos sanctorum martyrum loculos adduximus, ut* &c. Nec ita multo post hæc subjungit Chrysostomus, *διὰ τοῦτο ϗ ἡμεῖς ἐνταῦθα συνεληλύθαμεν. σκηνὴ γάρ ἐστι στρατιωτικὴ τῶν μαρτύρων ὁ τάφος .... ὅταν γὰρ ἴδῃς δαιμονῶντα ἄνθρωπον παρὰ τὸν τάφον τοῦ μάρτυρος κείμενον ὕπτιον*, &c. *Idcirco nos etiam hic convenimus: tentorium enim est militare martyrum tumulus .... Cum enim hominem correpsum a dæmone juxta Martyris sepulcrum videris supinum jacentem*, &c. Postquam enim institutus sermo fuit de omnibus, quotquot aderant, martyrum sepulcris, obscurum non videtur Chrysostomum ad martyris Barlaam tumulum sermonem convertere: eoque magis, quod Chrysostomus, cum in suis orationibus utitur numero singulari *μάρτυς*, eum martyrem significet, quem laudibus ornare instituisset, ob idque vix dubium esse potest, quin hoc etiam loco martyrem Barlaam indicare voluerit, cum numero singulari usus sit. Arbitror igitur Chrysostomum, cum hæc verba pronuntiaret, *cum enim hominem correpsum a dæmone juxta martyris sepulcrum videris*, &c. martyris Barlaam manu tumulum ostendisse. Sed si adversæ opinionis defensores semel fateantur prolixam hanc orationem habitam fuisse eo loco, ubi martyris Barlaam corpus jacebat, fateantur necesse est martyris illius tumulum Antiochiæ exstitisse, aut potius in agro Antiocheno, cum Chrysostomum longiorem illam concionem ibi habuisse constet. Ergo brevior oratio Antiochiæ quoque pronuntiata est, cum pronuntiata sit quoque, ut ex dictis patet, eo ipso in loco, ubi tumulus martyris Barlaam aderat. Nam sine dubio non duobus locis positus fuerat ejus martyris tumulus. Ex quibus efficitur breviorem illam concionem Chrysostomi esse, non Basilii, qui Antiochiæ numquam concionatus sit. Quod diximus, martyrem Barlaam mortem obiisse Antiochiæ, id potest confirmari & ex Eusebio, qui eum de martyribus Cappadociæ loquitur, nihil dicit, quod in hunc sanctum martyrem convenire possit: & contra, eum loquitur de martyribus Antiochiæ, quoddam supplicii genus refert, quod non ita multum ab historia beati Barlaam abludit. Ejus hæc sunt verba, *τοτὲ μὲν πελέκεσιν ἀναιρουμένων, οἷα γέγονε τοῖς ἐπ' Ἀραβίας, τοτὲ δὲ τὰ σκέλη καταγνυμένων, οἷα τοῖς ἐν Καππαδοκίᾳ συμβέβηκε ...... τί δεῖ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας ἀναζωπυρεῖν τὴν μνήμην; ἐσχάραις πυρὸς οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' ἐπὶ μακρᾷ τιμωρίᾳ κατοπτωμένων. ἑτέρων τε θᾶττον τὴν δεξιὰν αὐτῶν πυρὶ καθιέντων, ἢ τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἐφαπτομένων. Quippe cum admirandi martyres, partim securibus cæsi sint, ut in Arabia contigit, partim suffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia..... Jam vero ea quæ apud Antiochiam gesta sunt, quid opus est in memoriam revocare? ubi alii craticulis impositi, non ad mortem usque, sed ad diuturnitatem supplicii torrebantur. Alii dextras suas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere*. Nemo enim, opinor, homo diffitebitur martyris Barlaam historiam ultimis Eusebii verbis satis apte adumbrari. Nec quisquam dixerit in duabus his orationibus reperiri quæ inter se

aut contraria sint, aut contraria esse videantur, ob idque ipsas uni & eidem scriptori tribui non debere. Notum est enim oratores, cum quempiam laudandum sibi proponunt, locis quibusdam communibus uti solitos, eosque sæpe, si bis de uno & eodem sermonem habent, non tam curare, ut ea quæ ex communibus locis petita sunt, conveniant inter se, quam ut is, quem laudare volunt, quoquo modo laudetur. Quare nihil mirum si Chrysostomus, qui de martyre Barlaam orationem panegyricam bis habuit, contrarii aliquid in communibus his locis aut dicat, aut dicere videatur. Præterea si martyris Barlaam historiam melius postmodum novit Chrysostomus, non video cur in posteriori sua concione circumstantias aliquas aliter narrare non potuerit. Imo vero ita facere debuit. Nihil ergo officit nostræ opinioni quarumdam circumstantiarum varietas: sed illud eam maxime confirmat, quod ipsum martyrii genus iisdem fere verbis, ut ex dictis constat, in utraque oratione explicetur. Ex quibus omnibus effici videtur martyrem Barlaam neque Cæsareæ Cappadociæ mortuum esse, neque de eo Basilium orationem habuisse, neque eo quem mox dixi loco sepultum fuisse. Monet eruditissimus vir Tillemontius, martyris Barlaam festum diem in quibusdam Græcorom Menologiis die decima sexta Novembris notari: in aliis vero, quemadmodum & in Martyrologio Romano, die decima nona mensis ejusdem.

§. III. *De homilia in sanctum Baptisma, seu de Spiritu sancto.*

11. Hæc oratio ita in utraque editione Parisiensi inscribitur, *ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα*, *homilia in sanctum baptisma*: sed mirum videri debet hoc opusculum sic in vulgatis inscriptum fuisse, cum in his unum duntaxat verbum obiter de baptismo dicatur ad comprobandam Spiritus sancti divinitatem. Nunc is, quem mox notavi, titulus, *ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα*, *homilia in sanctum baptisma*, huic lucubratiunculæ melius conveniret, cum non nulla e Regio codice 1907. addiderimus, in quibus scriptor, quisquis est, de baptismate data opera mentionem facit. Sed hæc levia sunt, jam ad graviora properandum. Videamus igitur num hæc oratiuncula Basilii sit, cujus in libris invenitur. Et ne diu animos suspensos distineam, dico nihil mihi videri in hac concione Basilio magno dignum. Cum enim in Basilii orationibus procemium quoddam & pulcherrimum & elegantissimum præire soleat, ejus, de qua controversia est, orationis auctor, frigide ita incipit, *ὁ βαπτιζόμενος εἰς τριάδα βαπτίζεται, εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὔτε εἰς ἀρχὰς οὔτε εἰς δυνάμεις*, &c. *Qui baptizatur in Trinitatem baptizatur, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, neque in principatus, neque in virtutes*, &c. Basilius, ut dixi, sermonem suum apto aliquo & eleganti exordio ornasset, & ita demum ea de re quam tractandam sibi proposuerat, differere cœpisset. In iis, quæ mox sequuntur, *καὶ δείξαντος διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ὅτι τὸ πνεῦμα τῆς θεϊκῆς οὐσίας ἐστὶ, καὶ οὐ τῆς κτιστῆς φύσεως*, aliquid reperio, quod e consuetudine Basilii dictum fuisse non puto. Etsi enim orator optimus multis admodum locis quiddam divinum exprimat, tamen voce *θεϊκὸς* nusquam, quod quidem sciam, utitur. Quare cum probare conarer ultimos duos in Eunomium libros in spuriis poni debere, inter alia argumenta, quibus ad id comprobandum usus sum, hoc quoque reperitur, quod vox *θεϊκὸς*, quæ ab indubitatis Basilii operibus abest, sæpius in iis, quos dixi, libris occurrat. Et quod suspicionem auget, in hoc brevissimo opusculo vox *θεϊκὸς* non ita multo post rursus adhibetur. Et illud quoque displicet, *τὸ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, περὶ τοῦ πλῆθους τῶν κτισμάτων ἐστί*. *Illud enim*, Omnia per ipsum facta sunt, *ad creaturarum multitudinem referri debet*. Primum enim ultima verba, *περὶ τοῦ πλῆθους τῶν κτισμάτων ἐστί*, ut græce repunt, ita & latine. Ita enim ad verbum interpretari licet: *illud enim*, Omnia per ipsum facta sunt, *de creaturarum multitudine est*. Certe si qui latine sciunt, sic loqui non solent, Basilius, qui græcarum litterarum peritissimus erat, ita græce loquutus fuisse non censendus est. Deinde illud, quod initio periodi positum est, non magis arridet. Cum enim Basilius propria Scripturæ verba refert, in suo sermone aliquid inserit, quo qui audiunt, aut legunt, Scripturam citari moneantur; nec puto eum ita loquuturum fuisse nude & simpliciter, *τὸ γὰρ πάντα*, &c. Me movit etiam, quod verbum *φάσκειν* in illa oratiuncula bis repererim: quod nescio tamen, an in sinceris Basilii orationibus totidem legatur. Nec sane meliora sunt quæ e Regio codice addidimus: quod satis ex solo initio cognosci potest. Ita enim incipit, *ἐπεὶ δι' θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, τῇ μνήμῃ τῶν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος ῥημάτων, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ εὐαγγελιστῶν τε καὶ ἀποστόλων καὶ προφητῶν, αὐτάρκως ἡμῖν σαφηνισάντων*

τῶν

των τὸν περὶ τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βαπτίσματος λόγον, ἐπαιδεύθημεν ὅτι τὸ μὲν ἐν τῷ πυρὶ βάπτισμα ἐλεγκτικὸν μέν ἐστι πάσης κακίας, δεκτικὸν δὲ τῆς κατὰ Χριστὸν δικαιοσύνης, μῖσος μὲν ἐμποιοῦν τῆς κακίας, ἐπιθυμίαν δὲ τῆς ἀρετῆς, &c. *Sed enim ex Dei optimi gratia, recordatione verborum Unigeniti Filii Dei viventis, & sanctorum ejus Evangelistarum & Apostolorum & Prophetarum, qui ejus quod secundum Evangelium Domini nostri Jesu Christi est, baptismatis doctrinam satis nobis explanarunt, edocti sumus baptisma illud quod in igne fit, ut ad omnem malitiam arguendam, ita ad Christi justitiam recipiendam idoneum esse*, &c. quibus omnibus nihil dici potoit aut languidius, aut frigidius, aut inelegantius. Similiter, quod sub finem legitur, δεσπότης καὶ πλάστης, Basilianum esse vix crediderim. Nam vir eloquentissimus utitur potius alio quovis nomine ad rerum conditorem significandum, quam voce πλάστης. Accedit etiam, quod non satis intelligatur ad quod scriptionis genus hæc lucubratiuncula referenda sit. Etenim si primam partem spectes, dicas rudem quemdam esse de Spiritu sancto tractatum: si alteram, imperfecta quædam de baptismate homilia esse videbitur. Sed tam in una qoam in altera parte nihil omnino reperio, quod Basilio magno dignum sit. Certe si oratorum optimus Basilius de Spiritu sancto ac de baptismate loqui instituisset, de his, ut rei dignitas postulabat, disseruisset, non indiserte, non ineleganter, non inerudite: quæ tamen vitia in hac oratiuncula facile a quolibet deprehendi possunt.

§. IV. *De homilia, quæ in Latizis habita est.*

12. Quo terrarum angulo situs fuerit locus ille, ubi hæc oratio habita fuisse dicitur, ne conjecturа quidem judicare possumus. Vir doctissimus Tillemontius, qui hanc orationem Basilii esse existimaret, Laciza locum aliquem esse diœcesis Cæsariensis suspicatus est; nec nego ego eum jure ita suspicari potuisse, maxime cum nemo hactenus, quod quidem sciam, eam orationem suspectam habuerit. Et certe veterem illam opinionem non parum confirmat, quod hæc homilia inter genuinas Basilii orationes in omnibus libris & ære excusis & calamo notatis reperitur. Sed si quis rem paulo attentius consideraverit, non valde admodum dubito quin eam orationem aut in spuriis, aut certe in suspectis positurus sit. Interea afferam causas, cur de ea dubitandum putem. Primum occurrit locus ille, ubi ita legitur, ἐπεὶ τοίνυν ἀνώμαλός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ φύσις, πῶς ἐπαινεῖ ἡ γραφὴ τὸν βλέποντα λεῖα, ὑπὲρ τὸν τραχέα; καὶ κατακρίνει τὸν ὄρη καὶ σκοπέλους, &c. *Cum igitur eorum quæ videntur, inæqualis sit natura, qui fit ut eum qui levia videt, præter alterum qui aspera conspicit, laudet Scriptura? Ita condemnat videntem montes & scopulos*, &c. Illud τὸν quod ultimo loco positum est, non placet, & est tale, ut primo aspectu credas vitii aliquid inesse in græcis. Scio qoidem vocem βλέποντα hoc loco suppleri debere: sed hic articulus sine ullo verbo adhibitus, obscuri aliquid & inconcinni habet, nec apte hoc loco posita fuisse videtur ellipsis. Arbitror igitur scriptorem paulo humaniorem aut vocem ὁρῶντα additurum fuisse, aut alio quovis eloquendi genere usurum. Quod statim sequitur, ἀλλὰ νόει μοι ὑψηλῶς, ὁ βλέπων λεῖα, minus adhuc mihi probatur. Et vero prior locus est ejusmodi, ut monui, qui errorem incautis objicere possit: posterior reipsa veteri interpreti errorem objecit. Etenim quasi in mediis tenebris constitutus fuisset, ita ea quæ dixi verba latine reddidit, (*Verum nihil illud.*) *Qui lævia vides: sublimius expende*. Improbo quidem interpretem, qui cum verba græca non statim intelligeret, inepte interpretari maluit, quam eorum sententiam laboriosius inquirere: sed multo magis reprehendendum puto scriptorem ipsum, qui quod pessime loquutus sit, malæ interpretationi locum dederit. Basilius igitur, aut potius alius quivis, si modo non omnino loqoendi imperitus fuisset, ita scripsisset, ἀλλά τὸ, ὁ βλέπων λεῖα, νόει μοι ὑψηλῶς: quæ verba cum clara sint hoc modo posita, nemini offendiculo esse potuissent: quisquis enim ea vel oscitanter legisset, statim vidisset ipsa sic verti debere, *sed illud*, qui videt levia, *sensu altiore intellige*. Et quoniam sermo est de illo, ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται, monebo uti & Ducæus jam antea in eruditissimis suis notis monuit, hæc verba in Proverbiis nusquam reperiri. Quomodo ergo auctor paulo ante ita loqui potuit, εἴρηται πρῶτος λόγος ἐν παροιμίαις κατὰ τὸ εἶδος τὸ παροιμιακὸν, πρὸς γυμνασίαν τοῦ νοῦ τοῦ ἡμετέρου τῆς ἀσαφείας ἐπιτεθείσης, ὅτι ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται. *Dictus est primus sermo in Parœmiis in modum proverbii, adjecta quadam obscuritate ad mentem nostram exercendam*, Qui videt levia, misericordiam consequetur. Nec quisquam dixerit similia in Proverbiis inveniri, ubi ita legitur, οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, *oculi tui recta videant*. Etsi enim ex illis, ὁ βλέπων λεῖα, eadem effici possit sententia, atque ex his, οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέ-

ται : tamen ipsæ per se voces tam inter se differunt, ut diligentissimus vir Basilius alias pro aliis sumsisse credi merito non possit, præsertim cum Proverbiorum locus modo lectus fuisse dicatur. Præterea libens quærerem unde auctor illud, ἐλεηθήσεται, hauserit. Si de suo hanc vocem addidit, non ita solet Basilius : sin ex aliquo Proverbiorum loco ipsam sumtam fuisse dicas, jam dudum vir doctissimus Ducæus ejusmodi locum in Proverbiis nusquam comparere satis aperte significavit, cum ita scripsit, *Citatur hoc*, (Qui levia respicit) *ex Proverbiis, in quibus tamen nusquam reperiri poterit, ab eo quidem certe, qui græco Bibliorum indice a Kirchero conscripto uti voluerit. Neque enim usquam in Proverbiis occurrit, aut λεῖα βλέπειν, aut ἐλεηθήσεται βλέπων.* Vidimus scriptorem ita indiligentem fuisse, ut eorum, quæ ex Proverbiis paulo ante recitata fuerant, oblitus esset : nunc videbimus eumdem oblitum fuisse eorum, quæ ipse proxime ante dixerat. Nam post has voces εἴρηται πρῶτος λόγος ἐν παροιμίαις ..... ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται, *qui levia videt, misericordiam consequetur*; duobus interjectis versibus sequitur, πῶς ὁ λεῖα βλέπων ἐπαινεθήσεται; *quomodo qui levia videt, laudabitur?* Nam hoc ultimo loco legi debere ἐπαινεθήσεται, cum ex notis, tum ex orationis serie constat. Sic enim persequitur scriptor, ἐπαινετὰ γάρ ἐστι τὰ κατὰ προαίρεσιν.... πόθεν ὁ ἔπαινος τῷ ὁρῶντι τὰ λεῖα; &c. *Etenim quæ a voluntate pendent, merentur laudem ... unde laus tribuetur levia conspicienti?* &c. Quis autem facile crediderit tam obliviosum fuisse Basilium, ut ei exciderint quæ tantum non proferebat.

13. Audivimus auctorem Scripturam inepte citantem : nunc eumdem audiamus inepte loquentem. Ita igitur aliquanto post loquitur, εἰπὲ δὲ ὅτι ἐστί τις ἐν ἡμῖν φιλόδοξος, καὶ οὐ θυμικός : ubi verbum εἰπὲ pro futuro positum videtur, sic ut hic locus ita vertendus sit : *Es autem dicturus : Est inter nos qui sit gloriæ cupidus, qui tamen iracundus non sit.* Rursus non longe ita scriptum invenitur, ἐὰν παραστῇς τῷ ἰατρῷ, καὶ ἴδῃς τὴν πολυτέλειαν τῶν φαρμάκων ἐν ταῖς πολυπτύχοις ἀποκειμένην δέλτοις, περισκόπει τί οἰκεῖον ἀπόκειται τῷ σῷ πάθει : ubi pariter vox περισκόπει posita est pro tempore futuro, cum ea quæ retuli verba ita latine reddenda sint, *Quod si adeas medicum, & videris pretiosa medicamenta in variis tabulis collocata, considerabis quid tuo morbo conveniat.* Illud autem loquendi genus Basilianum non esse vel ex eo intelligi potest, quod eruditissimi duo viri, qui in legendis gravissimi Patris scriptis multi erant, priorem locum non intellexerint. Velim legas eam quam in id addidi notam. Reperias quidem ubi voces δρᾶσον & ποίησον pro futuro positæ sint, *facturus* : idque inde factum videtur, quod deducantur a futuro, δράσω, ποιήσω : sed ubi voces εἰπὲ & περισκόπει aut similes eodem illo sensu usurpentur, vix, opinor, apud idoneos scriptores inveniri poterit; aut certe ejus rei exemplum ullum apud Basilium extare non puto. Nec aptius dictum videtur quod aliquanto infra sequitur, θησαυρὸς δέ ἐστιν ἡ εὐσέβεια χρημάτων, ad verbum, *Nam thesaurus est pietas pecuniarum.* Quibus in verbis peregrini aliquid & absoni inesse nemo, opinor, non videt : sed suspicari fortasse poterit quispiam, vocem προτιμότερος, aut similem eo quem mox dixi loco a typographis omissam fuisse, suppleríque debere hoc modo, θησαυρὸς δέ ἐστιν ἡ εὐσέβεια χρημάτων προτιμότερος, *pietas autem thesaurus est pretiosior, quam divitiæ.* Ergo ne quisquam in ejusmodi suspicionem adducatur, monebo ita prorsus in omnibus libris & impressis & veteribus legi, uti edendum curavimus. Præterea cum scriptor multis locis inepte loquatur, quid mirum videri debet, si hoc quoque loco inepte loquutus sit. Deinceps de diabolo loquens auctor, sic scribit, κλέπτει διὰ τοῦ ψεύδους, ἐπειδὴ τεῖχός ἐστι τοῖς ὁδεύουσιν εἰς παράδεισον τὸ ψεῦδος, *Decipit mendacio atque circumvenit : siquidem iter in paradisum facientibus murus mendacium est.* Velim qui legunt se ipsi interrogent, an ita loquerentur, *diabolus mendacio decipit, atque circumvenit, quoniam iter in paradisum facientibus murus mendacium est.* Scriptor solus, ut mihi quidem videtur, tam nove tamque insolite & cogitare, & loqui potuit. Postquam enim audiveras virum ita loquentem, *diabolus mendacio decipit atque circumvenit*, putasses te quidvis potius auditurum quam illud, *quoniam iter in paradisum facientibus murus mendacium est.*

14. Quod si voces non satis aptæ optimum oratorum Basilium parum decent : res ipsæ non satis graves omnium gravissimum Patrem parum decere videntur. Postquam scriptor plura, quam par erat, de hominis præstantia dixerat, ut colligere posset diabolum ei ob tantas prærogativas invidisse, tum demum de muliere sermonem instituere incipit, hoc modo, ἕως γὰρ μόνος ἦν ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχε λαβὴν ὁ διάβολος, ἐπεὶ δὲ ἐκτίσθη ἡ γυνή, ἁπαλὸν ζῶον, ἀναγκαίως τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἁπαλότητα φυσικὴν ἐμποιήσαντος, ἵνα ὑπὸ τοῦ φιλανθρώπου εὐμαρῶς τραφῇ τὰ νήπια. εἰ γὰρ αὐστηρὰ ἦν ἡ γυνή, οὐκ ἂν ἀποκλαιόμενον τὸ νήπιον τοῖς στήθεσιν ἐνηγκαλίζετο, οὐκ ἂν τῆς ἰδίας τροφῆς ἠμέλει,

τὴν

τὸν δὲ μαζὸν ἐπεῖχε πρὸς ὠφέλειαν τοῦ ὑπομαζίου παιδίου. νῦν μέν τοι μητέρων διασπλαγχνίαι τὸν ὕπνον πολλάκις τῶν βλεφάρων ἀποδιώκουσιν, ἐπειδὰν μικρὸν παρενοχληθῇ τὸ νήπιον. ἵνα τοίνυν ἐκτρέφηται νήπιον, ἁπαλὴ ἡ φύσις ἡ γυναικεία παρήχθη, ἁπαλὴ καὶ φιλάνθρωπος. τοῦ οὖν, &c. *Etenim quamdiu solus fuit homo, ansam non habebat diabolus: sed istuc contigit, postquam condita est mulier, tenerum illud animal, cui conditor necessario teneritudinem naturalem indidit, ut ob benignitatem pueros propense educaret. Etenim si austera esset mulier, non sane plorantem infantem ulnis complexa in sinu foveret, neque alimento suo neglecto, mammam ad lactentis pueri commodum præberet. Nunc vero materna illa charitas somnum e palpebris non raro fugat, ubi incommodum leve infanti accidit. Ut igitur infans nutriretur muliebris sexus tener conditus est, tener & humanus. Quamobrem teneræ ac molli*, &c. Quid est quæso nugari, si hoc non est? Certe si talia narrasset muliercula aliqua, fortasse non esset cur miraremur: sed cui persuaderi poterit gravissimum virum Basilium ejusmodi nugas effutivisse. Quibus in verbis aliquid post vocem νήπια poni debuisse moneo, quale est illud, τότε τοῦτο ἐγένετο, ut oratio & clarior esset, & melius cohæreret: quæ voces si additæ fuissent eo quem dixi loco, ita interpretari licuisset: *Etenim quamdiu solus fuit homo, ansam non habebat diabolus: sed posteaquam condita est mulier ..... ut ob benignitatem pueros propense educaret, tunc contigit ut ansam haberet*. Illud autem eo notavi, ut magis pateret error, quem similis loquendi ratio viris doctissimis objecit. Is autem, quem dico, locus ea quæ retuli verba proxime antecedit. Ibi autem ita legitur, ἐπειδὴ κατίμαθε τὸν ἄνθρωπον· ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι τὸ μικρὸν τοῦτο ζῶον πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ὁ κύριος προσκαλεῖτο, διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνάγων αὐτὸν, καὶ διὰ σωφροσύνης τῶν κατὰ τὸν βίον, ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῆς ψυχῆς. λείπει. ἕως γὰρ, &c. *Postquam consideravit hominem: postquam vidit exiguum hoc animal a Domino ad angelorum æqualitatem advocari, ut qui ipsum per virtutem ac rerum mundanarum moderatum usum eveheret ad animæ perfectionem*, &c. Ubi notare operæ pretium est, vocem λείπει in Parisiensi editione additam fuisse, ut monerentur, qui legerent, aliquid hoc loco deesse: sed tamen nihil deest, vocemque λείπει delendam esse constat ex libris veteribus, in quibus illius ne vestigium quidem exstat. Inepta autem illa loquendi ratio ut Parisiensis editionis auctores, ita quoque eruditissimum virum Combefisium decepit. Putarunt hæc verba ἐπειδὴ κατίμαθε τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι, &c. referri ad aliquid quod sequi deberet, cum tamen ad ea quæ præcedunt, referrentur. Itaque ex iis quæ paulo ante leguntur verbis ejus loci sententia peti debet, sic ut vox ἐπονηρεύσατο, quæ initio periodi superioris invenitur, subaudiatur: quibus probe intellectis, perspicuum est totius ejus loci hanc esse sententiam: *Diabolus maligne se gessit, cum vidit multum homini affluere voluptatis..... Rursus se maligne gessit, cum consideravit hominem, & cum vidit exiguum hoc animal a Domino ad angelorum æqualitatem advocari*, &c. Ergo erraverunt quidem, qui hic aliquid a librariis omissum fuisse arbitrati sunt: sed eos multo minus reprehendendos esse judico, quam scriptorem ipsum, qui quod male loquutus est, errandi occasionem dedit. Nec ita multo infra cum auctor pantherarum in homines odium describere vellet, his verbis usus est, εἶδον ἐγὼ τὰ μισανθρωπότατα τῶν ζώων ἐν τοῖς σταδίοις πολλάκις, ἢ εἶδον ἢ ἤκουσα· ἀσφαλὴς γὰρ ἔστω ὁ λόγος. *Vidi ego sæpe in stadiis infestissima homini animalia, aut vidi, aut audivi: tutus enim sit nobis sermo*. Primum scriptor ait vidisse se: sed quasi religione tactus statim addit se aut vidisse, aut audivisse. Ita autem loqui, ut mihi quidem videtur, ejus est, qui in privatis ac familiaribus colloquiis tempus jucunde terere cupit, non ejus, qui publicam concionem ad populum habet. Præterea qui dicit se aliquid sæpe vidisse, quomodo dicere potest, se aut vidisse, aut audivisse. Nam fieri potest quidem aliquando, ut si rem aliquam semel viderimus, dubitemus utrum eam viderimus, an audiverimus: sed si sæpe aliquid viderimus, omnis & dubitatio & religio tollitur, consciique sumus nobis, nos id vidisse. Moneo alicubi, hanc dicendi formulam, *ego vidi*, *ego novi*, familiarissimam fuisse Basilio magno, ob idque non valde admodum dubito, quin orationis auctor, cum ita loquutus est, *Vidi ego sæpe in stadiis*, &c. aut Basilius ipse, aut certe ejus aliquis imitator eximius videri voluerit: sed cum ita futurum speraret, sibi nimis blandiebatur. Nemini enim persuaderi poterit, Basilium eum fuisse, qui diceret vidisse se aliquid sæpe, & tamen statim dubitaret, an id umquam vidisset: velim oculis perlustrentur ipsa loca, in quibus Basilius ea quam dixi formula usus est: quæ si quispiam legerit, magis ac magis intelliget Basilium nihil tale dixisse, quale in hac concione reperitur. Unum si addidero, reliqua omittam. Statim igitur ita scribit auctor, ἔπει καὶ ὁ διάβολος, ἐν τῇ εἰκόνι τὸ μισόθεον ἔδειξεν, ἐπειδὴ θεοῦ προσάψασθαι οὐκ ἐδύνατο, ὅπως ὁ εἰς ἡμᾶς πόλεμος ἀπόδειξιν ἔχει τοῦ θεομάχον εἶναι τὸν πονηρόν, καὶ πρῶτον

πολε-

πολεμεῖν τῷ δεσπότῃ. ἐκεῖνος κατήγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ κοῖλα. ἐπὶ μὲν τῆς ὀρεινῆς ἡ Ἱερουσαλήμ· ἡ δὲ Ἱεριχὼ κάτω ἐν τῇ ἁλμυρᾷ θαλάσσῃ. εἴ τις ὑμῶν εἶδε τὸν τόπον, οἶδε τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, ὅτι Ἱεριχὼ μὲν ἔχει τὰ κοῖλα τῆς Παλαιστίνης, Ἱερουσαλὴμ δὲ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἐρήρεισται, τὴν ἄκραν κατέχουσα τοῦ ὄρους, τοῦ διὰ πάσης ἐκείνης τῆς χώρας ἀνεστηκότος. *Sic etiam diabolus suum in Deum odium patefacit in imagine, cum Deum attingere non possit. Sic ex illato bella liquet malignum illum Dei hostem esse, ac primum Domino ipsi bellum gerere. Ille hominem ab Jerusalem in Jericho abduxit, ab altis ad cava. Nimirum Jerusalem in montana regione sita est: Jericho vero in depresso ac humili loco ad salsum mare. Si quis vestrum vidit locum, vera esse novit quæ dicuntur, Jericho videlicet in Palæstinæ cavis locari, Jerusalem vero in summo loco sitam esse, montis ejus, qui per totam illam regionem assurgit, cacumen occupantem.* Hæc dum legerem, mihi visa sunt non satis inter se cohærere. Hic si sermo esset de amore proximi, faterer exemplum ejus hominis, qui ab Jerusalem in Jericho descendebat, apte & commode allatum fuisse: sed hoc loco ejusmodi exemplum ita intempestive adductum est, ut oratio prorsus dissoluta esse videatur. Certe si alius quivis idoneus auctor diaboli in Deum aut in homines odium ostendere instituisset, hoc exemplum proferre numquam cogitasset, cum sexcenta sint & aptissima & notissima, quibus ad id commonstrandum uti liceret. Quomodo ergo Basilius horum auctor dici merito possit, qui unus omnium in aptis exemplis proferendis felicissimus fuisse comperitur. Præterea quæ sequuntur, *Nimirum Jerusalem in montana regione sita est: Jericho vero in depressa ac humili loco ad salsum mare. Si quis vestrum vidit locum, novit vera esse quæ dicuntur*, &c. hominis sunt, qui vana serio dicit, non gravissimi Patris, qui ubique convenientissima quæque & utilissima docet.

15. Auctor, quisquis est, aut Basilius ipse videri voluit, aut certe Basilianus esse studuit. Nam aliquando verba ipsa, sæpe sententias ab eo sumsisse deprehenditur. Quæ ergo hic dicta sunt aut de ira, aut de invidia, aut de avaritia, non aliunde magis sumta esse constat, quam e Basilii libris, qui, ut notum est, his de vitiis pulcherrimas orationes habuit. Imo etiam si quis diligenter legat eam concionem, cui titulus est, *Quod Deus non est auctor malorum*, inde quoque aliquid expressum fuisse agnoscet. Nunc, ut ea de re existimare cuique liceat, proferam locum unum, ex quo de cæteris conjectura fieri possit. Auctor igitur sic loquitur, πῶς ἀσχημονεῖ ὁ θυμώδης; ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον, θηρίου σχῆμα μεταλαμβάνει. ἐννόησον τὸν θυμούμενον. ἐπέζεσεν αὐτῷ ὁ θυμός, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑπηλλάγησαν, οὐκ εἰσὶν οἱ αὐτοὶ ὀφθαλμοί, πῦρ βλέπει, ἀνέδραμεν αὐτῷ τὸ αἷμα, περιέζεσε τὴν καρδίαν, ὑπέδραμε τοὺς χιτῶνας τῶν ὀφθαλμῶν, ἐγένετο ὕφαιμος ἐκχωρῶν τῷ πάθει, ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον τοὺς ὀδόντας παραθήγοντα, ἐνθυμήθητι ὅτι συῒ ἔοικεν ὁ τοιοῦτος.... ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον πατρὸς μὲν ἐπιλανθανόμενον, παιδὸς δὲ ἀγνοοῦντα σῶμα.... καὶ γέγονε κακῶν φιλονεικία. ὁ δὲ ἐν κακῶν ἁμίλλαις νικῶν, οὗτος ἀθλιώτερός ἐστιν. *Quomodo inhonestus est, qui iracundus est? exuit habitum humanum, belluinum habitum induit. Finge tibi animo iratum; efferbuit in ipsa ira, & oculi mutati sunt: non sunt iidem oculi, ignescunt: excurrit ipsius sanguis, circum cor ebullit, tunicas subit oculorum: suffunditur sanguine, cum morbo succumbit; alterat oculos suos.* Vir iracundus est inhonestus. *Si videris iratum dentes acuentem, cogita hominem ejusmodi apro similem esse.... si videris iratum patris obliviscentem, non agnoscentem corpus filii.... sicque malorum fit contentio. Qui autem vincit in malorum certamine; is magis miser est.* Basilii autem verba sunt hæc, διὰ τοῦτον ἀδελφοὶ μὲν ἀλλήλους ἠγνόησαν· γονεῖς δὲ καὶ τέκνα τῆς φύσεως ἐπελάθοντο .... καὶ τίνος οὐχὶ ἰοβόλων ἀναιδέστερον ἐφορμῶντες, οὐ πρότερον ἵστανται πρὶν ἢ διὰ μεγάλου καὶ ἀνηκέστου κακοῦ .... διαπνευσθῇ τὸ φλεγμαῖνον ..... ὀρεγομένοις γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως, περιζεῖ μὲν τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα, ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυκώμενον καὶ παφλάζον· πρὸς δὲ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθῆσαν, ἐν ἄλλῃ μορφῇ τὸν ὀργιζόμενον ἔδειξε· τὴν συνήθη πᾶσι καὶ γνωρίμην, ὥσπερ τι προσωπεῖον ἐπὶ σκηνῆς ὑπαλλάξαν. ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ ἐκείνοις οἱ οἰκεῖοί τε καὶ συνήθεις ἠγνόηνται, παράφορον δὲ τὸ ὄμμα, καὶ πῦρ ἤδη βλέπει, καὶ παραθήγει τὸν ὀδόντα κατὰ τῶν συῶν τοὺς ὁμόσε χωροῦντας. πρόσωπον πελιδνὸν καὶ ὕφαιμον .... ἐν γὰρ ἁμίλλαις πονηραῖς, ἀθλιώτερος ὁ νικήσας. *Per iram fratres se invicem ignoravere: parentes quoque & liberi naturæ obliti sunt... ac impudentius venenata quavis bestia irruentes, non prius desistunt quam inflammatio per magnam immedicabilemque perniciem .... discutiatur ... Nam circa cor quidem in iis qui vindictam anhelant, effervescit sanguis, utpote vi ignis exagitatus ac æstuans: in superficie autem efflorescens, irascentem in alia forma ostendit, consuetam & notam omnibus formam tamquam personam in scena commutans. Nam illorum & proprii*

prii & consuesi oculi non cognoscuntur, efferatus est aspectus, atque igne jam micat. Quin & grassantium suum more dentes acuit. Facies est livida & sanguine suffusa.... Nam in malis puguis miserior est qui vincit. Hæc autem eo retuli paulo fusius, ne quis miraretur quod hæc oratio inter veras ac germanas Basilii orationes in omnibus libris posita sit. Cum enim animadvertissent librarii, multa in ea reperiri, quæ in Basilii concionibus reperirentur, facile adducti sunt, ut ipsam inter genuina illius scripta collocarent.

§.V. *De homilia in humanam Christi generationem.*

16. Antequam eruditorum de hac oratione opiniones referamus, abs re non erit paucis annotare, quæ nobis in ea scitu digna visa sunt. Primum igitur scriptor, qoicumque ille fuit, multas affert causas, cur Maria desponsata sit viro: quas, si unam excipias, de qua paulo post commodius dicam, hoc loco exscribere non pigebit. Et quoniam præstat ipsos auctores audire, ipsa græca verba referre statui. Sic igitur loquitur: καὶ παρθένος καὶ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ. ἡ παρθενία μὲν γὰρ ὡς ἐπιτηδεία πρὸς ἁγιασμὸν ἐξελέγη· διὰ δὲ τῆς μνηστείας αἱ ἀρχαὶ τοῦ γάμου συμπαρελήφθησαν. ὁμοῦ δὲ ἵνα καὶ μάρτυς οἰκεῖος ᾖ τῆς καθαρότητος Μαρίας ὁ Ἰωσὴφ, καὶ μὴ ἔκδοτος εἴη τοῖς συκοφάνταις ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασα, μνηστῆρα εἶχε τοῦ βίου φύλακα. *Et virgo, & viro desponsata, habita est idonea ad hujus dispensationis ministerium, ut & virginitas honori esset, & matrimonium non contemneretur. Virginitas enim ut ad sanctimoniam apta, selecta est: per desponsationem vero comprehensa sunt initia nuptiarum. Simul autem, ut & Joseph puritatis Mariæ esset testis domesticus, & ne calumniatoribus foret obnoxia, quasi virginitatem contaminasset, sponsum habebat vitæ custodem.* Nec ita multo infra; antiqui cujusdam sententiam proponens idem auctor, sic scribit: εἴρηται δὲ τῷ παλαιῶν τινὶ καὶ ἕτερος λόγος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν παρθενίαν τῆς Μαρίας ἡ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπενοήθη μνηστεία. *Allata est & alia ratio a quodam ex antiquis, videlicet excogitatam fuisse Josephi desponsationem, ut Mariæ virginitas lateret hujus mundi principem.* Vix autem dubitari potest, quin antiqui nomine intelligendus sit martyr Ignatius, cujus hæc sunt verba in epistola ad Ephesios, ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου.... καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria, secundum dispensationem Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem sancto .... Et latuit principem sæculi hujus virginitas Mariæ, & partus ipsius, similiter & mors Domini.* Ubi quasi præteriens monebo, deceptum videri doctissimum virum Tillemontium, cum scripsit Origenem in hac homilia nomine cujusdam antiqui indicari. Nam intelligi debere martyrem Ignatium, ex gravissimo auctore Hieronymo confirmari potest: qui cum primum caput Matthæi interpretaretur, ita scripsit: *Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit: ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.* Nec indignum puto quod notetur, duo mysteria olim uno eodemque die fuisse celebrata, ortum Domini & Magorum adorationem. Auctor enim duo hæc mysteria ita expouit ac conjungit, ut obscurum non sit utrumque illis temporibus simul celebratum fuisse. Erat autem nomen diei festo, *Theophania*. Cum enim auctor jam orationi suæ finem imponere cogitaret, sic loquitur: φθεγξώμεθά τινα καὶ ἡμεῖς φωνὴν ἀγαλλιάσεως· ὄνομα θώμεθα τῇ ἑορτῇ ἡμῶν, θεοφάνια, *Eloquamur & nos vocem aliquam exsultationis. Festum nostrum appellemus Theophaniam.* Et, quando talia colligere cœpi, addam illud quoque, virginem Mariam Theotocon appellari.

17. Jam more nostro disputemus merito an immerito hæc oratio tribuatur Basilio. Eruditissimi viri Combefisius & Dupinus ne videntur quidem hanc orationem suspectam habuisse. Tillemontius vero vir acerrimo judicio præditus, ait eam in dubiis poni posse. Nec prætereundum silentio, hanc concionem deesse in aliquibus libris veteribus: sed nihil inde satis firmi ad eam rejiciendam concludi posse, vident, opinor, omnes. Quare necessario recurrendum ad alia principia, ipsaque oratio in se consideranda; numquid in ea inveniri possit, quod nobis ad judicandum facem præferat. Primum occurrit illud, πῶς οὖν δι' ἑνὸς, φησὶν, εἰς πάντας ἦλθε τὸ λαμπρὸν; *Quomodo igitur per unum*, inquit, *in omnes splendor devenit?*

venit? quod ut verum fatear, prorsus peregrinum & a Basilii consuetudine alienum mihi videtur. Nam, nisi valde fallor, ut apud cæteros bonos auctores, ita apud Basilium λαμπτὴρ usitate dicitur, non λαμπτήλιον. Aliquanto post magni aliquid dicturum se pollicitus auctor, tamen præter exspectationem nihil ejusmodi dicit. Postquam enim attulerat aliquot causas, cur Maria virgo desponsata sit, aliam prolaturus, sic loquitur : ἔχω τινὰ καὶ ἄλλον λόγον εἰπεῖν οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου καιρὸς, πάλαι προωρισμένος καὶ προδιατεταγμένος πρὸ καταβολῆς κόσμου, τότε ἐνειστήκει, καθ' ὃν ἔδει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ὑψίστου τὴν θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα. ἐπειδὴ δὲ ὁμότιμον τῆς καθαρότητος Μαρίας οὐκ εἶχεν ἡ κατ' ἐκείνην γενεὰ τῶν ἀνθρώπων, ὥστε ἐνέργειαν τοῦ πνεύματος ὑποδέξασθαι, προκατείληπτο δὲ διὰ τῆς μνηστείας, ἐξελέγη ἡ μακαρία παρθένος, οὐδὲν τῆς παρθενίας ἐκ τῆς μνηστείας παραβλαβείσης. *Possum & aliam quamdam rationem proferre, nihilo his quas protulimus viliorem, quod videlicet idoneum ad incarnationem Domini tempus olim præfinitum, & ante conditum orbem prædestinatum tunc instaret, in quo Spiritum sanctum & Altissimi virtutem oportebat carnem illam Dei gestatricem conformare. Quoniam vero illa hominum ætas nihil puritati Mariæ æquandum habebat, sic ut Spiritus sancti susciperet operationem, occupata autem jam erat per desponsationem, electa est beata virgo, nihil ex desponsatione virginitate læsa.* Auctor promiserat, ut dixi, allaturum se eximiam quamdam causam, cur desponsata fuisset virgo Maria : sed non videtur promissis stetisse. Etenim, si res attentius consideretur, non proprie affert causam, cur desponsata fuerit : sed ait solum eam, cum inventa fuisset jam per desponsationem occupata, propterea electam fuisse, quod alia nulla virgo ei illa ætate par esset puritate. Ex auctoris igitur verbis discimus, non cur fuerit viro desponsata, sed cur virginibus cæteris anteposita sit, videlicet ob puritatem. Quod addit auctor, puritatem Mariæ nihil læsam fuisse ex desponsatione, id ut ad rem non pertinet, ita a nemine in dubium revocatur. Aut nihil tale promisisset Basilius; aut, si promisisset, dignum aliquid promissis dixisset. Illud quod mox legitur : ἀμφότερα εὗρεν ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τὴν κύησιν καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου. *Utrumque invenit Joseph, & graviditatem, & causam, quod ex Spiritu sancto*, mihi displicet quoque. Et vero in his verbis videtur inesse insuave aliquid & inelegans; nec admodum dubito, quin alius quivis scriptor addidisset voculam aliquam, qua orationem suam ornatiorem reddidisset. Nec magis placet locus ille, ubi scriptor angelum ita cum Josepho colloquentem facit, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· μηδ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς ὅτι ὑπονοίαις ἀτόποις συσκιάσεις τὸ ἁμάρτημα. δίκαιος γὰρ προσηγορεύθης. οὐ πρὸς, &c. Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, *neque illud cogitaveris obumbraturum te peccatum absonis quibusdam commentis. Nam vocatus es justus, non est autem*, &c. Nam illud quidem, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, unde sumtum sit, probe scio : sed reliqua ubi legantur, nescio, nisi forte in apocryphis quibusdam scripturis, quibus auctor alio locu manifeste usus est, ob idque idipsum ex iisdem fontibus hausisse merito credi potest. At Basilius ut veras Scripturas assiduo versabat in manu, ita apocryphas non legebat : aut si legeret, eas tantopere contemnebat, ut ipsis uti semper puduerit. Mox suspicabar scriptorem aliquid mutuatum fuisse ex apocryphis : nunc id ei contigisse affirmare possum. Ejus hæc sunt verba, δηλοῖ δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ἱστορία, ὅτι μέχρι παντὸς παρθένος ἡ Μαρία. λόγος γάρ τίς ἐστι, καὶ οὗτος ἐκ παραδόσεως εἰς ἡμᾶς ἀφιγμένος, ὅτι ὁ Ζαχαρίας ἐν τῇ τῶν παρθένων χώρᾳ τὴν Μαριὰμ κατατάξας μετὰ τὴν τοῦ κυρίου κύησιν, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κατεφονεύθη μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐγκληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὡς διὰ τούτου κατασκευάζων τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ πολυύμνητον σημεῖον, παρθένον γεννησάσαν, καὶ τὴν παρθενίαν μὴ διαφθειράσαν. *Declarat autem & Zachariæ historia, Mariam perpetuo virginem permansisse. Ferunt enim, & id ex traditione ad nos usque pervenit, Zachariam cum Mariam in virginum loco post Domini partum posuisset, templum inter & aram occisum a Judæis fuisse, videlicet accusatum a populo, quod hac ratione confirmaret admirabile illud & perquam decantatum signum, virginem peperisse, nec tamen virginitatem corrupisse.* Mirum videri debet tantas ineptias in re seria dici potuisse : nec minus mirari lubit ejusmodi orationem tam diu Basilio magno fuisse tributam. Olim caput vigesimum quintum Matthæi exponens Hieronymus, similem fabellam confutavit. Cum ergo venisset ad eum locum, ubi mentio fit ejus Zachariæ, qui inter templum & altare occisus est, quæreretque quis fit iste Zacharias, ita loquitur : *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicarit adventum.*

Hoc

Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Certe duæ illæ fabellæ ita inter se conveniunt, ut ex uno eodemque fonte profectæ esse videantur. Ego autem male de magno illo Basilio existimare mihi viderer, si eum putarem tam fœde somniasse, ut pro veris apocryphorum somnia narrarit. Ubi & illud præterea notari potest, auctoris sententiam nihil ex hoc commento juvari. Nam probare instituerat Mariam virginitatem illibatam semper servasse: id quod non probavit. Etsi enim in ordinem virginum allecta fuisset Maria, etiam post Domini partum, tamen semper quæri posset, utrum in eo gradu quem consequuta fuerat, ad mortem usque permanserit. Etenim si paulo post Domini partum ab eo ordine exciderit, aliosque liberos ex ea susceperit Josephus, ipsam non semper virginem exstitisse constat. Quare si auctor firma ratione probare vellet, Mariam semper virginem fuisse, non satis erat dicere, eam in virginum loco a Zacharia post Domini partum positam esse, sed ostendere debuisset, ipsam in eo ordine in quo semel fuerat collocata, usque ad extremum spiritum perseverasse: id quod non præstitit. Auctorem in re simili a scopo errasse jam vidimus: Basilius autem unus omnium felicissime attingere scopum novit, & cum semel aliquid sibi probandum proposuit, numquam aliud probat. Porro cum multa sint in hac oratione, quæ mihi displiceant, nihil tamen me magis movit, quam quod de cometis dicitur. Verba auctoris sunt hæc, *ἐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο τοῖς περιέργως τὰ κατὰ τὸν τόκον ἐκλαμβάνουσιν εἰπεῖν ὑπάρχει, ὅτι ὁ ἀστὴρ τοῖς κομήταις παραπλήσιος ἦν, οἵπερ μάλιστα δοκοῦσι βασιλέων διαδοχὰς δηλοῦντες κατ' οὐρανὸν ἵστασθαι. Neque vero iis qui curiose exponunt quæ ad partum pertinent, illud dicere licet, stellam fuisse cometis assimilem, qui maxime ad significandas regum successiones videntur in cælo consistere.* Certe ita videri potuit cuivis alteri potius, quam Basilio magno. Etenim is non erat, qui aut crederet regum successiones cometis significari, ant ad id credendum alios induceret. Ita enim errores genethliacorum atque commenta confutat, ut ejusmodi cometarum fabulam tantum non nominatim repudiet. Pauca ex multis referam. Sic igitur loquitur *οἷα δὲ καὶ τὰ ἀποτελεσματικά; ὁ οὖλος, φησὶ, τὴν τρίχα καὶ χαροπὸς, κριοῦ γὰρ ἔχει τὴν ὥραν, τοιοῦτον δέ πως ὁρᾶσθαι τὸ ζῶον. ἀλλὰ καὶ μεγαλόφρων, ἐπειδὴ ἡγεμονικὸν ὁ κριός. καὶ προετικὸς, καὶ πάλιν ποριστικὸς, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο καὶ ἀποτίθεται ἀλύπως τὸ ἔριον, καὶ πάλιν παρὰ τῆς φύσεως ῥᾳδίως ἐπαμφιέννυται. ἀλλὰ καὶ ὁ ταυριανὸς τλητπαθὴς, φησὶ, καὶ δουλικὸς, ἐπειδὴ ὑπὸ ζυγὸν ὁ ταῦρος. καὶ ὁ σκορπιανὸς πλήκτης διὰ τὴν πρὸς τὸ θηρίον ὁμοίωσιν. ὁ δὲ ζυγιανὸς δίκαιος, διὰ τὴν παρ' ἡμῖν τῶν ζυγῶν ἰσότητα. τούτων τί ἂν γένοιτο καταγελαστότερον;....πῶς οὖν ἐκεῖθεν τὰς προηγουμένας αἰτίας λέγων ὑπάρχειν τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν βοσκημάτων τῶν γεννωμένων ἀνθρώπων τὰ ἤθη χαρακτηρίζεις;....τί οὖν δυσωπεῖς μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἀξιοπιστίας τῶν ἄστρων,* &c. *Quales autem producuntur effectus? Hujus capilli, inquiunt, futuri sunt crispi, oculive decori: arietis scilicet habet boram: namque animal illud quodammodo tale est aspectu. Quinetiam erit grandi animo & elato, quippe penes arietem est principatus: erit & largus, & rursus quæstuosus, quandoquidem hoc animal & citra molestiam deponit lanam, & rursus facile a natura vestitur. Sed natum in tauro, tolerantem esse laborum dicunt, atque servilem: quoniam jugo taurus subjicitur. Qui vero editus est sub scorpione, erit percussor, ob eam quam cum isto animali habet similitudinem. Qui autem in libra natus est, futurus est justus, propter librarum apud nos æqualitatem. Quid his magis ridiculum esse possit? ..... Quomodo igitur illinc præcipuas vitæ humanæ causas proficisci doces, & ex terrenis pecudibus nascentium hominum mores exprimis atque effingis? .... Quid ergo fidem ex astris tibi faciens perterrefacis nos?* Qui, quod ad hominum ortum attinet, non pluris fecit astra, eorumque motus, is, ut mihi quidem videtur, minime omnium dicere potuit regum successiones cometis indicari. Jam ad alia properabimus, sed si prius illud unum adjecerimus, tantam variantium lectionum copiam in libris antiquis reperiri, ut si omnes voluissem exscribere, modum excessissem. Eruditissimus vir Combefisius hoc cum animadvertisset, ita scripsit: *Hæc homilia, quod crebro ecclesiarum usu trita maxime plurimisque libris ecclesiasticis descripta, diversis scates lectionibus, pro eo ac sibi quisque describent in suæ usum ecclesiæ, indulsit, ut vocem aliquam mutaret, seu aliquid interpolaret, pro captu fidelis plebis, cui studebat, sive etiam antiquariis ita obrepsit.* Nolim quidem cum doctissimo viro ea de re contendere: sed tamen hanc homiliam ecclesiarum usu maxime tritam fuisse, nusquam invenio. Præterea idem ille quem dixi homo peritissimus monuit duas Basilii in jejunium orationes initio Quadragesimæ recitari solitas: in quibus tamen tanta diversarum lectionum copia non

reperitur. Sed, ut ut hæc ſunt, ego arbitror immenſam illam variantium lectionum multitudinem ad meam opinionem confirmandam non nihil valere. Nam experientia edoctus ſum tam multam librorum antiquorum inter ſe diſcrepantiam νοθείας ſæpius certiſſimum ſignum eſſe.

§. VI. *De homilia in Pœnitentiam.*

18. Auctor hujus orationis, quiſquis eſt, non id ſibi propoſuit, ut auditores ſuos ad pœnitentiam hortaretur, ſed ut Novatianos & Montaniſtas, qui pœnitentiam negabant, confutaret. Hanc orationem ab aliquo epiſcopo alterius epiſcopi rogatu compoſitam fuiſſe, prima verba aperte oſtendunt. Eruditiſſimus vir Tillemontius ita de hoc ſcripto diſſerit, ut ei exilem quamdam ſuſpicionis notam inurat: ſed fatetur ipſam pro vera ab eruditis hominibus hactenus habitam fuiſſe. Ego autem ſive verba, ſive verborum conſtructionem, ſive ſententias ipſas conſiderem, nihil umquam minus Baſilianum vidi. Proferam aliquot loca, ex quibus id quod dico, probari poſſit. Statim occurrit illud, φησὶν ὁ ταῦτα πλάσας, ὅτι ἐὰν γένωνται αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς τὰ ἄπλυτα χρώματα, εἰ λούσησθε, μεταπίπτει εἰς καθαρότητα χιόνος. *Dicit tamen qui hæc condidit: Si fuerint peccata veſtra velut colores, qui elui non poſſunt, ſi modo lavemini, in nivis puritatem tranſibunt:* ubi quivis alius homo paulum modo diligentior pro μεταπίπτει, *tranſit*, ſcripſiſſet μεταπίπτουσι, *tranſibunt*, videlicet αἱ ἁμαρτίαι. Nec ita multo poſt ita ſcriptum invenitur, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔχει χώραν γλυκαίνεσθαι τὰ ἁλμυρὰ, λέγομεν δὲ καὶ ἡμεῖς νῦν ἀπὸ παλαιᾶς, εἴπωμεν τί ἀντιλέγουσι πρὸς τὰ ἐκ τῆς παλαιᾶς λεγόμενα. *Sed quoniam rebus ſalſugine imbutis non datur dulceſcendi locus, noſque nunc verba proferimus ex veteri Teſtamento, referamus quid opponant adverſus ea quæ ex veteri dicuntur.* Melius, niſi fallor, abeſſet illud, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει χώραν γλυκαίνεσθαι τὰ ἁλμυρὰ, *quoniam rebus ſalſugine imbutis non datur dulceſcendi locus.* Hæc enim cum eo quod ſequitur, cohærere non videntur; & qua ratione ſcriptor dixit relaturum ſe argumenta ex veteri Teſtamento, *quoniam rebus ſalſugine imbutis non datur dulceſcendi locus*, eadem plane dicere potuiſſet relaturum ſe argumenta ex novo Teſtamento, *quoniam rebus ſalſugine imbutis non datur dulceſcendi locus.* Et vero non unum magis cohæret cum eo quod infertur, quam aliud: vel, ut verius dicam, neutrum cohæret. Hæc ut Baſilii non ſunt, ita quoque nec quæ ſequuntur, ὡς προσέχουσι δὲ λέγω, ὅθεν καὶ βαρύτερον ἅπτομαι.... τίς ἀσεβέστερος ἀναγέγραπται τοῦ Ἀχαάβ; ὡς ἀναγινώσκουσι λέγω. *Alloquor velut attentos, unde graviora attingo..... Quis magis impius quam Achaab deſcriptus eſt? Velut legentibus loquor.* Utar auctoris verbis. Velut legentibus loquor, nihil ſimile in veris ac indubitatis Baſilii orationibus invenitur: aut certe cum illud, λέγω ὡς, bis intra paucos verſus poſitum vidi, peregrini aliquid & inſoliti videre mihi viſus ſum. Atque in hac mea ſententia confirmatus fui, cum incidi in ea quæ ſtatim ſubjunguntur, ἐπειδὴ ὑμῖν λαλοῦμεν, εἴπωμεν καὶ σαφέστερον. *Quoniam alloquimur vos, loquamur & clarius.* Mihi enim perſuadere non potui Baſilium magnum ita ſui diſſimilem fuiſſe, ut præter conſuetudinem multa fere continenter dixerit, quæ dicere non ſolum nihil attinebat, ſed quæ per ſe puerilia ſunt & nugatoria. Nunc, ut leviora quædam omittamus, de ſcriptoris doctrina loquamur. Itaque de lapſu Davidis verba faciens auctor, ſic ſcribit: ὅσον ἂν πέσῃ ὁ ἰσχυρὸς, ταχεῖαν ἔχει τὴν ἀνάστασιν. ἀγανακτεῖ ὁ Δαβίδ..... εὐθὺς ἐπὶ τὸ φάρμακον ἐλήλυθεν. εἶδε τὸ τραῦμα· προσέφυγε τῷ ἰατρῷ. ἥμαρτον, φησὶ, καὶ εὐθὺς ἡ ἴασις, καὶ ὁ κύριος περιήνεγκέ σου τὸ ἁμάρτημα. τί γὰρ θέλεις, ἓν ἁμάρτημα λογισθῆναι ὁσίοις, ἢ πολλὴν δικαιοσύνην; ἐποίησεν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐποίησε καὶ πολλὰς δικαιοσύνας. τί δίκαιον παρὰ δικαίῳ θεῷ, τῶν ὀλίγων μνημονεῦσαι, ἢ τῶν πολλῶν ἐπιλανθάνεσθαι; ἔστω ζυγὸς, καὶ ᾧ μετροῦμεν, μετρηθήσεταί ἡμῖν. εἰ πλείονα τὰ ἁμαρτήματα, ἔστω ἁμαρτωλός· εἰ δὲ πλείονα τὰ δικαιώματα, ἔστω δίκαιος. εἷς καὶ εἷς. τὰ γὰρ παρ' ἡμῖν πάντα, ἐκ τοῦ πλείονος λέγεται. καὶ τοῦ λευκοῦ ἐστὶ λευκότερον, καὶ τοῦ γλυκέος εἰς σύγκρισιν ἄλλο γλυκύτερον. οὕτως καὶ οἱ δίκαιοί ἐσμεν ὡς ἄνθρωποι, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη. ὅθεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη ἀκούει, ἡμεῖς δὲ μεταλήψει δικαιοσύνης δίκαιοι. καὶ Μωϋσῆς ἐλάλησέ τι τῇ γλώττῃ, ἀλλ' οὐκ ἀπελήφθη τῇ ἱστορίᾳ. *Quantumvis ſane cadat fortis, cito reſurgit. Rem moleſte fert David..... Statim acceſſit ad remedium: vidit vulnus, ad medicum confugit.* Peccavi, *inquit, & confeſtim adeſt medela.* Et Dominus tranſtulit peccatum tuum. *Quid enim vis, unumne peccatum imputari ſanctis, an* 2.Reg.12.5. *juſtitiam multam? Fecit peccatum, at fecit etiam juſtitias multas. Quid juſtum eſt apud juſtum Deum, paucorumne meminiſſe, an multorum oblivisci? Sit ſtatera; & qua menſura menſi fuerimus, admetientur nobis. Si peccata plura ſunt, ſit peccator: ſin juſtitiæ plu-*

plures, sit justus. Unus & unus. Nam omnia nostra ex abundantiori judicantur. Et res una alba albore superatur ab altera; & dulci, si compares; aliquid aliud dulcius est. Sic etiam justi sumus tamquam homines, non quod peccatum justitia sit. Unde Filius Dei justitia vocatur: nos vero participatione justitiæ justi sumus. Et Moyses lingua loquutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia. Quid, quæso, hac doctrina aut pejus, aut minus Basilianum excogitari potuit? Quamlibet gravis sit lapsus viri fortis, cito, si fides auctori habenda est, resurgit! Sed si ita est, horumque Basilius auctor sit, quomodo fieri potest, ut egregius ille doctor præclaros illos canones ediderit, quibus ad purgandum quodlibet peccatum tam longa tamque severa pœnitentia præfinitur? Etenim si vir fortis, quamvis graviter peccaverit, tam facile resurgit, nihil necessarii erant canones illi, quibus & fortes & debiles ad resurgendum tam diu exercerentur. Sed quid tam novum, aut magis inauditum, non dico apud Basilium, sed apud eos, qui vel primoribus labris sacras Scripturas attigerunt, quam illa comparatio justitiæ & peccati, sic ut aliquis, si peccata plura admiserit, peccator sit; sin autem plura justitiæ opera fecerit, futurus sit justus? Hæc dum scriberem, in mentem venit cujusdam legis Persarum, quam legisse se ait homo peritissimus, idemque elegantissimus. *Multæ olim*, inquit, *apud Persas leges fuisse traduntur: ex quibus facile intelligi potest, singularem quamdam ejus gentis sapientiam fuisse.... Erat igitur apud eos ita constitutum, ut cum quis in judicio argueretur aliquid fecisse contra leges, etiamsi liquido constaret eum culpæ affinem esse, non tamen statim condemnaretur, sed prius inquireretur diligentissime in omnem illius vitam, iniretur que ratio, plurane turpiter & flagitiose, an bene laudabiliterque gessisset. Tum si vincebat turpium numerus, condemnabatur: sin præponderabantur honestis turpia, absolvebatur. Cogitabant enim, humanarum virium non esse, rectum cursum perpetuo tenere: habendos pro bonis viris eos, non qui numquam peccarent, sed qui sæpius honeste agerent.* Esto, lex ejusmodi vigeat apud Persas: sed ab Ecclesia Dei prorsus arceatur. Sed nos ad propositum referamus, nec satis habeamus locum integrum exscripsisse, sed ejus partes aliquas diligentius expendamus. Ita igitur auctor loquitur: εἰ πλείονα τὰ ἁμαρτήματα, ἔστω ἁμαρτωλός· εἰ δὲ πλείονα τὰ δικαιώματα, ἔστω δίκαιος. εἷς καὶ εἷς. τὰ γάρ, &c. *Si peccata plura sunt, sis peccator: si justitiæ plures, sit justus. Unus & unus. Nam*, &c. Quid autem sibi velit illud, *unus & unus*, non satis intelligo; nec facile adducar ut credam hominem, qui Persa non fuerit, ita scripsisse. Sequitur: οὕτως καὶ οἱ δίκαιοί ἐσμεν ὡς ἄνθρωποι, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη. ὅθεν, &c. *Sic etiam justi sumus tamquam homines, non ut peccatum justitia. Unde*, &c. Cætera non improbo: sed in illo, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη, *non ut peccatum justitia*, obscuri aliquid & absoni inesse mihi videtur. Rursus ita statim legitur, ἡμεῖς δὲ μεταλήψει δικαιοσύνης δίκαιοι. καὶ Μωϋσῆς ἐλάλησέ τι τῇ γλώττῃ, ἀλλ' οὐκ ἀπελήφθη τῇ ἱστορίᾳ. καὶ Ἀβραάμ, &c. *nos vero participatione justitiæ justi sumus. Et Moyses lingua loquutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia. Et Abraham*, &c. Ubi illud, *Et Moyses lingua loquutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia*, non belle connectitur reliquis orationis partibus: ex quo fit, ut oratio hoc loco dissoluta esse videatur. Constat igitur non ex sententiis modo, sed ex ipsa etiam scribendi ratione, hanc concionem Basilio magno tribui merito non posse. Auctor, antequam ad novum Testamentum veniret, ex veteri hoc testimonium protulit, καὶ γὰρ Μανασσῆς ὁ τετραπρόσωπα εἴδωλα ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ θείς, ἵν' ὅθεν ἄν τις εἰσέλθῃ τοῖς εἰδώλοις προσκυνήσῃ, μετανοήσας ἀνεκλήθη ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. *Nam & Manasses qui idola quadruplicem faciem habentia in templo Dei collocarat, ut undecumque quis ingrederetur, idola adoraret, acta pœnitentia revocatus est ex captivitate.* In eo autem peccavit auctor, quod locum veteris Testamenti non indicaverit. Nam ubi Scripturarum ejusmodi idolorum quadruplicem faciem habentium mentio fiat, hodieque ignoratur; nec dubium esse potest, quin hæc historia ex alio aliquo fonte hausta sit.

19. Posteaquam scriptor testimonia aliquot e veteri Testamento retulit, e novo quoque nonnulla excerpenda esse judicavit. Ita igitur de adolescente prodigo loquitur, ἐδέξατο, καὶ φησι, θύσατε ταῦρον, καὶ στολὴν ἐξενέγκατε, καὶ ταύτην ἀρχαίαν, καὶ δακτύλιον ἐν τῇ χειρί. ταῦτα πάντα παρερμηνεύεται μέν, δηλοῖ δὲ συντόμως τὴν προτροπὴν τὴν ἀγαθὴν τοῦ ὑποδεξαμένου, οὐ πρὸς ἃ θέλω, ἀλλὰ πρὸς ἃ λέγει· εἰ δέ, &c. *Excepit (pater filium,) & ait: Mactate taurum, & stolam afferte, eamque pristinam, & annulum in manum ipsius. Hæc omnia in aliam quidem sententiam exponuntur: sed tamen compendio significant bonam suscipientis cohortationem, non ad ea quæ volo, sed ad ea quæ dicit. Quod si*, &c. Quibus ex verbis quomodo idonea aliqua sententia effici possit, alii viderint: ego monere satis habebo, ejusmodi scribendi rationem & ineptam

ptam & obscuram in summum virum Basilium non convenire. Cum auctor multa dixisset de adolescente prodigo, tum demum Petri & Pauli mentionem facit, hoc modo Πέτρος τρὶς ἀπαρνεῖται, καὶ κεῖται ἐν θεμελίῳ. Παῦλος ἀπὸ διωκτῶν κήρυξ. ἀλλ' ἐνταῦθά ἐστι ζήτημα. ἀλλὰ τί λέγει αὐτός; Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι; ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. τὸ ἴδιον ἐλάττωμα φανεροῖ, ἵνα δείξῃ τὸ μέγεθος τῆς χάριτος. ἀλλὰ Πέτρος εἰπὼν καὶ εὐλογηθεὶς, εἰπὼν, ὅτι υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, καὶ ἀκούσας, ὅτι πέτρα εἶ, ἐνεγκωμιάσθη. εἰ γὰρ καὶ πέτρα, οὐχ ὡς Χριστὸς πέτρα, ὡς Πέτρος πέτρα. Χριστὸς γὰρ ὄντως πέτρα ἀσάλευτος· Πέτρος δὲ διὰ τὴν πέτραν. *Petrus ter negat, tamen in fundamento collocatur. Paulus ex persequutoribus factus est prædicator. Sed hic quæstio est. Quid autem dicit ipse?* Jesus Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego. *Declarat suum ipsius vitium, ut gratiæ magnitudinem ostendat. At dixerat Petrus, & benedictionem consequutus fuerat; dixerat:* Filius es Dei altissimi; *cumque audisset, Petra es, præconio nobilitatus est. Quamquam autem petra est, non ut Christus petra, ut Petrus petra. Christus enim vere petra est inconcussa: Petrus vero propter petram.* Ubique abjectum est dicendi genus, & humile: sed præterquam quod hoc loco sermo humilis est & abjectus, aliqua dicta sunt ineptissime. Quid enim illa loquendi ratione, ἀλλὰ Πέτρος εἰπὼν καὶ εὐλογηθεὶς, εἰπὼν, ὅτι, *ut Petrus loquutus, & benedictionem consequutus, loquutus*, aut ineptius est, aut absurdius. Fortasse non videbuntur meliora quæ sequuntur, ὡς Πέτρος πέτρα, *ut Petrus petra*. Scriptorem quæstionem quamdam hic proposuisse, nec tamen imitatum fuisse bonos scriptores, qui cum quæstionem aliquam instituunt, ejus rationem paucis explanant, dissimulare volui. Magnus ille dicendi magister, quisquis est, aliquanto post ita loquitur, μέγας ἦν ὄντως Ἀβραάμ. οὕτως ἦν μέγας, διότι γῆ ἐστὶ καὶ σποδός. *Vere magnus erat Abraham. Tantus erat, quoniam terra est & cinis.* Ubi non obscurum est vocem διότι positam fuisse pro ὅμως: ut sit, *tamen terra est & cinis*. Cum scriptor talia superius de multiplici justitia dixisse non satis haberet, ita persequitur, τὸ μὲν ἓν λογίζεται κακὸν, τὰ δὲ πολλὰ ἀγαθὰ οὐ λογίζεται θεός; πόσοι μάρτυρες πρῶτον ἀρνησάμενοι, τὸ δεύτερον ἀνεκαλέσαντο τὴν ἧτταν; ἀλλ' ἀρνησάμενοι, οὐχὶ τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ. ἡ σὰρξ γὰρ ἀσθενής. ἀπαρνούμενος ἐκπίπτει, πάλιν ὁμολογῶν ἀνακαλεῖται. οὐ γὰρ τὰ κακὰ φυλάττει ὁ θεὸς, τὰ δὲ καλὰ ἀθετεῖ. καὶ βασανιζόμενός τις, πολλάκις ἐνέδωκε μὴ ἐνεγκὼν, οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον. ἀλλὰ κατενεχθεὶς καὶ ἄνεσιν λαβὼν ἀνακαλεῖται. τὸ μικρὸν ῥῆμα φυλαχθήσεται αὐτῷ, αἱ δὲ βάσανοι οὐκ ἀριθμηθήσονται; ἀλλὰ θεὸς κριτὴς, οὐκ ἀνθρώπων ἡ τόλμα. τολμᾷς νομοθετεῖν θεῷ, ὃς οἶδε τὴν ἀσθένειαν, καὶ χορηγεῖ τὴν βοήθειαν, καὶ δώσει τὴν νίκην; πόσοι οὐκ ἀπὸ καλοῦ βίου ἐμαρτύρησαν; ἄρα ἐπειδὴ ἐπέστρεψεν ἐπιθυμία, ἀποστερηθήσονται τῶν καμάτων; οὐκ ἄγγελοί ἐσμεν, ἀλλ' ἄνθρωποι. καὶ πίπτομεν καὶ ἐγειρόμεθα, καὶ πολλάκις τῆς αὐτῆς ὥρας.... εἰ δὲ οὐδενὸς ἁμαρτήσαντος ἡ ἄφεσις, ἡ διαφορὰ ἦν ἐν τῇ ποικιλίᾳ. ἀλλὰ ἐπειδή. *Unumne malum reputat Deus, multa vero bona non reputat? Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? Sed negarant non animo, sed lingua. Caro namque infirma est. Excidit qui abnegat, rursus cum confitetur, instauratur. Nec enim mala observat Deus, bona vero nullo loco numerat. Et cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus. At dimissus, ac requiem nactus, restauratur. Servabiturne dictum breve adversus illum, tormenta vero non enumerabuntur? At Deus judex est, non hominum audacia. Audes legem præscribere Deo, qui infirmitatem novit, & suppeditat auxilium, dabitque victoriam. Quot sunt qui post vitam malam martyrium sustinuerunt? Num quoniam cupiditas illexit, privabuntur laboribus? Non angeli sumus, sed homines, & cadimus & resurgimus, idque sæpenumero hora eadem .... Quod si nemini qui peccasset, daretur venia, esset discrimen in varietate.* Quot voces, tot fere peregrinitatis atque νοθείας argumenta. *Unumne malum*, inquit, *reputat Deus, multa vero bona non reputat?* Ita est, *unum malum* aliquando *reputat Deus, multa vero bona non reputat*; neque id ignorare potuit Basilius. Noverat enim doctor egregius, hominem, nonnumquam ob unicum mortale peccatum justo Dei judicio & deseri & perire. Sed audiendus est ipse, qui cum quadraginta martyrum laudes celebraret, ita de misero quodam milite loquutus est, ὡς δὲ οἱ μὲν ἠγωνίζοντο, ὁ δὲ ἐπετήρει τὸ ἐκβησόμενον, εἶδε θέαμα ξένον, δυνάμεις τινὰς ἐξ οὐρανῶν κατιούσας, καὶ οἷον παρὰ βασιλέως δωρεὰς μεγάλας διανεμούσας τοῖς στρατιώταις· αἳ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι διῄρουν τὰ δῶρα, ἕνα δὲ μόνον ἀφῆκαν ἀγέραστον, ἀνάξιον κρίνασαι τῶν οὐρανίων τιμῶν· ὃς εὐθὺς πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύσας, πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀπηυτομόλησεν. ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς δικαίοις, ὁ στρατιώτης φυγὰς, ὁ ἀριστεὺς αἰχμάλωτος, τὸ Χριστοῦ πρόβατον θηριάλωτον. καὶ τό γε ἐλεεινότερον, ὅτι καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς

διη-

διήμαρτε, καὶ οὐδὲ ταύτης ἀπήλαυσεν, εὐθὺς αὐτῷ τῆς σαρκὸς ἐν τῇ προσβολῇ τῆς θέρμης διαλυθείσης. καὶ ὁ μὲν φιλόζωος ἔπεσεν ἀνομήσας διακενῆς, ὁ δὲ, &c. *Cum autem ii decertarent, custos vero eventum observaret, spectaculum mirum vidit, virtutes quasdam e cælis descendentes, & velut a rege munera magna distribuentes: quæ aliis quidem omnibus dona dispertiebant, sed tamen unum reliquerunt non donatum, indignum eum judicantes honoribus cælestibus: qui statim ob dolorem cedens, transfugit ad adversarios. Miserabile spectaculum justis; miles transfuga, vir strenuissimus captivus, direpta a lupo ovis Christi: atque illud miserabilius, quod & æternam vitam amisit, & ne hac quidem fruitus est, carne ipsius ad caloris accessum statim exsoluta. Et hic quidem vitæ amans, frustra admisso scelere cecidit: lictor vero*, &c. Ecce unus miles, multiplici justitia quasi onustus, qui diu pertulerat vim tormentorum, qui tantum non ad mortem usque restiterat, qui tantum non fuerat coronatus, semel negavit, & in sempiternum tempus periit. Non comparantur cum malis bona, neque numerantur: at Deus justo & arcano judicio semel lapsum militem pœnis æternis addixit. Quomodo ergo Basilius, a quo hujus militis historiam audivimus, dicere potuisset quæ in controversa hac oratione leguntur, *Quantumvis sane cadat fortis, cito resurgit*, cum ipse hoc militis exemplo docuerit *virum strenuissimum cecidisse*, nec tamen umquam resurrexisse. Quomodo rursus ita loqui potuisset, *Quid enim vis, unumne peccatum imputari sanctis, an justitiam multam? Fecit peccatum, at fecit etiam justitias multas. Quid justum est apud justum Deum, paucorumne meminisse, an multorum oblivisci? ... Si peccata plura sunt, sit peccator: sin justitiæ plures, sit justus*, cum ipse narret militi justo (nisi enim fuisset justus, ejus exemplum justis non fuisset propositum) imputatum esse unum peccatum, non justitiam multam. Rursus quomodo ita scribere potuisset, *Et cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed dolore victus*, quasi res nihili sit, si quis ob dolorem fidem neget, cum ipse tradiderit militem, qui dolore victus cesserat, tamen vitam æternam amisisse. Sed ad locum, quem ultimo loco proposuimus, redeamus. Ita igitur auctor loquebatur, πόσοι μάρτυρες πρῶτον ἀρνησάμενοι, τὸ δεύτερον ἀνεκαλέσαντο τὴν ἧτταν; ἀλλ' ἀρνησάμενοι, οὐχὶ τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ. *Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarserunt? Sed negarant non animo, sed lingua*. Quasi vero parum esset lingua negare, modo non negaretur animo. Longe alia est doctrina Basilii, cujus hæc sunt in ea quam de martyre Gordio habuit oratione: *Jam igitur beatum hunc virum morti ad vitam properantem circumstantes amici, cum gemitibus amplectebantur, ac extremam salutem dicebant, atque effusis ferventibus lacrymis, precabantur ne semet traderet igni, ne suam absumeret juventutem, ne jucundum hunc solem derelinqueret. Alii consiliis ad persuadendum idoneis eum decipere nitebantur: Nega verbo solo; in animo vero, ut voles, serva fidem. Utique non attendit Deus linguam, sed loquentis mentem. Ita enim tibi licebit & judicem mitigare, & Deum propitium reddere. At ille inflexibilis erat & indomitus, nec ullo tentationum impetu vulnerari poterat ... Et vero spiritualibus oculis circumcurrentem diabolum cum cerneret, concitantem alium ad lugendum, adjuvantem alium ad persuadendum, plorantibus quidem illud Domini verbum dixit*, Nolite flere super me, *sed flete super hostes Dei,* Luc. 23.28. *qui in pietatis cultores talia audent, quique per hanc flammam quam ad nos comburendos accendunt, gehennæ ignem sibimet parant .... Aliis vero, qui ut lingua negaret suadebant, respondit, linguam quæ a Christo creata erat, quidquam in conditorem loqui non posse.* Corde enim credimus ad justitiam, ore vero confitemur ad Rom. 10.10. salutem .... *quomodo igitur negabo Deum meum quem a puero adoravi? Nonne horrescet cælum desuper? nonne obscurabuntur mea causa sidera? num tellus me ullo modo sustinebit?* Nolite errare, Deus non irridetur. *Ex ore nostro nos judicat, ex* Gal. 6.7. *verbis justificat, exque verbis condemnat. Annon legistis tremendam hanc Domini comminationem?* Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Pa- Matth. 10. tre meo, qui in cælis est. *Cur autem hæc simulem suadetis? ut mihi quidpiam ex* 33. *tali arte comparem? ut paucos dies lucrifaciam? at jacturam faciam totius æternitatis; ut effugiam carnis dolores? sed nequaquam videbo bona justorum. Perire solerter, & astute ac dolose æternum sibi supplicium accersere, manifesta fuerit dementia.* Hæc, etsi longiora, hoc loco referre libuit, ut utriusque doctrina, Basilii & auctoris, altera cum altera commodius comparetur, utque ex sententiarum diversitate plane constet hanc de qua controversia est orationem Basilio tribui merito non posse. Et vero Basilius, qui ea quæ edidimus dicentem Gordium induxit, quo-

Digitized by Google

quomodo ita loqui potuisset, *Quot martyres, qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? negarant autem non animo, sed lingua*, tamquam si res levis sit liogua negare. Præterea libenter quærerem ab auctore, si viveret, quot sunt, qui cum semel negassent, numquam redintegrarunt pugnam, nec umquam cladem resarserunt. Velim autem illud notetur maxime, militis exemplum a Basilio proponi noo peccatoribus, sed justis (*spectaculum*, inquit, *justis miserabile:*) sic ut simul & perniciosam illam auctoris de multiplici justitia senteotiam funditus evertat, & justos moneat ut caveant sibi, ne forte & ipsi ob uoicum scelus æterno igni tradantur. Sed, ut jam dixi, si nihil aliud impediret quominus oratio hæc Basilio tribueretur, ipsum certe diceodi genus per se satis esset: quod rursus ex ultimo loco confirmari potest. Ita enim loquutum auctorem vidimus, καὶ βασανιζόμενός τις, πολλάκις ἐνέδωκε μὴ ἐνεγκὼν, οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον, *& cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus:* ubi illud οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον, per ellipsim dictum, violenti aliquid & inusitati præ se fert. Basilius cum de misero illo milite loqueretur, ita superius scripserat, πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύσας, non per ellipsim, τοὺς πόνους. Mox sequitur: εἰ δὲ οὐδενὸς ἁμαρτήσαντος ἡ ἄφεσις, ἡ διαφορὰ ἦν ἐν τῇ ποικιλίᾳ. *Quod si nemini qui peccasset, daretur venia, discrimen esset in varietate:* quod & obscurissimum & ineptissimum esse nemo non videt. Scio quidem doctissimum virum Combefisium ut alios quosdam, ita hunc ultimum locum emendare voluisse: sed cum id non fecerit ex veterum librorum auctoritate, sed de suo, emendationum illius oon habenda est ratio, magisque vellem fassus fuisset, id quod res est, hanc orationem optimi scriptoris Basilii noo esse. Tunc enim de ea emendanda non tantopere laborasset; nec ei mirum fuisset malum auctorem male mala scripsisse.

§. VII. *De homilia adversus eos qui calumniantur nos, quod tres Deos colamus.*

20. Hanc orationem nemo hactenus, quod sciam, in spuriis posuit. Tillemontius, ubi alias orationes recenset, de iisque judicium profert, hujus vix meminit, sed sic tamen, ut alio loco ipsam Basilio aperte tribuat. Ego autem ob argumenti gravitatem optabam phrasim atque sententias Basilio magno dignas in hac oratione invenire: sed quo magis eam legi, eo magis mihi ipse persuasi ipsam indignam esse, quæ tanto viro tribueretur. Apud Basilium omnia propriis & accommodatis ad id quod agitur vocibus exprimuntur: &, ubi non exspectes, aliquid plerumque reconditæ eruditionis latet. Nusquam Basilius sui dissimilis est: sed ubique se præstat eum, qui jure oratorum optimus habitus sit. Praetereaque illius oratio ita naturalis est, ut nihil præter exspectationem audias: sed omnia tam apte tamque convenienter inter se connectuntur, ut fateare necesse sit nihil aut melius aut convenientius dici potuisse. Horum autem nihil in hac concione inveniri, omnes opinor, facile intelligent, si eam paulo attentius legere voluerint. Interea ego loca quædam, quibus maxime hæc oratio suspecta reddi possit, ut occurrent, in medium adducam. Primum igitur sub principium orationis ita legitur, διὸ εἰ ὁ ἀγαπητὸς μισεῖται, τί μέγα εἰ ἡμεῖς τοῦ μίσους ἀξιώμεθα παρ' ἀνθρώποις, οἷς πλεονάζει τὸ κτῆμα τοῦ μίσους; *Quapropter si dilectus odio habetur, quid est magni si nos apud homines, apud quos odii possessio abundat, odio digni habeamur?* Duæ hæ voces, ἀγαπητὸς & κτῆμα, mihi non videntur satis sapere morem ac ingenium Basilii. Fortasse Basilius, cum Psalmos interpretaretur, voce simplici ἀγαπητὸς uti potuit ad unigenitum Dei Filium significandum: sed ipsum hac ipsa voce sola & simplici ad eumdem indicandum in aliis suis oratiooibus umquam usum fuisse non puto. Vox vero κτῆμα idcirco displicet, quod ad hunc locum oon satis accommodata esse videatur. Qui enim illud audit; οἷς πλεονάζει τὸ κτῆμα τοῦ μίσους, *apud quos abundat possessio odii*, is, si in legendis Basilii libris diligenter versatus sit, statim, nisi valde fallor, novum quiddam & peregrinum audire sibi videbitur. Totum illud, τίς μοι δώσει θέατρον τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ φωνὴν σάλπιγγος εὐτονωτέραν, καὶ θρήνους Ἱερεμίου, καὶ δάκρυον δαψιλὲς καταῤῥῆξαι καρδίαν ὀδύναις συντετριμμένην, καταχέασθαι κόνιν τὴν νῦν ἐκ τῆς ἀτιμίας ἡμῖν καταχεχυμένην, πενθῆσαί τε τὴν κοινὴν συμφοράν; ὅτι ἐπιλέλοιπεν ἡ ἀγάπη ἡ ῥίζα τῶν ἐντολῶν; *Quis mibi dabit theatrum universum orbem terrarum, & vocem tuba validiorem, & lamentationes Jeremiæ, & lacrymas uberes, quibus cor doloribus contritum dirumpam, pulveremque nobis nunc ignominiose aspersum perfundam, & deplorem calamitatem communem? Quippe defecit mandatorum radix charitas*, totum, inquam; illud fragmentum

tum in hominem grandiloquum convenire potest, non in Basilium magnum, qui omnia eloquentiæ ornamenta cum mira quadam simplicitate solertissime conjungere solet. Et ut magis intelligatur quam alienum sit a Basilii moribus ejusmodi dicendi genus turgidum & inflatum, exemplum unum ex quo de aliis judicari possit, in medium proferre non pigebit. Etsi igitur Basilius sæpe Christianorum inter se dissensiones ac jurgia memorat, tamen libro de Spiritu sancto copiosius & accuratius quam aliis locis miserabilem illum Ecclesiæ statum describit. Ergo sicubi, illic maxime tumido illo loquendi genere uti Basilium decebat: sed tamen ne ibi quidem turget illius oratio, at simplex est, & ab omni emphasi alienissima. Postquam enim tot ac tanta mala recensuisset, hoc modo loquitur, διὰ ταῦτα λυσιτελεστέραν τῷ λόγῳ τὴν σιωπὴν ἐπιθέμην, ὡς οὐ δυναμένης φωνῆς ἀνθρώπου διὰ τοσούτων θορύβων εἰσακουσθῆναι. εἰ γὰρ ἀληθῆ τὰ Ἐκκλησιαστοῦ ῥήματα, ὅτι λόγοι σοφῶν ἐν ἀναπαύσει ἀκούονται; πολλοῦ ἂν δέοι πρέπειν τῇ νῦν καταστάσει τὸ περὶ τούτων λέγειν. *Has ob res, silere utilius judicavi, quam loqui, tamquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non possit. Nam si vera sunt, quæ dixit Ecclesiastes, verba sapientum in quiete audiri, plurimum abest, ut in hoc rerum statu de his loqui conveniat.* In eo quem mox exscribam loco variant inter se libri, nam aliquot codices & editi ita habent, τούτου γὰρ ἕνεκα ἐκεῖνοι τὰς πανηγύρεις ταύτας ἐμηχανήσαντο, ἵνα τὴν ἐκ τοῦ χρόνου ἐγγινομένην ἀλλοτρίωσιν διὰ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐπιμιξίας ἀνανεώσωσι, καὶ τοὺς τὴν ὑπερορίαν οἰκοῦντας ἵνα τοῦτον καταλαβόντας τὸν τόπον, ἑαυτοῖς ἀρχὴν φιλίας καὶ ἀγάπης τὴν συντυχίαν παρέχοιεν: sic vero vetus liber Harlæanus, ἵνα ..... ἀνανεοῦσθαι ..... παρέχειν. Neutram autem loquendi rationem arbitror satis idoneam esse. Etenim si legas, ἵνα .... ἀνανεώσωσι ..... παρέχοιεν, ita scribi oportuisset, καὶ οἱ τὴν ὑπερορίαν οἰκοῦντες ἵνα τοῦτον καταλαβόντες τὸν τόπον, &c. nec aliter scripsisset Basilius: sin legas, ἵνα .... ἀνανεοῦσθαι ..... παρέχειν, non erit quidem causa ulla, cur voces οἰκοῦντας & καταλαβόντας reprobentur, sed alium quemvis potius auctorem loquentem induces quam Basilium; apud quem, opinor, vocula ἵνα cum infinitivo conjuncta non invenitur. Sed, quod multos magis movere poterit, illud, ἀνανεοῦσθαι & παρέχειν, videtur emendatio esse librarii alicujus; qui cum videret voces οἰκοῦντας & καταλαβόντας necessario infinitivum exposcere; pro ἀνανεώσωσι & παρέχοιεν scripsit ἀνανεοῦσθαι & παρέχειν. Cum enim unicus duntaxat liber vetus habeat ἀνανεοῦσθαι & παρέχειν, alii autem omnes habeant ἀνανεώσωσι & παρέχοιεν, non immerito auctor ipse ita scripsisse putandus est. Satis de verbis hujus periodi: nunc de ipsa sententia loquamur. Quod igitur scriptor ait, *adinventos fuisse conventus, ut animorum alienatio renovetur*, id non prudenter dictum est. Dici oportuerat fieri conventus, non ut ejusmodi alienatio instauretur, sed ut penitus e medio tollatur. Nam renovanda erat pax atque concordia: alienatio vero; quæ pacem atque concordiam interruperat, prorsus abolenda. Quare cum scriptor ita loquutus est, videtur aliud cogitasse, aliud expressisse. Non enim dubito quin voluerit dicere, renovandam esse concordiam: sed dixit renovari debere alienationem. Aliquanto post cum auctor significare vellet, accusari se a quibusdam, quod multos deos introduceret, ita loquitur, μαρτυρήσατε τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἡμῖν, πρὸς τοὺς ἐπιθρυλλοῦντας τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἄρα ἡμεῖς τὴν παλαιὰν δωρεὰν ἀνανεωσάμεθα. *Reddite testimonium veritati & nobis, adversus eos qui talia divulgant, videlicet quod nos donum vetus instauravimus.* Ubi nemo non videt vocem δωρεὰν improprie & inepte ad id significandum positam fuisse: alius quivis, eorum saltem qui apte loqui student, voce πλάνην aut simili usi fuissent, *adversus eos qui talia divulgant, videlicet quod errorem veterem instauravimus.* In eo quoque quod mox subjiciam, auctor quisquis est, longissime discessit a consuetudine Basilii, qui non ita acerbe in suos adversarios invehi solet. Studebat vir humanissimus, non insultare suos accusatores, sed eos ad veritatis cognitionem adducere. Eo autem, quem dico, loco ita scriptum invenitur, τί ὑποκρύπτεις σεαυτοῦ τὴν ἐπήρειαν; ψεύδῃ, κατηραμένε, λέγων παρ' ἡμῖν τρεῖς θεοὺς καταγγέλλεσθαι. *Quid occultas tuam ipsius calumniam? mentiris, vir exsecrande, cum ais Deos tres a nobis prædicari.* Ita auctor persequitur, καὶ οὐ λέγεις ἐκ τοῦ προφανοῦς, ὅτι ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ τοὺς κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντας ἀναθεματίζοντες. ταύτην τὴν κατηγορίαν δέχομαι. ἐπὶ τούτῳ πῦρ καὶ ξίφος ἠκονημένον ὑφίσταμαι. κἂν ὁ τροχὸς καταῤῥάσσῃ, κἂν, βασανιστήρια ἐπ' ἐμὲ κινῆται, ἐν τῇ αὐτῇ πληροφορίᾳ δέχομαι τὰ βασανιστήρια, ἐν ᾗ καὶ οἱ μάρτυρες οἱ ἐνταῦθα κείμενοι τῶν στεφάνων ἠξιώθησαν. *Nec aperte dicis nos ipsos esse, qui eos qui Spiritum sanctum creaturam dicunt, anathemate ferimus. Hanc accusationem admitto. Eam ob causam ignem subibo & gladium exacutum. Sive rota collidat, sive tormenta in me moveantur, eadem animi persuasione perferam tormenta, quæ martyres hic jacentes coronas consequuti sunt.* Prævideo quidem non desu-

Digitized by Google

defuturos, quibus hæc verba primo aspectu valde admodum placitura sint, quique ipsa inveniant dignissima, quæ Basilius magnus pronuntiarit, cum a viro, qui animo excelso esset & elato, prolata fuisse negari non possit: sed tamen illi ipsi, si rem attentius considerarint, statim, opinor, animadvertent, hæc esse verba hominis constantia atque fortitudine sua præfidentis, quique jactantior videri possit. Et ut melius intelligant hæc longius a Basilii modestia abesse, quam ut ei tribui possint, velim diligenter comparent quæ hic dicuntur cum iis quæ aliis locis simili in re scripsit Basilius. Potest autem legi ea oratio, cui titulus, *Contra Sabellianos & Arium & Anomœos*, in qua vir gravissimus modestiæ suæ specimina quædam reliquit. In hac igitur oratione Basilius pariter conqueritur instrui sibi calumniam, in eademque pariter profitetur Spiritum sanctum creaturam non esse, nec tamen quid quam de se magnificentius prædicat, sed simpliciter ac modeste ita loquitur, ἀλλὰ γὰρ πάλαι ὁρῶ δυσαναχετοῦντας ὑμᾶς πρὸς τὸν λόγον, καὶ μονονουχὶ ἀκούειν δοκῶ, ὅτι τοῖς ὁμολογουμένοις ἐνδιατρίβων, τῶν πολυθρυλλήτων ζητημάτων οὐχ ἅπτομαι. πᾶσα γὰρ ἀκοὴ νῦν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν λόγων τῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνηρέθισται. ἐγὼ δὲ μάλιστα ἠβουλόμην, ὡς παρέλαβον ἁπλοϊκῶς, ὡς συνεθέμην ἀνεπιτηδεύτως, οὕτω παραδιδόναι τοῖς ἀκούουσι ..... ἐπειδὴ δὲ περιεστήκατε ἡμᾶς, δικασταὶ μᾶλλον ἢ μαθηταί, ἡμᾶς δοκιμάσαι βουλόμενοι οὐκ αὐτοί τι λαβεῖν ἐπιζητοῦντες, ἀνάγκη ἡμᾶς ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἀντιλογίαν προτείνεσθαι, καὶ ἀεὶ μὲν ἀνακρίνεσθαι, ἀεὶ δὲ λέγειν ἃ παρειλήφαμεν. *Sed jamdiu sermonem nostrum moleste ferre vos video, & tantum non audire me puto, quod confessis immorans, quæstiones valde decantatas non attingam. Omnium enim aures arrectæ nunc sunt, ut de Spiritu sancto aliquid audiant. Ego vero velim maxime, sicut traditum simpliciter accepi, sicut ingenue & candide assensus sum, sic & auditoribus tradere ..... Quoniam autem circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis, necesse nobis est velut in judicio iis quæ objiciuntur respondere, semperque interrogari, & semper quæ accepimus dicere.* Ejusdem modestiæ exempla ut in hac oratione, ita multis aliis locis cuique apud sanctissimum Patrem videre licet. Quare mihi quidem persuasissimum est ita affectum fuisse Basilium, ut tormenta omnia perferre paratus esset ad defendendam Spiritus sancti divinitatem: sed non facile adducar, ut credam modestissimum virum talia qualia audivimus, de seipso jactantius prædicasse. Præterea inter cæteras ingenii laudes, quas doctissimus vir Erasmus Basilio tribuit, hæc quoque reperitur, ipsum Scripturarum testimonia tam concinne admiscere orationi suæ, ut gemmas purpuræ non assutas, sed ibi natas dicas: quomodo ergo ineptissime illud Joannis, *Cum veneris Paracletus*, ita citasset, ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, νῦν ἀνεγινώσκετο. σὺ δέ, Cum venerit Paracletus, *nunc legebatur. Tu vero*, &c. Vir aliquis imperitus, Scripturam ita præpostere citare potuit, non magnus ille Basilius, qui Scripturæ verba aptius locare optime noverat. Nec illud omittam, ubi paulo post legitur ὥσπερ οὐκ ἔνι συναγέννητος θεὸς ἕτερος, οὕτως, &c. *Sicut non est Deus alter, qui quoque una cum ipso sit ingenitus, ita*, &c. ibi mihi videri exoticum quiddam inesse. Basilius enim ἔνι pro ἐστὶ uti non solet. Quod si cuipiam ex suo sensu de aliis judicare fas esset, testimonium quod proferam vel unicum satis esset ad hanc orationem repudiandam. Is autem, quem dico, locus ejusmodi est, διὰ τὸ σῶμα ἔλαβε νέφος τὸ σῶμα ὁ λόγος, ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰ ὁρώμενα. *Propter corpus Verbum nubem assumsit, corpus videlicet, ne res visibiles combureret*. Pauci sane, si publicam orationem ad populum haberent, ita loqui vellent, διὰ τὸ σῶμα ἔλαβε νέφος τὸ σῶμα ὁ λόγος, *causa corporis, Verbum nubem assumsit, corpus videlicet*, cum in his verbis insit mystici aliquid, quod oratorium dicendi genus non deceat: sed nullus, nisi valde fallor, hactenus dixit, neque serio in posterum dicet, ideo corpus a Domino assumtum fuisse, ne res visibiles combureret. Et vero ejusmodi Incarnationis causa mihi videtur a communi hominum sensu tam aliena, ut eam nulli alteri umquam in mentem venisse putem. Sed, ut nunc de cæteris taceam, affirmare ausim Basilium hominem acerrimo judicio præditum, de tam inepta ratione ne per somnium quidem cogitasse. Fortasse auctor timebat, ne Verbum æternum, nisi indueret carnem, totum terrarum orbem Phaethontis exemplo concremaret.

21. Arbitror igitur hanc concionem Basilii non esse: sed alicujus, qui eum imitari voluerit. Mihi enim verisimile fit ejus auctorem, quicumque ille fuit, sibi imitandam proposuisse orationem eam, quæ inscribitur, *Contra Sabellianos, & Arium & Anomœos*: qua de re vix dubitaturum puto, qui duas has orationes diligenter legerit. Velim autem studiosi attendant maxime ad insignia quædam loca, quæ hic apponere non pigebit. Basilius igitur sic loquitur, δεινὴ γὰρ ἀγνωμοσύνη μὴ καταδέχεσ-

δέχεσ-

δέχεσθαι τὰ διδάγματα τοῦ κυρίου, ἀκριβῶς διιστῶντος ἡμῖν τῶν προσώπων τὴν ἑτερότητα. ἐὰν γὰρ ἀπέλθω, φησὶ, παρακαλέσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον πέμψει παράκλητον ὑμῖν. οὐκοῦν υἱὸς μὲν ὁ παρακαλῶν, πατὴρ δὲ ὁ παρακαλούμενος, παράκλητος δὲ ὁ ἀποστελλόμενος. ἆρ' οὖν οὐ φανερῶς ἀναισχυντεῖς ἀκούων, ἐγὼ περὶ τοῦ υἱοῦ, ἐκεῖνος δὲ περὶ τοῦ πατρὸς, ἄλλος περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ πάντα φύρων .... καὶ μή μοι περιδραμόντες, ὅσοι οὐ μὴ πλείους τοῖς λεγομένοις ἠκολουθήσατε, ἢ πρὸς ἐπήρειαν ἡμᾶς περιεστήκατε, οὐ λαβεῖν τι παρ' ἡμῶν ὠφέλιμον ἐπιζητοῦντες, ἀλλὰ λαβέσθαι τινὸς τῶν λεγομένων ἐπιτηροῦντες, εἴπητε· δύο θεοὺς κηρύσσει .... ἐπειδὴ δὲ περιεστήκατε ἡμᾶς, δικασταὶ μᾶλλον ἢ μαθηταὶ, ἡμᾶς δοκιμάσαι βουλόμενοι, οὐκ αὐτοί τι λαβεῖν ἐπιζητοῦντες .... οἱ δὲ χωρίζοντες πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τῇ κτίσει συναριθμοῦντες τὸ πνεῦμα, ἀτελὲς μὲν ποιοῦσι τὸ βάπτισμα, ἐλλιπῆ δὲ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ....οὕτω μὲν οὖν οὔτε καινοτομῶ ῥήματα, οὔτε ἀθετῶ τὴν ἀξίαν· τοὺς δὲ τολμῶντας κτίσμα προσαγορεύειν, στενάζω καὶ ὀδύρομαι. *Nam ingens improbitas est, non suscipere documenta Domini, qui nobis perspicue aliam personam ab alia distinguit.* Si enim abiero, *inquit*, rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis. *Itaque Filius est qui rogat, Pater est qui rogatur, Paracletus vero, qui mittitur. Nonne ergo aperte impudens es, qui cum audias, ego de Filio, ille de Patre, alius de Spiritu sancto, miscet tamen omnia ...... Et mihi, quotquot aut non perfecte dicta assequuti estis, aut calumniandi causa nos circumstatis, non quærentes ut ex nobis aliquid capiatis emolumenti, sed observantes ut aliquid eorum quæ dicimus carpatis, ne circumcursantes dixeritis: Prædicat Deos duos .... Quoniam autem, circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis ..... Qui enim separant a Patre & Filio, & inter creaturas numerant Spiritum, ut baptismum imperfectum, ita faciunt confessionem fidei imperfectam ..... Sic igitur neque sum verborum architectus, neque majestatem Spiritus reprobo: sed eos qui creaturam appellare audent, deploro defleoque.* Auctor vero ita scripsit, οἱ πλεῖστοι τῶν παρόντων κατάσκοποι, μᾶλλόν εἰσι κατάσκοποι τῶν λεγομένων, ἢ μαθηταὶ τῶν διδαγμάτων. καὶ λόγος ἐπιζητεῖται οὐ πρὸς οἰκοδομὴν τῶν παρόντων, ἀλλὰ πρὸς ἐπήρειαν τῶν ἐφεδρευόντων. κἂν μέν τι λεχθῇ συμβαῖνον τῇ ἐπιθυμίᾳ τῶν ὀστρακιζόντων τὴν γνώμην, ἀπῆλθε καταδεξάμενος ὡς τὸ ἴδιον εὑρὼν παρ' ἡμῖν..... ἐκεῖ ἀντικαταστήσονταί μοι οἱ τὴν ἐπήρειαν ταύτην ῥάπτοντες .... τί .... ἐμοὶ πολεμεῖς; εἰ πιστεύω εἰς πατέρα, εἰ ὁμολογῶ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ἀθετῶ τὸ πνεῦμα. εἰ ὁ τριάδα ὁμολογῶν, τρεῖς ὀνομάζει θεοὺς, ἀθετεῖ τὸ βάπτισμα, καὶ πολεμεῖ τῇ πίστει .... σὺ δὲ ταῖς συκοφαντίαις ἀφορμὴν εἰς ἐπήρειαν τέθηκας ....οὐ δέχῃ τοίνυν τοῦ παρακλήτου τὴν εὐεργεσίαν· ἢ οὐχὶ ὁ κύριος αὐτῷ ταύτην τὴν προσηγορίαν πρῶτον ἐνομοθέτησε; πέμψω ὑμῖν καὶ ἄλλον παράκλητον. ὁ καὶ ἄλλον εἰπὼν, οὐχ ἑαυτὸν ἔδειξε πρὸ τοῦ ἄλλου...... εἰ δὲ μὴ θέλεις, ἀλλὰ φιλονεικεῖς, καταγελῶ σου τῆς ἀνοίας, μᾶλλον δὲ κλαίω σου τὴν τόλμαν. *Plurimi eorum qui adsunt, magis sunt exploratores eorum quæ dicenda sunt, quam discipuli eorum quæ docentur. Atque exquiritur concio, non ut ædificentur, sed ut insidiatores locum habeant calumniandi. Quod si forte dictum est quidpiam, quod accommodatum sit ad cupiditates eorum qui sententiam explodunt, abiit qui audivit, tamquam si id quod suum est, apud nos reperisset.... Illi mihi ex adverso sistentur qui hanc calumniam consuunt ..... cur ..... me bello petis si credo in Patrem, si confiteor Filium, si non reprobo Spiritum. Trinitatem qui confitetur, si Deos tres nominet, abrogat baptismum, & fidem impugnat ..... Tu vero inde occasionem arripuisti calumniandi, ut injuriam inferas .... Non igitur suscipis Paracleti beneficentiam: An non Dominus hanc ei appellationem congruere sanxit?* Mittam vobis & alium Paracletum. *Qui cum & alium dixit, nonne seipsum ante alium ostendit? .... Quod si nolis, sed contendas, derideo tuam amentiam: imo potius deploro tuam audaciam.* Qui ergo hæc & similia loca inter se comparaverit, facile intelliget eam, de qua controversia est, orationem ex alia imitatam fuisse: sed ita tamen, ut exemplum ab archetypo distet quam longissime. Quare quæ similia sunt, aperte ostendunt aliam orationem ex alia expressam & effictam esse: quæ vero dissimilia, cum multa & gravia sint, utriusque concionis non eumdem auctorem esse manifeste probant. Et vero in utraque oratione tam diversa est scribendi ratio, ut eam discrepantiam qui non videt, suos sibi oculos volens claudat necesse fit. Cæterum neminem movere debet, quod hæc lucubratiuncula in veteribus libris Basilii nomen præferat. Cum enim auctor, quantum in se fuit, Basilianus esse studuerit, ab eoque sententias aliquas sumserit, nihil mirum videri debet, si ea ipsi tributa sit. Aliquid aliud jam aggrediar, sed si prius monuero multas variantes lectiones in libris antiquis inveniri: cujus rei hanc esse caussam arbitramur, quod librarii, qui hanc oratiunculam non satis apte conscriptam viderent, alii aliter eam emendare conati sint.

Digitized by Google

§. VIII. *De Homilia de libero arbitrio.*

22. Cum nemo hactenus genuina Basilii opera ab adulterinis secernere sibi satis serio proposuerit, non est quod quisquam miretur, si hoc quoque opusculum ipsi adscriptum sit. Hæc autem lucubratiuncula in vulgatis quidem inter homilias posita est: sed tamen si duorum codicum, in quibus reperitur, habenda est aliqua ratio, non homilia est, sed prologus asceticus. Ego parum interesse puto, utrum hoc opusculum homilia dicatur, an prologus asceticus: utrum Basilii sit, nec ne, scire magis referr. Opusculum in se dum considero, vere dici posse arbitror, nec prologum esse, nec homiliam. Illud enim, μίμησαι ταύτην, ὦ τέκνον, μίμησαι, *imitare hanc, fili, imitare*, aperte ostendit hanc lucubratiunculam non homiliam, sed libellum peculiarem esse, qui unius hominis causa scriptus sit. Præterea que Basilius cum in suis orationibus alloquitur populum, voce ἀδελφὸς, non voce τέκνον utitur. Prius auctor ita jam loquutus fuerat τοιγαροῦν σπούδασον ἄμωμον τέκνον Θεοῦ γενέσθαι. *Curam igitur in eo pone, ut fias intemeratus filius Dei*; quo testimonio confirmatur quod diximus, auctorem, cum hæc scriberet, ad unicam personam respexisse. Nec minus perspicuum est, ipsam hanc lucrubaticulam prologum asceticum merito vocari non posse, cum in ea nihil reperiatur, quod ad illud vivendi genus speciatim referri debeat; & alioquin cui operi ejusmodi prologus præfigi posset, non video. Sed his omissis, ad id quod hujus disputationis caput est, festinet oratio. Auctor, quicumque ille fuit, qui hanc lucubratiunculam conscripsit, videtur sibi disputandum proposuisse de libero arbitrio: id quod judicarunt, qui breve illud scriptum edidere, cum ei titulum fecerint, *de libero arbitrio*. Basilius autem, ut notum est, in omnibus suis operibus aliquem sibi finem proponit, nec ab eo discedit vel transversum unguem, nisi prius argumentorum gravitate atque multitudine propositum assequutus sit: auctor vero, quisquis est, posteaquam pauca quædam de invicta vi divini auxilii dixit, prorsus aliud agit, idque ita confuse, ut quo spectaverit, nescias. Ubi igitur de libero arbitrio paucis loquutus est, statim potius quidvis aliud tractat. Ita enim scribit. τοιγαροῦν εἴπερ βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν κτισθέντες καὶ τεθέντες ἐν παραδείσῳ, τελλ τοῖον συμπαρεβλήθημεν τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθημεν αὐτοῖς, ἀποπεπτωκότες τῆς ἀχράντου δόξης, γίνωσκε, ἐπειδὴ διὰ τῆς παρακοῆς δοῦλοι τῆς σαρκὸς τοῖς πάθεσι γενόμενοι ἑαυτοὺς ἀπῳκίσαμεν τῆς μακαρίας τῶν ζώντων χώρας, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενόμενοι, ἔτι ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος καθίζεσθαι. καὶ διὰ τὸ ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ ἡμᾶς κατέχεσθαι, οὔπω ἐκληρονομήσαμεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας: quæ verba sic vertit interpres: *Si cupis igitur cognoscere, cujus gratia conditi, inque paradisum locati, insipientibus tandem animantibus comparati & assimilati simus, ab immaculata illa gloria relapsi: sciendum est, quod quoniam per inobedientiam servi carnalium concupiscentiarum facti sumus, nosipsos a beata viventium regione extorres reddidimus, atque ita in captivitatem abducti, ad flumina Babylonis adhuc sedemus. Et quoniam adhuc in Ægypto detinemur, promissionis terram nondum sortiti sumus.* Ita pergit auctor, οὔπω συνεφυράθημεν τῇ ζύμῃ τῆς εἰλικρινείας, ἀλλ᾽ ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ τῆς πονηρίας ζύμῃ. οὔπω ἐῤῥαντίσθη ἡμῶν ἡ καρδία τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ..... οὔπω ἀπειλήφαμεν τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου τοῦ Χριστοῦ..... οὔπω ἐνεδυσάμεθα τὸν καινὸν ἄνθρωπον, &c. *Nondum fermento sinceritatis confermentati sumus, sed adhuc fermento nequitiæ occupamur. Nondum adspersum est cor nostrum sanguine agni Dei..... nondum lætitiam salutaris Christi recuperavimus.... nondum induimus novum hominem*, &c. Ubi voce οὔπω usque adeo abutitur, ut eam vicies & novies vel circiter repetat, ibidemque vox ἔτι sæpe repetita est, quæ voci οὔπω responderet; neque solum nihil ad propositum faciunt quæ profert, sed tædium maximum legentibus creant. Deinde harum vocum pertæsus scriptor ipse, jamque parans se ad aliud dicendi genus, sic pergit, οὔπω ἐσμὲν γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἐπειδὴ ἔτι ἐσμὲν ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. πῶς γὰρ οὐκ ὄφεις, οἱ ἐπὶ γῆς συρόμενοι, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες, καὶ οὐκ ἐν οὐρανοῖς τὴν πολιτείαν ἔχοντες; πῶς δὲ οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν, οἱ μὴ ἐν τῇ ὑπακοῇ τοῦ Θεοῦ εὑρισκόμενοι, ἀλλ᾽ ἐν τῇ διὰ τοῦ ὄφεως παρακοῇ; ἐπειδὴ τοίνυν πῶς μὲν ἀξίως ὀδύρωμαι τὴν συμφορὰν ταύτην οὐκ εὑρίσκω, πῶς δὲ ἐκβοήσας δακρύσω πρὸς τὸν δυνάμενον ῥύσασθαι τὴν αὐλιζομένην ἐν ἐμοὶ πλάνην, ἀγνοῶ· καὶ πῶς ᾄσω τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; πῶς θρηνήσω τὴν Ἱερουσαλήμ; quæ verba ita latine reddidit interpres, *Nondum sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit & peculium: quoniam adhuc serpentes sumus, progenies viperarum. Quomodo enim non sumus serpentes, qui super terram serpimus,*

&

& terrena sapimus, nec conversationem nostram in cælis habemus? Quomodo non progenies viperarum sumus, qui non in obedientia Dei, sed in inobedientia, quæ per serpentem est, deprehendimur? Quoniam igitur non invenio quomodo calamitatem istam deplorem, & ignoro, quomodo cum lacrymis eum, qui demorantem in me seductionem abigere & expellere potest, implorem, quomodo cantabo canticum Domini in terra aliena? Quomodo lamentabor ac deflebo Jerusalem? Hæc eo copiosius retuli, quo magis scriptoris indoles cognoscatur atque ingenium hominis scopum nullum habentis, & nihil aliud, nisi ut verba persundat, curantis. Et ne quis falleretur, tribuens Basilio, quod Basilianum non est, particula πῶς hoc ipso in loco vicies occurrit, sic ut tædium quod voces οὔπω & ἔτι pepererant, altera alterius vocis repetitione multum augeatur. Nec solum vocula πῶς ad satietatem usque adhibetur: sed, quod magis ad rem facit, sine ullo consilio, sine ullo delectu, sine ullo judicio plerumque usurpatur. Et vero quo consilio ita scribere potuit, πῶς γὰρ οὐκ ὄφεις, οἱ ἐπὶ γῆς συρόμενοι, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες, καὶ οὐκ ἐν οὐρανοῖς τὴν πολιτείαν ἔχοντες; πῶς δὲ οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν, &c. *Quomodo enim non sumus serpentes, qui super terram serpimus, & terrena sapimus, nec conversationem nostram habemus in cælis? Quomodo non progenies viperarum*, &c. Fortasse, ut vis divini auxilii atque necessitas ostenderetur (qui hujus auctoris scopus fuisse creditur:) sed quam parum hæc omnia inter se cohæreant, vident, opinor, omnes. Finem lucubratiunculæ suæ mox impositurus auctor, confugit ad illud suum, ut repetenda aliqua voce sermonem protraheret. Ergo præter exspectationem voce πῦρ, utitur, eamque quatuordecies adhibet; & ut alias, ita hic quoque non satis intelligitur ad quid, cum hæc scriberet, respexerit. Non ergo alio magis nomine repudiari debere hoc breve scriptum puto, quam quod auctoris scopus nullus fuisse videatur. Verba sunt, præterea nihil: nec verba simpliciter, sed verba male inter se cohærentia.

23. Etsi satis liquet ex dictis, id opusculum Basilio tribui merito non posse: tamen nonnulla ad hoc idem comprobandum adscribam. Fateor autem singula eorum, quæ dicturus sum, si seorsum considerentur, non ita multum roboris ac momenti habitura: sed si omnium simul habeatur ratio, spero nostram opinionem inde maxime confirmatum iri. Exordium sumam ab his verbis, ἀμήχανον γὰρ ἐπιβῆναι ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, καὶ καταπατῆσαι λέοντα καὶ δράκοντα, μὴ πρότερον, καθὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐκκαθάραντα ἑαυτὸν, δυναμωθῆναι παρὰ τοῦ εἰπόντος τοῖς ἀποστόλοις· ἰδοὺ, &c. Interpres, *Impossibile namque est ambulare super aspidem & basiliscum, & calcare leonem & draconem, eum, qui non prius seipsum, quatenus homini possibile est, repurgavit, ut possit corroborari ab eo qui Apostolis dixit:* Ecce, &c. Velim autem paulo attentius expendatur illud, δυναμωθῆναι: *ut possit corroborari*, in quo vitii aliquid inesse suspicor. Nihil enim video in tota periodo, a quo id verbum aut regi, aut dependere possit: sed quasi suspensum est, nec satis reliquæ orationi connexum. Sequitur, ὀφείλει ἀκορέστῳ στοργῇ καὶ ἀπλήστῳ διαθέσει ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ζητεῖν τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀντίληψιν ἐν δυνάμει. Ad verbum, *debet amore insatiabili, & animi affectu inexplebili, ex omni corde & virtute, noctes atque dies, Dei auxilium quærere in virtute:* ubi illud ἐν δυνάμει, *in virtute*, non belle ibi positum est; nec valde admodum dubito, quin melius abesset. Nam præterquamquod ita ultimo loco positum, fert præ se insuave aliquid & inurbanum, præterea redundare mihi videtur. Postquam enim auctor scripserat quærendum esse Deum ex toto corde atque virtute, quid, quæso, illud, *in virtute*, addere necesse erat. Paulo post ita legitur, οὔπω ἐρραντίσθη ἡμῶν ἡ καρδία τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, ἔτι γὰρ τὸ πίτυρον τοῦ ᾅδου, καὶ τὸ ἄγκιστρον τῆς κακίας ἐμπέπηκται αὐτῇ. *Nondum adspersum est cor nostrum sanguine agni Dei: adhuc enim illi laqueus inferni & hamus malitiæ infixus est.* Primum hominis sunt verba, qui non cæterorum hominum more loquitur. Pauci enim, qui interrogarentur, cur cor nostrum sanguine agni Dei nondum adspersum sit, ita responderent: *adhuc enim laqueus inferni & hamus malitiæ infixus est illi*. Deinde vocem πίτυρον pro eo, quod βρόχος usitate dicitur, nusquam a Basilio adhibitam invenio. Nec ita multo infra ita auctor loquutus est, οὔπω γεγόναμεν ἄδολος πορφύρα βασιλική, οὐδὲ ἀνόθευτος εἰκὼν θεική. *Nondum facti sumus fuco carens purpura regia, neque germana imago divina:* ubi notandum, quod jam alibi notavimus, Basilium voce θεικός numquam in suis scriptis uti. Non nihil est quoque, quod vox πυγαροῦν, quæ tam parum Basilio familiaris erat, ut opere in longo ne semel quidem ea usus sit, ipsa tamen in tam brevi opusculo ter aut quater reperiatur. Quod

si in alicujus mente scrupulus atque dubitatio adhuc resideat, velim hanc lucubratiunculam cum indubitatis Basilii scriptis comparet: quod ubi diligenter fecerit, brevi assensurum confido, Basilium ejus legitimum parentem non esse.

§. IX. *De homilia in illud*, Ne dederis somnum oculis tuis, &c.

24. Hanc homiliam non ita pridem ediderunt Franciscus Combefisius & Joannes Baptista Cotelerius; ille latine solum, hic græce & latine. Ejus ita mentionem faciunt doctissimi viri Tillemontius & Dupinus, ut ipsam Basilio magno non indignam esse pronuntient. Hoc idem ea de lucubratiuncula jam antea senserant duo ii quos primum nominavi viri eruditissimi. Dolet mihi, quod hæc oratiuncula hos patronos habeat. Vereor enim, ne eorum in litteris auctoritas tantum apud aliquos valeat, ut ne velint quidem nostra argumenta audire. Quare, nisi res ipsa ad loquendum adigeret me, tacerem libens. Neque enim ignoro, quam sit periculosæ plenum opus aleæ, ejusmodi viris adversari. Sed quoniam quidquam dissimulare, nec possum, nec debeo, quid de hoc opusculo sentiam, aperire constitui, ut ab eruditis hominibus, merito an immerito ab eis dissentiam, judicetur. In qualibet oratione, vel potius in quolibet scripto duo considerari possunt, verba & sententiæ. Utraque autem in hoc opusculo, ut mihi quidem videtur, peregrinum quiddam & a Basilii consuetudine alienum præferunt. Et ut ordo aliquis servetur, primum de sententiis, deinde de verbis disputabimus. Ergo si ipsum exordium consideres, nihil nisi abjectum & humile in eo reperias, cum tamen in vere Basilianis illis exordiis grande quoddam & sublime dicendi genus semper adhibeatur. Postquam autem frigide exorsus est scriptor, frigidius ita persequitur, τί εἴπω; πῶς ὑμᾶς προσφθέγξομαι; πῶς προκαταλήψομαι τὰ παρελθόντα, τῶν μελλόντων τὸ χρέος; καὶ γὰρ παρελθόντων ὑπεύθυνός εἰμι, καὶ μελλόντων χρεώστης. *Quid dicam? quo vos modo alloquar? quo pacto antevertam præterita? Futurorum debitum? Etenim præteritorum reus sum, & futurorum debitor.* Dicam vicissim, nescire me quo hæc nomine appellem. Quid enim sibi velit illud, *quo pacto antevertam præterita? futurorum debitum?* non satis intelligo. Quomodo igitur hæc aut vocanda sint, aut intelligenda, alii viderint. Aliquanto post auctor ita scribit, ἐπεὶ οὖν οἱ μὲν βαθεῖ κατέχονται ὕπνῳ, ληθαργήσαντες τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν· οἱ δὲ ἀναμὶξ, ποτὲ μὲν ἐγρηγόρασιν, ποτὲ δὲ ὥσπερ ἐπινυστάζουσιν· οὔτε τὸν ἀλλότριον δέχονται, οὔτε τόν ποτε ἐπιστρέφοντα, οὔτε τὸν νοσοῦντα ὡς ὑγιαίνοντα. ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων. ἡ δορκὰς ζῶόν ἐστι ὀξυδερκὲς, ἐπώνυμον τῇ ἑαυτοῦ ὀξυδορκίᾳ· οὐδὲν λανθάνει τὸν ὀφθαλμὸν τῆς δορκάδος, οἶδεν ὃ φυλάξεται, καὶ οἶδεν ὅπου τοῦ δρόμου τὸ κυβερνητικόν. *Quia igitur alii quidem profundo detinentur somno, donorum Dei oblivione quasi veterno occupati, alii vero permiste, interdum vigilant, interdum velut indormitant; neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tamquam sanum.* Ut salveris tamquam damula e laqueis. *Damula seu dorcas, animal est acie oculorum valens, ex qua dorcadis nomen tulit: nihil latet dorcadis oculum: novit quid cavere debeat; novit ubi sit cursus gubernaculum.* Ita scribere potuit homo ultimæ fortis, non Basilius oratorum optimus. Quid est enim, quæso, totum illud, *interdum vigilant, interdum indormitant; neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tamquam sanum*, nisi verborum quorumdam incondita quædam congeries. Quæro, vigilaretne auctor, cum ita scripsit, an dormitaret? Sanusne esset, an ægrotus? Nec multo melius est quod sequitur, *novit (damula) ubi sit cursus gubernaculum.* Hic monere juvat, scriptorem e Basilii oratione, cui titulus, *Attende tibiipsi*, nonnulla mutuatum fuisse: sed sic tamen, ut suis Basiliana depravet. Postquam enim, Basilii exemplo, eadem illa Scripturæ verba, *Ut salveris tamquam damula e laqueis*, in medium protulit, statim addit, μὴ ἴσο ἀργὸς περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου· μὴ τὸ μὲν ποίει, τὸ δὲ ἀναβάλλου. δανειστικόν τι ποιεῖς ἀφοσίωμα, ὡς τὸ ὅλον πληρώσας. ἀλλὰ βούλεται, &c. *Noli esse circa mandata Domini otiosus: noli hoc quidem facere, illud vero differre. Feneraticiam quamdam agis satisfactionem, ut qui totum impleveris.. Sed vult*, &c. Rursus quid est hoc, δανειστικόν τι ποιεῖς ἀφοσίωμα, ὡς τὸ ὅλον πληρώσας, *Feneraticiam quamdam agis satisfactionem, ut qui totum impleveris*, nisi quoddam quasi ænigma. Et illud maxime notandum, Scripturam ita citari in ea de qua disputatur lucubratiuncula, ut in ipsa citandi ratione peregrinum quiddam & exoticum insit. Et ut res exemplo clarior fiat, utriusque verba subjiciam, primum Basilii, deinde Anonymi. Basilius ergo sic loquitur, πάντα οὖν περισκόπει, ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων. *Circumspice igitur & lustra omnia,*

omnia, ut serveris tamquam damula e laqueis. Anonymi vero verba, ut jam vidimus hæc sunt, οὔτε τὸν ἀλλότριον δέχονται, οὔτε τὸν ποτε ἐπιστρέφοντα, οὔτε τὸν νοσοῦντα ὡς ὑγιαίνοντα. ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων. *Neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tamquam sanum*. Ut salveris tamquam damula e laqueis. Ubi Basilius, qui ejus mos est, Scripturæ locum cum iis quæ præcedunt verbis apte admodum connectit : in Anonymo vero hoc idem Proverbiorum testimonium cum superiori oratione nullo modo copulatur. Deinde alia illa eorumdem Proverbiorum verba, *vade ad formicam, o piger*, explanans Anonymus ille, sic scribit : τί καταφρονεῖς τοῦ μεγάλου διδασκάλου; ὁ μύρμηξ σε διερεθιζέτω πρὸς τὴν ἐνέργειαν. καὶ παρ' ἐκείνου μάθε. ἐκεῖνος οὐ διδάσκαλον οἶδεν, οὐκ ἀποδημίαν ἀπεδήμησεν, οὐκ ἔμαθεν γεωργικοὺς λόγους ..... οὐδὲν τούτων πάρεστιν· ἀλλὰ φυσική τις ἀνάγκη τὸ ζῶον διερεθίζει. οὐκοῦν ἡ φύσις τότε. καὶ σοὶ τῆς φύσεως παρέσει λόγος αἴτιος. *Quid contemnis magnum præceptorem? Formica te excitet ad operationem*. Et ab illa disce. *Illa non novit magistrum, non peregre profecta est, non didicit agriculturæ artem ..... Nihil horum adest: sed naturalis quædam necessitas animal excitat. Itaque natura tunc : Et tibi accedit ratio, quæ naturæ parens est*. Quibus in verbis nihil omnino Basilianarum virtutum deprehendo. In illo, *& ab illa disce*, non animadverto miram illam artem Basilii, qua solertissime consequentem orationem anteriori connectebat. In illo, *itaque natura tunc*, nihil est, quod summi hujus viri eloquentiam sapiat. In illo, *& tibi accedit ratio, quæ naturæ parens est*, ne vestigium quidem exstat exquisiti illius judicii, quo excellebat Basilius. Natura rationis parens est, non ratio parens est naturæ. Ratio naturæ frenum est, ejusque moderatrix, non causa, non origo. Aliquanto post auctor ita loquitur, ἐκεῖνον μὲν μικρὸν ὠνείδισας, σεαυτὸν δὲ ἀπέκτεινας τῇ παρακοῇ τῆς ἐντολῆς. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. ἴδες πῶς ἡ μέλισσα τῷ κέντρῳ τὴν ζωὴν ἐναφίησιν; *Illum quidem paululum probro affecisti, at teipsum interemisti per mandati violationem*. Nulli malum pro malo reddentes. *Vidisti quomodo apis vitam cum aculeo projiciat?* Hic illud Apostoli, *nulli malum pro malo reddentes*, ad nullam orationis partem referri potest, non regit quidquam, a quoquam non regitur, sed oratio est quasi absoluta, quæ a nulla re dependeat, cum Basilius tamen, ut notum est, ejusmodi Scripturæ loca ad reliquam orationem accommodare soleat. Plura paraveram, sed ne his plus satis immoratus viderer, ea adscribere nolui.

25. Nunc proponam exempla quædam, quibus probare conabor, alienas quasdam & peregrinas voces in hac oratione reperiri. Ipso igitur initio auctor sic scribit : ἀλλ' ἐπιζητῶ ψυχὰς φιληκόους, εὐσχημόνως περιεστώσας τὸ πνευματικὸν ἀκροατήριον. *Sed animas requiro auditionis cupidas, decenter circumstantes spirituale auditorium*. Cætera non improbo : sed vocem ἀκροατήριον apud Basilium inusitatam esse arbitror. Basilius, si horum parens esset, ita composuisset orationem suam, ut potius nomine ἐκκλησία usus fuisset. Statim sequitur, ἐντεῦθεν ἀρξώμεθα τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμιλίας. *Hinc incipiamus istam ad vos homiliam*. Scio quidem, ut aliorum sanctorum Patrum, ita Basilii ipsius orationes jam a longo tempore homilias vocari : sed ubi Basilius ipse hoc sensu nomen ὁμιλία umquam usurparit, ignoro. Hoc ipso in loco legitur, ἑκάτερον τούτων παρίστησι δυϊκὸς λόγος. *Horum utrumque exhibet duplex sermo*. Vox δυϊκὸς grammaticorum est, non oratorum. Imo etiam ne grammatici quidem ea hoc sensu, opinor, utuntur; sed, nisi valde fallor, ipsam solum adhibent tum cum numerum dualem significare volunt. Basilius simili in re non voce δυϊκὸς utitur, sed nomine διπλόος. Ita enim in quadam oratione loquitur, ἐπειδὴ δὲ διπλοῦν τὸ προσέχειν· τὸ μὲν σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνατενίζειν τοῖς ὁρατοῖς, τὸ δὲ, &c. *Quoniam autem duplex est attentio, altera, cum considerantur oculis corporeis visibilia : altera*, &c. Nec ita multo post in eadem illa, quam dixi, oratione eamdem vocem idem Basilius usurpavit. Ejus autem hæc sunt verba, ἐξέτασον σεαυτὸν τίς εἶ, γνῶθι σεαυτοῦ τὴν φύσιν, ὅτι θνητὸν μέν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή· καὶ ὅτι διπλῆ τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωή. *Perscrutare te ipse, quis sis : fac noscas tuam ipsius naturam, nimirum corpus quidem mortale esse, animam vero immortalem : item, duplicem esse vitam nostram*. Sed ubi vox δυϊκὸς in Basilii scriptis legatur, necdum novi. Sic pergit auctor : πῶς μιμήσωμαι τὰ ἁπλᾶ τὰ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος? *Quomodo imitari potero quæ mole corporis ingentia sunt?* Non negabo quidem vocem ἁπλόος legi in Basilii libris : sed ubi in ipsis ad magnitudinem significandam usurpata sit, non memini. Et alioquin illa loquendi ratio, τὰ ἁπλᾶ τὰ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος; per se insolita videtur & nova; mihique satis verisimile fit, qui hæc legent, eos nihil tale apud idoneos auctores legisse se facile confessuros. Vox στρατηγάρχας, quæ aliquanto post sequitur, non videtur magis familiaris fuisse bonis scriptoribus, qui cum nomen aut verbum

bum

Digitized by Google

bum componere vellent ex vocibus στρατὸς & ἀρχὴ, litteram γ non immiscebant. Videmus enim dici solitum, στρατάρχης, στρατάρχοι, στρατάρχέω, στρατάρχία, a quibus omnibus γ littera abest, iis eisque præterea α reperitur in secunda syllaba. Contra, siquando vellent aut nomen aut verbum ex vocibus στρατὸς & ἡγεῖσθαι conflare, tunc ut litteram η ponebant in secunda syllaba, ita litteram γ inserebant, uti cerni potest in his vocibus, στρατηγέομαι, στρατηγικὸς, στρατηγός, στρατηγέτης, aliisque multis, quas omnes recensere & longum, & inutile esset. Quare non eo solum nomine vox στρατηγάρχας repudianda est, quod nova sit & insolita, sed quod præter cæterorum nominum consuetudinem composita esse videatur. Jam monui scriptorem nonnulla ex ea Basilii oratione, quæ inscribitur, *Attende tibiipsi*, mutuatum fuisse. Hic autem rursus monere juvat, videri eumdem, ubi exemplum apis & formicæ proposuit, satis multa ex opere sex dierum Basilii sumsisse. Et quoniam horum locorum inter se comparatio nobis alicui usui esse poterit, aliquid ex utroque auctore hoc loco exscribam. Itaque de apibus loquens Basilius Hom. 8. in Hexaem. num. 4. sic loquitur, νόμοι τινές εἰσιν οὗτοι τῆς φύσεως ἄγραφοι, ἀργοὺς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τοὺς τῶν μεγίστων δυναστειῶν ἐπιβαίνοντας. ἀλλὰ καὶ ταῖς μελίσσαις ὅσαι ἂν μὴ ἀκολουθήσωσι τῷ ὑποδείγματι τοῦ βασιλέως, ταχὺ μεταμέλει τῆς ἀβουλίας, ὅτι τῇ πληγῇ τοῦ κέντρου ἐναποθνήσκουσιν. ἀκουέτωσαν Χριστιανοὶ οἷς πρόσταγμά ἐστι μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι, ἀλλὰ νικᾷν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν........ τὸν μὲν γὰρ κηρὸν ἀπὸ τῶν ἀνθῶν φανερῶς συναγείρει, τὸ δὲ μέλι τὴν δροσοειδῶς ἐνεσπαρμένην νοτίδα τοῖς ἄνθεσιν ἐπισπασαμένη τῷ στόματι, ταύτην ταῖς κοιλότησι τῶν κηρίων ἐνίησιν .... καλῶν καὶ πρεπόντων αὕτη τῶν ἐπαίνων παρὰ τῆς παροιμίας τετύχηκε, σοφὴ καὶ ἐργάτις ὀνομασθεῖσα. οὕτω μὲν φιλοπόνως τὴν τροφὴν συναγείρουσα (ἧς τοὺς πόνους, φησί, βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται,) οὕτω δὲ σοφῶς φιλοτεχνοῦσα τὰς ἀποθήκας τοῦ μέλιτος. εἰς λεπτὸν γὰρ ὑμένα τὸν κηρὸν διατείνασα, πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ἀλλήλαις συνοικοδομεῖ τὰς κοιλότητας, ὡς τὸ πυκνὸν τῆς τῶν μικροτάτων πρὸς ἄλληλα δέσεως, ἔρεισμα γίνεσθαι τῷ παντί. ἑκάστη γὰρ φρεατία τῆς ἑτέρας ἔχεται, λεπτῷ πρὸς αὐτὴν διειργομένη τε ὁμοῦ καὶ συναπτομένη τῷ διαφράγματι. ἔπειτα διόροφοι καὶ τριόροφοι αἱ σύριγγες αὗται ἀλλήλαις ἐπῳκοδόμηνται. ἐφυλάξατο γὰρ μίαν ποιῆσαι διαμπερῆ τὴν κοιλότητα, ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ. κατάμαθε πῶς τὰ τῆς γεωμετρίας εὑρήματα πάρεργά ἐστι τῆς σοφωτάτης μελίσσης. ἑξάγωνοι γὰρ πᾶσαι καὶ ἰσόπλευροι τῶν κηρίων αἱ σύριγγες, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἀλλήλαις κατεπικείμεναι, ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἑξαγώνων, βάθρον καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσίν, ὡς ἀσφαλῶς ὑπὲρ ἑαυτῶν μετεωρίζειν τὰ βάρη, καὶ ἰδιαζόντως ἑκάστῃ κοιλότητι τὸ ὑγρὸν ἐγκατέχεσθαι. *Hæ sunt quædam naturæ leges minime scriptæ, ut tardi sint ad vindictam, qui ad maximam potentiam sunt evecti. Sed & quæcumque apes regis exemplum non sequuntur, eas statim temeritatis suæ pœnitet, propterea quod aculei ictu intereunt. Audiant Christiani, qui nulli malum pro malo reddere, sed in bono malum vincere jubentur. Imitare propriam apis indolem, quæ nulli officiens, neque fructum alienum corrumpens, favos construit ac compingit. Nam ut ceram ex floribus aperte colligit, ita mel, humorem scilicet roris instar floribus inspersum, ore attrahit, atque in favorum cava immittit .... Apis præclaras & convenientes laudes a Proverbio consequuta est, quæ scilicet appelletur sapiens, & laboriosa. Hoc modo ut diligenter apis pabulum congerit (cujus labores, inquit, reges & privati ad sanitatem assumunt,) ita sapienter & artificiose mellis cellulas extruit. Extenta enim in tenuem membranam cera, crebra & inter se continua cava construit, ut frequentia illa & densitas, qua minutissima quæque secum invicem colligantur, operi toti fulcrum sit & firmamentum. Nam cellula quælibet alteri adhæret, tenui septo ab ea sejuncta. Deinde fistulæ hæ aliæ super alias ædificatæ, duas tresve habent contignationes. Cavet enim continuam unam efficere cavernulam, ne humor foras propter gravitatem diffluat. Disce quomodo geometriæ inventa accessio sint operæ ac laboris ejus, quem apis sapientissima suscipit. Omnes enim favorum cavernulæ sunt sexangulæ, & æqualia latera habent: non aliæ aliis directo incumbunt, ne fundi intervallis vacuis adjuncti fatiscant: sed sexangularum cavernularum inferiorum anguli, basis sunt ac fulcimentum superiorum, ut tuto supra se onera attollant, & separatim in unoquoque concavo humor contineatur.* Auctor vero lucubratiunculæ ejus, quam in suis Ecclesiæ Græcæ monumentis edidit Cotelerius, loquens quoque de apibus ita scribit, χρήσιμον τὸ ὑπόδειγμα τῆς μελίσσης, δοῦναι τὸν καρπὸν, καὶ ἀμύνασθαι. καὶ γὰρ καὶ ἡ μέλισσα ἀμυνομένη, ἐναποθνήσκει τῇ πληγῇ· καὶ Χριστιανοῦ θάνατος, ἡ ἀνταπόδοσις τοῦ κακοῦ. ἐκεῖνον μὲν μικρὸν ὠνείδισας, σεαυτὸν δὲ ἀπέκτεινας τῇ παρακοῇ τῆς ἐντολῆς. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. ἴδες πῶς ἡ μέλισσα τῷ κέντρῳ τὴν ζωὴν ἐναφίησιν; οὕτω

καὶ Χρ-

καὶ Χριστιανὸς τὸν ἐχθρὸν ἀμυνόμενος, διὰ τῆς πληγῆς τῆς εἰς τὸν ἐχθρὸν τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀποβάλλει .... τὴν δὲ ἐργασίαν αὐτῆς προτίθεται εἰς ἀπόλαυσιν βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις, τρυφῶσί τε καὶ ἀῤῥώστοις· τῇ μὲν ἐπιτηδεύσει, καὶ παντὶ τῷ βίῳ χρησιμεύει μέχρι τῆς ὀσμῆς. ἡ δὲ μέλισσα τῇ ποικιλίᾳ τῆς τέχνης, καὶ μέλι ἐκλέγεσθαι οἶδεν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄνθους· καὶ τὸ μὲν εἰς μέλι ἀποτίθεται, τὸ δὲ εἰς κηρίον, καὶ τὸν κηρὸν περιπήγνυσι τῷ μέλιτι. τίς ἐδίδαξε τὴν μέλισσαν ἐκείνην ποιεῖν τὰς σύριγγας, ὑφαίνειν δὲ τὸν λεπτὸν ὑμένα; τίς αὐτὴν παλαιῶν διδασκάλων φοιτήσασα, τὰ ἑξάπλευρα καὶ τετράπλευρα ποιεῖν ἐδιδάχθη; πῶς γωνίας ἔστησε διὰ τοῦ κηροῦ, καὶ τοίχους διύφανεν; ἵνα αἱ μὲν γωνίαι τὸ στέριον παρασκευάζωσιν, οἱ δὲ τοῖχοι τὸ μέλι φυλάξωσιν. διατί οὐχ ἓν σύριγγα ἐποίησεν, ἀλλ' ἔνθεν κἀκεῖθεν διέπηξε τοῦ μέλιτος τὰς ἀποθήκας; πῶς ἑκάστῳ πυθμένι ἴδιον ἐνίησι μέλι; εἰ ἓν ἐποίει τὸ πανδοχεῖον, διεῤῥάγη ἂν τῷ βάρει τὸ ὑποκείμενον· ἀλλ' ὑποτίθησι τοὺς πυθμένας, καὶ τοίχους ὑποβάλλει, καὶ γωνίας ἀσφαλίζεται. *Utile est exemplum apis, ad dandum fructum, & propter ultionem. Etenim apis dum ulciscitur se, plaga immoritur: & Christiani mors est, redditio mali. Illum quidem paululum probro affecisti, at teipsum interemisti per mandati violationem.* Nulli malum pro malo reddentes. *Vidisti quomodo apis vitam cum aculeo projiciat? Ita & Christianus, cum de inimico vindictam sumit, per vulnus hosti inflictum vitam suam amittit ..... Operationem vero suam exhibet in usum regibus & privatis hominibus, delicate viventibus & morbo afflictis; necnon industria sua, omnique vita utilis est usque ad odorem. Apes varietate artis, etiam mel novit colligere ex eodem flore: & aliud quidem reponit in mel, aliud vero in favum, & ceram compingit melli. Quis docuit apem illam facere fistulas alveares, ac texere tenuem membranam? Quonam ex iis vetere adito præceptore, ædificia sex laterum & quatuor laterum condere edocta fuit? Quo pacto angulum constituit per ceram, & parietes pertexuit? Ut anguli firmitatem procurarent, parietes mel custodirent. Cur non unam fistulam fecit, sed hinc illincque compegit mellis apothecas: Qua ratione cava cuique suum immittit mel? Si unum construxisset receptaculum, pondere dirupta fuisset basis: verum supponit cava, parietes subjicit, angulos munit.* Nec dubitari merito potest quin ea quæ statim apud auctorem leguntur, e Basilio quoque aut sumta, aut imitata sint. Ejus autem verba sunt hæc, συναγελαστικὸν τὸ ζῶον· οὔτε μύρμηξ ἰδιαστικόν, οὔτε μέλισσα μοναστική· κατὰ ἀγέλας ζῶσι, κατὰ ἀγέλας ἵπτανται. οὐκ ἴδες μέλισσάν ποτε καθ' ἑαυτὴν πετομένην, ἀλλ' ἀλλήλαις κοινωνοῦσι τῆς πτήσεως. οὐ βασκαίνουσιν ἀλλήλαις τῶν ἀνθῶν· κοινῇ ἀπαίρουσιν ἐπὶ λειμῶνας. *Animal gregale est: neque formica singulariter degit, neque apis solitario: gregatim vivunt, gregatim volant. Numquam vidisti apem seorsum volantem, sed inter se communem habent volatum. Non ea sibi invicem invident flores: una ad prata proficiscuntur.* Basilius vero ita scripsit eo quem dixi loco, ἔστι δέ τινα καὶ πολιτικὰ τῶν ἀλόγων, εἴπερ πολιτείας ἴδιον τὸ πρὸς ἓν πέρας κοινὸν συννεύειν τὴν ἐνέργειαν τῶν καθ' ἕκαστον· ὡς ἐπὶ τῶν μελισσῶν ἄν τις ἴδοι. καὶ γὰρ ἐκείνων κοινὴ μὲν ἡ οἴκησις, κοινὴ δὲ ἡ πτῆσις, ἐργασία δὲ πάντων μία.... οὐ πρότερον καταδεχόμεναι ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν, πρὶν ἂν ἴδωσι κατάρξαντα τὸν βασιλέα τῆς πτήσεως. *Porro quadam ex his brutis animantibus sunt quoque politicæ: si quidem civilis administrationis proprium est ut ad unum communem finem singulorum actiones concurrant, ut quisque in apibus intueri potest.. His enim communis est habitatio, communis volatus, unaque & eadem omnium actio .... non prius ad prata proficisci ausæ, quam regem viderint volatui præeuntem.* Audire mihi videor, qui conquerantur tempus male locatum fuisse in tam longis fragmentis describendis: sed tamen utilissime insumtum esse arbitrabor, si quod mihi proposui, assequi possim. Volui igitur hoc exemplo multorum errorum caussam quasi sub oculos ponere. Sunt qui spuria quædam opera quibusdam auctoribus tribuunt, non alio magis argumento innixi, quam quod apud eos talia legerint, qualia in adulterinis illis operibus reperiuntur. Et cum semel id in animum induxerunt suum, vim magnam inesse in iis argumentis, quæ ex similitudine rerum aut verborum petuntur, si forte in veteri aliquo libro ineditum aliquod opus inveniant, in quo unius alicujus scriptoris nomen præferatur, statim diligenter expendunt, num is scriptor, cui ejusmodi opus in veteribus libris adscribitur, eadem tractaverit, quæ in novo illo ac inedito opere leguntur, & ubi id ita esse animadverterint, indubitanter pronuntiant: *Illius scriptoris est:* nam eadem omnino, quæ hic tractantur, alibi tractavit. Ego autem inter cætera hoc quoque argumentum adhiberi posse non nego: sed vellem non ei tribui vim tantam, quanta a nonnullis tribui solet. Neque enim necessario sequitur, si in duobus operibus aut eadem aut similia inveniantur, utriusque operis unum & eumdem auctorem esse, cum fieri possit, ut alterutrum compositum sit aut a plagiario, aut certe

ab

ab aliquo, qui alium scriptorem imitatus sit, ex eoque aliqua expresserit. Et vero si quis eo quod dixi argumento nunc uti vellet, ei maxime, si cui umquam, ipso uti liceret. Etenim tam multa sunt in ea de qua agitur oratiuncula, quæ pariter in Basilii scriptis inveniuntur, ut si ejusmodi argumenta valerent, certo concludi posset, eam ad Basilium vere pertinere. Nam præter longiora illa fragmenta, quæ eo consilio supra retulimus, ut facilius inter se compararentur, sunt & alia, quæ e Basilio quoque expressa fuisse obscurum non est. Quale est, quod auctor de damula & ave narravit: quæ eadem alicubi dixerat Basilius. Rursus quale est, quod de formica scriptum invenitur apud Anonymum: quo exemplo & ipse quoque Basilius usus fuerat, ibique nonnulla docuerat, quæ hic reperit Anonymus. Et tamen qui hanc lucubratiunculam paulo attentius legerit, eamque cum iis quas mox indicavi orationibus contulerit, is, nisi patronorum auctoritas officiat, facile, opinor, fatebitur Basilium ejus auctorem dici nullo modo posse, sed hominem quempiam, qui voluerit quidem Basilium imitari, sed qui eum assequi non potuerit.

§. X. *De homilia tertia in Jejunium.*

26. Et hanc quoque homiliam primi ediderunt Franciscus Combefisius & Joannes Baptista Cotelerius, unus latine tantum in suo Ecclesiaste Græco, alter græce & latine in monumentis Ecclesiæ Græcæ. Uterque hanc oratiunculam non indignam Basilio esse judicavit: quorum sententiam amplexi sunt doctissimi viri Tillemontius & Ludovicus Dupinus. Ego autem, ut verum fatear, non ita sentio. Equidem non pugnabo, si quis iis, quos mox nominavi, eruditissimis viris assentiatur: sed tamen arbitror eruditos, si propius admoverint oculos, ab hac mea sententia non longe abfuturos. Animadvertent enim nihil eximium, nihil magnum, nihil exquisitum, nihil sublime in hac oratiuncula inveniri, cum tamen in veris ac germanis Basilii scriptis omnia eximia, omnia magna, omnia exquisita, omnia sublimia esse soleant. Et alioqui non erat mos Basilii, orationem tam brevem ad populum habere. Nollem tamen hanc lucubratiunculam statim ob id repudiatam, quod brevis sit, modo sententiæ ipsæ ejusmodi brevitatem compensarent: sed ejusmodi est, ut jam verbis quam sententiis brevis esse videatur. Suspicionem auget stili mediocritas quædam, quæ in Basilium magnum convenire non potest, qui oratores optimos æquavit, aut etiam superavit. Et vero quis sibi facile persuadebit Basilium, si concionari voluisset, ita exorsurum fuisse, *νηστείας ϗ ἱλασμοῦ ὁ καιρός, οὐ μόνον τῆς τῶν βρωμάτων ἀποχῆς, ἀλλὰ ϗ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀπαλλαγῆς*, *Jejunii & propitiationis adest tempus; non modo ciborum abstinentiæ, sed etiam peccatorum evitationis*: quod ut latine, ita græce ingratum est auribus & insuave. Aliquanto post auctor ita loquitur, *ἅγιος γὰρ ὁ τρόπος τῆς νηστείας ἁγίῳ Θεῷ ὑπὸ ἁγίων ἁγίως προσφερόμενος*. *Sanctus quippe est jejunii modus, sancto Deo a sanctis sancte oblatus*: quæ dum lego, non valde admodum dubito, quin scriptor ille hujusmodi ejusdem vocis repetitione ornatum aliquem suæ orationi afferre voluerit; facileque crediderim ipsum sibi ea in re multum placuisse. Ut ut hæc sunt, gravissimus vir Basilius hoc verborum quasi ludo non oblectabatur, aut certe non puto proferri posse ullum exemplum, quo constet eum talem unius & ejusdem vocis repetitionem tantopere affectasse. Nec ita multum dissimilia sunt, quæ mox sequuntur, *ἐκηρύχθη ἐν Νινευὴ τριήμερος καταστροφή· ϗ ἐνίκησεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ τὴν καταστροφήν. ἡ γὰρ ἀπειλὴ τῆς καταστροφῆς, διὰ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνείθη*. *Prædicata est in Ninive subversio post triduum: & conversio ad Deum vicit subversionem. Subversionis enim comminatio, per conversionem relaxata est*: ubi auctor in duabus his vocibus, *καταστροφὴ* & *ἐπιστροφὴ*, similiter cadentibus non obscure ludit. Quantum autem alienum id sit ab indole Basilii atque ingenio, ex summi illius viri genuinis orationibus perspici potest. Certe, ubi Basilius Ninivitarum mentionem facit in præclarissima illa quam de jejunio habuit concione, similem loquendi rationem vitavit. Verba ipsius hæc sunt, *τίς γὰρ ἐν τροφῇ δαψιλεῖ ϗ τρυφῇ διηνεκεῖ ἐδέξατό τινα κοινωνίαν χαρίσματος πνευματικοῦ; Μωϋσῆς δευτέραν λαμβάνων νομοθεσίαν, δευτέρας νηστείας προσεδεήθη. Νινευῖται εἰ μὴ ϗ τὰ ἄλογα συνενήστευσαν, οὐκ ἂν διέφυγον τὴν ἀπειλὴν τῆς καταστροφῆς. τίνων ἔπεσε τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ; οὐ τῶν κρεωφαγίαν ἐπιζητούντων; ἐκεῖνοι ἕως μὲν ἤρκουντο τῷ μάννα, ϗ τῷ ἐκ τῆς πέτρας ὕδατι, Αἰγυπτίους ἐνίκων, διὰ θαλάσσης ὥδευον, οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν*. *Quis enim in splendidis epulis, perpetuisque deliciis particeps factus est ul-*

lius

lius doni spiritualis? Moses ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi una cum Ninivitis jejunassent & ipsa bruta animalia, haud quaquam effugissent subversionis comminationem. Quorum cadavera prostrata sunt in deserto? *Nonne* Heb. 11. 17. *eorum, qui esum carnium flagitabant? Illi donec erant contenti manna, & aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant iter*, non erat infirmus in tribubus eorum. Hæc autem Basilii verba paulo fusius retuli, ut ex iis quasi Psal. 104. 17. ex quodam specimine utcumque intelligi posset, ipsum neque ex unius ejusdemque vocis repetitione, neque ex similium vocabulorum antithesi, sed ex varietate sententiarum atque gravitate ornamenta orationibus suis quæsisse. Et quando sæpius rogavi ut controversa opera cum indubitatis ac confessis compararentur, hic rogabo, ut dubia hæc de jejunio lucubratiuncula saltem cum certa illa, quam mox indicavi, Basilii oratione conferatur. Puto enim futurum neminem, qui stili discrepantiam non videat, statimque non judicet fieri non posse, ut aliquis auctor ita sui dissimilis sit, ut tam disparia scribat. Et vero experientia docet disertum scriptorem sive in longis sive in brevibus scriptis semper diserte loqui: indisertum, indiserte. Quare si brevis hujus orationis legitimus parens Basilius esset, dubitari merito non potest, quin ipsa foret longe elegantior, longe splendidior, longe limatior, longe ornatior. Est locus in hac oratiuncula, quem partim corruptum, partim vitiosum esse puto. Ibi autem ita legitur, *τί οὖν ποιήσεις πρὸς τοὺς πολλοὺς τούτους πολεμίους ἔχων; τάφρον ὀρύξαι; ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὑπερβήσεται. χάρακα προστῆσαι; ἀλλὰ καὶ τοῦτον διαβήσεται*: ubi doctissimus vir Cotelerius pro *τάφον* legi debere *τάφρον* suspicatus est, sicque postea vertit. *Quid ergo ages, cui res est cum plurimis hujusmodi hostibus? Vallum fodies? Sed hoc transgredietur. Fossam interpones? Sed & illam superabit*. Etenim ipso initio aut præpositio *πρὸς* redundat, aut vox aliqua hoc loco deest, uti vox *πάλη*, *πόλεμος*, aut alia quævis similis. Rescindi igitur oportebat particulam *πρὸς*, hoc modo, *ἔχων τοὺς πολλοὺς*, &c. *Quid ergo ages, habens plurimos hujusmodi hostes?* aut ea retenta ita scribi, *ἔχων πάλην πρὸς τοὺς πολλοὺς*, &c. *Quid ergo ages, habens luctationem cum plurimis hujusmodi hostibus?* Sed tamen id in malam partem interpretari nolui, ne librarii vitium in ipsum auctorem transferre existimarer. Hactenus de prima: nunc de secunda hujus loci parte unum aut alterum verbum dicam. Illud, *τάφον ὀρύξαι* & *χάρακα προστῆσαι*, quoquo modo sumatur, præter usum atque consuetudinem dictum fuisse mihi videtur. Alius quivis scriptor, ut opinor, ita simpliciter scripsisset, *τάφον ὀρύξεις; .... χάρακα προστήσεις; sepulcrum fodies? ..... fossam interpones?* Et prius ita scripserat auctor ipse, *τί ποιήσεις* non *ποιῆσαι*.

§. XI. *De Asceticis.*

27. Multa hodie nomine Asceticorum comprehenduntur, peculiares quidam tractatus, Moralia, Regulæ tam fusiores quam breviores, epitimia, Constitutiones monasticæ: at in Asceticis non hæc omnia olim comprehensa fuisse, pro certo, opinor, haberi potest. Et quidem Photius, qui de Asceticis Basilii copiose loquitur, ita de his disserit, ut eorum nomine aliquanto pauciora complectatur, libellum de judicio Dei, tractatum de fide, Moralia, Regulas longiores & breviores. Asceticorum frequens est mentio apud antiquos. Celebriores sunt Hieronymus, Ruffinus & Cassianus. Et quoniam eorum testimonia nobis magno usui in hac disputatione futura sunt, ea referre operæ pretium est. Hieronymus igitur, ubi Hieron. de Script. Eccles. c. 116. de Basilii scriptis sermonem instituit, ita loquitur, *Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, episcopus, egregios contra Eunomium elaboravit libros, & de Spiritu sancto volumen, & in Hexaemeron homilias novem & ἀσκητικὸν*. Ruffinus Ruff. Hist. Eccles. l. 2. c. 9. vero cum multa de laudibus Basilii Gregoriique dixisset, tum demum ita scribit: *Exstant quoque utriusque ingenii monimenta magnifica tractatuum, quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in latinum. Basilii præterea instituta monachorum optantes, si poterimus, & Dei favor adjuverit, eorum plura transferre*. Cassiani autem verba sunt hæc: *Huc accedit, quod super hac re viri & vita nobiles, & sermone scientiaque* Cassian. inst. in præf. *præclari, multa jam opuscula desudarunt, S. Basil. & Hieronym. dico, aliosque nonnullos, quorum anterior sciscitantibus fratribus super diversis institutis vel quæstionibus non solum facundo, verum etiam divinarum Scripturarum testimoniis copioso sermone respondit*. Præter illos tres antiquissimos scriptores sunt & alii, qui meminerunt Asceticorum Basilii. Digna sunt memoratu, quæ Imperator Justinianus scri-

ſcripſit in epiſtola ad Mennam. Ita autem luquitur, Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. ἐρώτησις. εἰ ὅπου μὲν λέγει, δαρήσεται πολλὰς, ὅπου δὲ ὀλίγας, πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις; ἀπόκρισις. τὰ ἀμφίβολα καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου
Inter breviores regulas eſt 267. γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογουμένων σαφηνίζεται, &c. *Baſilii epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, ex ejus libro regularum. Interrogatio. Si tum dicit*, vapulabit multis, *tum* paucis : *quo pacto quidam dicunt, nullum finem ſupplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Reſponſio. Quæ ambigua ſunt ac videntur obſcure eſſe dicta in quibuſdam locis divinitus inſpiratæ Scripturæ, alibi ab aliis quæ confeſſa & aperta ſunt, declarantur*, &c. Aſceticorum Baſilium auctorem facit Suidas, his verbis, Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος .... ἔγραψε πλεῖστα, ἐν οἷς θαυμάζεται τὰ εἰς τὴν ἑξαήμερον. καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τεῦχος, καὶ τὰς εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα· ἕτερον τεῦχος ἀσκητικόν, &c. *Baſilius Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus .... ſcripſit plurima, inter quæ præcipue in pretio habentur commentarii ejus in Hexaemeron. Contra Eunomium quoque eximias orationes conſcripſit; itemque librum de Spiritu ſancto, & in Hexaemeron ſermones novem, & librum aſceticum*, &c. Audiendus eſt & ſanctus Benedictus, qui amanter patrem ſuum vocans Baſilium, ita in præclariſſima illa regula ſua loquutus
Benedict. Reg. cap. ult. eſt. *Quæ enim pagina, aut quis ſermo divinæ auctoritatis veteris ac novi Teſtamenti, non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ? Aut quis liber ſanctorum catholicorum Patrum hoc non reſonat, ut recto curſu perveniamus ad creatorem noſtrum? Necnon & collationes Patrum, & inſtituta, & vitæ eorum; ſed & regula S. Patris noſtri Baſilii, quid aliud ſunt, niſi bene viventium, & obedientium monachorum exempla,*
Lib. 16. hiſt. Fr. p. 524. *& inſtrumenta virtutum?* De piiſſimo viro Aredio verba faciens Gregorius Turonenſis, ſcripſit hoc modo, *conſtruxit templa Dei in honore Sanctorum, expetiiſque eorum pignora, ac ex familia propria tonſuratos inſtituit monachos, cœnobiumque fundavit, in quo non modo Caſſiani, verum etiam Baſilii & reliquorum Abbatum, qui monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur Regulæ.* Sanctiſſimus idemque celeberrimus abbas Theodoſius, aſceticis Baſilii lucubrationibus unice oblectatus fuiſſe di-
Boll. 11. jan. p. 693. citur. Ita enim ſcriptum invenitur in ejus vita, *Maxime autem crebro recordans ſalutarium conſtitutionum & ſermonum, qui inſtruunt ad exercitationem, magni, inquam, Baſilii, cujus etiam vitam imitans, & ejus orationis magno captus amore, ſtudebat animam quidem illius moribus, linguam autem ejus ornare eloquentia. Certe per ipſam quoque proferebat ea, quæ ſunt rerum illius pulcherrima, meditando aſſumens, & conſervans memoria, quæ poſſent prompti animi ſtudium injicere vel ſocor-*
Lege codicem reg. p. 98. *dibus.* Conſtitutiones Baſilii ſtudioſe legiſſe ſanctum Platonem, ex Theodoro Studita diſcimus. Earumdem fit mentio in vita piorum abbatum Eugendi & Philiberti. Nunc, ut multos omittam, verba ſubjiciam Photii, qui honorificentiſſime ſimul & copioſiſſime de aſceticis loquutus eſt. Verba ipſius hæc ſunt, ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τὰ λεγόμενα ἀσκητικά, ἐν δυσὶ λόγοις. χρήσιμον μὲν τὸ βιβλίον, εἴπερ τι ἄλλο. *Legimus ſancti Baſilii epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, qui vocantur, aſceticorum libros duos. Hoc autem volumen, ſi quod aliud, utile eſt.* Poſtquam autem duorum horum librorum utilitatem, ſuavitatem, ſtilum & perſpicuitatem commendavit, in iiſque contineri monuit varias quæſtiones & reſponſiones, quæ e ſacra Scriptura deſumtæ eſſent, fatetur quæſtionibus quibuſdam emphaſeos aliquid aſpergi : ſed quid emphaſeos nomine intellexerit, ex ipſius verbis cognoſci vix poteſt. Et ne quis, pro Baſilii aſceticis aliquid aliud ſumens, erraret, tam diſtincte aſcetica illa deſcribit, ut nemo, niſi velit, errare poſſit. Sic ergo perſequitur, οὐκ ἐν τοῖς δυσὶ δὲ λόγοις τὸ ἐμφατικὸν ἐπιτρέχει. αὐτίκα ὁ πρῶτος οὐδὲν ἐπιδείκνυσι τοιοῦτον, πλὴν ἅπαξ που τῇ ἀποσιωπήσει τὸ δύσφημον οἰκονομῶν. ἐπεὶ τά γε ἄλλα, πολὺς μέν ἐστι τὸ ἀσφαλὲς, ἴσος δὲ τὸ καθαρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐκρινές· διὰ μέν τοι τῶν δύο αὐτοῦ διήκει τὸ ἀπλούστερον καὶ καθωμιλημένον τῶν τε λέξεων καὶ τῆς συνθήκης, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀκοὴν διατυπούμενόν τε καὶ ταπεινούμενον, καὶ μόνης τῆς τῶν ἀκροατῶν σωτηρίας καταστοχαζόμενον. ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτοῦ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως. δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν γραφῶν τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν ὑπεράγιαν τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας, ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον παρατίθεται· καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. εἶτα οἷον ὅρους τινὰς ἀσκητικοὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγουμένους, ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα (πέντε·) καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρους

ὅρους

ὅρος τις. *In his tamen duobus libris non semper ad emphasim recurris. Statim enim primus liber nihil præ se fert tale, nisi quod semel alicubi per reticentiam malum omen avertat. Nam ad cætera quod attinet, valde ibi est firmus, & æque purus atque dilucidus; perque duos hosce libros decurrit simplicior quidam & perfamiliaris sermo ac compositio, ad vulgi aures comparata atque demissa, & ad solam demum auditorum salutem intenta. Igitur primus ejus continet: quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii. Deinde, quod omnis præcepti divini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e Scripturis sacris demonstratum. Tertio, de fide nostra catholica, sive de pura nostra & sincera confessione sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque proponit: similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo Evangelio præfecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam asceticas, interrogando ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque: iterumque breviores alias trecentas tredecim.* Fortasse hæc paulo longiora aliquibus videri poterunt: sed ita ad rem faciunt, ut ea integra exscribere non piguerit. Monebo quasi prætereins, me suspicari, vocem τίνη delendam esse in græcis. Suspicandi hæc causa est, quod ea vox duobus uncinis in vulgatis comprehendatur: qui uncini ideo videntur additi, ut monerentur qui legerent vocem τίνη in veteribus libris deesse. Nec id cuiquam mirum videri debet, cum hodieque in antiquis libris non idem omnino regularum numerus annotetur: quod inde factum arbitramur, quod librarii aliquando aut ex una duas, aut ex duabus unam effecerint. Nec prætereunda silentio quæ de familiari suo Basilio scripsit Gregorius Nazianzenus. Ejus autem verba sunt hæc, παρθενοκομίαι, νομοθεσίαι μοναστῶν ἔγγραφοί τε καὶ ἄγραφοι, *virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones, partim scripto, partim voce tradita.* Possent & multa alia aliorum scriptorum recentiorum testimonia huc congeri: sed, ne longior videar, supersedebo. Credas sane post tot testimonia, opinionem eam, quæ asceticorum Basilium auctorem facit, ita firmiter corroborari, ut suspicioni nullus locus supersit: sed secus est. Ecce enim tibi Sozomenus rem, ut videbatur, omnium certissimam in incerto ponit. Scribit autem hoc modo, Ἀρμενίοις δὲ καὶ Παφλαγόσι, καὶ τοῖς πρὸς τὸν Πόντον οἰκοῦσι, λέγεται Εὐστάθιος ὁ τὴν ἐν Σεβαστείᾳ τῆς Ἀρμενίας ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, μοναχικῆς πολιτείας ἄρξαι, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ σπουδαίας ἀγωγῆς, ἐδεσμάτων τε ὧν χρὴ μετέχειν καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἐσθῆτος ἣ δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ ἠθῶν, καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς εἰσηγητὴν γενόμενον· ὡς καὶ τὴν ἐπιγεγραμμένην Βασιλείῳ τῷ Καππαδόκῃ ἀσκητικὴν βίβλον, ἰσχυρίζεσθαί τινας αὐτοῦ γραφὴν εἶναι. *Apud Armenios vero & Paphlegonas & accolas Ponti, Eustathius Sebastiæ in Armenia episcopus, monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur: & de arctioris vitæ disciplina, de cibis quibus utendum, aut a quibus abstinendum esset: de vestibus quibus uti oporteret, de moribus denique & exacta vivendi ratione præcepta tradidisse, adeo ut quidam affirment librum Asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscribitur, ab eo conscriptum fuisse.* Hic Nicephori verba adscribere, nihil, ut opinor, opus est: monere satis erit, eum in omnibus cum Sozomeno consentire, nisi quod uno loco dicat librum Basilii asceticum a multis Eustathio Sebasteno tribui. Prætereaque neminem movere debet auctoritas Nicephori, cum plane constet ejus suorumque æqualium opinionem solo Sozomeni testimonio fuisse innixam. Neque enim alius ullus scriptor antiquus tale quidquam de Eustathio narravit. Quare si qua culpa est, ea transferenda est tota in Sozomenum, qui cæteris, qui de Asceticis dubitarunt, præivit.

Greg. Naz. or. 20.

Sozom. lib. 3. cap. 14.

Niceph. lib. 9. cap. 16. & lib. 13. cap. 29.

28. Hactenus antiquorum opiniones retulimus: nunc de recentiorum sententiis reliquum est ut dicamus. Ambigua videri possunt, quæ mox retulimus, Sozomeni verba; ob idque mirum videri non debet, si eruditi homines nostris temporibus varias in partes distracti sint. Et vero, ut videre cuivis licet eo quem mox exscripsi loco, ejusmodi verbis usus est Sozomenus, ut dubium sit utrum ascetica omnia, quæ Basilii nomine circumferebantur, Eustathii esse dicerentur a quibusdam, an eorum duntaxat pars aliqua eidem Eustathio tribueretur. Hinc igitur videtur factum, ut alii aliter Sozomeni locum interpretati, in varias sententias discesserint. Scultetus Ascetica omnia non obscure repudiat. Sed eum audire præstat. Ita igitur loquitur, *Antonius Possevinus, Jesuita, vidit Baronii adversus Sozomenum disputationem infirmiorem esse, quam quæ ἀσκητικὰ Basilio possit vindicare. Itaque alia via ingressus, quæstiones compendio explicatas, sive regulas breviores, inter ascetica numeratas, Basilio ex auctoritate Sozomeni adimit, Eustathio tribuit.*

Scult. tom. 2. parte 4.

Sed eadem ratione, & quidem multo rectius, Ascesica omnia Eustathio adscripsisset, quandoquidem Sozomenus non speciatim illarum quæstionum, sed τῶν ἀσκητικῶν in genere meminis. Cujus sententiæ Possevinum fuisse ait Scultetus, eam ejusdem so-
Bell. de Script. Eccl. cietatis eruditissimus vir Bellarminus amplexus credi potest. Sic enim scribit, *In tertio tomo suns quæstiones compendio explicasæ, quæ non sunt indubitatæ.... Videtur (auctor) damnare traditiones, quas Basilius acriter defendit in libro de Spiritu sancto capit. 27. Isem quæst. 4. & 293. videtur tollere de medio discrimen peccati mortalis & venialis: quod certe sancto Basilio tribui non ptest.* Majora ausus Combefisius, non breviores modo, sed longiores etiam regulas Basilio abjudicat, præter moralia & libellos de judicio Dei, & de fide. Postquam enim lucubratiunculam quamdam pro nova e duobus libris veteribus vulgaverat, hæc subjunxit in suo
Tom. 2. pag. 104. Basilio recensito, *Non posuit auctor sua hic Ascesica & Ethica clarius delineare, mentemque suam ac propositum declarare; quodque isa omnem perinde transgressionem ulciscitur, nullamque vel ignorantiæ excusationem admittit, qua delictum fiat veniale, aliaque non sasis e regula Ecclesiastica, suis locis nosanda, Eustathium se Sebastenum potius prodis, quam Basilium Cæsariensem: quod tamen nihil tangit libros Constitutionum, quidquid Scultetus obmurmuret, in quibus Basilius utrumque Ascetarum genus Basiliano vere spiritu ac Christiano, sigillatim instruit.* Quod hic ait doctissimus vir Combefisius, in magna illa asceticorum parte Eustathium Sebastenum potius prodi, quam Basilium Cæsariensem, id satis modeste dictum est: sed in suis notis non raro asseveranter pronuntiat præcipuam illam asceticarum partem Eustathii esse, non Basilii; in eoque probando multus est, propemodum hoc unico argumento usus, quod in utrisque regulis nescio quid majoris severitatis inspergatur. Eruditissimi viri Ducæus, Natalis Alexander, Tillemontius, Ludovicus Dupinus & multi alii, quos recensere nimis longum esset, ascetica omnia Basilio tribuunt, videlicet priores tres tractatus, moralia, libellos de judicio Dei & de fide, utrasque regulas atque monasticas constitutiones. De epitimiis, deque duabus lucubratiunculis, quas non ita pridem Combefisius edidit, suo loco disputabimus. Ex quibus omnibus videre licet quæstionem quæ de asceticis habetur, multiplicem esse, eamdemque valde intricatam. Quare, ut ordine rem per se satis difficilem tractemus, hunc paragraphum in novem partes dividemus: quarum in prima probare conabimur, prævios tres tractatus ad Basilium pertinere: in secunda, recte sentire, qui ut libellos de judicio ac fide, ita moralia Basilio adscribunt: in tertia, non erraturum, qui in spuriorum numero reponet breves duos libellos, qui post moralia locati sunt: in quarta, utrarumque regularum, tam breviorum quam longiorum, unum & eumdem auctorem esse: in quinta, utrasque regulas & constitutiones monasticas uni & eidem auctori tribui non debere: in sexta, sane & vere judicare, qui Basilium auctorem faciunt utrarumque regularum: in septima, constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno adjudicari posse: in octava, epitimia in spuriis poni oportere: in nona, duas lucubratiunculas, quas pro novis Combefisius divulgavit, dignas non esse, quæ inter Basilii opera numerentur.

§. XI. *Pars prima, de præviis tribus tractatibus asceticis.*

29. Prævii hi tres tractatus, qui inter ascetica recensentur, in omnibus libris, tam vulgatis quam veteribus, nomen Basilii præferunt. Iidem nisi forte Scultetum excipias, a nemine, quod sciam, revocantur in dubium. Combefisius, qui cæteroquin optimam asceticorum partem pro spuriis habuit, tamen & ipse quoque præviarum harum lucubrationum Basilium auctorem facere non dubitavit. Primus autem tractatus sic inscribitur, *Prævia institutio ascetica:* secundus, *Sermo asceticus, & exhortatio de renuntiatione sæculi, & de perfectione spirituali:* tertius, *Sermo de ascetica disciplina, quomodo monachum ornari oporteat.* Legi & relegi has lucubratiunculas, in quibus nihil omnino inveni, quod indignum esset nostro Basilio. Omnia satis accommodata sunt ad ejus stilum, ad ejus scribendi rationem, ad ejus indolem. Etsi enim hi libelli eloquentia inferiores sunt panegyricis Basilii orationibus, aut ejusdem generis scriptis: tamen si quis eos attente legat, statim, opinor, periti alicujus magistri manum agnoscet. Nam nihil in verbis, nihil in sententiis, nihil in periodorum constructione invenitur, quod hominem scribendi peritissimum dedeceat. Præterea ex harum lucubrationum lectione constat, auctorem sacras Scripturas & optime calluisse, & aptissime citasse: quas do-

tes

tes quodam modo Basilii proprias esse notum est. Hæc de illis tribus opusculis universe dicta sint: nunc de secundo peculiare quiddam in medium proferam. Animadverti igitur verbum πληροφορεῖσθαι bis in eo, quem mox dixi, libello ita usurpari, ut persuasionem quamdam significet. Ita enim uno loco scriptum est, ἡνίκα δὲ τῶν προσόντων σοι πραγμάτων ποιῇ τὴν ἀπόθεσιν, ἔσο ἀκαμπής, προπέμπειν αὐτὰ εἰς οὐρανοὺς πληροφορούμενος. *Ubi vero res quæ ad te pertinent dereliqueris, esto inflexibilis & constans, certoque scias eas præmittere te in cælum.* In altero, hoc modo, αὐτὸ τοῦτο σκάνδαλον εἶναι πληροφορούμενος, *omnino tibi persuadeas idipsum scandalum esse.* Basilius autem hoc idem verbum hoc ipso sensu sæpe usurpat. Imo etiam cum hæc lego in eodem illo opusculo, πολλοὺς γὰρ ἐγὼ πάθεσι κρατηθέντας εἶδον ἐν ὑγείᾳ γενομένους, ἕνα δὲ ἐκ πάντων λαθροφάγον, ἢ γαστρίμαργον οὐκ εἶδον. *Ego enim vidi multos, qui vitiis mancipati redierunt ad sanitatem: sed ex omnibus ne unum quidem, qui occulte manducaret, aut gulosus esset, emendatum vidi*, Basilium audire mihi videor. Et vero qui Basilium vel primoribus, ut dicitur, labris attigerunt, probe sciunt, id ex ejus consuetudine dictum esse: cujus rei exempla aliquot proferre alienum non videbitur. Igitur Psalmum sexagesimum primum interpretans Basilius, sic scribit: εἶδον ἰατροὺς ἐγὼ μὴ πρότερον διδόντας τὰ σωτήρια φάρμακα, πρὶν ἐμέτοις ἀποκενῶσαι τὴν νοσοποιὸν ὕλην, ἣν ἐκ πονηρᾶς διαίτης ἑαυτοῖς οἱ ἀκόλαστοι ἐναπέθεντο. *Vidi ego medicos, qui non prius salutaria medicamenta tradebant, quam materiam morbidam per vomitum evacuassent, quam intemperantes illi ex malo victu sibi pepererant.* Alio loco sic loquitur, καὶ ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα, τοῦ συννόμου αὐτῷ καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος. *Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, pastus ac jugi socio morte sibi prærepto.* Rursus in hac ipsa quam mox citavi oratione sic scripsit, ἤδη δέ τινας εἶδον τῶν φιληδόνων, δι' ὑπερβολὴν ἡδυπαθείας ἐπὶ προφάσει τῆς λύπης πρὸς κραιπάλην καὶ μέθην ἐκτρεπομένους, καὶ τὸ ἀκρατὲς αὐτῶν ἐκ τῶν τοῦ Σολομῶντος λόγων παραμυθεῖσθαι πειρωμένους, λέγοντος, δότε οἶνον τοῖς ἐν λύπαις. *Non ita dudum vidi quosdam voluptuarios, qui immodico voluptatis amore pellecti, per speciem expellendæ tristitiæ ad crapulam sese converterent, & ad ebrietatem; suamque conarentur excusare intemperantiam verbis Salomonis, qui ait*, Date vinum iis qui in tristitia sunt. Exemplum, quod mox proferam, a superioribus non multum Prov. 31.6. abludit. Est autem ejusmodi, οἶδα πολλοὺς νηστεύοντας, προσευχομένους, στενάζοντας, πᾶσαν τὴν ἀδάπανον εὐλάβειαν ἐνδεικνυμένους, ὀβολὸν δὲ ἕνα μὴ προϊεμένους τοῖς θλιβομένοις. *Novi non paucos jejunantes, orantes, ingemiscentes, pietatem omnem, quæ sine impensa exerceri potest, excolentes, at ne unum quidem obolum egenis offerentes.* Possim in medium adducere & alia loca, quibus constaret eam, quam dixi, loquendi formulam Basilio perquam familiarem fuisse, sed, ne tædium afferrem, nolui. Sed tamen, si quis ejusmodi exemplis delectatur, monebo eodem dicendi genere usum esse Basilium in ea oratione, quam sanctissimus Pater in divites habuit: item legi potest ea oratio, quæ inscribitur, *Homilia exhortatoria ad sanctum baptisma.* Libet quoque aliquid de tertia lucubratiuncula sigillatim addere. In ea igitur ita scriptum invenimus, περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μὴ συζητεῖν, ἀλλὰ ἄκτιστον καὶ ὁμοούσιον τριάδα μετὰ παῤῥησίας λέγειν καὶ φρονεῖν, καὶ τοῖς ἐπερωτῶσι λέγειν, ὅτι βαπτίζεσθαι δεῖ, ὡς βεβαπτίσμεθα, δοξάζειν δέ, ὡς παρελάβομεν· πιστεύειν δέ, ὡς πεπιστεύκαμεν. *De Patre & Filio & Spiritu sancto non oportet disceptare, sed Trinitatem increatam & consubstantialem libere profiteri & sentire, atque percontatoribus dicere: Oportet nos baptizari ita, ut traditum accepimus: credere autem sicut baptizati sumus: glorificare vero, quemadmodum credidimus.* Quæram jam, in quem hæc doctrina melius conveniat, quam in Basilium magnum, qui Trinitatem consubstantialem esse semper & credidit, & docuit. Prætereaque Basilius statim in alio libello ascetico non aliter loquutus est, nisi quod compendiosius scripsit, hoc modo, οὕτως φρονοῦμεν, καὶ οὕτως βαπτίζομεν εἰς τριάδα ὁμοούσιον, *sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali.* At certe ex his certo colligi potest, non audiendum esse Sculretum, qui ascetica omnia Eustathio adscripsit. Nam credibile non est Eustathium, qui Macedonianorum quasi antesignanus erat, breves illas, quas retuli, fidei professiones emisisse. Etenim tantum aberat, ut Macedoniani consubstantialem dicerent Spiritum sanctum, ut etiam in eum verba impia evomerent. Hic autem quæri potest, utrum scriptæ fuerint hæ lucubratiunculæ, an pronuntiatæ. Nam utriusque generis instituta monachis tradidisse Basilium, superius ex Gregorio Nazianzeno audivimus. Ego autem recitatas fuisse arbitror, nec aliter, nisi valde fallor, judicabunt, qui ipsas paulo attentius legerint. Neque vero monachi soli his exhortationibus aderant, sed mulieres etiam aliquas interfuisse probabilissimum videtur. Quod enim Basilius ait in

ptima

prima lucubratiuncula, *orationem non ad solos viros spectare, cum mulieres & ipsæ quoque apud Christum militent*, id ad mulieres quasdam, quæ adessent, referri posse censeo. Imo dubitari vix potest, quin adessent quoque nonnulli, qui matrimonio jungerentur, cum in secundo opusculo ita scriptum sit, μὴ τοίνυν ἀναπίσῃς, ὦ οὗτος, ὁ πρὸς κοινωνίαν γυναικὸς προῃρημένος, ὡς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τὸν κόσμον περιβαλέσθαι. πλειόνων γάρ σοι πόνων καὶ φυλακῆς χρεία πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ἐπιτυχίαν. *Ne igitur deses exsistas o tu, qui elegisti uxoris societatem, quasi mundum amplecti penes te sit. Nam pluribus laboribus & custodia majore tibi opus est ad obtinendam salutem.*

§. XI. *Pars secunda, de auctore libellorum de judicio Dei & de fide, itemque de moralium scriptore.*

30. Prævii illi tractatus, de quibus nunc disputavimus, proprie ad ascetica non pertinent: sed duos libellos, quorum in uno disserebatur de judicio Dei, in altero
Phot. c. 191. p. 401. de fide, ad ea pertinuisse docet locupletissimus auctor Photius. Sed nescio quomodo contigit, ut horum tractatuum ordo in editione Parisiensi mutatus sit. Photius enim tradiderat duos hos libellos sua ætate ita dispositos fuisse, ut libellus de judicio Dei præcederet, sequeretur vero libellus de fide; cum tamen in ea, quam dixi, editione tractatus de fide præcedat, tractatus vero de judicio Dei subsequatur. Ejus autem rei causam non aliam esse puto, nisi quod typographi aliud cogitantes, verum & antiquum ordinem incaute permutarint. Nam ut Photii ætate, ita hodieque & in Veneta editione & in veteribus libris primus est libellus de judicio Dei, secundus vero libellus de fide. Quis autem horum opusculorum auctor sit, facile judicabit, qui ea diligenter legere volet. Auctor, quicumque ille fuit, qui ea conscripsit, sacras litteras tam novi quam veteris Testamenti optime noverat, eisque industrie utitur: erat linguæ græcæ peritissimus: in ejus oratione enitet ubertas, varietas, copia: in doctrina morum erat severus, sed sic tamen, ut Evangelii severitatem non excederet: nihil denique inest neque in verbis, neque in sententiis, quod indignum sit viro & docto & probo: quæ omnia nos adducunt, ut Basilium horum libellorum verum parentem esse credamus. Accedit etiam, quod in his opusculis inveniantur quædam dicendi formulæ, quibus Basilius in aliis suis operibus libenter utitur. Exempli causa ita legitur in libello de judicio Dei, ἐγὼ δὲ εἶδον ποτὲ καὶ μελισσῶν πλῆθος νόμῳ φύσεως στρατηγούμενον, καὶ κατακολουθοῦν εὐτάκτως τῷ ἰδίῳ βασιλεῖ. καὶ πολλὰ μὲν ἐγὼ τοιαῦτα εἶδον, πολλὰ δὲ ἤκουσα. *Vidi autem aliquando ego ipse apum turmam lege quadam naturali conductam, suumque regem servato ordine sequentem. Et multa quidem talia ergo conspexi, multaque audivi*: quo dicendi genere in primis delectatum fuisse Basilium manifeste ostendunt ea quæ aliquanto ante retulimus exempla. Ubi notari potest, scriptorem testimonia aliqua ita e Scripturis proferre, ut interdum ad movendum lectorem adverbia quædam adjungat. Sed, quo melius hæc intelligantur, audiendus est auctor ipse. Ita igitur loquitur libello de judicio Dei, ἁπλῆς δὲ διανοίας μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι κρατεῖ ἐκεῖ καὶ βασιλεύει τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνήν, λέγοντος μὲν ὁριστικῶς, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, διεξιόντος σαφῶς τοῦ τοιούτου φρονήματος τὰ ἰδιώματα .... διδάσκοντος δὲ ἅμα ἀποφαντικῶς τό τε χαλεπὸν αὐτῶν τῆς ἐκβάσεως, καὶ τὸ ἀκοινώνητον πρὸς θεοσέβειαν. *Sed ingenui animi fuerit fidenter affirmare, illic dominari ac regnare carnis affectum, juxta hanc Apostoli vocem, qui ait quidem modo decretorio,* Rom. 6. 16.
cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, *recenset vero perspicue hujusce affectus proprietates .... simulque horum vitiorum exitum gravem esse, nihilque ipsis cum pietate commune esse asseveranter docet.* Eodem pertinet, quod scriptum invenitur in tractatu de fide, καὶ τοῦ ἀποστόλου ἐν ὑποδείγματι ἀνθρωπίνῳ σφοδρότερον ἀπαγορεύοντος τὸ προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν τι ἐν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, *cumque Apostolus, sumto ex hominibus exemplo, quidpiam in divinis Scripturis addere, aut demere vehementius vetet.* Notatu quoque dignam censeo illam genitivorum seriem, λέγοντος μὲν .... διεξιόντος δὲ .... διδάσκοντος δὲ .... εἶτα αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βοῶντος: quæ idcirco notata volui, quod Basilius ita in suis asceticis loqui soleat. Nam usus & horum adverbiorum, ὁριστικῶς, ἀποφαντικῶς, σφοδρότερον, & horum genitivorum, λέγοντος, διεξιόντος, διδάσκοντος, βοῶντος, ita in regulis frequens est, ut ejus rei passim exempla occurrant. Præterеaque, cum scriptor integerrimam persuasionem significare vellet, sexies in his libellis vocibus πληροφορεῖσθαι & πληροφορία usus est, bis in primo, quater in altero: quæ ipsæ voces ad idem significandum passim in regulis usurpantur. Cum igitur Basilius, ut mox probabimus, auctor

Digitized by Google

ctor sit regularum, dubitari merito non potest, quin ea quoque, de quibus disputatur, opuscula ad eumdem pertineant, utpote in quibus iidem loquendi modi adhibeantur. Fatebor quidem libens, argumenta, quæ ex quavis stili similitudine petuntur, nullam vim habere, si stilus ita in aliquibus conveniat, ut in pluribus discrepet: sed cum omnia quadrant, tunc ejusmodi argumenta plurimum valere nemo, opinor, negaverit. Ita autem regularum stilus cum stilo horum opusculorum consentit, ut nihil omnino dissentiat, idcircoque & has & illa Basilio tribui æquum est. Nec solum similes sunt loquendi modi: sed etiam sententiæ, sententiarum. Etenim si quis illud, quod in libello de judicio Dei legitur, *Relectis igitur divinis Scripturis, reperio in veteri ac novo Testamento, neque in multitudine, neque in magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscumque præcepti violatione, contumaciam adversus Deum clare judicari, communemque sententiam a Deo ferri in omnem inobedientiam*, si quis igitur hæc comparaverit cum iis quæ in regula ducentesima nonagesima tertia scripta sunt, doctrinam doctrinæ ita similem comperiet, ut tradita utroque loco documenta ab eadem officina prodiisse facile confessurus sit. Jam monuimus controversos hos duos libellos ab omnibus aut Basilio adscribi, aut Eustathio: sed ipsos episcopo Sebasteno adscribi non posse plane constat. Ita enim in libello de fide legitur, *οὕτως φρονοῦμεν, καὶ οὕτως βαπτίζομεν εἰς τριάδα ὁμοούσιον. Sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali:* quem locum cum retulisset eruditissimus vir Tillemontius, fidenter pronuntiavit, tale aliquid sine ulla controversia neque ab Eustathio, neque ab ullo alio Macedoniano conscribi umquam potuisse. Et vero cum Macedoniani aperte divinitatem Spiritus sancti negarent, fieri non poterat, ut Trinitatem consubstantialem esse profiterentur.

31. Quod diximus, libellos de judicio Dei & de fide tam in stilo quam in sententiis convenire cum utrisque regulis, id ita esse non diffitetur vir doctissimus Combefisius: sed tamen ex his principiis aliud prorsus concludit. Ergo ita fere ratiocinatur: Horum libellorum & utriusque generis regularum idem est stilus, eædem sententiæ, eadem doctrina: sed Stoica quædam severitas Eustathium utrarumque regularum auctorem esse aperte ostendit: non dubitandum igitur quin idem Eustathius horum quoque opusculorum auctor sit. Quid autem de vana illa severitate sentiendum sit, postea satis fuse disseram: nunc universe duntaxat dicam, neque Ruffinum, neque Cassianum, neque Photium, neque Frontonem Ducæum, neque Natalem Alexandrum Combefisii sodalem, neque Tillemontium, neque Dupinum, neque permultos alios cujuscumque ætatis eruditissimos viros ejusmodi severitatem in regulis vidisse. Sed duo sunt in iis, quos dixi, libellis, quæ speciatim reprehendit is, quem mox nominavi, vir peritissimus Combefisius, inconstantiam fidei, & auctoris in aliqua voce catholica reticenda malignitatem: de quibus hoc loco dicere institui. Quod igitur ait, *auctorem in fide inconstantem fuisse*, id nec verum, nec firmum est. Nam dubitationem illam, qua auctor laborasse se confitetur, non in fidem, sed in dissidii ecclesiarum causam cadere, ex orationis serie perspicuum est. Et vero in libello de judicio Dei ita scriptor loquutus est eo de quo agitur loco, *ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρῶν, καὶ πρὸς τούτοις ἐπαπορῶν, τίς, καὶ πόθεν ἡ αἰτία τοῦ τοσούτου κακοῦ .... τοῦτο δὴ λογισάμενος, καὶ πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀσεβείας ἐπτοημένος, ἔτι πλεῖόν τε ἐρευνῶν, ἐπειθόμην οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐκ τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων ἀληθῆ εἶναι τὴν προειρημένην αἰτίαν. ἑώρων γὰρ πᾶσαν μὲν πλήθους εὐταξίαν τε καὶ συμφωνίαν ἄχρι τότε κατορθουμένην, ἄχρις ἂν ἡ πρὸς ἕνα τινὰ τὸν ἄρχοντα σώζεται κοινὴ τῶν ἄλλων εὐπείθεια· πᾶσαν δὲ διαφωνίαν καὶ διάστασιν, ἔτι τε πολυαρχίαν, ἐξ ἀναρχίας ὁδοποιουμένην. Hæc atque ejusdem generis alia cum intuerer, prætereaque dubitarem quæ & unde esset tanti mali causa (in ecclesiis) .... Hoc igitur cum mecum reputassem, cumque de impietatis magnitudine attonitus, ulterius pervestigassem, nihilominus mihi persuasi vel ex iis quæ in vita fiunt rebus, eam, quam superius dixi, causam veram esse & germanam. Videbam enim omnem populorum disciplinam atque consensionem tamdiu perseverare, dum omnes principi uni in communi obtemperant: omnem vero discordiam ac seditionem, itemque multorum principatum ex ducis ac principis defectu proficisci*. Ex quibus liquet Basilium causam illam, quam dubitans quærebat, tandem invenisse. Aliud autem non quærebat, ut ex ejus verbis patet, nisi veram causam, quæ turbas in ecclesiis excitaret & in regnis: quam causam non aliunde nasci ait, quam quod duces ac principes desint. Sed, ut verum fatear, primo aspectu inest major difficultas in iis, quæ hoc ipso in loco scripta inveniuntur. Hæc autem sunt, *τὰ μὲν πρῶτα, ὥσπερ ἐν βάθει σκότῳ διῆγον, καὶ καθάπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ποτὲ μὲν ὧδε, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε ἐρρέπον· ἄλλοτε ἄλλως, ἢ πρὸς ἑαυτόν με ἕλκοντος, διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, ἢ πάλιν ἄλλως ἀπωθουμένου διὰ τὴν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς*

ἐπιγινωσ-

ἐπιγνωσκομένην ἀλήθειαν. *Primum quidem quasi in profundis tenebris degebam, & tamquam in statera constitutus, modo huc, modo illuc propendebam, quod alius alio aut ad seipsum traheret me, ob diutinam hominum consuetudinem, aut rursus alio propelleret, eb eam quam in divinis Scripturis agnovissem veritatem :* sed tamen ne hic quidem locus ad expediendum difficilis est. Non enim inde colligi potest, Basilium in hæresim umquam propendisse, sed solum in id quodammodo inclinasse, ut partes susciperet quorumdam, qui ita callidi erant & astuti, ut dum veram fidem oppugnarent, eam tamen speciosis verbis tueri viderentur. Callidi autem illi non alii fuisse credi possunt, quam Eustathius ipse, illiusque discipuli. Hæc verba, *ob diutinam hominum consuetudinem*, faciunt, ut hunc locum ita intelligendum esse suspicer. Nam Basilium Eustathio diu familiariter usum esse, nemini, qui paulum modo in historia ecclesiastica versatus sit, ignotum est. Quod autem dixi, Basilium numquam in hæresim propendisse, sed solum quasi paululum commotum fuisse ad callidorum quorumdam hominum partes suscipiendas, de eo non aliter videbitur ei, qui, quæ præcedunt, legere voluerit. Sunt autem ejusmodi, πολλήν τινα, καὶ ὑπερβάλλουσαν τήν τε πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν πρὸς τὰς θείας γραφὰς διαφωνίαν τῶν πολλῶν ἐθεώρουν. καὶ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοὺς τοὺς προεστῶτας αὐτῆς ἐν τοσαύτῃ μὲν τῇ πρὸς ἀλλήλους διαφορᾷ γνώμης τε καὶ δόξης καθεστῶτας, τοσαύτῃ δὲ τῇ πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐναντιότητι χρωμένους, καὶ διασπῶντας μὲν ἀνηλεῶς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐκταράσσοντας δὲ ἀφειδῶς τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐν αὐτοῖς πληροῦσθαι νῦν, εἴπερ ποτε, τῶν ἀνομοίων ἐπιφυέντων, τό, ὅτι ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. *Multos videbam & inter se, & in divinis litteris intelligendis valde admodum dissentire. Et quod maxime horrendum est, videbam ipsos Ecclesiæ præfectos in tanta inter se sententiæ ac opinionis diversitate constitui, sicque Domini nostri Jesu Christi mandatis adversari, Deique Ecclesiam tam immisericorditer dilacerare, tamque crudeliter obturbare ejus gregem, ut exortis Anomœis, nunc, si umquam alias, in ipsis quoque impleatur illud :*

Act. 20. 30. Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Cui enim persuaderi poterit, Basilium in opinionem propendisse eorum, quos videret simul & adversantes mandatis Domini nostri Jesu Christi, & immisericorditer dilacerantes Dei Ecclesiam, & crudeliter obturbantes ejus gregem. Ipsa sunt Basilii verba. Reliquum est igitur ut Basilius quodammodo propensum se senserit ad amplectendas partes quorumdam, qui pietatis simulatione & nomine veram fidem sequi putarentur. Nunc quæ vox illa sit, quam auctor de industria reticuisse dicitur, ex ipso Combefisio audiamus. Sic igitur loquitur

Combef. tom. 2. p. 129. in suo Basilio recensito : *Quod dicit, initio paginæ, possit Theodosii tempora respicere, quando plurimum compressa Anomœorum hæresis & Ariana, ut sic palam fidem sanctæ Trinitatis profiteretur, qui ita alias in ea vacillasset. Quin & ὁμοουσίου vocem studio dataque opera, tota hac sua fidei explanatione suppressisse, ad mitiorum Arianorum declinandam invidiam.* Vult igitur doctissimus vir Combefisius, Eustathium idcirco data opera vocem ὁμοούσιος in tota sua fidei professione silentio præteriisse, ut gratiam mitiorum Arianorum sibi conciliaret : sed permirum videri debet, hominem cæteroquin in ejusmodi rebus diligentissimum, usque adeo præjudicata opinione obcæcatum fuisse, ut non videret quæ legeret. Nam, ut jam monui, ita in hac fidei professione scriptum invenitur, οὕτως φρονοῦμεν, καὶ οὕτως βαπτίζομεν εἰς τριάδα

Tom. 2. novæ ed. p. 280. a. ὁμοούσιον. *Sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali.* Sed demus vocem ὁμοούσιος in hac fidei professione ab auctore prætermissam fuisse. Quid tum? Basilium illius auctorem non esse? sed id inde minime sequitur. Scriptor enim, quisquis est, ita de Trinitate loquitur, ut in ea nibil diversum, quod ad naturam attinet, agnoscat : sed in ipsa admittat duntaxat proprietates quasdam, quas ait seorsum unicuique personæ convenire. Sed audiendus est ipse. Illius igitur hæc sunt, ἑκάστου ὀνόματος τὴν τοῦ ὀνομαζομένου ἰδιότητα σαφῶς ἡμῖν διασημαίνοντος, καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων πάντως τινῶν ἐξαιρέτων ἰδιωμάτων εὐσεβῶς θεωρουμένων· τοῦ μὲν πατρὸς ἐν τῷ ἰδιώματι τοῦ πατρός, τοῦ δὲ υἱοῦ ἐν τῷ ἰδιώματι τοῦ υἱοῦ, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἐν τῷ οἰκείῳ ἰδιώματι. *Nomen autem quodlibet quamdam illius qui nominatur proprietatem nobis manifeste explicat; atque in unoquoque nominatorum, omnino pie peculiares quædam proprietates considerantur, Pater quidem in proprietate patris, Filius vero in proprietate filii, sanctus autem Spiritus in sua ipsius proprietate.* Viderit ergo Combefisius, quomodo fidei professio, quæ in Trinitate non naturam, sed quasdam tantummodo proprietates distinguit, tribui possit Eustathio, qui ad cæterorum Macedonianorum imitationem naturæ identitatem in Trinitate negaret. Cum autem Combefisius semel in animum induxisset suum, vocem ὁμοούσιος in hoc de fide

libel-

libello deesse, hæc addidit, *Qui ipsi (mitiores Ariani) sic ex putis puris Scripturæ verbis suas alias aliasque professiones adornabant, Nicænisque Patribus probatam vocem, qua omnis eorum ὁμωνυμία in Trinitatis mysterio elidebatur, respuebant, eoque invento simplicibus fucum faciebant :* sed cum constet vocem ὁμοούσιος in hac fidei professione reperiri, totum id Combefisii argumentum per se ruere vident, opinor, omnes. Denique cum Combefisius paulo post incidisset in alia illa ejusdem libelli verba, διόπερ παρακαλῶ καὶ δέομαι, παυσαμένους τῆς περιέργου ζητήσεως καὶ ἀπρεποῦς λογομαχίας, ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰρημένοις, *quapropter adhortor vos & rogo, ut missa curiosa inquisitione, relictaque indecenti verborum contentione, iis quæ a Sanctis & ab ipso Domino dicta sunt, contenti sitis*, ita persequutus est: *Scriptores canonicos velit & Apostolos, ad quos unos provocat, nihil dans vel Ecclesiæ, vel Patrum, qui sequuti sunt, auctoritati.* Primum, cum scriptor ipse voce ὁμοούσιος usus sit, perspicuum est eum non ad unos scriptores canonicos provocare. Alioquin enim secum ipse pugnaret, cum voce ὁμοούσιος utatur : quæ vox tamen nusquam in Scripturis occurrit. Deinde, quod ait *nos contentos esse debere iis, quæ a Sanctis & ab ipso Domino dicta sunt*, id ita accipi oportet, ut non temere in explicanda fide quidquam addatur verbis aut Domini, aut scriptorum canonicorum. Et ne quis hanc explanationem existimet non scriptoris esse, sed meam, illius verba apponam. Sic igitur loquitur, ἕως μὲν οὖν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τὰς ἐπανισταμένας κατὰ καιρὸν αἱρέσεις ἐχρῆν, ἑπόμενος τοῖς προειληφόσιν, ἀκόλουθον ἡγούμην τῇ διαφορᾷ τῆς ἐπισπειρομένης ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἀσεβείας, ταῖς ἀντιθέτοις φωναῖς κωλύειν, ἢ καὶ ἀνατρέπειν τὰς ἐπαγομένας βλασφημίας, καὶ ἄλλοτε ἄλλαις, ὡς ἂν ἡ χρεία τῶν νοσούντων κατηνάγκασε, καὶ ταύταις πολλάκις ἀγράφοις μὲν, ὅμως δ' οὖν οὐκ ἀπεξενωμέναις τῆς κατὰ τὴν γραφὴν εὐσεβοῦς διανοίας· τοῦ ἀποστόλου πολλάκις καὶ Ἑλληνικοῖς ῥήμασι χρήσασθαι μὴ παραιτησαμένου πρὸς τὸν ἴδιον σκοπόν. νῦν δὲ πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν σκοπὸν ἁρμόζον ἐλογισάμην, ἐν ἁπλότητι τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ ἀγάπης πληρῶσαι, εἰπὼν ἃ ἐδιδάχθην παρὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· φειδόμενος μὲν καὶ τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐκείνων, ἃ λέξεσι μὲν αὐταῖς οὐκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ γραφῇ, διάνοιάν γε μὴν τὴν ἐκείνην ἐγκειμένην τῇ γραφῇ διασώζει· ὅσα δὲ πρὸς τῷ ξένῳ τῆς λέξεως, ἔτι καὶ τὸν νοῦν ξένον ἡμῖν ἐπεισάγει, καὶ ἃ οὐκ ἔστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων κηρυττόμενα εὑρεῖν, ταῦτα ὡς ξένα καὶ ἀλλότρια τῆς εὐσεβοῦς πίστεως παντάπασι παραιτούμενος. *Dum igitur adversus hereses vario tempore exortas pugnandum esset, majorum exempla sequutus, consequens esse existimavi, ut ejus quæ a diabolo seritur impietatis habita ratione, eas quæ inducuntur blasphemias vocabulis contrariis cohiberem, aut etiam everterem : & aliis atque aliis verbis prout ægrotantium utilitas cogebat, uterer; quæ etiamsi sæpe non invenirentur scripta, tamen a pio Scripturæ sensu non abhorrebant : quod Apostolus quoque non raro fecit, qui Græcorum verbis congruenter suo proposito convenienterque uti non fastidivit. Nunc autem communi scopo tam nostro quam vestro convenire putavi, si in sanæ fidei simplicitate sequerer vestræ istius in Christo dilectionis mandatum; eaque dicerem, quæ a sacra Scriptura accepissem, sed sic, ut parcus sim in illis nominibus & verbis usurpandis, quæ ipsis litteris & syllabis in divina Scriptura non reperiuntur, tametsi eam quam Scriptura præfert sententiam servant : quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam & peregrinum sensum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina & a pia fide aliena omnino averser.* Basilius igitur, quasi prævidisset non defuturos, qui aliquot suæ professionis verba in malam partem interpretarentur, tam clare tamque dilucide mentem suam hoc loco aperuit, ut omnia malorum interpretum argumenta præoccuparit. Ait enim, se, cum ægrotantium utilitas cogeret, aliis atque aliis verbis usum esse, non tamen indiscriminatim omnibus, sed iis duntaxat, quæ etiamsi sæpe non invenirentur scripta, tamen a pio Scripturæ sensu non abhorrerent. Scriptor igitur non is erat, qui, ut falso putavit Combefisius, suas fidei professiones ex puris putis Scripturæ verbis mitiorum Arianorum exemplo adornare vellet, cum ipse quibusdam verbis, quæ sæpe in Scriptura non inveniebantur, aliquando uti non dubitaverit. Constat quoque ex iis quæ mox retuli verbis, auctorem non omnino respuisse verba illa, quæ in Scripturis non legerentur, sed in his adhibendis parcum fuisse; ex quo fit, ut non ad unos scriptores canonicos, uti falso sibi Combefisius persuaserat, provocarit. Nec verius, quod Combefisius dixit, scriptorem nihil dedisse auctoritati, neque Ecclesiæ, neque eorum qui sequuti sunt Patrum. Qui enim ea sola verba, quæ præter dictionis novitatem novum etiam & peregrinum sensum præferunt, repudiat, is certe & Ecclesiæ & Patrum auctoritatem sequi paratus est. Unum si addidero, ad cætera pergam. Dubitat vir eruditissimus Tillemontius, utrum ea, de qua controversia est, fidei pro-

Tom. 2. p. 119.

Tom. 2. novæ edit. p. 228. d.

fessio, ipsa sit, quam Basilius scripserit, an alia, quæ in ejus locum substituta sit. Causa autem, cur ita dubitaverit, non alia est, nisi quod hæc fidei professio, potius peculiare quoddam opus, quam alicujus operis continnatio ac series esse videatur. Fateor ego hanc fidei ptofessionem peculiare opus esse: sed nego inde concludi posse eam ad ascetica non pertinere. Nam asceticorum partes peculiaria else opera, quæ diversis temporibus scripta sint, obscurum non est. Etenim cum in fine libelli de judicio Dei retulisset quædam Apostoli verba, sic scripsit, *ἀκόλουθον ὠήθην καὶ ἀναγκαῖον ἐλογισάμην, τὴν ὑγιαίνουσαν πίστιν, καὶ εὐσεβῆ δόξαν περὶ τε πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος παραθέσθαι πρότερον, καὶ οὕτως ἐπισυνάψαι τὰ ἠθικά. Consequens simul & necessarium existimavi, ut sanam fidem ac piam de Patre & Filio & Spiritu sancto sententiam prius exponerem, & ita demum moralia attexerem*. Et quidem ex his verbis perspici potest, libellum de fide eodem jure dici posse opus peculiare, quo moralia, quæ quoque attexuisse se dicit Basilius. Cum igitur moralia opus peculiare esse ab omnibus dicantur, non video cur hic de fide libellus pro opere peculiari haberi non possit. Ex eodemque illo loco patet, Basilium, cum hæc scriberet, nondum regulas composuisse, utpote quarum mentionem non faciat. Quare, ut dixi, asceticorum partes peculiaria sunt opera non uno tempore conscripta: sed quorum aliud post aliud, prout occasio se dabat, confectum sit. Adhæc cum hodieque hæc fidei professio & in Veneta editione & in veteribus libris eodem ordine reperiatur, quo eam viderat Photius, non videtur causa ulla esse, cur ipsa inter ascetica numeranda non sit. Cum enim ex his veteribus libris, in quibus invenitur, nonnulli sint, qui si antiquitate non omnino ætatem Photii attingant, at ad eam tamen accedant proxime, dubitari merito non potest, quin ejusmodi fidei professio illa ipsa sit, quam Photius & vidit, & inter ascetica recensuit: quod autem ab optimo harum rerum judice Photio pro asceticorum parte habitum est, id hodie in alienis poni facile non debet. Quod ultimum est in hac quæstione, moralium scriptorem spectat: sed certe neque multis verbis, neque magno labore opus est, ut eorum verus auctor cognoscatur. Qui enim novit auctorem libellotum de judicio Dei ac de fide, moralium scriptorem simul novit. Etenim quæ in fine libelli de judicio Dei leguntur, manifeste ostendunt horum trium scriptorum unum & eumdem auctorem esse: quæ verba eum paulo ante retulerim, ea rursus hoc loco referre nihil necesse est. Præterea qui libellum de fide conscripsit, moralium se esse auctorem aperte declarat. Ita eoim sub fioem loquitur, *τὰ περὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἐν τοῖς πρὸ τούτων αὐτάρκως εἰρῆσθαι πρὸς τὸ παρὸν λογιζόμενοι, ἐντεῦθεν τὴν περὶ τῶν ἠθικῶν ἐπαγγελίαν ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληρῶσαι σπουδάσωμεν. ὅσα τοίνυν εὑρίσκομεν κατὰ τὴν καινὴν τέως διαθήκην σποράδην ἀπηγορευμένα ἢ ἐγκεκριμένα, ταῦτα, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, εἰς ὅρους κεφαλαιώδεις πρὸς τὸ εὔληπτον τοῖς βουλομένοις ἐσπουδάσαμεν συναγαγεῖν*, &c. *Cum de bis quæ ad sanam fidem pertinent, satis pro tempore in superioribus a nobis dictum fuisse putemus, jam moralia, quæ promisimus, in nomine Domini nostri Jesu Christi tradere conemur. Quæcumque igitur hactenus sparsim in novo Testamento aut interdicta aut approbata invenimus, ea pro nostra virili parte in regulas quasdam compendiarias, quo facilius a quovis intelligerentur, colligere curavimus*, &c.

§. XI. *Pars tertia, an Basilius auctor sit brevium duorum tractatuum, qui post moralia collocantur.*

32. Brevis hi tractatus, quorum idem est titulus, *τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀσκητικός*, *Ejusdem sermo asceticus*, ad ascetica nullo modo pertinent. Naoi, ut est apud Photium, libelli de judicio Dei ac de fide, moralia, Regulæ tam longiores quam breviores proprie ascetica constituebaot. Quamquam autem duo hi sermones ad *ἀσκητικὸν*, quod vocatur, referri non possint, non propterea tamen eos silentio prætermittere licet. Videamus igitur Basilii sint, nec ne. Certe si habeatur ratio aut veterum librorum, aut consensus hominum eruditorum, nemo dubitabit quin hæ oratiunculæ ad Basilium magnum pertineant. Nam & in antiquis omnibus libris nomen Basilii præferunt, & ab eruditis omnibus, si forte Scultetus excipiatur, pro fetu ejusdem genuino habentur. Monere tamen juvat, inter eruditos illos homines, quos dixi, antiquum nullum scriptorem inveniri, qui duo hæc opuscula aut umquam laudaverit, aut ex eis quidquam excerpserit: quod notavi, non ut elevarem recentiorum auctoritatem, sed ne quis falso arbitraretur hos de quibus agimus libellos ab aliquibus etiam veteribus Basilio ttibui. Mirum autem nemini videri debet,

Phot.c.196 p 491.

debet, si his temporibus doctissimi quique has oratiunculas adjudicarint Basilio. Nam, ut verum fatear, cnm primum leguntur, neque in verbis, neque in sententiis quidquam apparet, unde suspicio aliqua oriatur: sed si semel & iterum oculis lustrentur, de his, opinor, aliter judicabitur, In illis enim reperiuntur voces quædam, qnas in genuinis Basilii asceticis nusquam legimus. Auctor igitur, quisquis est, cum significare vult fratrum conventum, utitur hisce vocibus, συνοδία, συσκηνία, πλήρωμα: quibus tamen Basilius, cum eamdem rem significaret, nusquam, quod sciam, usus est. Nec putandum est ejusmodi vocabula in duabus his lucubratiunculis raro adhiberi, in iisque poni quasi obiter: sed potius scriptor vocibus illis ita delectabatur, ut ipsas sæpius usurparit. Nam ut sileam de vocabulis συσκηνία & πλήρωμα, quæ aliquoties in tam brevibus opusculis adhibuit, vocem συνοδία decies repetit. Ex quibus perspicuum est vocem hanc συνοδία præ cæteris opusculorum scriptori familiarem fuisse. Quomodo ergo Basilius, si horum libellorum auctor esset, numquam ea usus fuisset, præsertim cum de rebus asceticis tam copiose scripserit. Nec satis est dixisse, scripsisse Basilium copiosissime de asceticis rebus, sed addi deber summum illum virum centies fratrnm conventum propriis quibusdam nominibus significasse, & tamen ne semel quidem voce συνοδία usum fuisse, non ita facturus, si horum opusculorum auctor exstitisset. Voces enim, quæ semel alicui scriptori placnerunr, sæpe, ut experientia docet, in illius libris occurrunt, maxime si earum adhibendarum occasio passim offeratur. Accedit etiam quod ubi in his opusculis sermo instituitur de fratrum præposito, ibi voces illas, καθηγούμενος, προηγούμενος, προκαθηγούμενος, sæpissime usurpatas invenimus, sic ut novies aut decies legantur: cujus rei unum aut alterum exemplum proferre libet. Ita igitur legitur in opusculo primo, ἡ δὲ ἀληθὴς καὶ τελεία ὑπακοὴ τῶν ὑποχειρίων πρὸς τὸν καθηγούμενον, &c. *Vera autem & perfecta subditorum erga præfectum obedientia*, &c. in secundo autem sic, ἀλλ' ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ καθηγουμένου ἡ χρῆσις ἔστω, ἐκ τῶν κοινῶν τὸ κατάλληλον ἑκάστου χρησιμεύειν, κατὰ τὴν τοῦ προηγουμένου ὑφήγησιν, *sed usus sit penes præfectum, ita ut quod cuique convenit, id ex communibus tribuatur juxta moderatoris præceptum.* In genuinis autem Basilii asceticis, etsi in ipsis centies sermo habetur de monasteriorum præfectis, nusquam tamen ad eos significandos eæ quas dixi voces usurpantur. Non nihil est quoque, quod scriptor monachorum vivendi rationem vocar vitam philosophicam. Nam ipso initio secundi sermonis ita scriptum est, οὕτω καὶ τοὺς τῇ ἀσκητικῇ προσερχομένους ζωῇ, πάσης ὕλης βιωτικῆς γυμνωθέντας ἐντὸς τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν γενέσθαι βίου, *ita etiam qui ad asceticum vitæ genus accedunt, omni re sæculi hujus exuti, vitam philosophicam ingrediantur*. Basilius autem, etsi multis admodum locis de monastica vita loquitur, numquam tamen, ut alibi etiam notabo, eâ dicendi formula usus est. Arbitror igitur has lucubratiunculas spurias esse atqne adulterinas, nec ob aliam causam inter Basilii ascetica a librariis positas fuisse, quam quod ad idem argumentum pertinerent.

§XI. *Pars quarta, ubi ostenditur regularum longiorum & breviorum unum & eumdem auctorem esse.*

33. Fuere qui tradiderunt regulas longiores Basilii quidem esse: sed breviores alteri tribui oportere; si non dixerunt, at putasse ramen credi possunt. Præcipua autem causa, cur bas suspectas habuerint, hæc est, quod ipsis visæ sint severiores, magisque a moderatione alienæ. Sed si semel damnentur regulæ breviores severitatis majoris nomine, consequens erir ur & longiores quoque eodem obtentu brevi rejiciantur. Inest enim in urrisque regulis tam brevioribus quam longioribus eadem indoles, idem ingenium, eadem morum præcepta, idem veræ pietatis amor, idem vitii & peccati odium: uno verbo, inest in utrisque non quidem major severitas, cum severitate Evangelii major non sit, sed majoris severitatis quasi umbra quædam. Et vero Combefisius non aliam ob causam regulas fusiores simul & minores respnit, quam qnod utræque pariter Stoicum quiddam præferant; in eoque ego eum minus reprehendendum puto, cum re ipsa utræque ex æquo severæ esse videantur. Certe si quis hodie ita sentirer, ut Basilium quidem magnarum regularum auctorem esse fateretur, Eustathium vero parvarum parentem esse contenderet, is valde miraretur Stoica quædam dogmata in magnis regulis a Combefisio inveniri, cum ipse in eis nihil tale inesse cerneret. Et nos quoque hoc idem dicere babemus, ei, qui ita regulas longiores probaret, ut minores ob au-

ſteriorem doctrinam reprobaret, videlicet nos magnopere mirari, ab ipſo in regulis brevioribus reperiri Stoicum quiddam, cum eas a Stoicorum ſeveritate longe abeſſe videamus. Ex his autem, quæ hactenus diximus, ſi nihil aliud, illud quidem certe oſtenditur, unicum argumentum, quod ad improbandas breviores regulas proprie afferri poteſt, futile eſſe & vanum : ſed, ut verum fatear, non neceſſario ſequitur, ſi utræque regulæ & majores & minores ex æquo ſeveræ ſunt, ipſas ab uno & eodem ſcriptore editas fuiſſe. Quare ſi propoſitum aſſequi velimus, aliis argumentis utamur neceſſe eſt. Primum igitur ſi qua ratio habenda eſt hominum omnium conſenſus, cujus debet haberi maxima, plane conſtabit regularum omninm unum & eumdem auctorem eſſe. Nam ante noſtra tempora reperias neminem, qui longiores a brevioribus regulis umquam diſtinxerit. Omnes totius Aſcetici, quod de Photii ſententia utraſque regulas complectitnr, unum & eumdem auctorem ſemper fecerunt. Quales ſunt Hieronymus, Ruffinus, Caſſianus, Sozomenns, Juſtinianus, Photius, Suidas, Nicephorus, anctor Combefiſianus, qni ut longiores, ita breviores regulas ſibi vindicat. Hoc idem & recentiores quoque præſtitere. Etſi enim in ſententiis diſſident inter ſe, tamen in eo conſentiunt omnes, quod ntraſque regulas uni & eidem auctori adſcribant. Et, ut interim multos omittam, nominabo Scultetum, Combefiſium, Natalem Alexandrnm, Tillemontium, Lndovicum Dupinum. Quod ſi tot hominum teſtimonia ſufficere non videanrur, ejuſdem rei teſtem adhibebo ipſum regularum auctorem. Incipiam ab ea regula, quæ inter breviores ſecunda eſt, ubi ſic legitur, τούτων δὲ ἕκαστον οἵαν ἔχει δύναμιν εἴρηται ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ ἐρωτήματι. *Qualem autem vim habeat horum unumquodque, dictum eſt in ea, quæ ad hoc pertinet, interrogatione.* Obſcurum autem non eſt, ut jam pridem Tillemontius notavit, hoc loco indicari regulam inter magnas octavam, cum in ea ſecundæ illius brevioris regulæ argumentum copioſe tractetur. Nunc proferam alios tres locos minime dubios, qnorum primum jam protulit is, quem mox dixi, vir eruditiſſimus Tillemontius. Is autem locus primus invenitur in brevi regula ſeptuagena quarta, ubi ita ſcriptum invenitur, πλατύτερον δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐν τοῖς κατὰ πλάτος εἰρημένοις ἀπεκρινάμεθα. *Verum de iis, qui hujuſmodi ſunt, in quæſtionibus fuſe explicatis uberius reſpondimus* : quo in loco magnam aliquam regulam citari vident quicumque cæci non ſunt. Magna antem regula illa, quæ hic citatur, in magnis locum ſeptimum tener, in eaque fuſe explicatur quod in breviori paucis perſtringitur. Alia duo exempla evidentiſſima proponam. Unum ſumam e regula centeſima tertia, in qua propoſitæ ſibi quæſtioni ita auctor reſpondet, περὶ τούτων εἴρηται σαφῶς ἐν τῇ πλατυτέρᾳ ἀποκρίσει. *De his enucleate dictum eſt in latiore reſponſione.* Hæc autem latior reſponſio regula eſt vigeſima ſeptima inter majores. Alterum exemplum ſuppeditabit brevior regula ducenteſima vigeſima, quæ ſic incipit, περὶ τούτων εἴρηται ἐν τοῖς κατὰ πλάτος. *De his dictum eſt in quæſtionibus fuſius explicatis.* Legenti autem longiores regulas, occurret trigeſima tertia, in qua multis verbis declaratur quod in hac breviori breviter dictum eſt. Poſt teſtimonia tam certa tamque indubitata, opinionem noſtram magis confirmari nihil quidem neceſſe duco : ſed tamen non indignum puto, quod notetur, eaſdem dicendi ſormulas, quæ in majoribus regulis inveniuntur, in minoribus quoque reperiri. Qualis eſt illa, qua ſcriptor ita ſcripturam citat, ut adverbia quædam præponat, τοῦ κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, &c. *cum Dominus verbis decretoriis dixerit*, &c. Rurſus cujuſmodi eſt illa, quæ in uſu eſt apud ſcriptorem, cum aliquod genus præfecturæ exprimitur, ὥστε τὸν μέν τινα ὀφθαλμοῦ ἐπέχειν δύναμιν, τὸν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, *ita ut alius quidem oculi vim obtineat, cui ſcilicet concredita eſt communis rerum cura* : ubi non ſimpliciter dicitur, τὸν προεστῶτα, *præfectus ſcilicet*, ſed per periphraſim, τὴν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον. Annumerari poteſt cum his & illa quoque, qua voces πληροφορεῖν & πληροφορία in ſignificatione perſuaſionis uſurpantur, τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ, &c. *ſic ut alteri quidem perſuaſerit, ut ſi*, &c. Et illud addi poteſt, quaſdam voces, certo quodam modo acceptas, quæ nuſquam in regulis longioribus ponuntur, nuſquam quoque in brevioribus adhiberi. Ad quod genus tres hæ voces referuntur, φιλοσοφεῖν, φιλοσοφία, φιλόσοφος. Ad idem pertinet verbum ποιεῖσθαι, cum in tempore paſſivo ponitur, & tamen ſignificationem activam retinet. Ejuſdem generis ſunt & alia quædam vocabula, quæ cuique alio loco legere licet.

§. XI.

§.XI. *Pars quinta, in qua ostenditur utrasque regulas & constitutiones monasticas uni & eidem auctori tribui non debere.*

34. Doctissimus vir Combefisius, cum dixisset utrasque regulas & constitutiones monasticas uni & eidem scriptori adscribi non oportere, visus est multis quasi paradoxum quoddam proferre : in quo ego eum partim probo, partim improbo. Mihi enim videtur, quod ejusmodi scripta non uni & eidem homini attribuenda esse censuit, recte ac vere judicasse : sed in eo peccasse, quod neutrius operis verum auctorem assignarit. Sed de his postea. Jam annotavi eum, quem mox dixi, eruditissimum virum suam opinionem ita defendere, ut argumenta sua fere omnia ex nimia regularum severitate petat : sed ea fortasse ei soli firmitatis aliquid habere videbuntur. Et vero quicumque animo æquo regulas tam longiores quam breviores legerint, ii certe quo erunt perspicaciores, eo minus Stoica illa dogmata videbunt, quæ in utrisque deprehendisse se falso existimavit Combefisius. Plura suo loco de severitate illa Stoica, vel potius Combefisiana : nunc de alio viri eruditissimi argumento verba faciamus. Ita igitur loquitur in suo Basilio recensito : *Ipso statim titulo & argumento constitutionum monasticarum, alium se auctor prodit, ab eo, cujus superiora omnia, (si forte præfationem aliquam libellumque ad* ἄσκησιν *sanctiusque institutum levius informantem exceperis) verumque Basilium, qui & eos erudiat, qui in societate cum reliquis, & qui solitariam ipsi seorsum vitam agant ; ut est utraque militia Ecclesiæ probata, ducesque habuit & antistites atque cultores viros plaue inclytos ; cum prior ille auctor sic solitarios perpetuo insectari videatur, unisque communem vitam agentibus, quidquid est Christianæ pietatis adscribere.* Fateor, quod hic ait Combefisius, regularum auctorem anachoretis infensissimum esse, scriptorem vero constitutionum monasticarum eis favere, ipsorumque vivendi rationem probare, id mihi videri & firmius & gravius, quam est tota illa tam sæpe ab eodem Combefisio decantata Stoicorum severitas. Etenim regularum auctor tam vehementer invehitur in anachoretas, ut eum ipsis umquam favisse vix credas : sed tamen ne hoc quidem argumentum arbitror ad persuadendum multum valere. Nam rarum non est, ut quis diversis temporibus eadem & probet & improbet. Fieri ergo potuit, ut regularum scriptor, quisquis est, anachoretarum vivendi rationem valde vituperarit, quam antea tamen multum laudasset. Quoniam tamen hoc ipso in argumento vim maximam inesse existimo, si aliunde consideretur, ab eo non tam cito discedam. Sciendum ergo constitutionum monasticarum auctorem anachoretarum statum non obiter commendasse : sed de eo copiose & abundanter disseruisse. Non enim id vivendi genus uno aut altero loco probat : sed totam mediam sui operis partem in eo informando insumsisse se tradidit ipse. Ita enim initio capitis XVIII. loquitur, περὶ μὲν οὖν τοῦ καθέκαστον ἀσκητοῦ καὶ τοῦ τὸν μονήρη βίον ἀσπασαμένου ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ἐνῆν, δεδηλώκαμεν· ὅπως τήν τε ψυχὴν πρὸς τὸ καλὸν ἐξασκῶν, καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὸ δέον οἰκονομῶν, δύναιτ᾽ ἂν ἡμῖν τὸν ἀκριβῆ χαρακτηρίσαι φιλόσοφον. ἐπεὶ δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, ἀλλήλοις τὰ φρονήματα πρὸς ἀρετὴν παραθήγοντες, καὶ τῇ τῶν κατορθωμάτων ἀντιπαραθέσει παρορμῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν τοῦ καλοῦ προκοπήν· δίκαιον ᾠήθημεν, καὶ τούτοις τὴν διὰ τῶν λόγων παράκλησιν εἰσενέγκασθαι. *Ac de asceta quidem, qui seorsum agit, vitamque solitariam amplexus est, dilucide, quantum in nobis erat, superius disseruimus, quomodo & animum exercens ad bonum, & corpus apte & rite componens, philosophum perfectum nobis exprimere possit. At quoniam versantur simul in communitate plurimi ascetarum, animum mutuo exacuentes ad virtutem, & recte factorum comparatione seipsos ad progressum in bono faciendum concitantes, æquum esse putavimus, hos etiam sermonibus nostris adhortari.* Ex quibus perspici potest, auctorem ita suum opus divisisse, ut illius tota media pars ad anachoretas, altera ad cœnobitas spectaret. At vero tantum abest, ut regularum auctor unicum verbum dixerit de laude hujus status, ut eum etiam modis omnibus exagitet. Legi poterit septimum caput regularum majorum totum, in quo nihil omissum est eorum, quibus hujus instituti pericula incommodaque ostendi possint. Hic locum unum, qui instar omnium esse possit, exscribam. Cum igitur incommoda aliqua, quæ hanc vivendi rationem comitantur, retulisset, ita persequitur, ἀλλὰ δὲ τούτῳ, καὶ ὁ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει τὸ ἴδιον σκοπεῖν ἕκαστον. ἡ ἀγάπη γάρ, φησίν, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. ὁ δὲ ἀφιδιαστικὸς βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν οἰκείαν ἑκάστου τῶν χρειῶν θεραπείαν. τοῦτο δὲ προδήλως μαχόμενόν ἐστι τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ, ὃν ὁ ἀπόστολος ἐπλήρου, μὴ ζητῶν

τὸ

τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν, &c. *Sed præterea diligendi Christi ratio & modus, unumquemque quod sibi proprium fuerit, spectare non sinit.* Charitas *enim, inquit*, non quærit quæ sua sunt. *Vita autem solitaria & seorsum a cæteris omnibus acta scopum unicum habet, ut suis quisque utilitatibus inserviat. Hoc autem aperte adversatur charitatis legi, quam implebat Apostolus, qui non sua, sed multorum commoda quæreret, ut salvi fierent*, &c. Neque vero auctor in regulis brevioribus magis indulgens fuisse in anachoretas putandus est, cum in ipsis regulam septimam majorem, quam quisque sequi debeat, citet. Jam quæro qui fieri potuerit, ut unus & idem homo in uno opere refutarit quæ in altero scripsisset. Sed fortasse cuipiam in mentem veniet quod aliquanto ante diximus, videlicet non raro contingere, ut quis aliter aliis temporibus sentiat. Nihil ergo impedit, inquiet aliquis, quominus auctor primum constitutiones monasticas vulgasse credatur, deinde vero regulas, in quibus, cum experientia doctior effectus fuisset, mutasset sententiam. Ego quidem fatebor ita mihi primo aspectu visum fuisse: sed, re diligentius considerata, aliter judicavi. Mihi enim persuadere non potui, auctorem tam contraria scribere potuisse, nec tamen de sententiæ mutatione rationem ullam reddidisse. Certe si quis hodie de informandis anachoretarum moribus librum aliquem ederet, numquam in alio libro funditus everteret eorum institutum, nisi prius monuisset se ob graves causas de sententia decessisse: quod cum factum non sit in iis, de quibus agimus scriptis, inde effici videtur ejusmodi scripta non uni, sed duobus scriptoribus tribui oportere. Ab eo, quod mox proposui, argumento non multum abludit illud, quod mox proferam. Monere ergo juvat, multa communia esse regulis cum monasticis constitutionibus. Quale est quod dicitur tam in regulis quam in constitutionibus de colloquio cum mulieribus: de eligendis iis operibus quæ statui monachorum conveniant: de obedientia: de præpositi officio: de vestimentis, deque aliis ejusdem generis plurimis. Ergo si regularum atque constitutionum idem auctor esset, aut in regulis constitutionum meminisset, aut in constitutionibus mentionem fecisset regularum. Eoque magis, quod auctor, de quo agimus, quicumque ille fuit, ita facere consueverat, ut videre est in regulis brevioribus, in quibus ipse non raro citat quæ alibi de eodem argumento scripserat. Ejus rei cum superius exempla aliquot retulerimus, in iis amplius immorandum non putavimus.

35. Quamquam longe dissentio ab iis, qui Stoicum quiddam in regulis inveniri putant, earum tamen auctor mihi severior visus est, quam ut idem sit, qui constitutiones scripserit. Hic majoris perfectionis causa severitatem ubique prædicat: ille quoddam vitæ genus & mitius & commodius proponit. Hic arctam illam viam, quæ ad veram vitam ducit, vel paululum dilatare semper veretur: ille se præstat benigniorem Scripturarum interpretem, &, si hanc viam non dilatet, at ipsam tamen faciliorem atque planiorem reddit. Cum multa loca afferre possem, quibus probari posset quod mox dixi, in medium tamen pauca duntaxat adducenda censui: eo magis, quod si quis plura cupiat, ei quamplurima in ipsis fontibus invenire facile sit. Ita igitur in constitutionibus legitur: χρὴ τοίνυν ἡσυχῇ μένειν τὰ πολλὰ, καὶ καρτερεῖν ἕκαστον τὴν ἰδίαν καταγωγὴν, ἵνα ἔχῃ τοῦτο τῆς εὐσταθείας τῶν τρόπων μαρτύριον· μὴ πάντη μὲν καθεῖρχθαι, ἀλλὰ τάς τε ἀναγκαίας προόδους εὐπαρρησιάστους ποιεῖσθαι, ἐν αἷς οὐδὲν τὸ συνειδὸς ἐπισκήπτει, καὶ τοὺς βελτίστους τε καὶ ὠφελιμωτάτους διὰ πολιτείας ἀκρίβειαν τῶν ἀδελφῶν ἐπισκέπτεσθαι, παραδείγματα ἀρετῶν ἐκ τῆς ὠφελίμου συντυχίας λαμβάνοντα, ἐμμέτρους, ὡς ἔφημεν, καὶ ἀνεπιλήπτους τὰς προόδους ποιούμενον. πολλάκις γὰρ, καὶ ἀκηδίαν ἐγγινομένην τῇ ψυχῇ ἡ πρόοδος διαλύσασα, πάλιν οἷον ἐπιρρῶσαι καὶ ἀναπνεῦσαι μικρὸν παρασχοῦσα, προθύμως προσιέναι τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνίσμασι δίδωσιν. *Par est igitur in quiete ut plurimum manere, & quemlibet in propria sede persistere, ut hoc constantiæ morum testimonium habeat: non tamen prorsus in cella sua inclusum esse, sed libere, si propterea nihil conscientia exprobrat, necessitate cogente egredi, fratresque vitæ integritate & optimos & utilissimos invisere, sed ita tamen, ut ex utili congressu virtutum capiat exempla: quod consequetur, si, ut diximus, in prodeundo modus teneatur, nihilque fiat quod reprehendi possit. Sæpe enim insitum etiam animo tædium exeundo dissipatur; idque in causa est cur iterum veluti convalescamus, ac paululum respiremus, alacriterque ad certamina pro pietate subeunda veniamus.* Quod initio dicitur, libere, si necessitas cogat, egredi oportere, id fortasse nemo intellexisset, nisi interpretatus esset auctor ipse. Nam necessitatis nomine vulgo significantur urgentes quidam casus, qui ita premunt, ut vix aliter facere possis: & tamen hoc loco aliquid tale intelligere nihil necesse est. Cum enim scriptor ita loquutus est: *Sæpe enim insitum etiam animo tædium exeundo dissipatur*, non obscure indicavit monacho egredi licere, si tædium dissipare sibi proponat:

ponat : in quo maxima scriptoris lenitas aperte ostenditur; simulque ejusmodi egrediendi facultas datur, qua abuti multi possent. Longe gravius est quod sequitur, εἰ δέ τις τὸ καλὸν τῇ ψυχῇ βεβαίως ἐνιδρυσάμενος, καὶ τῇ χρονίᾳ ἀσκήσει τῆς τῶν παθῶν κυβερνήσεως τὴν ἐμπειρίαν λαβὼν, καὶ δαμάσας μὲν τὰς σωματικὰς ἀκρασίας, χαλινώσας δὲ τὰς ψυχικὰς ἀταξίας, θαῤῥῶν δὲ τῷ τοῦ λογισμοῦ χαλινῷ συχνοτέρας θέλοι ποιεῖσθαι τὰς προόδους εἰς οἰκοδομὴν καὶ ἐπίσκεψιν ἀδελφῶν, τὸν τοιοῦτον καὶ παρορμήσει μᾶλλον ὁ λόγος ἐπὶ τὴν πρόοδον, ἵνα τὸν λύχνον ἐπὶ τὴν λυχνίαν τιθεὶς, πᾶσι τὸ φῶς τῆς τῶν καλῶν καθηγήσεως χορηγήσῃ· μόνον εἴγε θαῤῥοίη, ὡς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ διδασκαλεῖον ἀρετῶν ἑαυτὸν δυνήσεται τοῖς συντυγχάνουσι παρέχειν, &c. *Si quis vero posteaquam bonum in animo fortiter constabiliverit, diuturnaque exercitatione gubernandorum affectuum experientiam adeptus fuerit, & domitis corporis libidinibus coercuerit tumultus animales, tum demum rationis freno confisus velit frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres egredi; eum, qui ejusmodi est, ratio ad exeundum potius inducet, ut posita super candelabro lucerna, doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus: si modo confidas posse & sermone & opere seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere*, &c. Scriptor aliquanto ante, cum monachis egrediendi facultatem levandi tædii causa daret, facilitatem non mediocrem ostendit: hic ita facilis est, ut modum omnem transire videatur. Nam monachus quivis, qui perfectum se jam esse in animum semel induxerit, de auctoris sententia non poterit modo, si velit, frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres peregre abire: sed postulat etiam ratio, ut iter suscipiat. Ejus autem rei hanc pulchellam rationem reddit, *ut posita super candelabro lucerna, doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus:* quod tamen fieri debet ea conditione, *dummodo confidat posse & verbis & factis seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere.* Certe hoc non indulgentia est, sed bonæ disciplinæ integra eversio. Primum frenum rationis, quo solo scriptor contentus est, quam debile sit & infirmum, norunt omnes. Deinde si monacho cuilibet semel licet, cum libebit, frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres progredi, auctor non anachoretam instituit, quem tamen instituendum sibi proposuerat, sed veluti viatorem aliquem semper huc illuc errantem, numquam quiescentem, quamvis potius vitam agentem, quam solitariam, quam tamen agendam susceperat. Postremo, quod additur, *eum ratio ad exeundum potius inducet, ut posita super candelabro lucerna doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus, dummodo confidat posse & verbis & factis seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere*, locum amplissimum præstigiis videtur dare, cum facile fieri possit, ut sibi quisque brevi persuadeat, talem esse se, qualem oportet, ut facem præferat omnibus ad bonam doctrinam, ob idque confidat futurum, ut virtutum omnium exempla secum congressuris præbeat. Ex quibus plane constat constitutionum auctorem ita indulgentem fuisse, ut etiam rationis fines transgressus sit. Nunc referamus quæ in regulis leguntur. Hæc autem sunt, τὴν μὲν ἀποδημίαν ἐπιτρεπέτω τῷ δυναμένῳ ἀβλαβῶς τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, καὶ ὠφελίμως τοῖς συντυγχάνουσιν αὐτὴν ἐκτελεῖν. ὡς ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἐπιτήδειος, βέλτιον ἐν ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων πᾶσαν θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν μέχρι καὶ θανάτου ὑπενεγκεῖν, ἢ παραμυθίας ἕνεκεν σωματικῆς, βλάβην ψυχῆς ὁμολογουμένην πειρᾶσθαι. *Peregrinandi detur facultas ei, qui citra animæ suæ detrimentum, & cum utilitate eorum, quibuscum graditur, iter perficere possit. Nam si nemo idoneus affuerit, præstat in rerum necessariarum penuria afflictionem omnem atque angustiam vel ad mortem usque perpeti, quam corporis levamenti causa certissimum animæ detrimentum negligere.* In quibus dignum est quod notetur, omnes de auctoris sententia potius rerum penuria perire debere, quam ut unus ob susceptam peregrinationem certum aliquod detrimentum in anima patiatur: quæ sententia justæ severitatis plena est, & alienissima ab ejus moribus, qui constitutionum librum edidit. Quomodo enim dicere potuisset, si nemo idoneus inveniatur, omnes potius fame interire debere, quam ut unus animæ suæ dispendio peregre abeat, cum ipse docuerit idoneos ad peregrinandum esse eos, qui confidunt futuros se exemplo in itinere, iis, quibuscum congredientur. Etenim si tanta rerum penuria esset, ut fratres omnes in vitæ discrimen venirent, dubium non est quin in quolibet conventu semper aliquis monachus inveniretur, qui se in itinere faciendo virtutum omnium exempla omnibus daturum confideret; ideoque causa non erat, cur scriptor præclarum illud decantaret, *si idoneus non reperiatur, mortem potius tolerari debere, quam certum aliquod animæ damnum negligere*, cum, ut vidimus, idoneus numquam deesset. Addere libet & alium locum. Cum ergo auctor interrogaretur utrum auscultandum sit iis, qui nos ad propria reducere vellent, ita respondet, εἰ μὲν διὰ οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ὁ δυνάμενος ὑπὲρ ἀπελθεῖν, μετὰ δοκιμασίας πεμπέσθω.

κεσθω. *Si id fiat ob fidei ædificationem, qui abire hoc modo poteſt, is præmiſſo prævio examine dimittatur*: ubi monacho non permittitur, ut, ſi velit, egrediatur: ſed prius pertentandus eſt, utrum idoneus ſit. Uno verbo, quod in conſtitutionibus legi annotavimus, cuilibet, ſi velit, egredi licere vanæ cujuſdam confidentiæ obtentu, id aut quidquam ſimile in regulis qui quæreret, operam luderet. Quare ſi regularum ſcriptor umquam induxiſſet animum anachoretas inſtituere, modo ſecum ipſe conſentire voluiſſet, non eis permiſiſſet ut vagarentur huc illuc quoties ita liberet: ſed juſſiſſet ipſos ab homine ſapiente conſilium capere, ab eoque quærere, utrum egredi eis expediret, nec ne. Videre eſt igitur in regulis ſeveritatem, non illam quidem Stoicam, ſed quæ peritum magiſtrum deceat, conſulatque optime recto ordini: in conſtitutionibus vero, molliorem quamdam diſciplinam, quæ ſi locum haberet, rectus ordo diu ſtare non poſſet.

36. Subjungam argumentum aliud, quod & ipſum quoque probat quidem non eumdem eſſe auctorem regularum, qui conſtitutionum: ſed præterea hoc commodi habet, ut nullo verborum apparatu, at ſolo oculorum auxilio indigeat. Velim igitur oculis luſtrentur regulæ & conſtitutiones, comparenturque inter ſeſe. Has videas Scripturarum teſtimoniis referciri: in illis ejuſmodi teſtimonia pauca admodum invenias. Scriptores autem ita ſui diſſimiles eſſe non ſolent, ut cum eaſdem res tractant, diverſis ſcribendi generibus utantur. Cum igitur conſtet iiſdem de rebus in regulis atque in conſtitutionibus ſermonem inſtitui, in iiſque diverſam eſſe citandarum Scripturarum rationem, cum earum teſtimonia ſæpe in regulis, raro in conſtitutionibus proferantur, neceſſe videtur duos diſtingui auctores, quorum unus uno, alius alio modo ſcripſerit. Et quoniam argumentum e varietate citandæ Scripturæ petere ſemel cœpi, pergam. Ergo monere operæ pretium eſt, illud Lucæ, *Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima: porro unum eſt neceſſarium*, (Luc. 10. 41.) &in regulis reperiri & in conſtitutionibus: ſed tam diverſe, ut aliter fieri non poſſe videatur, quin horum operum duo auctores agnoſcantur. Loca ipſa in medium meo more adducam: eoque libentius, quod in eis dignum quiddam curioſitate ſtudioſorum ineſſe videatur. Ita igitur in regulis ſcriptum invenitur, οὐκ ἐπῄνεσε τὴν Μάρθαν εἰς πολλὴν διακονίαν περισπωμένην ὁ κύριος, ἀλλὰ, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ, φησὶ, περὶ πολλά· ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός· ὀλίγων μὲν, δηλονότι τῶν πρὸς παρασκευήν· ἑνὸς δὲ, τοῦ σκοποῦ, ὥστε τὴν χρείαν ἐκπληρωθῆναι. *Nequaquam Dominus laudavit Martham in multiplex miniſterium diſtractam: ſed*, Sollicita es, *inquis*, & turbaris circa multa. Atqui paucis, vel uno opus eſt: *paucis quidem, quantum ſcilicet ad apparatum, uno vero, nempe fine ipſo, ut videlicet neceſſitati fiat ſatis*. Ideo autem hæc paulo fuſius retuli, ut intelligant qui legent, vocem ἑνὸς hic non accipi vulgari ſenſu, ſed pro uno ferculo. In conſtitutionibus vero ſic legitur, εἰπὲ, φησὶν, αὐτῇ, ἵνα ἀναστῶσα συνδιακονῇ μοι. ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτήν· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλὰ, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία γὰρ, &c. Dic illi, *inquis*, ut ſurgens miniſtret mecum. *Cui Dominus*, Martha, Martha ſollicita es, & turbaris circa multa. Porro unum eſt neceſſarium. Maria enim, &c. Nec quiſquam dixerit corruptum eſſe regularum locum: quod vitium, ut alia ejuſdem generis plurima, aut librariorum oſcitantia, aut alio aliquo caſu irrepſerit. Etenim ſi unico hoc loco ita legeretur, fortaſſe talia dici poſſent: ſed cum & alibi eodem modo ſcriptum inveniatur, dubitari merito non poteſt, quin auctor ipſe ita ſcripſerit. Volo autem meminiſſe omnes, in hoc eruditos inter ſe conſentire, quod uno conſenſu moralia & regulas uni eidemque ſcriptori tribuant. Videamus ergo, quomodo moralium auctor, qui idem eſt atque regularum, illud, quod dixi, Lucæ teſtimonium retulerit. Sic autem loquitur in Regula XXXVIII. εἰπὲ οὖν αὐτῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. ὀλίγων δέ ἐστι χρεία ἢ ἑνός. *Dic ergo illi, ut me adjuvet. Reſpondens autem Jeſus dixit ei: Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris circa plurima, tamen paucis opus eſt, aut uno*: ubi non aliter legitur, quam in ipſis regulis; ex quo fit, ut cum conſtanter duobus in locis eodem modo legatur, auctor ipſe, quiſquis eſt, ita ſcripſiſſe putandus ſit. Præterea, opinor, hæc ſcriptura, *paucis opus eſt, aut uno*, tam nova eſt & inſolita, ut librariis, niſi ipſam in iis quæ habebant exemplaribus inveniſſent, ne in mentem quidem veniſſet; ob idque magis intelligitur, librarios ejus, quam retuli, varietatis auctores dici jure non poſſe. Ex quibus omnibus concludi debet, regularum ſcriptorem alium eſſe ab eo, qui conſtitutiones in lucem edidit, cum Lucæ verba bis aliter citarit. Quod autem dixi, vocem ἑνὸς apud Lucam ſumptam eſſe ab auctore non myſtico ſenſu, ſed proprio & naturali, nempe pro ferculo, id ex eo,

quem

Digitized by Google

quem mox citavi, moralium loco mirifice confirmatur. Cum enim ea moralium regula, in qua hæc leguntur, ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός, *tamen paucis opus est*, *aut uno*, scripta sit de frugalitate, certe illud Lucæ testimonium, nisi vox ἑνός ibi pro cibo acciperetur, nihil omnino ad rem faceret.

37. Argumenta, quæ hactenus proposui, fortasse videri poterunt aliquibus paulo remotiora: nunc proponam alia, quæ ex ipsa stili ratione petam. Cum ergo regulas atque constitutiones diligenter legerem, easque inter se compararem, videre visus sum duos auctores, quorum unus uno, alius alio loquendi genere valde delectaretur. Et quoniam quæ ipsis oculis subjiciuntur, nescio quomodo magis movent, cujuslibet rei aliquot exempla proferam. A tribus vocibus initium ducam, φιλοσοφία, φιλόσοφος & φιλοσοφεῖν: quæ cum in constitutionibus sæpe adhibeantur, eas tamen invenire non est usquam in regulis. Sic igitur loquitur constitutionum auctor ipso procœmii sui initio, τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενος, καὶ τῶν βιωτικῶν ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἡδονῶν καὶ φροντίδων ἀνώτερον ἄρας τὸ φρόνημα, &c. *Ex quo Christi amplexus es philosophiam*, *& supra cupiditates mundanas atque voluptates ac curas animum extulisti*, &c. Ejusdem hæc sunt verba alio loco, τί γὰρ βέλτιον, εἰπέ μοι, μιμεῖσθαι τῶν δένδρων τὰ ἔκαρπα ..... ἐξ ἡμισείας δὲ τὴν φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαι ψυχῇ μόνῃ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ σώματι; *Utrum*, *quæso*, *præstabilius est*, *arboresne frugiferas imitari ..... atque ex dimidia tantum parte*, *solo videlicet animo*, *ac non etiam corpore philosophiæ operam dare?* Eodem illo in capite sic scribit, ταύτης γὰρ τῆς διαθέσεως ἐν ψυχῇ γενομένης, οὐδὲν ὁ μετέχων τῆς τροφῆς, τοῦ μὴ μετέχοντος δεύτερος εἰς φιλοσοφίαν φανεῖται. *Quisquis enim*, *animo sic affecto*, *cibum sumit*, *in nihilo videbitur inferior non sumenti*, *quantum attinet ad philosophiam*. Caput quintum, etsi brevissimum, ejus rei seppeditabit tria exempla. In eo igitur ita legitur, εἰ δέ τι δέοι διὰ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν καὶ ὕπαιθρον ἔργον ἐπιτελεῖν, οὐδὲ τοῦτο τὴν φιλοσοφίαν κωλύσει. ὁ γὰρ ἀκριβὴς φιλόσοφος φροντιστήριον ἔχων τὸ σῶμα, καὶ καταγωγὴν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ, κἂν ἐπ' ἀγορᾶς ὢν τύχῃ, κἂν ἐν πανηγύρει, κἂν ἐν ὄρει, κἂν ἐν ἀγρῷ, κἂν μεταξὺ πλήθους πολλοῦ, ἐν τῷ φυσικῷ μοναστηρίῳ καθίδρυται, ἔνδον συνάγων τὸν νοῦν, καὶ φιλοσοφῶν τὰ αὐτῷ πρέποντα. *Quod si oportuerit ob inevitabilem quamdam necessitatem opus aliquod etiam sub dio perfici*, *ne hoc quidem philosophiæ futurum est impedimento*. *Qui enim vere philosophus est*, *ei cum corpus sit loco scholæ & gymnasii*, *sitque eidem animi sedes firmissima; etiamsi in foro fueris; sive in conventu*, *sive in monte*, *sive in agro*, *sive in media multitudinis frequentia*, *ceu in naturali monasterio commoratur: quippe qui intus ad se advocet animum*, *& de rebus*, *quæ sibi conveniant*, *philosophetur*. Ultimum locum accersam e cap. XVIII. ubi sic legitur, δεδηλώκαμεν ὅπως .... δύναιτ' ἂν ἡμῖν τὸν ἀκριβῆ χαρακτηρίσαι φιλόσοφον, *exposuimus quomodo .... philosophum perfectum nobis exprimere possit*. Ex quibus perspici potest, eas, quas dixi, voces constitutionum auctori non parum familiares fuisse: quæ tamen regularum scriptori, res easdam & dicenti & exponenti, aut in mentem non venerunt, aut, si venerint, ipsis tamen uti noluit. Hoc idem, quod nobis proposuimus, alia via exsequi conemur. Illud igitur notandum, verbum ποιεῖσθαι ita in constitutionibus usurpari, ut ipsis etiam locis, ubi tempore passivo ponitur, tamen significationem activam retineat. Res clarior fiet exemplis. Ita ergo legitur in ipso constitutionum procœmio, πολλάκις μὲν πρὸς ἡμᾶς πολλοὺς πεποίησαι λόγους, πυνθανόμενος τίνα τρόπον δέοι τὴν τοῦ ἀγῶνος ἔνστασιν τελειῶσαι. *Non raro nobiscum habuisti sermonem*, *ac percontatus es*, *quomodo susceptum certamen absolvi oporteat*. Aliquanto post auctor ita scribit, ἃς πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἁμαρτίας τὸν διάβολον πεποιήμεθα, *quas* (*obligationes*) *cum peccati parente diabolo contraximus*. Eodem illo in capite ita scriptum invenitur, οὕτω τὰς ἀρετὰς τῆς ψυχῆς τῇ συνεργίᾳ τοῦ σώματος ἀπελάμπρυναν, τὸν πρακτικὸν βίον σφραγῖδα καὶ τελείωσιν τῆς πνευματικῆς πολιτείας πεποιημένοι. *Sic animi virtutes corporis ope illustrarunt*, *actuosam vitam ceu sigillum atque perfectionem spiritualis vitæ præstantes*. Horum similia sunt quæ leguntur cap. XX. τοῖς μὲν οὖν συγγενέσιν εὐχώμεθα τὰ βέλτιστα, δικαιοσύνην, φημί, καὶ εὐσέβειαν, καὶ ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς τίμια πεποιήμεθα. *Precemur itaque optima cognatis nostris*, *justitiam*, *inquam*, *& pietatem*, *& quæ nos magni fecimus*. Nec diversa, quæ mox sequuntur, οὐ γὰρ ἐπὶ κακίᾳ τὴν κοινωνίαν πεποίηνται, *siquidem non malo consilio pepigere societatem*. Notari potest & illud, οὐ γὰρ οἴκοθεν ὁρμηθείς, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν ταύτην τὴν εἰκασίαν πεποίημαι. *Non enim proprio marte*, *sed ipsis divinis Scripturis inductus hanc adhibui comparationem*. Hanc autem loquendi rationem qua verbum ποιεῖσθαι tempore passivo positum activam significationem habet, qui in reguli quæret, eum ego, cum ab earum lectione recens sim, frustra quæsiturum affirmare posse videor. Et sicubi vox πεποιημένος in regulis occurrit, uti

teipsa in regula CXXVIII. invenitur, tunc significationem passivam præfert. In eo enim, quem notavi, loco ita scriptum est, τὸ ἐρώτημα οὐ κυρίως φαίνεταί μοι πεποιημένον. *Quæstio hæc non mihi rite proposita videtur*. Confirmare pergam quod mihi proposui, hoc argumento. Qui constitutionum auctor est, cum monasterii præfectum indicare vult, passim his vocibus utitur, ἡγέμενος, ἀφηγούμενος, καθηγέμενος, ὑφηγέμενος: cujus rei aliquot exempla meo more subjiciam. Ita igitur scribit cap. XXII. καὶ μηδεὶς οἰέσθω με κρατύνειν ἐθέλοντα τὴν περὶ τοὺς ἡγεμένους εὐπείθειαν, ὑπέρογκα παράγειν τὰ ὑποδείγματα. *Neque vero existimet quisquam, me, obedientiam præfectis debitam stabilire volentem, exempla sublimiora proferre*. Haud longe ita rursus loquitur, ταύτην τὴν ὑπακοὴν ἀπαιτεῖται ὁ κατὰ θεὸν ἀσκητὴς τῷ ἡγεμένῳ εἰσφέρεσθαι. *Exigitur ab eo, qui secundum Deum asceta est, ut suo præfecto hanc præstet obedientiam*. In capite vigesimo primo ita scriptum est, ὅτι δὲ ὁ ἀφηγέμενος οὐκ ἂν ἕλοιτο τὸν αὐτῷ μαθητευόμενον πρὸς πονηρίαν ἐναγεῖν.... οὕτως εἰ δοκεῖ σκεψώμεθα. *Quod autem præceptor discipulum suum ad pravitatem inducere non velit.... hoc modo, si placet, consideremus*. Alio loco ita scriptum invenimus: οἶδε γὰρ ὅγε συνετῶς ἀφηγέμενος ἑκάστου καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ ψυχικὰς ὁρμὰς ἀκριβῶς ἐξετάζειν. *Novit enim qui prudenter præest, unius cujusque & mores, & affectus, & animi motus diligenter exquirere*. Atque etiam vocem καθηγέμενος in eamdem sententiam adhiberi constat ex his quæ mox subjungam verbis, πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὴν μάθησιν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ὁσιότητος ἀφικνέμενοι, ἅπαξ πεπεικότες ἑαυτὲς, ὅτι δυνήσονται παρὰ τοῦ καθηγεμένε τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην λαβεῖν, &c. *Multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel persuaserint sibi, se ejusmodi scientiam a præfecto ediscere posse*, &c. Sequitur: πατὴρ γάρ ἐστιν ἀληθέστατος, πρῶτος μὲν ὁ τῶν ἁπάντων πατήρ· ὁ δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ τῆς πνευματικῆς καθηγέμενος πολιτείας. *Pater est enim verissimus, primus quidem universorum pater: secundus vero post illum, is qui præit in spiritualis vitæ instituto*. Auctoris hæc sunt verba alio loco, καὶ ἕτερον δὲ σκοπῶμεν, ὡς εἰ φαῦλος ὁ μαθητὴς γένοιτο παρὰ τὴν αὐτε ἀγωγὴν, αἰσχύνην ἀπαρηγόρητον ἕξει ἐπὶ τῆς οἰκεμενικῆς κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν πανηγύρεως ὁ ὑφηγέμενος. *Sed & aliud præterea consideremus, quod si malus evaserit discipulus ob ipsius institutionem, inurenda magistro sit judicii tempore indelebilis ignominia coram orbis terrarum publico conventu*. Plura ejusdem generis alia, si vellem, adjungere possem: sed cum cætera in ipso fonte videre cuique liceat, in his diutius immorari nolui: eo magis, quod ea quæ retuli, satis superque probent constitutionum auctorem iis, quas dixi, vocibus libentissime usum fuisse, quibus tamen regularum scriptor, cum monasterii præfectum denotare vult, numquam utitur. Ab his non ita multum discrepant quæ adscribam. Cum ergo constitutionum librum attente legerem, in his animadverti vocem σύστημα sæpissime usurpari ad significandam fratrum societatem: quod esse ita, ut dixi, ostendent ea quæ proferam exempla. Statim occurrit illud, quod legitur initio capitis XVIII. ἐπεὶ δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, &c. *At quoniam versantur simul in communitate plurimi ascetarum*, &c. Sub finem capitis XXI. ita legitur, ἅπασα τοίνυν πρόφασις εὔλογος τῷ βελομένῳ χωρίζεσθαι πνευματικοῦ συστήματος περιῄρηται, &c. *Itaque æquus omnis prætextus sublatus est ei, qui vult a spirituali societate separari*, &c. Sic autem incipit caput XXII. ὅπως μὲν ἐν προσήκει τὸν ἅπαξ ἑνωθέντα πνευματικῷ συστήματι φυλάττειν τὴν ἕνωσιν ἀδιάλυτον, κατὰ τὸ ἐνὸν ὑπεθέμεθα. *Quomodo quidem indissolubilis conjunctio ab eo, qui se spirituali societati semel adjunxerit, servanda sit, quoad potuimus, ostendimus*. Eodem illo in capite rursus, ita scriptum est: ταύτης γὰρ τῆς συμφωνίας ἐν ἀσκητικῷ συστήματι καθεστώσης, ῥᾳδίως ἥτε εἰρήνη ἐν αὐτοῖς πολιτεύσεται, &c. *Stante enim in ascetarum conventu hac voluntatum consensione, nullo negotio & pax inter ipsos diversabitur*, &c. Nec ita multo infra sic legitur, καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος γίνεται, ὁ ἐν συστήματι ἀσκητικῷ τοιαύτης αἰτίας ταραχῆς ἐνδιδούς, *& vocis illius væ hæres evadit is, qui in ascetica societate tales turbarum causas serit*. Locus unus duo ejusdem rei exempla præbet. Ita igitur auctor loquitur cap. XXVI. προσήκει τοίνυν καὶ τὸν ἐγκαταλεγόμενον πνευματικῷ συστήματι μὴ ἐκείνους πρὸς τὸν ἑαυτε τρόπον μεθαρμόζειν ἐθέλειν, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον τοῖς ἐν τῷ συστήματι ἔθεσί τε καὶ τύποις ἐξομοιοῦν. *Par igitur fuerit, eum etiam, qui in spiritualem societatem allectus est, non illos ad suos mores accommodare velle, sed suos mores societatis moribus institutisque conformare*. Caput vigesimum nonum legere qui volet, in eo quoque hanc, de qua agitur, vocem quater adhibitam inveniet. Incipiamus ab ipso titulo, ubi sic legitur, ὅτι οὐ χρὴ ἑταιρείας δύο ἢ τριῶν ἀδελφῶν ἐν συστήματι ἀσκητικῷ γενέσθαι. *Quod non decet in ascetico instituto peculiarem quamdam amicitiam esse inter duos aut tres fratres*. Sequitur: εἰ δὲ ἀποτεμόντες καὶ διορίσαντες ἑαυτὲς, σύστημα ἐν συστήματι γίνονται, πονηρὰ ἡ τῆς τοιαύτης φιλίας συναγωγή.... προσήκει τοίνυν

μήτε

μήτε τὰς τοιαύτας ἑταιρείας συγχωρεῖσθαι ἐν τοῖς συστήμασι, μήτε, &c. *Si vero secantes ac separantes seipsos, aliqua communitas in communitate fiant, vitiosa est ejusmodi amicitiæ conjunctio.... Quare oportet neque ejusmodi sodalitia permitti in conventibus, neque*, &c. Et quando tam multa congerere semel cœpi, alia etiam ex iis quæ sequuntur capitibus addam. Ergo horum in uno ita scriptum invenitur, ταύτης τῆς τάξεως ἐν πνευματικῷ συστήματι φυλασσομένης, δειχθήσεται, ὅτι ὄντως ἐσμὲν σῶμα Χριστοῦ, &c. *Hæc disciplina si in spirituali conventu servetur, perspicuum erit nos vere corpus Christi esse*, &c. Aliud vero sic incipit, χρὴ μέν τοι καὶ τοὺς τῶν πνευματικῶν συστημάτων ἀφηγουμένους τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀσκοῦντας εὔνοιαν.... μὴ καταλύειν τὰ ἀλλήλων σπουδάσματα. *Oportet autem & spiritualium cœtuum præfectos, mutuam exercentes benevolentiam..... alterum alterius studia non destruere*. Et paulo post ita legitur, ἂν τοίνυν ὁ ῥαθυμότερος ἴδῃ ἐξὸν αὐτῷ μετὰ ἀδείας ἀποφεύγειν τοὺς ἐν τῷ ἅπαξ αἱρεθέντι συστήματι πόνους, &c. *Si igitur qui negligentior sit, licere sibi animadverterit, impune labores delectæ semel societatis effugere*, &c. Titulum ultimi capitis qui leget, in eo ita scriptum inveniet: ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἐν συστήματι πολιτευόμενον ἀσκητήν, *Quod non oportet ascetam in aliquo conventu degentem*, &c. Haud procul a titulo occurrit illud, ὅταν γὰρ ὁ μὲν κανὼν τοῦ βίου ἔχῃ, μηδὲ χωρίζεσθαι τοῦ συστήματος ᾧ συνήφθημεν, μηδὲ, &c. *Cum enim vitæ nostræ institutum sit, neque separari ab illo cœtu, cui fuimus adjuncti, neque*, &c. Sane si constitutionum atque regularum idem scriptor esse semel dicatur, mirari subibit vocis σύστημα quæ constitutionum auctori quavis alia familiarior erat, ne vestigium quidem in regulis exstare. Nam experientia docet auctores, qui res easdem in duobus operibus aut tractant aut interpretantur, si in uno una voce ad rem aliquam significandam sæpissime usi sint, eadem uti solitos & in altero opere, maxime si hanc ipsam rem passim exprimi opus sit. Regularum autem auctor, quisquis est, centies quidem aliis nominibus fratrum conventum expressit: sed tamen eum semper a voce σύστημα abstinuisse, ex operis lectione plane constat. Quomodo ergo regularum atque constitutionum unus & idem auctor esse potest, cum in his ad certam quamdam rem exprimendam vocem unam frequentissime usurpari videamus, quæ tamen vox in illis ad eamdem rem significandam nusquam usurpatur. Ego in exemplis esse non puto, scriptorem ita umquam sui dissimilem fuisse, ut cum rem aliquam in uno opere certo quodam nomine sæpissime expressisset, in altero libro eamdem rem eodem illo nomine nusquam expresserit, præsertim, ut diximus, si rei illius exprimendæ occasio sese passim offerret. Ex quibus consequens esse arbitror, ut duo auctores distinguantur, quorum unus regulas, alter constitutiones conscripserit. Hæc certa esse existimo quidem: sed ne cui quis scrupulus supersit, hoc idem magis confirmare statuo. Duo sunt igitur, quæ notata volo. Primum, constitutionum auctorem variis nominibus uti ad significandam fratrum societatem: alterum his nominibus non simpliciter uti, sed sic, ut vocem πνευματικὸς ipsis adjungat. Loca quædam, quibus id oculis subjiciatur, adducam. Hic est capitis XXI. titulus, ὅτι οὐ δεῖ τῆς πνευματικῆς ἀδελφότητος ἀποκόπτεσθαι, *Quod non oportet a spirituali fraternitate resecari*. Sequitur statim post titulum, χρὴ μέν τοι καὶ τοῦτο πεπεῖσθαι σαφῶς, ὅτι ὁ ἅπαξ εἰς σύνδεσμον καὶ συνάφειαν ἐλθὼν πνευματικῆς ἀδελφότητος, &c. *Jam illud quoque pro certo habendum est, eum, qui semel fraternitati spirituali alligatus est & adjunctus*, &c. Paulo post ita legitur, πολλῷ μᾶλλον ὁ εἰς σύμβασιν ἐλθὼν πνευματικῆς συμβιώσεως, &c. *Longe magis qui fœdus inierit spiritualis illius contubernii*, &c. Hoc ipso in loco ita scriptum est, τόσῳ μᾶλλον ὁ πνευματικῇ κοινωνίᾳ συναρμοσθεὶς, &c. *Quanto magis qui spirituali societati adscitus est, is*, &c. Haud multo post sic legitur, οὕτως ὁ λέγων, ὅτι διὰ τοὺς φαύλους χωρίζεσθαι τῆς πνευματικῆς ἀναγκάζομαι συναφείας, &c. *Sic qui ait: Cogor propter malos a spirituali communitate separari*, &c. Operi suo finem brevi impositurus auctor, sic loquitur, ἢ εἰ ἐκεῖνοι ἐμμένοιεν τῇ ἀθετήσει τῆς πνευματικῆς κοινωνίας, &c. *Aut si iidem illi spiritualem sodalitatem pergant aspernari*, &c. Jam vidimus vocem πνευματικὸς voci σύστημα quinquies aut sexies conjungi; ob idque ea loca hic rursus exscribere necesse non est. Etsi autem regularum scriptor multis variisque nominibus utitur ad significandum monachorum contubernium, tamen his nominibus ne semel quidem vocem πνευματικὸς adjungit. Par est igitur duos auctores distingui, quorum, ut solet, diversa erat scribendi ratio.

38. Hactenus sermo institutus est de quibusdam vocibus, quæ cum sint familiarissimæ constitutionum auctori, nusquam tamen in regulis adhibentur: nunc loquamur de aliis aut vocibus aut scribendi rationibus, quæ cum non minus familiares sint regularum scriptori, eas tamen numquam in constitutionibus usurpatas

Digitized by Google

invenias. Ad quod genus pertinent duo illa, πληροφορεῖν & πληροφορεῖσθαι: quæ voces cum in regulis sint frequentissimæ, in constitutionibus tamen nusquam leguntur. Jam nostro more aliquot ejus rei exempla ob oculos ponamus. Ita igitur scriptum est in regulis majoribus, τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ, &c. *Sic ut alteri quidem persuaserit, ut si*, &c. Alibi in iisdem illis regulis ita legitur, πληροφορηθέντες διὰ τῆς φανερώσεως τῶν οὐ μετ' ἀληθείας ὑποπτευθέντων, τῆς ἐπ' αὐτῷ διακείσεως ἀπαλλάσσονται, *ipsi, iis, quæ falso suspecta fuerant, cognitis, ita demum certiores facti ab ea, quam de ipso conceperant, suspicione liberantur*. Nec aliter loquitur auctor in regulis brevioribus, ubi hæc verba reperiuntur, ἐὰν ἄν τις πληροφορηθῇ ὅσων καὶ ἡλίκων κακῶν γίνεται αἴτια τὰ ἁμαρτήματα, &c. *Si cui igitur persuasum sit, quot & quantorum malorum causa peccata sint*, &c. Alia regula sic incipit, πληροφορηθεὶς τὴν παρουσίαν τοῦ δεσπότου Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος. *Si ei persuasum sit de præsentia Domini Dei omnia inspicientis*. Mox ita legitur, πληροφορείσθω δὲ, ὅτι ἐκ ἀνθρώπῳ ἀντιλέγει, ἢ ὑπακούει, ἤδη δὲ καὶ αὐτῷ τῷ κυρίῳ. *Sit autem persuasissimum ei, se non homini contradicere, aut obedire: sed Domino ipsi*. Sequitur: μέχρις ἂν πληροφορηθῆναι δυνηθῇ, ἢ ὅτι ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, &c. *Quoad ei persuaderi possit, aut Deum esse justum judicem*, &c. Interjectis multis, scriptor loquitur, πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν πληροφορηθῇ τις, Θεὸν ἔχειν ἐπόπτην τῶν ἰδίων κινημάτων; *quanto magis idem vitabitur, si quis sibi plane persuaserit se motuum suorum Deum inspectorem habere?* Plura qui volent, legere poterunt regulas CXXXII. CLXXIV. CXCIX. CCXIX. CCXXXIII. CCLXI. CCLXXII. CCXCVI. & CCCVI. Jam velim secum reputent eruditi homines, num verisimile sit auctorem quempiam uno verbo ad aliquid significandum passim in aliquo opere uti, qui tamen eodem illo verbo numquam utatur in alio libro ad eamdem rem exprimendam, maxime si rem illam sæpius exprimi oportuerit. In constitutionibus autem verbum πληροφορεῖν nusquam legitur, cum tamen earum auctor ad eamdem rem significandam alio verbo sæpius usus sit. Et ne quis id temere dictum fuisse existimet, loca quædam adducam, quibus dubitatio omnis tollatur. Itaque, constitutionum auctor sic loquitur, γνόντες ὧν τὴν ζημίαν, φύγωμεν τῆς ἐπιθυμίας τὸ ἄτοπον. *Cognito itaque detrimento, hanc absurdam cupidinem fugiamus*. Nec ita multo infra sic scribit, μηδὲν ὅλως κατορθοῦν τῆς οἰκείας λογιζομένη δυνάμεως, *nihil omnino suis se viribus recte facere ratus*. Paria sunt quæ paulo post leguntur, ἀλλὰ λογισαμένη τῇ ἀναιδείᾳ τοῦ τῆς πονηρίας εὑρετοῦ τὴν τῶν ἀτόπων ἐννοιῶν φαντασίαν γενέσθαι, &c. *Sed illud secum cogitans, ab impudente illo nequitiæ inventore absurdarum cogitationum speciem imprimi*, &c. Maxime notandum quod sequitur, πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὴν μάθησιν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ὁσιότητος ἀφικνούμενοι, ἅπαξ πεπεικότες ἑαυτοὺς ὅτι δυνήσονται, &c. *Multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel persuaserint sibi, se*, &c. Prima capitis XXI. verba hæc sunt, χρὴ μέν τοι καὶ τοῦτο πεπεῖσθαι σαφῶς, ὅτι, &c. *Jam illud quoque pro certo habendum est*, &c. Ejusdem generis sunt quæ adscribam e cap. XXII. διά τοι τοῦτο προσήκει μηδαμῶς ἐναντιοῦσθαι ταῖς αὐτοῦ διατάξεσιν, ἀλλὰ πεπεῖσθαι, &c. *Quocirca nullo modo ejus statutis adversandum est, sed pro certo habendum*, &c. Certe si qui regulas scripsit, scripsisset & constitutiones, aliquando in iis, quæ mox citavi, locis verbo πληροφορεῖσθαι uno omnium sibi familiarissimo usus esset: quod cum non fecerit, jure putandus est alius esse ab eo, qui constitutionum librum emisit. Eoque magis regularum auctorem verbo πληροφορεῖσθαι in iis, quæ dixi, constitutionum locis usurum fuisse puto, quod verbo πείθεσθαι uti non soleat pro eo, quod est, *certo credere*, aut *persuaderi*. Videntur igitur distinguendi esse duo auctores, quorum unus verbo πληροφορεῖσθαι unice delectatus sit ad quamdam persuasionem significandam, alter vero ad eamdem rem exprimendam potius alio quovis verbo usus sit. Ubi & illud notari potest, vocem πληροφορία sæpissime quoque in regulis tam longioribus quam brevioribus legi: quæ tamen semel tantum in constitutionibus reperitur; ex quo fit, ut duo auctores distingui debeant, quorum uni vox πληροφορία ita placuerit, ut ea passim uteretur, alter vero eadem semel duntaxat quasi fortuito usus sit. Multa omitto sciens; nec enim notari possent omnia, quin tædium atque satietas afferretur. Sed tamen illud silentio præterire non queo, adverbia quædam in regulis non raro præire Scripturarum testimoniis: qui adverbiorum usus nullus est in constitutionibus. Magis res intelligetur, si exempla aliqua proponantur. Primum autem occurrit illud in regulis majoribus τοῦ κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, ὅτι οὕτω πᾶς ἐξ ὑμῶν, &c. *Cum Dominus verbis decretoriis dixerit*, Sic omnis ex vobis, &c. Hoc ipso in loco ita legitur, καὶ ἔτι δυσωπητικώτερον, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός μου τετήρηκα, &c. *Et*,

quod

Digitized by Google

quod efficacius etiam possit commovere, Sicut & ego Patris mei præcepta servavi, &c. Consentit cum iis quæ diximus, illud, τοῦ ἀποστόλου φανερῶς παραγγέλλοντος, τὸν μὴ ἐργαζόμενον, μηδὲ ἐσθίειν, *cum Apostolus aperte præcipiat, ut qui non laborat, neque etiam manducet*. Eamdem scribendi rationem sequutus auctor in regulis brevioribus, ita scripsit, ἡλίκον δέ ἐστι τὸ κρίμα τοῦ ἁμαρτήματος τούτου, ἔξεστι γνῶναι πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀποφάσεως τοῦ κυρίου καθολικῶς εἰπόντος, ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, &c. *Porro quam grave sit hujusce peccati judicium, intelligi potest primo quidem ex sententia Domini, qui in universum dixit:* Quisquis non obedit Filio, &c. Statim ita scriptum invenitur, οἷς ἐπιφέρει καθολικώτερον, οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, &c. *Quibus magis generatim adjungit:* Sic qui sibi thesaurizat &c. Interjectis non paucis sic loquutus est auctor, οἷς ἐπιφέρει δυσωπητικώτερον, ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, &c. *Quibus hæc efficaciora & ad persuadendum aptiora adjungit:* Quemadmodum filius hominis, &c. Harum rerum qui curiosi sunt, similia exempla videre poterunt in regulis CXXV. CXXXI. CXXXVIII. CCXII. CCXXI. & CCLXIX. Ejusmodi autem adverbia, quorum usus in regulis frequens est, nusquam in constitutionibus occurrunt. Quod ultimo loco proponere decrevi, id nescio quomodo me magis movet: merito an immerito, judicabunt alii. Probavimus monasterii præfectum in constitutionibus indicari variis nominibus, quæ a regulis absunt: nunc eumdem alia quadam ratione, quam in constitutionum libro cernere non est, in regulis designari ostendemus. Jam ad exempla confugiamus. Auctor igitur cum dixisset honestam illam esse & ordinatam vivendi rationem, si inter fratres membrorum ratio servetur, comparationi huic insistens, sic loquutus est, ὥστε τὸν μέν τινα ὀφθαλμοῦ ἐπέχειν δύναμιν τὴν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, &c. *ita ut alius quidem oculi vim obtineat, cui scilicet concredita sit communis rerum cura*, &c. Haud longe ita scribit, διόπερ ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένος, ὡς ὀφείλων λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστου, οὕτω διακείσθω. *Quamobrem cui demandata est communis cura, is ita afficiatur, tamquam qui de singulis redditurus sit rationem*. Persequitur hoc modo: ἀλλ' ἀπογυμνοῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας τοῖς πεπιστευμένοις τῶν ἀδελφῶν εὐσπλάγχνως καὶ συμπαθῶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀσθενούντων, *sed debet hisce fratribus, qui infirmis benigne & humane curandis præfecti sunt, cordis arcana aperire*. Alio loco ita legitur, οὕτω καὶ πολλῷ πλέον ὁ τὰ ἀσθενήματα ἰᾶσθαι τῆς ἀδελφότητος πιστευθείς, &c. *Sic multo etiam magis cui totius fratrum societatis sanandæ delegata provincia est*, &c. Sequitur: οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι· τοὺς ἔτι ἀσθενεστέρους διὰ τῆς ἑαυτῶν μεσιτείας προβιβάζειν ὀφείλουσι τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐξομοιώσει, &c. *Ii quibus credita est plurium regendorum cura, infirmiores sua ipsorum opera ad imitandum Christum promovere debent*, &c. Exempla multo plura e regulis brevioribus, si liberet, proferre possem: sed ne nimium longus esse videar, aliqua solum subjiciam, cætera indicabo. In his igitur ita legimus, ὁ μέν τοι ἐπιτεταγμένος τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου, ἐὰν ἀμελήσῃ τοῦ ἀναγγεῖλαι, ὡς φονεὺς κρίνεται. *Cæterum cui tradendæ doctrinæ munus commissum est, is si annuntiare neglexerit, perinde ut homicida damnatur*. Ejusdem generis sunt hæc, καὶ ταύτης οὐκ ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ κειμένης, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ταύτην ἐπιτεταγμένου τὴν φροντίδα οἰκονομουμένης, ὅτε καιρῷ καὶ μέτρῳ, &c. *Isque (cibus) in ipsius potestate positus non sit, sed ab eo cui fuit cura hæc concredita, & in tempore & in mensura ipsi subministretur*, &c. Quibus compar ac geminum est illud, φαίνεται ὅτι οὐκ ἐπληροφορήθη τὴν ἐλπίδα Λαζάρου, ὅτε ἐγνώρισε τὴν ἀγάπην τοῦ πεπιστευμένου τὴν πάντων καὶ αὐτοῦ ἐπιμέλειαν. *Apparet, huic persuasum non esse de spe Lazari, neque ipsum charitatem illius, cui omnium & suiipsius cura concredita est, perspectam habere*. Nihil omnino differunt quæ adscribam, εἰ δέ τις οἴεται χρῄζειν τοῦ πλείονος, εἴτε ἐν νηστείᾳ, εἴτε ἐν ἀγρυπνίᾳ, εἴτε ἐν ᾡδήποτε ἄλλῳ, ἀποκαλυπτέτω τοῖς τὴν κοινὴν ἐπιμέλειαν πεπιστευμένοις τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν, δι' ἣν νομίζει τοῦ πλείονος χρῄζειν. *Quod si quispiam existimat opus sibi esse asperitate majore, sive in jejuniis, sive in vigiliis, sive in quacumque alia re, patefaciat rei communi præfectis hanc ipsam rationem, ob quam asperitate majori indigere se arbitratur*. Ejus rei duo exempla exhibebit regula una, in qua sic legitur, δύο ταγμάτων καθολικωτέρων ὄντων, καὶ τῶν μὲν τὴν προστασίαν πεπιστευμένων, τῶν δὲ εἰς εὐπείθειαν καὶ ὑπακοὴν τεταγμένων ἐν διαφόροις χαρίσμασι, λογίζομαι, ὅτι ὁ μὲν τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν τῶν πλειόνων ἐγκεχειρισμένος, τὰ πάντων εἰδέναι καὶ ἐκμανθάνειν ὀφείλει, &c. *Duo cum sint magis generales ordine, & eorum, qui aliis præficiuntur, & eorum, quorum partes sunt morem gerere & obedire, secundum diversa dona, arbitror, cui præfectura & cura plurium concredita est, eum, quæ omnibus congruunt, scire ac ediscere debere*, &c. Etsi multa jam nota-

notavi, nihilominus tamen alia duo loca adjiciam. Primus est, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἐντυγχάνει περὶ τούτου. καὶ τὴν ἀνάγκην τῆς ἐνδείας αὐτῷ ἐπιδείξας, οὕτως ἐσθίει τὸ διδόμενον παρὰ τοῦ μετὰ δοκιμασίας ἐπιτεταγμένου ποιεῖν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ, διεδίδοτο ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν, *sed eum (panem) a Deo petit. Atque posita ipsi ob oculos indigentiæ suæ necessitate, sic edit quod datur ab eo, cui cum probatione ea cura concredita est, ut quotidie faciat illud*, Dividebatur singulis, prout cuique opus erat. Alter, παρὰ τίνων δὲ χρὴ λαμβάνειν, καὶ πότε καὶ πῶς, ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα ἐπιτεταγμένος δοκιμάζειν ὀφείλει. *A quibus autem accipere conveniat, & quando, & quomodo, expendere debet is cui concredita est communis cura*. Ejusmodi autem circumloquutio, qua regularum auctor sibi mirifice placuit, nusquam in constitutionibus usurpata invenitur. Cui ergo persuaderi poterit, regularum atque constitutionum unum & eumdem auctorem esse, cum utrumque opus tam diverse scriptum sit? Ego quidem non tantopere insistendum putarem, si controversia esset de aliqua re quæ raro tam in regulis quam in constitutionibus occurreret: sed cum in utroque opere de monachorum præposito passim sermo instituatur; non video qui fieri potuisset, ut fratrum præfectus ea, quam dixi, verborum circuitione non aliquoties saltem in constitutionibus designaretur, si earum idem auctor esset, qui regularum. Auctores enim, qui certis quibusdam dicendi formulis ad aliquam rem exprimendam uti consueverunt, iisdem, si eamdem illam rem in aliis operibus sæpe exprimere necesse habeant, aliquando saltem vel incogitantes utuntur. Et quod magis atque magis movere debet; ea, quam notavi, verborum circuitio tam familiaris erat regularum scriptori, ut non solum eam adhiberet tum cum totius monasterii præpositum indicare vellet, sed ipsam etiam usurparet, cum sermo haberetur de privatis quibusdam monachis, qui quibusvis rebus præficerentur. Hæc ejus rei exempla sunt, τὸ διδόναι ἢ λαμβάνειν εἰ καὶ κατ' ἐντολὴν, οὐ παντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ μετὰ δοκιμασίας πεπιστευμένου τὴν οἰκονομίαν. *Dare aut accipere etiam secundum mandatum, non est cujuslibet, sed ejus, cui post factum periculum delatum est dispensandi munus*. Rursus, ὁ τὴν μετάδοσιν ἐπιτεταγμένος, μετὰ δοκιμασίας τοῦτο ποιείτω. *Cui munus distribuendi fuit assignatum, is examine præmisso illud impleat*. Nec secus scriptum est aliquanto post, παρεκτὸς τοῦ πεπιστευμένου τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἐργαζομένων, ἢ τὴν οἰκονομίαν τῶν ἔργων, ὅς, &c. *Eo excepto qui operariis invisendis, & dispensandis operibus præfectus fuit, quisquis*, &c. Similia loca adjicere mihi liceret: sed ea indicare satis habebo. Velim igitur legantur regulæ CXLVIII. CLII. CLXXXVII. & CCLXXXVIII. Annotanda tam multa existimavi, ut magis intelligeretur regularum atque constitutionum non unum & eumdem auctorem esse, cum naturale non sit, ut unus & idem scriptor tam diverse & sentiat, & scribat.

§. XI. *Pars sexta, ubi multis argumentis probatur Basilium Regularum auctorem esse.*

39. Vidimus non unam omnium sententiam esse de asceticis. Combefisius Basilium constitutionum monasticarum auctorem facit: sed regulas ipsius esse negat. Tillemontius, Dupinus, Natalis Alexander & alii fere omnes ut regulas, ita & constitutiones monasticas Basilio tribuunt. Ut ut hæc sunt, dubitari merito non potest quin Basilius volumen aliquod de rebus monasticis confecerit. Nam ea, quæ retulimus, veterum testimonia aperte ostendunt Basilium non breve quoddam, sed amplum ac præcipuum opus de monachorum institutis conscripsisse. Quare aut regulas, aut certe monasticas constitutiones ei adjudicari necesse est. Notandum est autem, nullum hactenus veterum scriptorum testimonium allatum esse neque a Combefisio, neque a quovis alio, quo constaret olim ab aliquo scriptore antiquo constitutiones monasticas Basilio adscriptas fuisse. Et certe, ut mihi quidem videtur, ejusmodi testimonia certa & indubitata proferre promptum non erat, cum si qua esse videantur, ea in contrariam sententiam interpretari liceat. Nam quod litterarum monumentis proditum est, piissimos viros, Theodosium, Philibertum & Platonem constitutiones Basilii studiose legisse, ex eo nihil certum concludi potest. Et vero constitutionum nomen, ut alia pleraque, ita & ipsum quoque ambignum est; nec per se potius eas constitutiones monasticas, quæ in Basilii editionibus inveniuntur, significat, quam ejusdem regulas. Omnia enim nomina hæc, *liber*, *instituta*, *regula*, *constitutiones*, & ejusdem generis alia, quibus antiqui scriptores ad ascetica Basilii significanda usi sunt, ex se omnino idem valent; nihilque aliud natura sua significant, quam quædam opera, quæ de rebus monasticis Basilius edidit. Hæc autem eo notavi, ut ostenderem ex ejusmodi testimoniis, in qui-

bus

Digitized by Google

bus Basilii constitutionum mentio fit, nihil juvari opinionem eorum, qui constitutiones monasticas, quas vocant, Basilio tribuunt, cum, ut dixi, constitutionum nomen per se anceps sit & ambiguum. Fateor quidem monasticas constitutiones apte & proprie constitutionum nomine significari posse: sed eas necessario hoc nomine indicari nego, cum & ipsas regulas ita quoque appellare liceat. Cum enim regulæ nihil aliud sint, quam constitutiones quædam monasticæ, sine dubio ipsis regulis constitutionum nomen dari nihil vetat. Quare ex ejusmodi testimoniis, in quibus veteres aliquot scriptores Basilii constitutionum meminerunt, efficitur solum, Basilium scripta aliqua, quæ ad res monasticas pertinerent, vulgasse: at ex his nihil amplius colligi potest. Cum ergo ita res sit, nunc videamus quæ sint scripta illa ascetica, quæ composuisse Basilium tot testes & antiquissimi & fide dignissimi tradiderunt. Ego autem cum superius dixerim regulas simul & constitutiones monasticas uni & eidem scriptori adscribi non debere, ego igitur ut liberalissime cum Basilio agam, nihil amplius facere queo, quam ut horum operum alterutrum ei tribuam. Rursus cum mox affirmarim nulla veterum scriptorum testimonia proferri posse, ex quibus certo constet constitutiones monasticas olim Basilio tributas fuisse, vix ferendus essem, si eas summo illi viro adjudicarem. Quare regulas ei adscribendas esse censui: eo magis, quod & auctoritas, & ratio, & ipsum scribendi genus ita suadeant. Et quidem composuisse Basilium aut asceticum simpliciter, aut librum asceticum, aut regulam, aut constitutiones, aut quidquam simile, testes sunt Hieronymus, Suidas, Gregorius Turonensis, Benedictus, Theodosius, Plato, Philibertus, Eugendus & Gregorius Nazianzenus. Quoniam autem nomina hæc, quibus hi scriptores usi sunt ad asceticas Basilii lucubrationes indicandas, ex se ambigua sunt, nec per se regulas magis, quam constitutiones monasticas significant, bene ac feliciter provisum est, ut ea ab aliis auctoribus & antiquissimis & locupletissimis plane & aperte explicarentur. Præeat testimonium Ruffini, qui in sua præfatione in regulam sancti Basilii ad Urseium Abbatem, sic loquitur, *Ad hæc ego, ne quid tibi minus digne, non dico quam geritur, sed quam geri debet, exponerem, S. Basilii Cappadociæ episcopi, viri fide & operibus, & omni sanctitate satis clari instituta monachorum, quæ interrogantibus se monachis velut sancti cujusdam juris responsa statuit, protuli.* Ergo de Ruffini sententia instituta monachorum, nihil aliud sunt, quam responsa illa, quæ Basilius dedit monachis, qui ipsum interrogarent: hoc est, ipsæ sunt regulæ, in quibus Basilius multas ac varias monachorum quæstiones docte ac dilucide solvit. Ergo, eodem teste, regularum legitimus parens Basilius est. Ubi obiter notandum, ex his optime intelligi verum esse quod dixi, videlicet, nomina hæc, *constitutiones*, *instituta*, & horum similia, diverse explicari posse, & talia esse, ut sua natura non potius constitutiones monasticas, quam regulas significent. Et vero nisi Ruffinus ipse docuisset quid intellexisset per *instituta monachorum*, constitutionesne, an regulæ hoc nomine significarentur, ignoraremus: sed cum hæc addidit, *quæ interrogantibus se monachis velut sancti cujusdam juris responsa statuit, protuli*, dubitationem prorsus exemit. Nec aliter aut sensit, aut scripsit Cassianus, cujus verba hoc loco rursus referre non pigebit. Sunt autem ejusmodi: *Huc accedit, quod super hac re viri & vita nobiles, & sermone scientiaque præclari, multa jam opuscula desudarant, S. Basil. & Hieronym. dico, aliosque nonnullos, quorum anterior sciscitantibus fratribus super diversis institutis vel quæstionibus non solum facundo, verum etiam divinarum Scripturarum testimoniis copioso sermone respondit.* Quibus verbis regulas indicari nemo non videt, cum in ipsis quæstiones fratrum atque interrogationes ut facunde & copiose, ita congruenter Scripturæ convenienterque enodentur. Hoc idem mirifice confirmavit Imperator Justinianus, cum regularum breviorum unam citavit, hoc modo, Βασιλείυ ἐπισκόπυ Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τῦ κανονικῦ αὐτῦ βιβλίυ. ἐρώτησις. εἰ ὅπυ μὲν λέγει, δαρήσεται πολλὰ, ὅπυ δὲ ὀλίγα, πῶς λέγυσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις; ἀπόκρισις. τὰ ἀμφίβολα καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστυ γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογυμένων σαφηνίζεται, &c. *Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ, ex ejus libro regularum. Interrogatio. Si cum dicit*, vapulabit multis, *cum*, paucis: *quo pacto quidam dicunt nullum finem supplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Responsio. Quæ ambigua sunt, ac videntur obscure esse dicta in quibusdam locis divinitus inspiratæ Scripturæ, alibi ab aliis quæ confessa & aperta sunt, declarantur*, &c. Regularum igitur liber Justiniani ætate Basilio tribuebatur. Hanc opinionem a majoribus acceptam ad posteros transmisit Photius, his verbis, εἶτα οἷον ὅρυς τινὰς ἀσκητικὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγυμένυς ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα (πέντε·) καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρυς ὅρυς τιγ'. *Deinde quasi regulas quasdam asceticas, interrogando ac respon-*

den-

dendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque : iterumque breviores alias trecentas tredecim. Si igitur verum est regulas simul & constitutiones Basilio magno tribui non posse, longe melius est atque præstabilius summum hunc virum regularum auctorem facere, quam constitutionum, cum ipsum regulas composuisse affirment antiquissimi & gravissimi scriptores, constitutiones autem a nemine ei certo tribuantur. Quare, si auctoritatis habenda ratio sit, quæ maxima in iis rebus haberi debet, oportet non constitutiones, quarum ne mentio quidem perspicue facta est apud antiquos, sed regulas Basilio tribui, utpote quarum Basilius auctor fuisse olim a priscis scriptoribus dictus sit, qui ejus aut æquales, aut fere æquales fuere.

40. Cum illud quasi principium certum posuerimus, regularum atque constitutionum non unum & eumdem auctorem esse, consequens est, si rationem sequi volumus, ut Basilium non constitutiones, sed regulas scripsisse dicamus. Etenim si quis monasticas constitutiones cum regulis comparaverit, statim animadvertet tantum has ab illis differre, quantum opus præstantissimum ab opere, si non malo, at inter mediocria tamen ultimo differt. Et vero refertæ sunt regulæ præceptis saluberrimis atque utilissimis, quibus non monachorum modo, sed etiam Christianorum vita & mores sanctissime componi possint. In his multa ac difficilia Scripturæ loca doctissime ac dilucidissime explanantur. Videas hominem ad infinitas gravesque cujuscumque generis quæstiones solvendas semper paratum, & ita apte ad singula respondentem, ut nihil melius aut convenientius afferri possit. Certe opus tam absolutum non in quemlibet convenit, sed in virum, qui ut acri judicio, ita omni ecclesiasticæ scientiæ supellectile instructus esset. Ejusmodi igitur opus potius tribui debet doctissimo gravissimoque scriptori Basilio, quam constitutionum liber, in quo nihil ita magnum, nihil ita utile, nihil ita eximium continetur. Nam, ut aiunt, magnum magna decent: parvum parva. Quamobrem non erratorum puto, qui regulas tamquam præstantissimas præstantissimo scriptoi Basilio, constitutiones vero monasticas tamquam mediocres mediocri cuivis auctori tribuet. Ac ne quis existimet, regulas falso dici eximias, nec verius monasticas constitutiones dici mediocres, meminisse operæ pretium est, monasticas constitutiones nusquam apud antiquos certo & indubitanter citari. Sane Ruffinus & Cassianus, qui regulas perspicue laudarunt, prorsus tamen de constitutionibus siluere. Et quod magis mirabere, Photius, qui cæteroquin tam copiose de asceticis loquutus est, tamen ne unum quidem verbum de constitutionum libro addidit, sic ut id opus aut non novisse, aut nullo loco habuisse videatur. Neque vero monasticas constitutiones magis apud recentiores laudatas invenio, cum regulæ tamen sæpe citentur. Profecto si Theologi, si alii scriptores ecclesiastici aliquid in constitutionibus invenissent, quod sibi alicui usui esse potuisset, eas crebro citassent: quod cum non fecerint, satis declararunt nihil ejusmodi in ipsis invenisse. Quare, ut dixi, consentaneum est rationi, regulas uti egregias adscribi eruditissimo scriptori Basilio, constitutiones vero uti longe inferiores homini longe inferioris sortis. Magis autem ac magis in hac mea sententia confirmor, quoties regulas Scripturarum testimoniis referciri cogito, cum tamen ejusmodi testimooia raro in monasticis constitutionibus adhibeatur. Opus enim in quo passim Scripturæ citantur, auctorem decet Scripturarum peritissimum, qualem Basilium fuisse, si non ex antiquorum testimoniis, at certo tamen ex ipsius Basilii indubitatis scriptis cognosceremus: constitutionum vero auctorem dici par est hominem, qui quantum ex ejus opere conjici potest, Scripturas non ita multum calleret. Maxime quoque ad rem facit quod legitur in Basilii epistola CCXCV. τούτῳ χάριν ἀπέστειλα τὸν ποθεινότατον ἡμῶν ἀδελφὸν, ἵνα καὶ τὸ πρόθυμον γνωρίσῃ, καὶ τὸ νωθρὸν διεγείρῃ, καὶ τὸ ἀντιτεῖνον φανερὸν ἡμῖν καταστήσῃ. πολλὴ γὰρ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἰδεῖν ὑμᾶς συνηγμένους, καὶ ἀκοῦσαι περὶ ὑμῶν ὅτι οὐχὶ τὸν ἀμάρτυρον ἀγαπᾶτε βίον, ἀλλὰ μᾶλλον καταδέχεσθε πάντες, καὶ φύλακες τῆς ἀλλήλων ἀκριβείας εἶναι, καὶ μάρτυρες τῶν κατορθουμένων. οὕτω γὰρ ἕκαστος καὶ τὸν ἐφ' ἑαυτῷ μισθὸν τέλειον ἀπολήψεται, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ προκοπῇ, ὃν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ παρέχεσθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις προσήκει, ἐκ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας καὶ παρακλήσεως. *Hanc ob causam desideratissimum fratrem nostrum misi, ut & alacres agnoscat, & tardos exstimulet, & nobis indicet reluctantes. Nam vehementer cupio tum videre vos coadunatos, tum hoc de vobis audire, quod vitam a testium conspectu remotam non amatis, sed potius singuli vultis & mutuæ vestræ diligentiæ, & verum præclare gestarum testes fieri. Ita enim unusquisque & propriam mercedem integram consequetur, & eam, quæ ex fratris progressu accedit: quam alter alteri tam verbis quam factis ex jugi congressu atque consolatione debemus conciliare*. Hic igitur Basilii locus ad rem valde pertinet. Constat enim regulas & constitutiones in eo maxime inter se dissentire, quod in his anachoreta-

rum

rum status probetur, in illis vero eorum vivendi genus acriter reprehendatur. Quare cum ex ea, quam mox citavi, epistola liqueat non probatum fuisse Basilio anachoretarum vivendi genus, ratio suadet, ut regulæ, in quibus id vivendi genus non probatur, ei tribuantur, non autem constitutiones, in quibus illud vitæ institutum prorsus probari vidimus. Ita enim & Basilius sibi ipse constabit, & regulæ cum ejusdem epistolis in eo consentient, quod in his æque ac in illis anachoretarum vivendi ratio improbetur.

41. Satis quidem ex dictis constat regularum auctorem non numquam videri paulo severiorem: sed tamen, quoniam ita expedit, ejus rei aliquot exempla rursus hoc loco proferam. Cum igitur in majoribus regulis protulisset illud Matthæi: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventa autem pretiosa margarita abiit, &c.* sic persequitur, δῆλον γάρ ὅτι ὁ πολύτιμος μαργαρίτης πρὸς τὴν ὁμοίωσιν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας παρείληπται, ἣν ἀδύνατον ἡμῖν προσγενέσθαι ὁ τοῦ κυρίου δείκνυσι λόγος, μὴ πάντα ὁμοῦ τὰ προσόντα ἡμῖν, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν πολλοῖς περισπουδάστων πρὸς τὴν ἀνταλλαγὴν αὐτῆς προϊεμένοις. *Planum est enim regnum celeste per pretiosam margaritam adumbrari: quod nos assequi non posse declarant Domini verba, nisi omnia simul quæ habemus, & divitias, & gloriam, & genus, & si quid aliud est, cujus studio desiderioque plerique teneantur, pro eo comparando deseramus.* Hæc nisi explicentur, ut falsa sunt, ita nimiam severitatem præ se ferunt, cum vendi omnia ad salutem comparandam nihil necesse sit. Nec minus aspere loquitur auctor in regulis brevioribus, quarum centesima prima sic incipit, τὸ παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς, ὥσπερ πειρασμοῦ ἔχει τόπον, ὡς ἡ ἀκολουθία τῶν συνημμένων δείκνυσι. καὶ εἰς πονηροὺς ἐστὶ τὸ προστεταγμένον &c. *Illud*, Omni petenti te tribue, & volentem a te mutuum accipere, ne averseris, *est loco quasi tentationis, quemadmodum eorum, quæ proxime sequuntur, series declarat. Atque præceptum illud datum est in improbos*, &c. Et hæc quoque expositione indigent. Alioquin enim sequeretur improbos esse eos omnes, qui sua bona non vendiderunt, quandoquidem improborum nomine hic intelliguntur ejusmodi homines, qui facultatibus suis non renuntiarunt. Verba græca interrogationis CCXXXIII. sunt hæc, ἐκ πάντων τῶν κατορθωμάτων, ἐὰν ἓν λείπῃ τινί, εἰ διὰ τοῦτο οὐ σώζεται; *Ex omnibus recte factis si vel unum desit alicui, num propterea salutem non consequitur?* Cui quæstioni respondens auctor, sic scripsit, ἵνα ἐν ἑνὶ μόνῳ δόξῃ παρακούειν, καὶ τοῦτο οὔτε διὰ ὄκνον, οὔτε διὰ καταφρόνησιν, ἀλλὰ δι' εὐλάβειαν καὶ τιμὴν τὴν περὶ τὸν κύριον, ἐπὶ τούτῳ μόνῳ ἀκούει, ἐὰν μὴ νίψω σε οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, *ubi (Petrus) in uno duntaxat visus est non obedire, atque hoc neque ob segnitiem, neque ob contemptum, sed propter reverentiam & honorem Domini, ob id solum audit*, Si non lavem te, non habes partem mecum. Quod hic dicitur, fore, uti quis salutem non consequatur, si vel unum recte factum omiserit, id, nisi interpretere, plus justo severum est, potestque ad desperationem adducere. Rogatus scriptor, quomodo cum iis agendum sit, qui devitant graviora peccata, patrant vero leviora indiscriminatim, ita respondet, ut omnia peccata æqualia efficere videatur: quod ut falsum, ita asperum esse nemo diffitebitur. Ejus autem hæc sunt verba, πρῶτον μὲν εἰδέναι χρή, ὅτι ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ταύτην τὴν διαφορὰν οὐκ ἔστι μαθεῖν. μία γὰρ ἀπόφασις κατὰ πάντων ἁμαρτημάτων κεῖται, τοῦ κυρίου εἰπόντος, ὅτι ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. *Primum quidem nosse oportet hanc differentiam (peccatorum) in novo Testamento non reperiri. Una namque habetur sententia adversus quælibet peccata, cum Dominus dicat*, Qui facit peccatum, servus est peccati. Et quod molestius videbitur, auctor ita imprudenter scripsisse credi vix potest, cum in regula quarta non dissimilia jam dixisset. Ex quibus omnibus colligi potest, auctorem nisi ejus verba recte intelligantur, severiorem videri merito posse. Quare si difficilia quædam regularum loca incaute legeris, facile credas, Combefisii exemplo, quemvis alium potius earum auctorem esse, quam Basilium: sed si quispiam ejusmodi locorum sententiam rite & scrutatus fuerit & assequutus, nihil asperius aut durius in ipsis inveniet, sibique plane persuadebit severitatem illam in nullum alium magis convenire, quam in Basilium, qui eo ingenio erat, ut cum dogma aliquod explanare sibi non proposuisset, aliquando liberus severiusque loqueretur. Nam rebus ad mores pertinentibus, non numquam iminus, ut ita dicam, attendebat ad verba quibus uteretur, quam ad audientium salutem, ad quam quemque quacumque ratione posset, perducere conabatur. Nunc e Basilii orationibus exempla aliqua subdam, ut cum iis, quæ retuli, regularum locis possint comparari. Basilius igitur cum illud Lucæ, *Destruam horrea mea, &*

Matth. 13. 45.

Digitized by Google

τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως. δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν γραφῶν. τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν ὑπεραγίαν τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας. ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον παρατίθεται, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. εἶτα, &c. *Igitur primus ejus liber continet, quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii. Deinde, quod omnis præcepti divini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e Scripturis sacris demonstratum. Tertio, de fide nostra catholica, sive de pura nostra & sincera confessione sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque exponit: similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo evangelio præfecti sunt. Deinde,* &c. Ita autem in epistolio scriptum est, προστίθεται δέ μοι τὸ κεῖμα, πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν καὶ τὸν κίνδυνον τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως. δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀποδείξεις περὶ τοῦ πᾶσαν παράβασιν ἐντολῆς Θεοῦ σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικήσαντος .... μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμολογίαν..... ἐπὶ τούτοις οἱονεὶ χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον ὅρου τύπον ἔχοντα πειράσεται δοῦναι ἡμῖν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ὁ λόγος, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, &c. *Hinc vero ejusque rei ratione adjungam; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum tantæ ecclesiarum Dei & alterius cum altero dissensionis atque dissidii; tum deinde certas ex divina Scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque. districtione animadvertere..... Ad hæc, piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, nec non Spiritu sancto confessionem liber complectetur.... ac præterea, compendiosum brevemque velut characterem hominis Christiani, definitionis forma ex Scripturis sacris conabitur dare; affinemque rursus characterem præpositorum sermonis*, &c. Velim igitur utriusque sctiptoris verba inter se conferantur: quod si quis fecerit, animadvertet easdem voces utroque in loco hic illic adhiberi, quales, sunt, αἰτία, κίνδυνος, γραφή, ἀπόδειξις, παράβασις, ἐντολή, σφοδρῶς, φοβερῶς, ἐκδικεῖν; ob idque fortasse suspicari incipiet, hunc vel illum scriptorem plagiarium fuisse. Sed si paulo attentius consideraverit tum illud, τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως, (ita enim plane legendum est, ut in Veneta editione, non πρὸς τὸ ἔργον ut apud Combefisium), tum illud, οἱονεὶ χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον .... καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, facile opinor, sibi persuadebit, alterum ab altero nonnulla aperte ad verbum sumsisse. Cui autem verisimile fiet, doctissimom virum Photium, eumdemque scribendi peritissimum, a nescio quo non pauca ad verbum mutuatum fuisse: quod eo minus probabile videbitur, quia hoc epistolium pessime conscriptum est. Reliquum est igitur, ut epistolii scriptor plagiarius fuisse dicatur. Sed fortasse quæret aliquis, quo consilio scriptum fuerit hoc epistolium. Puto hominem cætera simplicem & bonum, qui ἀσκητικὸν a nonnullis ob Sozomeni locum Eustathio tribui videret, tentare voluisse, si epistola sua pro vera Basilii epistola haberi posset, sicque illud consequeretur, ut omnes tandem Basilium ejus quod mox dixi scripti auctorem esse uno ore confiterentur. Pauca, nisi actum agere velim, de altero Combefisii opusculo dicam. Nam & ipsum quoque jamdudum in editione Parisiensi vulgatum est, sed ita tamen, ut ibi aliter, aliter apud Combefisium inscriptum sit. Ità enim in editione Parisiensi inscribitur ὁμιλία λα. λόγος περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. *Homilia XXXI. De libero arbitrio sermo:* apud Combefisium vero, hoc modo, τοῦ αὐτοῦ πρόλογος ἀσκητικός. *Basilii magni prologus asceticus*. Combefisium, qui ut cæteras, ita hanc ipsam homiliam trigesimam primam in suo Basilio recensito aliquibus locis emendaverat, fallere potuit inscriptionis varietas: ut ut hæc sunt, nihil hic dicendum de hoc opusculo Combefisiano arbitramur, cum illud jam in antecessum, ubi nobis de eadem illa oratione trigesima prima sermo erat, in spuriis atque adulterinis posuerimus. Hic tandem disputationibus asceticis clausulam imponam, si prius hoc unum addidero, primum libellum a Combefisio e duobus libris veteribus Regiis, alterum ex uno itidem Regio editum fuisse.

§. XII. *Basilio ne tribuendi sint duo de Baptismo libri, necne.*

54. Quod ait doctissimus vir Ludovicus Dupinus, duos hos de baptismo libros nusquam apud antiquos laudari, eo nihil verius dici potuit: sed quod addidit, eosdem a nemi-

nemine in dubium revocari, id non vere dictum fuisse constat. Combefisius enim suspectos ipsos habuit: cujus verba referre non pigebit. Vir igitur eruditissimus cum in his libris adverbia quædam animadvertisset, qualia sunt, ὁριστικῶς, πολυτρόπως, ἐντρεπτικώτερον, φανερῶς, & alia ejusdem generis multa, ita loquutus est, *Affectatior quam soleat hisce adverbiis Basilius toto hoc opere, nec sui simillimus, nativaque puritate gratus; ac, num quæ inde νοθείας suspicio pulsare animum possit? Lector videat, deque toto dicendi charactere austeriorique doctrina conjecturam ducat.* Tillemontius vir peritissimus idemque diligentissimus viderat quidem hunc Combefisii locum: sed non propterea vulgatam opinionem repudiavit. Imo etiam ait se criticis illis Combefisii notis in sua sententia magis ac magis confirmari. Sed ut hæc melius intelligantur, rem altius petam. Meminisse ergo juvat, Combefisium ἀσκητικὸν, quod vocant, non Basilio, sed Eustathio Sebasteno tribuere, atque inter cætera argumenta, quibus vir doctus ad defendendam suam opinionem utitur, hoc quoque reperiri, quod ascetici scriptor ita Scripturam citat, ut adverbia quædam præponat, qualia sunt, ὁριστικῶς, σαφῶς, ἀποφαντικῶς, & eodem de genere alia: qui adverbiorum usus in aliis Basilii scriptis nullus est. Cum igitur Combefisius similia adverbia tam in ascetico quam in his de baptismo libris inspergi videret, suspicatus est utrumque opus ad eumdem auctorem pertinere, hoc est, ad Eustathium Sebastenum, quem, ut mox dixi, ascetici auctorem facit. Tillemontius autem, qui & ipse quoque ea de quibus agitur adverbia & in ascetico & in duobus illis de baptismo libris animadvertit, inde quidem pariter collegit, utriusque operis eumdem auctorem esse: sed quoniam semel asceticum Basilio adscripserat, eidem etiam & hos de baptismo libros adjudicare necesse habuit. Nec ego negabo doctissimos viros Combefisium & Tillemontium congruenter suis principiis convenienterque judicasse; viderique primo aspectu argumento satis probabili ad tuendam suam opinionem niti. Cum enim ejusdem generis adverbia non pauca tam in ascetico quam in controversis istis de baptismo libris inveniri constet; certe, nisi attentiores simus, eo animos inclinabit, ut utrumque opus uni & eidem scriptori tribuamus. Sed tamen si quis ea de quibus disputatur scripta paulo attentius legerit, id quod dixi argumentum nullius momenti aut ponderis esse facile, opinor, fatebitur. Non enim omnia adverbia illa semper eodem sensu accipiuntur in utroque opere. Cum enim illud, ὁριστικῶς, semper in ascetico pro eo quod est, *modo decretorio loqui*, sumatur, tamen in his de baptismo libris aliquando tam diverse usurpatur, ut ipsa diversitas diversum auctorem non obscure indicet. Nimirum ibi nonnumquam pro eo quod est, *strictim ac compressius dicere*, accipitur. Neque vero ejus interpretationis auctor ego sum, sed Combefisius ipse, qui de illis qui nunc in controversiam vocantur libris, deque eorum auctore loquens, ita scripsit: ὁριστικῶς *passim vocat, quasi indicative strictimque jubendo. Sicque quod ait,* ὁριστικῶς καὶ πολυτρόπως *erit, tum indicando strictimque tradendo doctrinam, tum varie explicando.* Præterea alicubi monui, ejusmodi adverbia, quæ in ascetico leguntur, non ita multum, si operis prolixitas consideretur, frequentia esse, com tamen in his de baptismo libris tam frequenter usurpentur, ut sæpe non minus eorum copia quam vocum novitate atque insolentia moveri nausea possit. Quod igitur pro firmo argumento attulerunt ii quos dixi viri eruditissimi, aut nihil, aut parum ad suam tuendam opininnem valet. Sed ne quid dissimulare videar, ingenue fatebor aliud argumentum proponi posse, cui respondere difficillimum sit, & ejusmodi, ut iis qui ad judicandum aliqua stili similitudine contenti sunt, validissimum videri possit. Constat hanc dicendi formulam, ἡ πρὸς Θεὸν εὐαρέστησις, ascetici auctori non parum familiarem esse: cujus rei duo aut tria exempla proferam, plura prolaturus, si opinionem eorum, qui asceticum & duos hos de baptismo libros eidem scriptori tribuunt, sequi vellem. Ita igitur in regulis brevioribus scriptum est, καὶ ἐὰν δοξάζηται ἓν μέλος, κατὰ σκοπὸν, δηλονότι, τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη, Et si gloria afficitur unum membrum, *ex consilio videlicet placendi Deo*, congaudent omnia membra. Et paulo post scriptor ita loquutus est, ἐὰν ἄρα δυσωπηθεὶς τὴν τοῦ Θεοῦ χρηστότητα, προτραπῇ εἰς ἐπιμέλειαν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Si forte bonitatem Dei reveritus, hincque exstimulatus, studeat ei complacere*, &c. Nec ita multo infra sic legitur, ὅταν ἀμετεώριστος καὶ τεταμένῃ ἐπιθυμίᾳ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Tum cum assiduo ac vehementi desiderio placendi Deo*, &c. Nunc totidem exempla e duobus de baptismo libris subjiciam. Hæc sunt igitur scriptoris verba, κατὰ σκοπὸν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, *juxta propositum placendi Deo*. Rursus ita loquitur, δύναμις τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, δικαιοσύνης δωρεὰ, &c. *Virtus qua grati efficimur Deo & accepti, justitiæ donum*, &c. Et alio loco sic scriptum invenitur, τὰ μὲν νόσον θεραπεύοντα, τὰ δὲ προκοπὴν ἐμποιοῦντα

πρὸς

Digitized by Google

πρὸς τελείωσιν ἄγουσαν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Partim morbum curantia, partim afferentia talem profectum, quo ad perfecte Deo placendum deducamur*, &c. Certe ex his & similibus locis, quæ in ipsis fontibus legi possunt, satis probabiliter effici videtur, asceticum & controversos hos de baptismo libros ad eumdem auctorem pertinere. Quoniam tamen hoc fortasse aliquibus leve videbitur, aliud exemplum proferam, quod ab hominibus, qui cæteroquin non ita multum creduli sint, pro demonstrativo haberi queat. Patet ex dictis, ascetici auctorem hac dicendi formula, qua voces aut πληροφορεῖν aut πληροφορία ad integram quamdam persuasionem significandam adhibentur, ita delectari, ut nullo alio magis delectetur; neque hic ejus rei exemplum ullum, cum multa superius retulerimus, ponere necesse est. Constat autem idem loquendi genus in duobus quoque de baptismo libris tam frequenter usurpatum inveniri, ut in ipsis etiam passim occurrat. Sed ne falso dictum id fuisse videatur, exempla multa aut proferam, aut certe indicabo. Ita igitur auctor scripsit, στοχαζόμενος δὲ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, καὶ διὰ ὑποδειγμάτων ηὐδόκησε βεβαιῶσαι ἡμῶν τὰς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας. *Cæterum considerata imbecillitate nostra, etiam per exempla voluit animum nostrum in veritatis certa persuasione confirmare.* Haud longe ita loquutus est, πλὴν δὲ καὶ βεβαιότερον ἐκ τῆς περὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν προσφερομένων ζώων εἰς θυσίαν ἀκριβολογίας ἐστὶ πληροφορηθῆναι. *Sed tamen firmius etiam ejus rei ex sacerdotum & animalium sacrificandorum accurata consideratione convinci possumus.* Rursus ita scripsit, ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, &c. *in indubitata veritatis persuasione*, &c. Ita quoque legitur alio loco, ὅπερ ἐν πληροφορίᾳ ἀληθείας διὰ ἐπιμελείας σπουδαιοτέρας φυλάσσοντες, &c. *Quod si in veritatis certa persuasione diligentius servaverimus*, &c. Plura qui volent, legere poterunt caput II. lib. I. num. XIV. & XV. ubi earum quas dixi vocum duo exempla reperiuntur : item caput III. ejusdem libri num. I. item quæstion. VI. lib. II. num. I. item quæst. VIII. num. I. & IX. Jam ita argumentari licet : Si quando quasdam dicendi formulas quæ quodammodo singulares videri possint, in duobus operibus sæpius inveniri contigerit, fere fit ut utrumque opus eidem scriptori tribuatur. Cum igitur id loquendi genus, quo voces aut πληροφορεῖν aut πληροφορία in significatione integræ cujusdam persuasionis ponuntur, quodammodo singulare sit, idemque tam in ascetico quam in duobus de baptismo libris passim occurrat, consequens esse videtur, ut utriusque operis idem auctor esse dicatur. Sed, ut jam monui, ejusmodi argumenta e quadam stili similitudine petita non tantum valent, quantum valere vulgo putantur. Nisi enim alia quoque consonent, faveantque, nihil omnino in ipsis neque momenti neque roboris inest : quod nunc ostendere conabimur. Etsi enim asceticum, cujus legitimus parens Basilius est, in aliqua stili similitudine cum duobus de baptismo libris consentire viderimus, tamen dubitari nullo modo posse arbitramur, quin hi libri falso hactenus sanctissimo Patri adscripti sint. Et vero aut numquam licuit, quod tamen licet sæpissime, opus aliquod ob stili diversitatem in spuriis atque adulterinis numerare : aut ii de quibus agimus libri pro peregrinis haberi merito possunt. Mentior, nisi opus totum toto dicendi genere a Basiliano differt. Etenim sicubi vox aliqua reperitur, quæ similitudinis aliquid cum stilo Basiliano habere videatur, eodem loco adjunctæ sunt voces aliæ, quibus peregrinitas aperte declaretur.

55. Neque vero rara sunt νοθείας argumenta, sed passim obvia. Nam in his libris generale quoddam vitium notari potest, cujus pagina nulla expers est. Id autem, quod dico, vitium, continua quædam est earumdem aut vocum aut dictionum repetitio, quæ minime omnium in copiosissimum hominem Basilium convenit. Et vero sicubi mentio fit aut apostoli Pauli, aut Joannis Baptistæ, aut ipsius Domini, aut Dei, ibi sæpissime additum invenis τοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦντος, *qui in Christo loquebatur :* οὗ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδείς, *quo inter natos mulierum major est nemo :* τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος· τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, *qui pro nobis mortuus est & resurrexit : qui unigenitus Filius est Dei viventis :* καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, *& Christi ipsius.* Nolim autem accipi in malam partem, quæ jam dixi, aut quæ mox dicturus sum. Voces Ἰησοῦς Χριστὸς passim quoque repetuntur, modo ambæ conjunctim, modo earum altera. Noverat Basilius, neque nos ignoramus, iis quas recensui vocibus, nihil melius esse, aut sanctius : sed tamen ab earum tam frequenti repetitione se temperabat, quod, opinor, ejusmodi vocum continua repetitio nihil ad docendum conferret : id quod Pater piissimus, cum scriberet, sibi in primis proponebat. Ad eamdem ταυτολογίαν pertinet ea scribendi ratio, qua vox ἀναγκαῖον passim in his libris ponitur. Ita igitur in brevissimo spatio scriptum inveni-

mus,

mus, καὶ ὥσπερ δι᾽ ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι ὁδηγούμενοι εἰπεῖν ἀναγκαῖον, *Et velut per speculum & in ænigmate ductos necesse est loqui*. Et statim, ἀναγκαῖον δὲ λογίζομαι, &c. *Necesse autem esse duco*, &c. Nec ita multo post, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ἐξητασμένως καὶ ἐπιτετηρημένως προσέχειν ἑκάστῳ ῥητῷ. *Necesse est & nos accurate diligenterque singulis dictis attendere*, & ad eumdem modum pleraque alia. Frequens est quidem in illo opere ea quam mox dixi scribendi ratio : sed in eodem frequentior est adhuc illud loquendi genus, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *Et talia multa*, aut, quod idem est, καὶ πολλὰ ἄλλα ὁμοίως, *& multa hujusmodi alia*, aut similia quædam. Scriptor igitur cum alicubi retulisset verba aliquâ e sacra Scriptura, sic persequitur, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *& ejusmodi multa*. Et paucis interjectis, ita loquutus est, καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὕροις ἂν παρά τε τοῖς εὐαγγελισταῖς, &c. *Et multa id genus invenias, & apud Evangelistas*, &c. ubi in transitu notari potest, paria quatuor exempla in tribus quæ proxime sequuntur paginis reperiri. Usus immodicus verbi παιδεύειν ad idem vitium referri potest : quod idem de verbo φυλάσσειν dictum volo. Usus quoque præpositionum ita frequens est, ut nullo modo convenire possit in præstantissimum oratorem Basilium, cujus oratio non minus dictionum quam rerum varietate omnibus erat admirationi. Velim autem experiatur per se quisque, an vera sint quæ dixi. Spero tot earum quas notavi rerum exempla inventum iri, ut nemo futurus sit, qui non libenter fateatur ejusmodi opus, in quo eædem voces perpetuo repetuntur, peritissimum dicendi magistrum Basilium nullo modo decere. Eodem redit illa genitivorum quasi silva, sic ut in hoc opere nihil aliud nisi ejus quem dixi casus incondita quædam congeries cernatur. Et vero participia in his de baptismo libris, ita ad reliquam orationem accommodantur, ut fere quolibet versu genitivus occurrat. Ita legere est in prima pagina : εἰπόντος διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου, *dicentis per David prophetam*, ἐπεὶ οὖν προστάξαντος τοῦ κυρίου, &c. *Cum igitur, Domino præcipiente*, &c. καὶ τότε ἐπαγαγόντος, *deinde subjungente* : λογισάμενοι παρ᾽ ἐντολὴν τοῦ ἀποστόλου ποιεῖν, ἐὰν μὴ εὐθὺς ἀποκρινώμεθα, εἰπόντος, &c. *rati, contra mandatum Apostoli facturos nos, si non statim respondeamus, cum dicat*, &c. ἐνταῦθα μὲν οὖν, μαθητεύσατε εἰπόντος, ἠκούσαμεν. *Hic igitur audivimus, dicentem*, Docete. Ex quibus videre licet, alios esse genitivos, qui absoluti vocari solent, alios esse, qui ab aliqua orationis parte pendent : quo genitivorum usu ita oblectatus est scriptor, ut genitivis transitionum loco sæpe utatur. Sed nihil mihi magis novum aut insolitum visum est, quam vocum harum κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, jugis perpetuaque repetitio. Affirmare possum eas, quas annotavi, voces aut bis, aut ter, aut quater, aut etiam quinquies in una eademque pagina non raro inveniri : quæ earumdem vocum frequens iteratio facit, ut tibi legere videaris, non librum vulgarem, sed quasdam quasi litanias, in quibus idem sexcenties repetitur, aut, si in rebus seriis ita loqui licet, audire parochum quempiam, qui morienti in aurem continuo occinat, *Dominus noster Jesus Christus*. Scio quidem confiteorque ea quæ indicavi nomina omnium esse & optima & sanctissima : sed non propterea vetitum est dicere, ejusmodi repetitionem tam frequentem apud Basilium insuetatam esse; ex eaque merito colligi posse, hosce de baptismo libros ad ipsum non pertinere. Et quoniam fortasse nisi exemplum aliquod ob oculos poneretur, multis non credibile videretur quam in brevi spatio voces illæ repetantur, unum aut alterum locum integrum exscribere constitui, ut ex his de aliis judicium ferri possit. Auctor igitur ita alicubi scripsit, ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας, καὶ τὰ κρίματα τῆς δικαίας ἀνταποδόσεως τῶν τε ποιούντων τὰ ἀπηγορευμένα, ἢ ἀθετούντων τὰ ἐγκεκριμένα εἰς κόλασιν αἰώνιον, καὶ τῶν ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου θεοῦ πολιτευομένων ἐν ὑγιαινούσῃ πίστει, δι᾽ ἀγάπης Χριστοῦ ἐνεργουμένῃ, ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ἐπουρανίου βασιλείας τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. λόγος β΄. πῶς βαπτίζεταί τις τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βάπτισμα. τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν δεδωκότος ἡμῖν ἀγαπᾷν ἀλλήλους καθὼς αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ διὰ Παύλου τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος ἡμᾶς, ἀνέχεσθαι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ εὐλαβείας, τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνδοξοτάτου βαπτίσματος, προθύμως ἐδεξάμην, &c. *In dilectione Jesu Christi Domini nostri, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, & judicia justæ mercedis, tam eorum, qui patrant probibita, aut respuunt approbata, ad supplicium æternum, quam eorum, qui pro dignitate evangelii Dei in sana fide, quæ per Christi charitatem operatur, vixerunt, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, quod est in Christo Jesu Domino nostro. Caput II. Quomodo quis eo baptismate baptizatur, quod in evangelio Domini nostri Jesu Christi commendatur. Cum Dominus noster*

Jesus

quam si dubitasset, ita loquutus est, *si nobis licet parvum & magnum dicere:* sed statim parva & magna peccata re ipsa discerni oportere aperte ostendit, cum ita scripsit: *Sine controversia negari non potest, hoc cuique magnum esse, cujus quisque subjicitur dominio; illud vero parvum, cui quisque dominatur.* Ecce enim tibi duo peccatorum genera perspicue distincta. Alia suo nos dominio subjiciunt: aliis nos dominamur, hoc est, alia magna sunt, alia parva. Imo dilucidius etiam hæc peccatorum distinctio apparet ex his, quæ sequuntur verbis, *Quapropter erga quemcumque cujuscumque generis peccatum admittentem servandum est præceptum Domini, qui,* &c. Nam hoc modo qui loquitur peccata omnia unius & ejusdem generis esse non putat, sed multiplicis, cum vox, *quodcumque*, ex se multiplex quiddam & varium significet. Præterea cum Basilius ita loquutus est, *si parvum & magnum dicere nobis liceat*, non proprie dubitavit an alia peccata magna essent, alia parva; sed credidit omnia peccata magna dici posse, si spectetur qui offenditur Deus: quod non impedit quin multa sint parva, si cum gravioribus comparentur. Denique omnia simul Combefisii argumenta quæ ad sententias pertinent, arbitror facile solvi posse ab eo, qui universe dicet aliter loquuturum fuisse Basilium, si aut ad episcopos, aut ad alios quosvis perspicaciores viros scripsisset; nec mirum esse, si cum sibi sermo esset cum monachis, hoc est, cum ingenuis ac simplicibus hominibus, minus de verborum delectu curarit, modo eos ad salutem perduceret. Ad cætera pergam, si prius monuero alia quædam loca, quæ negotii aliquid Combefisio exhibuerant, in notis illustrari. Quamquam igitur Combefisius omnem suam operam in eo posuit, ut doceret regularum doctrinam talem esse, quæ in sanctissimum virum Basilium convenire non posset: tamen annotavit quasi præteriens, regularum stilum a Basilii stilo aperte differre. Cujus argumenti vis ut magis intelligatur, altius repetenda res est. Meminisse ergo juvat, satis sæpe ita Scripturam in regulis citari, ut quædam adverbia præeant; qualia sunt ὁριστικῶς, δυσωπητικώτερον, καθολικῶς, & ejusmodi alia, quæ in superioribus videre cuivis licet. Hoc igitur cum animadvertisset Combefisius, ita scripsit: *Affectatio istiusmodi adjectorum Auctori propria, & librorum de baptismo, iis ignota, quæ nullo scrupulo audiunt Basiliana.* Ego quidem ejusmodi adverbia in reliquis Basilii scriptis non legisse me fateor: sed statim ob tam levem causam regulas in dubium revocari posse nego. Scire enim oportet, stilum paululum variare pro vario dicendi genere; ob idque mirum videri non debere, si regularum stilus a reliquorum scriptorum stilo exigua in re discrepet. Cum igitur ejusmodi adverbiorum usus neque ad oratorium, neque ad epistolarem, neque ad dogmaticum stilum pertineat, ea adhibere non potuit, nec debuit Basilius, cum aut concionaretur, aut epistolas scriberet, aut hæreticorum errores confutaret: sed cum vir summus ad aliud scribendi genus animum appulisset, librosque asceticos conficere statuisset, orationem suam ad utilitatem eorum, quorum causa scribebat, accommodare necesse habuit. Quare cum hujusmodi adverbia ad tarda hominum simplicium ingenia commovenda plurimum valere cerneret, iis sibi utendum esse credidit, ut eorum animos magis ac magis excitaret. Sed ad omnem dubitationem tollendam duo præterea considerari volo. Primum, tam multa Basiliani stili monimenta & certa & indubitata in regulis exstare, ut ob exiguam in una re dissimilitudinem eas suspectas haberi æquum non sit, cum ratio postulet, ut plurium similitudo unius dissimilitudine, eaque levissima, potior judicetur. Alterum, ejus generis adverbia non ita frequentia esse, ut propterea suspicio aliqua suboriri merito possit. Cum enim in utrisque regulis non amplius, opinor, quindecies adhibeantur, nemo erit, qui, si operis prolixitatem consideret, pauca ea esse non censeat. Complectar omnia uno verbo. Etsi, ut mox vidimus, stili solius ratio haberetur, tamen regulas tribui Basilio oporteret, cum parva aliqua in una re discrepantia magnæ in cæteris consensioni cedere debeat. Nunc autem cum præter magnam illam stili in cæteris consensionem suppetant multa alia argumenta, partim e ratione, partim e veterum scriptorum auctoritate petita, e quibus non obscure ostenditur Basilium regularum verum parentem esse, nemini ulla causa esse potest, cur id opus alteri adscribat. Ex quibus omnibus intelligere licet, ἀσκητικὸν, quod vocant, ad Basilium totum pertinere, hoc est libellos de judicio Dei & de fide, moralia & regulas tam breviores quam longiores. Et quando argumenta multa, quæ nostræ sententiæ adversari videantur, colligere semel cœpi, proponam & aliud, quod & ipsum quoque momenti plurimum atque roboris habere ab aliquibus credi possit. Fortasse igitur dicet aliquis, Basilium, auctore Gregorio Nazianzeno, gymnasia & monasteria, in quibus anachoretæ habitarent, exstruenda curasse; ob idque dici nullo modo posse regularum auctorem, in quibus illud vivendi institutum maxime vituperatur. Faterer quidem id argumentum multum valere, si regula-

regula-

Digitized by Google

gularum scriptor omnes omnino anachoretas reprehendendos censuisset : sed non ita esse, ex ipsis regolis discimus. Cum enim auctor dixisset vix in solitudine reperiri quemquam, qui corrigatur, cum nemo sit, qui corrigat, ita scripsit, ὃ ἐςὶ τῆς μονώσεως ἔργον ἄπορον, μὴ προωσθέντι κατὰ τὸν βίον, ὥςε συμβαίνειν αὐτῷ τὸ εἰρημένον ἐκεῖνο, οὐαὶ τῷ ἑνὶ, ὅτι ἐὰν πέσῃ, ἐκ ἔςιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. *Talem autem, (qui videlicet corrigatur,) in solitudine reperire difficillimum est, nisi prius in vitæ societatem fuerit adjunctus. Quare accidit ei quod dictum est :* Væ uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum. Ex quibus perspicuum est, noo omnes anachoretas a regularum auctore vituperatos esse, sed eos unos, qui non prius sese ad virtutem in sodalitio exercuissent. Quod igitur ait Gregorius Nazianzenus, Basilium quædam pietatis gymnasia anachoretarum causa construxisse, id nullo modo cum regulis pugnat, cum in ipsis aliquod anachoretarum genus manifeste comprobetur. Nunc autem causam, cur Basilius eos, qui privatam vitam atque solitariam agere statuissent, prius in sodalitio aliquo exerceri vellet, invenire difficile non est. Ita enim contingit, ut si quis in solitudine peccet, meminisse possit, aut se, aut alios ob simile factum a præposito olim redargutos fuisse; atque hoc pacto, ut ne amplius tale quidquam admittat, a sua ipsius conscientia admonetur : contra, fieri facile potest, ut si quis initio in sodalitio non vixerit, etiam dum gravissime peccat, ob imperitiam tamen peccare se nesciat. Hæc autem nostra declaratio ipsius Gregorii Nazianzeni verbis maxime confirmatur. Ita enim scribit, τῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίυ καὶ τῦ μιγάδος μαχομένων πρὸς ἀλλήλυς ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διισταμένων..... καὶ τύτυς ἄριςα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασεν· ἀσκητήρια καὶ μοναςήρια δειμάμενος μὲν, ἐ πόῤῥω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, οὐδὲ ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ ταῦτα διαβάλλων, καὶ ἐπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας, &c. *Cum igitur solitaria vita, & ea, quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent ..... ipsas tamen præclare inter se reconciliavit, ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia & monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab iis, qui in sodalitio vivunt, remota, nec velut muro quopiam interjecto ea distinguens atque a se invicem separans, verum prope conjungens ac dirimens*, &c. Etenim facile cuique conjicere licet, Basilium ejusmodi monasteria eo consilio ita disposuisse, ut qui anachoretarum vivendi rationem amplecti cuperent, prius in aliquo sodalitio vicino ad pietatem exercerentur. Etsi autem Basilius quoddam anachoretarum genus laudabat, tamen in suis regulis universe in anachoretas tam vehementer invehi potuit, quorum scilicet pars maxima sine prævia illa exercitatione id vitæ genus eligeret. Et ne quis forte hæc cum superioribus pugnare arbitretur, monere libet, Basilium & constitutionum monasticarum auctorem in eo maxime inter se dissidere, quod huic anachoretarum institutum generatim probaretur, illi idem generatim improbaretur. Magnus autem ille dux ac magister monachorum Benedictus approbabat quoque anachoretas eos, qui cum diu in sodalitio vixissent, ita demum vitam solitariam agere statuerent. Sic enim capite primo regulæ suæ scribit : *Monachorum quatuor esse genera manifestum est .... Secundum genus est anachoretarum, id est, eremitarum ; horum qui non conversionis fervore novitio, sed monasterii probatione diuturna, didicerunt contra diabolum multorum solatio jam docti pugnare*, &c.

§. XI. *Pars septima, ex qua cognosci poterit, Constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno tribui debere.*

44. Doctissimus vir Combefisius sæpe quidem & confidenter dicit Basilium constitutionum monasticarum auctorem esse : sed quasi ei satis fuisset, si suam sententiam declarasset, nusquam illam ullis argumentis comprobavit. Neque tamen virum eruditissimum ullius negligentiæ accusatum velim. Nemo enim, qui præstat quod potest, quod quædam non possit, reprehendendus est. Puto autem neque a Combefisio, neque a quoquam ullum argumentum firmum afferri posse, quo non dico constet, sed verisimile fiat, Basilium parentem legitimum esse monasticarum constitutionum. Unde enim, quæso, ejusmodi argumenta peterentur? e veterum scriptorum testimoniis? Sed testimonia omnia quæ proferri potuissent, ambigua sunt, nec magis ex se constitutiones significant, quam regulas e ratione? Sed cui, quæso, Combefisius persuadere potuisset consentaneum esse rationi, adscribi Basilio magno constitutiones monasticas, quas ei nullus scriptor antiquus certo tribuit? cum ipse adjudicari Basilio regulas noluerit, quas ei tamen antiqui mul-

multi auctores disertis verbis attribuebant, Ruffinus, Cassianus, Imperator Justinianus, Photius. e stilo? Sed quæ convenientia inveniri potest, ubi nulla est? Imo non satis est dicere, nullam esse in stilo convenientiam, cum discrepantia maxima sit. Quamquam autem Combefisius nullis argumentis suam sententiam confirmavit, tamen non temere factum puto, ut monasticas constitutiones Basilio tribueret. Cum enim semel in animum induxisset suum, regulas indignas esse, quarum Basilius auctor diceretur, consequens fuit, ut sublatis regulis, ei saltem monasticas constitutiones daret. Et vero tot testimonia veterum, qui ampli cujusdam operis ascetici Basilium auctorem manifeste faciunt, regulas atque constitutiones ei simul adimi non sinunt. Hanc autem Combefisii opinionem nemo, quod sciam, amplexus est. Mihi quidem non ignotum est, videri Scultetum ascetica omnia e Basilianorum scriptorum catalogo prorsus sustulisse: sed neminem novi, qui Combefisii exemplo, regulas in spuriis poneret, constitutiones vero pro Basilii genuino fetu haberet. Adversa igitur sententia omnino vicit, eorum, qui ut regulas, ita & monasticas quoque constitutiones Basilio adscribunt. Ego autem si iis quæ posui principiis stare volo, ut a Combefisio, ita a cæteris quoque dissentire cogor: sed sic tamen, ut si reconciliari me umquam cum Combefisio difficillimum sit, reconciliatum me iri facillime cum cæteris sperem, modo cogitarint me ab ipsis in re levi dissentire. Mihi enim cum illis convenit, quidquid in asceticis insigne est & eximium, omne id ad Basilium magnum pertinere: solas vero monasticas constitutiones ejus esse nego, quæ certe, si cum regulis comparentur, nihil magni aut eximii complecti videbuntur. Nam ut monui, constitutiones monasticæ numquam fortasse neque apud antiquos, neque apud recentiores citantur, cum tamen regulas sæpe citari constet: quod indicio est regulas semper maximo in pretio fuisse, constitutiones non item. Quare non satis queo Combefisium mirari, qui cum aliquod veterum aut recentiorum testimonium ad monasticas constitutiones commendandas afferre debuisset, satis sibi esse credidit, si ipse eas impense laudaret. Causam autem, cur monasticarum constitutionum Eustathium Sebastenum auctorem faciam, vident, opinor, omnes. Cum enim prius pro certo & explorato statuerim monasticas constitutiones & regulas uni & eidem scriptori tribui non posse, eodemque loco affirmarim Basilium parentem esse regularum, consequens est, si mecum consentire velim, ut aliquem constitutionum auctorem, qui Basilius non sit, quæram. Quis autem, quæso, earum auctor verisimilius dici potest, quam Eustathius Sebastenus, qui, ut est apud Sozomenum, librum asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscriptus erat, edidisse a quibusdam credebatur? Nam licere nobis non arbitramur, veterum testimonia, nisi eorum falsitas aliunde manifesto probari possit, pro falsis habere. Cum ergo, ut Sozomenus refert, essent qui librum quemdem asceticum, qui Basilii nomen præferebat, ab Eustathio Sebasteno conscriptum fuisse affirmarent, sequitur, si quis liber sit in asceticis, qui Basilio tribui non possit, eum Eustathio adscribi oportere. Obscurum autem non est, talem esse constitutionum librum. Nam, ut sæpe dixi, non idem auctor est constitutionum, qui regularum. Cum igitur Basilius regularum auctor sit, ipse constitutionum auctor esse non potest. Reliquum est igitur ut constitutionum librum aut ad Eustathium pertinere dicamus, aut ad incognitum auctorem. Sed nemo hactenus, quod sciam, neque monasticas constitutiones, neque ullam aliam asceticorum partem incognito auctori tribuit. Omnes enim, auctoritatem Sozomeni sequuti, ascetica semper aut Basilio adscripsere, aut Eustathio. Et quidem etiamsi eruditi mirifice dissideant inter se de asceticis, in eo tamen omnes prorsus inter se conveniunt, quod eorum aut Basilium auctorem faciant, aut Eustathium; ita ut si quis quid Basilio sustulit, id Eustathio largitus sit. Quod si in manibus essent aliqua alia Eustathii opera, fortassis e stili similitudine ostendi posset monasticas constitutiones ad eum pertinere: sed cum nulla sint, hoc argumentorum genere uti non possumus. Attamen alia adhibere licet non minoris ponderis, aut momenti. Cum enim constet inter omnes ascetica, sive asceticorum partes, aut Basilii esse, aut Eustathii, si probaverimus monasticas constitutiones Basilium auctorem non habere, eas Eustathio tribuendas esse simul probabimus.

45. Probare autem constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno adjudicari oportere, est proprie actum agere. Nam omnia argumenta quibus usi sumus, partim, ut ostenderemus regularum scriptorem alium esse ab eo, qui monasticas constitutiones edidit, partim, ut planum faceremus, dubitari nullo modo posse, quin Basilius parens sit legitimus regularum, si quid probent, probant quoque neces-

satia quadam consequutione, Eustathium Sebastenum constitutionum monasticarum auctorem esse. Etenim si verum est Basilium opificem esse regularum, consequens est ut monasticas constitutiones non ediderit, cum, ut dixi, regularum & constitutionum unus & idem auctor non sit. Cui autem, quæso, melius adscribi poterunt constitutiones monasticæ, quam Eustatbio, cui omnium consensu tribuendum est quidquid in asceticis Basilianum non est? Ex quibus perspici potest quæstionem, quam hic solvendam nobis proponimus, totam pendere ex iis locis, ubi, ut mihi quidem videtur, satis perspicue probavi & Basilium regularum legitimum parentem esse, & constitutionum monasticarum auctorem alium esse ab eo, qui regulas conscripsit; ob idque velim maxime ea præfationis pars paulo attentius legatur. Interim, ut magis intelligatur monasticas constitutiones non immerito a nobis Eustathio Sebasteno tribui, hic eorumdem argumentorum, quæ jam ante protuli, quasi epitomen quamdam ob oculos ponendam esse judicavi. Notarunt ante nos & alii, regularum auctorem anachoretis infensissimum fuisse, viderique hujusce vivendi generis pericula incommodaque ita exaggerasse, ut modum excedere videatur, cum tamen constitutionum scriptor sic eis faverit, ut mediam sui operis partem totam eorum causa composuerit. Liquet autem ex Basilii epistolis, summum hunc virum anachoretarum vivendi rationem non probasse, ob idque jure ac merito dici debere regularum auctorem. Nam hoc modo constabit præstitisse se eumdem tam in regulis quam in epistolis, hoc est, anachoretarum exagitatorem osoremque. Quomodo vero fieri potuisset ut Basilius, cui certe anachoretarum institutum non placebat, scripsisset constitutionum librum, in quo illa vivendi ratio maxime probatur? Restat igitur ut hic liber reddatur suo auctori Eustathio, qui, quidquid in âsceticis Basilii non est, ejus auctor semper ab omnibus habitus est. Insperguntur in regulis nonnulla, quæ severitatem quamdam redolent, non aliter atque in quibusdam Basilii scriptis: a qua severitate longissime abest constitutionum auctor: ergo non unus & idem est regularum & constitutionum scriptor, sed duo, quorum alter paulo severior, alter paulo indulgentior videri poterat. Ergo Basilius regularum auctor est, cum & in aliis suis scriptis severitatis non mediocris monimenta certa reliquerit: constitutnionum autem legitimus parens est Eustathius, cum si quid in asceticis sit, quod Basilii non sit, ejus opifex esse ab omnibus eredatur. Ita scriptæ sunt regulæ ut refertæ sint Scripturarum testimoniis? idcircoque Basilius, qui in suis libris sacras Scripturas passim citabat., putandus est composuisse regulas, non autem constitutiones, in quibus ejusmodi testimonia raro adhibentur. Nulli ergo alteri rectins adscribi potest constitutionum liber, quam Eustatbio, cni tribui debet quidquid in asceticis Basilianam scribendi rationem non sapit. Familiare est constitutionum scriptori, cum monasticum vivendi genus significare vult, vocibus aut φιλοσοφία, aut φιλόσοφος, aut φιλοσοφεῖν uti: quas tamen voces invenire non est apud Basilium hoc sensu acceptas. Non male igitur constitutionum liber adjudicabitnr Eustatbio, qui, quod in asceticis a Basiliano scribendi genere alienum est, suo quodam jure, eoque antiquo, sibi vindicat. Simile est quod sequitur. In memoriam igitur revocandum qnod dixi, verbum ποιεῖσθαι ita in constitutionibus adhiberi, nt ipsis etiam locis, ubi tempore passivo ponitur, tamen significationem passivam servet: cujus rei suo loco multa exempla protulimus. Hic autem verbi ποιεῖσθαι usus Basilianus non est, Eustathianus igitur, cum Eustathiana esse ab omnibus dicantur, quæ non Basiliana esse noscuntur.

46. Quanta sit antiquorum scriptorum auctoritas in ejusmodi quæstionibus persolvendis, nemo, qui paulum modo humanior est, ignorat. Basilio autem regulas antiquissimi & locupletissimi auctores tribuunt, Ruffinus, Cassianus, Imperator Justinianus, Photius. Projnde cum nulla causa sit, cur ab hac priscornm scriptorum opinione discedamus, regulas Basilio adjudicari æquum est. Cum igitur satis constet ex dictis, ut mihi quidem videtur, regularnm scriptorem alium esse ab eo, qui constitutionum librum edidit, nec Basilius earnm opifex dici possit, qui scilicet ex veterum sententia regulas confecerit, certe hic constitutionum liber jure adscribitur Eustathio, quem omnes facile fatentur auctorem esse eorum asceticorum, quorum Basilius auctor non est. Regulæ, si res ipsa diligenter consideretur, opus sunt longe & doctius & perfectius, quam monasticæ constitutiones. Cum ergo ex bis duobus operibus, ut sæpius monui, alterum Basilio, alterum Eustathio adscribi oporteat, convenit præstantiori Basilio tribui regulas, quæ præstantiores sunt, Eustathio vero minus præstanti monasticas constitutiones, quas nullus æquus rerum æsti-

æstimator minus præstantes esse inficiabitur. Universe dici potest regulas ita conscriptas esse, ut ipsa scribendi ratio Basilii phrasim plane redoleat. Neque in hoc mihi fidem haberi volo; sed gravi & erudito scriptori Photio, qui in regulis stilum Basilii & manum agnovisse se testatus est. Sunt præterea in regulis peculiares quædam Basiliani stili notæ, quas qui serio attenderit, eum ipsarum auctorem esse facile fatebitur. Qualis est hæc dicendi formula, *Ego vidi*, aut, *ego novi*: qua familiariter uti solitum Basilium annotavimus. Similiter suo loco monuimus, Basilium, cum de aliqua re disseruisset, hac concludendi ratione maxime delectari, καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον, vel, τὰ μὲν οὖν περὶ τοσούτου, vel alio simili modo. Hoc autem dicendi genus in regulis quoque usurpatur. Haud dissimile est quod adscribam. Scripturam sacram significare volens Basilius, ita loquutus est, παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *tradit fortasse pietatis sermo*. Ita autem loqui quoque regularum auctorem ad idem significandum constat. Basilius in suis libris non raro monet alios interpretes aliter quædam Scripturæ loca interpretari: quod etiam fecit qui regulas in lucem edidit. Has dicendi formulas, τὸν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι, & ejusdem generis alias sæpius in regulis inveniri aliquanto ante multis exemplis ostendi. Eodem autem illo in loco ostensum est Basilium, cum principium Proverbiorum explicaret, non aliter loquutum fuisse. Ex quibus omnibus perspici potest, Basilio tribuendas esse regulas, in quibus Basiliani stili monimenta multa exstant, non autem monasticas constitutiones, in quibus ne vestigium quidem illius ullum reperitur. Sed si regulæ semel Basilio adscribantur, superest ut Eustathius ob eam quam sæpius protuli causam constitutionum monasticarum auctor esse dicatur. Præterea notum est & confessum, optimum scriptorem Basilium argumentum quod semel disquirendum suscepisset, ita tractare, ut numquam aliud agat, numquam a proposito aberret, numquam omittat quidquam eorum, quæ ad rem pertineant. Ita autem scriptus est constitutionum liber, ut ejus auctor aliud egerit, aberraveritque a proposito, nec quidquam dixerit eorum, quæ ad rem pertinerent. Et vero nisi docuisset ipse, scripsisse se primam sui operis partem ad anachoretas instituendos, id prorsus ignoraremus. Quæcumque enim in prima illa monasticarum constitutionum parte leguntur, hoc est, in primis totis septemdecim capitibus, ea non magis ad anachoretas spectant, quam ad cœnobitas: imo vero plura sunt, quæ ad Christianos omnes referri possunt. Cui ergo persuaderi poterit, Basilium, qui a proposito declinare non solebat, ejusmodi libri architectum esse, in quo nihil proprium invenitur eorum, quorum gratia conscriptus fuisse dicitur? Certe, quantum ego auguror, si Basilius auctor esset constitutionum monasticarum, monita, consilia, præcepta multa tradidisset, quibus anachoretæ partim ad proprias ejus status virtutes excolendas excitarentur, partim admonerentur, ut hujus instituti pericula, quæ magna & multa sunt, vitarent: quod cum factum non sit, inde colligi debet, hunc librum tribui non posse Basilio, qui de quacumque re disserebat diligentissime, sed alteri auctori, qui tantam diligentiam in scribendo non ponebat. Recte ergo fecerimus, si constitutiones monasticas Eustathio adjudicemus, imitemurque doctissimos quosque omnium ætatum homines, qui, si quid putarunt Basilii non esse in asceticis, id episcopo Sebasteno adscribi oportere pronuntiarunt.

47. Libet alia quædam loca proponere, e quibus quisque facile intelligat Basilium constitutionum monasticarum auctorem vere dici non posse. Primum exscribam, quod in procemio legitur, πρόφασις μὲν οὖν, ὡς τὰ πολλὰ, τοῖς ἀνθρώποις τῆς περὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονὰς καὶ φροντίδας, ὁ γάμος. οὔτε γὰρ τῆς τοῦ θήλεος ἐπιθυμίας ἀνδράσιν, ἢ γυναιξὶ τῆς τοῦ ἄρρενος σφοδροτέραν καὶ βιαιοτέραν ἄλλην τις ἂν ἐγκειμένην τῇ φύσει τοῦ σώματος — καὶ μάλα γε εἰκότως, οἷα δὴ περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων βλάστησιν ἐπισπεύδειν πεφυκυῖαν, &c. *Conjugium autem, ut plurimum, causa est hominibus & occasio cupiditatis illius, quæ circa voluptates mundanas ac curas versatur. Neque enim cupiditas ulla, quæ naturæ corporis insita sit, umquam reperiri potest vehementior violentiorque, quam ea est, qua viri feminas, aut feminæ mares appetunt; idque non mirum, cum ipsa suapte natura ad liberorum procreationem tendat*, &c. Quid, quæso, attinebat monachos instituturum ita præfari? Basilium, meo quidem judicio, talia scribere puduisset. Auctor primo capite, ita loquitur, διὰ τοι τοῦτο καὶ ἐνανθρωπῆσαι... ἵνα κατὰ δύναμιν ἕκαστος καὶ ἑκάστη ὁρῶντες, ζηλώσωμεν τὸ ἀρχέτυπον. *Quapropter... etiam naturam humanam assumsit, ut unusquisque & unaquaque ad id respicientes, pro viribus archetypum & exemplar imitaremur.* Illud autem ἕκαστος καὶ ἑκάστη, Basilianum non est. Etsi enim orator optimus multis admodum locis voce ἕκαστος utitur, nusquam tamen, si bene memini, vocem ἑκάστη addidit,

Digitized by Google

dilucidissime solvantur, difficillima Scripturæ loca explicentur breviter simul & perdiligenter, & ubique saluberrima utilissimaque præcepta ad componendos mores tradantur. Ruffinus Cassianusque & Photius, cum de regulis loquerentur, horum Scripturæ locorum meminerunt; nec immerito, cum Basilii regulæ non aliunde magis quam ex illis testimoniis ab aliorum asceticis distinguantur. Qua igitur ratione potuisset Sozomenus de his testimoniis tacere, nec ullam mentionem facere eorum, quæ regularum propria sunt, si ipsas eo, quem exscripsi, loco indicare sibi proposuisset. Non igitur Sozomeni verba accipienda sunt de regulis, ad quas apte referri non possunt, sed de constitutionum monasticarum libro, ad quem optime accommodantur quæcumque Sozomenus hoc loco scripsit. Nunc autem quinam illi essent, qui asceticum illum librum nomine Basilii inscriptum Eustarhio adjudicari oportere affirmarent, meriro quæri potest. Fuisse arbitror illius ætatis eruditissimos quosque atque studiosissimos, qui, cum assidui essent in volvendis auctorum libris, fortasse antiqua quædam monasticarum constitutionum exemplaria invenissent, in quibus pro Basilii nomine nomen Eustathii positum esset: aut certe qui cognovissent ex stili dissimilitudine, ejusmodi opus ad Basilium pertinere non posse; ob idque judicassent illud adscribi debere Eustathio, quem alicunde rescivissent scriptum aliquod asceticum in lucem edidisse. Nec enim res talis sine causa affirmari potuit. Alii vero qui in legendis auctoribus minus versati essent, falsa libri inscriptione delusi, facile mera Eustathiana Basilio magno adscripserunt. Sed fortasse dicet aliquis: si qua olim exstitissent exemplaria, in quibus pro Basilii nomine nomen Eustatbii scriptum esset, cur nulla ejusmodi exemplaria hodie in bibliothecis reperiuntur? Mihi verisimile fit, si quando tales libri exstiterint, librarios, qui male audire Eustathium viderent, vererenturque, ne, si illius nomen in iis quæ exscribebant exemplaribus cerneretur, minoris libros suos venderent, propterea de industria nomen tam mali ominis prorsus rescidisse. Quid tandem sentiam de primis illis Sozomeni verbis, *Apud Armenios vero & Paphlagonas & accolas Ponti, Eustathius Sebastiæ in Armenia episcopus, monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur*, nunc aperiam. Mihi igitur satis probabile videtur, pauca quædam monasteria ab Eustathio constructa fuisse in Armenia, &, si quis ita velit, in Paphlagonia: in quibus Eustathiana vivendi norma ob viri malam famam non diu vigoerit, & in quæ pro Eustathiano Basilianum institutum brevi introductum sit, ob magnam scilicet sanctissimi ac eruditissimi Patris apud omnes existimationem. Quod autem additur de accolis Ponti, id Ruffinus, qui Basilii æqualis erat, falsum esse docet. Ita enim lib. II. cap. IX. loquitur. *Basilius Ponti urbes & rura circumiens, desides gentis illius animos, & parum de spe futura sollicitos stimulare, verbis & prædicatione succendere, callumque ab his longæ negligentiæ cœpit abolere, subegitque, abjectis inanium rerum & secularium curis, sui met notitiam recipere; & in unum coire, monasteria construere, psalmis & hymnis & orationibus docuit vacare; pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt præbere; virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita brevi permutata est totius provinciæ facies, ut in arido & squalenti campo videretur seges fecunda, ac læta vinea surrexisse*. Hoc idem confirmavit & Socrates, qui lib. IV. cap. XXVI. ita scripsit: δεδιὼς γὰρ μή πως Ἀρειανὴ καινοτομία καὶ τὰς κατὰ τὸν Πόντον ἐπινεμηθῇ ἐπαρχίας, δρομαῖος ἐπὶ τὰ ἐκεῖ μέρη διέβαινεν· ἐκεῖ τε ἀσκητήρια συστησάμενος, καὶ κατηχήσας τοὺς ἄνδρας ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, τοὺς σαλευομένους ἐστήριξε. *Veritus enim (Basilius) ne Ariani dogmatis novitas Ponti quoque Provincias depasceretur, celeriter ad eas partes se contulit. Cumque illic monasteria constituisses, & cunctos suis prædicationibus instituisset, nutantes eorum animos confirmavit*. Prætereaque si quis velit panca quædam monasteria in Ponto etiam ab Eustathio instituta fuisse, qoorum ipse jure auctor dictus sit, non pugnabo ego; nec enim video quid inde nostra sententia lædi possit. Etenim non nego Eustathium monasteria aliqua hic illic initio instituere potuisse: sed dico, si res ita sit, mihi certissimum videri, Eustathianam illam vivendi normam in illis monasteriis parum diu viguisse ob hominis odiosissimum nomen, eique Basilianam statim subrogatam fuisse, ob piissimi ac doctissimi scriptoris famam.

§. XI. *Pars octava, in qua de Epitimiis disputatur.*

49. Epitimia, de quibus differere nunc aggredior, non eodem loco in editione Parisiensi leguntur: quod ita factum est, ut ea quæ vera ac germana esse putabantur, a falsis atque adulterinis secernerentur. Ego autem qui de omnibus idem judicium tuli, omnia

omnia simul edenda esse censui : eo magis quod in uno codice Regio continentes legantur. Ordo quidem postulabat, ut prius de epitimiis agerem quam de monasticis constitutionibus, cum ea ante ipsas posuerim : sed quoniam argumenta quibus usus sum partim in probandis regulis, partim in repudiandis constitutionibus, erant ejusmodi, ut alia ab aliis penderent, idcirco ea continua oratione proponere constitui ; verebar enim ne si a se invicem divellerentur, ipsorum vis ac pondus minueretur. Hæc igitur causa fuit, cur in hunc locum epitimia rejecerim. Ita autem sentit doctissimus vir Combefisius, ut omnia hæc epitimia Basilii potius quam alterius esse putet : alii vero duntaxat eorum partem Basilio tribuunt. Quid autem de epitimiis sentiam ipse, aperire non omittam. Sed antequam rem aggrediar, existimavi, ne aliqua confusio suboriretur, epitimia illa in tres classes dividenda esse. Prima, priora undecim nostræ editionis epitimiá complectetur : secunda, reliqua omnia ad usque sexagesimum : tertia comprehendet alterius generis epitimia, quæ a nescio quibus ita inscripta sunt, *ἐπιτίμια εἰς τὰς κανονικάς*, *Epitimia in canonicas*. Epitimia primæ & tertiæ classis tamquam genuina in Parisiensi editione posita sunt ante monasticas constitutiones : at epitimia secundæ, tamquam adulterina post ipsas rejecta sunt. His dictis, disputationem ingrediamur. Arbitror quidem epitimia omnia supposititia esse atque adulterina, sed ita tamen, ut alia aliis pejora sint, majoresque ac evidentiores peregrinitatis notas præ se ferant. Ad quod genus referenda esse puto ea, quæ in secunda classe collocavimus : at primæ ac tertiæ classis epitimia, & ipsa quoque meo quidem judicio spuria sunt & peregrina : sed, ut dixi, minota νοθείας indicia præferunt. Incipiam ab epitimiis primæ ac tertiæ classis : postea de secunda classe disputabo. Primum ejusmodi epitimiorum antiquus nullus scriptor mentionem umquam fecit : deinde in uno duntaxat aut altero veteri libro reperiuntur. Accedit, quod multa aut nove dicta sint, aut novo quodam modo accipiantur. Exempla, ut quidque occurret, proferam. Sic igitur in quarto primæ classis epitimio scriptum invenitur, *εἴ τις ὑβρίζοι ἢ ἀντιλέγοι ..... καὶ μὴ ὑπακούει μετὰ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ χαρᾶς, ὡς πληροφορῶν αὐτόν* : ubi verbum *πληροφορεῖν* sumi videtur pro eo, qnod est, *nimium in se confidere, & in suo sensu abundare*, cum tamen apud Basilium pro *persuadere*, aut *certiores facere* usurpari soleat. Verba quæ mox exscribam sumta sunt ex epitimio octavo. Ibi autem ita legitur *εἰ δὲ τούτων γινομένων ἀμελοίη τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, χωριζέσθω ὁ τοιοῦτος τῆς συνοδίας παντελῶς, μικρὰ γὰρ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, κατὰ*
Gal. 5. 9. *τὸν εἰπόντα ἅγιον*. *Quod si his factis neglexerit suam salutem, separetur prorsus qui est ejusmodi a communitate, nam* modicum fermentum totam massam corrumpit, *ut sanctus dixit* : ubi duo non Basiliana esse judico. Etsi enim Basilius passim sermonem instituit de communitate, seu de ipso fratrum conventu, nusquam tamen, ut jam monui, in asceticis suis genuinis voce *συνοδία* usus est. Illud quoque *κατὰ τὸν εἰπόντα ἅγιον*, adulterinum esse mihi videtur. Basilius enim, ubi citat apostolum Paulum, citat autem sæpissime, tamen nullo loco simpliciter dixit, *ὁ ἅγιος*. Imo etiam epithetum illud, *ὁ ἅγιος*, nusquam apud Basilium ubi de Paulo apostolo sermo habetur, adhibitum fuisse invenitur. Et illud addere possim, quod Basilius cum testimonia quædam e Scriptura profert, scriptores sacros in fine periodi nominare non soleat. Ergo si horum epitimiorum esset auctor, omissa voce, *ἅγιος*, qua de Paulo loquens non utebatur, ita potius scripsisset, *χωριζέσθω ὁ τοιοῦτος τῆς συνοδίας παντελῶς, κατὰ τὸν εἰπόντα, μικρὰ ζύμη*, &c. *separetur prorsus qui est ejusmodi a communitate, juxta eum qui dixit*, modicum fermentum, &c. Nec prætereundum silentio, vocem *συνοδία* in epitimio undecimo repeti : quæ vocis insolitæ repetitio, horum epitimiorum peregrinitatem magis ac magis indicat.

50. Hactenus de prima classe epitimiorum : nunc de tertia differendum. Et hic quoque paucis absolvam. Sane non video causam ullam, cur hujus classis epitimia probarentur, cum priora prius repudiata sint; nam de omnibus pariter siletur apud antiquos. Omnia in uno duntaxat aut altero veteri libro inveniuntur. Præterea cum oculos conjicio in epitimium secundum, mihi persuadere non queo ejusmodi epitimia Basilii magni esse. In eo autem ita legitur, *ἡ βλασφημήσασά τινα τῶν πρεσβυτίδων τῶν πεπιστευμένων διατυποῦν τὰ ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν*. *Quæ maledixit alicui ex sororibus quæ rebus asceterii regendis præponuntur, cæterarum privetur consortio hebdomadam unam*. Illud enim *ἀσκητήριον* insolite dictum est, nec usquam, opinor, ea voce in suis asceticis genuinis usus est Basilius. Ita scriptum est epitimium decimum tertium, ut verborum ordo non parum displiceat. Sic autem legitur *ἡ καταφρονητικῶς, μετὰ δῆθεν ἡσυχίας μὴ πληροῦσα τὸ ἐπίταγμα, ἀφοριζέσθω*, &c. ad verbum, *Quæ contemtim, cum quiete videlicet non implet præceptum, cæterarum consortio privetur*,

vetur, &c. Ubi vocula μὴ posita est loco non suo. Sic enim potius scribi oportuisset, ἡ καταφρονητικῶς, μὴ δῆθεν μετὰ ἡσυχίας πληροῦσα τὸ ἐπίταγμα, &c. quod ad verbum ita interpretari licuisset, *Quæ contemtim, non autem quiete & silentio implet præceptum*, &c. atque hoc pacto vox quælibet tam græce quam latine locum suum obtinuisset. Nec magis placet quod in epitimio decimo septimo legitur, in quo ita scriptum est, ἡ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῶν συνάξεων ὁμιλοῦσά τινι τῶν ἔξω γυναικῶν, ἀφοριζέσθω, &c. *Quæ post absolutas synaxes cum aliqua externa muliere confabulatur, separetur*, &c. Illud enim τῶν συνάξεων præter Basilii consuetudinem positum est: qui etsi communionis sacræ crebro mentionem facit, nusquam tamen, quod quidem sciam, voce σύναξις utitur.

51. Quod jam ad epitimia secundæ classis attinet, talia sunt, ut mirum sit eruditissimum virum Combefisium ejusmodi epitimia pro veris ac germanis agnovisse, aut certe in eam opinionem valde propendisse. Cum enim dixisset epitimia quæ in Parisiensi editione diversis locis posita sunt, in suo veteri libro continenter legi, sic loquitur: *Mazarini codex omnia simul complexus est, eidemque adscripsit vero aut existimato Basilio; ac potius vero, subnectens iis opusculis quæ communiter in Basilii magni genuinis numerantur.* Et vero quot sunt voces in hac epitimiorum classe, tot sunt fere peregrinitatis notæ: qood ex eorum lectione facile a quovis cognosci potest. Hic monere volo, hujus secundæ classis epitimium primum in nostra editione duodecimum esse. In eo autem ita legitur, εἴ τις ἐξέλθοι τοῦ μοναστηρίου, μὴ λαβὼν εὐλογίαν, ἢ ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιμανδρίτου μετὰ εὐχῆς, ἔστω ἀκοινώνητος. *Si quis egrediatur e monasterio non accepta benedictione, aut non dimissus ab archimandrita cum precatione, a cæteris sejungatur.* Certe præstare ausim, duas has voces, μοναστήριον & ἀρχιμανδρίτης, quæ non hic solum, sed in aliis etiam epitimiis sæpe leguntur, nusquam apud Basilium reperiri. Addere possim & alia vocabula non pauca in iisdem illis epitimiis passim occurrere, quæ si non omnia, at pleraque tamen minus adhuc Basiliana esse videbuntur. Qualia sunt hæc, ἀρχικουνίτης, κούκιον, ἀπειλογίας, μαφόριον, ὄρδινος, ἡσυχαστής, ὀσπίτιον, ἀρχιεβδομαδάριος, quæ voces cum aut latinæ sint, aut valde insolitæ, novi aliquid simul & peregrini manifeste indicant. Et vero si Caroli Cangii glossarium græcum legatur, ibi horum epitimiorum non minimam partem e veteri quodam Pœnitentiali græco citatam intueri licebit. Ejus quam dixi rei exempla duo e voce ἡσυχαστής proferam: si cui libuerit videre plura, alias quas mox notavi voces in ipso glossatio quærere poterit; hacque brevi ac facili via inveniet quod quærit. In eo igitur glossario ita scriptum est, ubi vocis ἡσυχαστής declaratio traditur, εἴ τις εὑρεθῇ λαλῶν εἰς τὰ κελλία, ἐκτὸς τῶν ἐπιτεταγμένων αὐτῷ, ἢ τῶν ἡσυχαστῶν, γινέσθω ἀπειλογίας. Rursos, εἴ τις ἀσθενῶν, μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν τὴν μετὰ τὸ ὄρθρινόν, εἰσέρχεται εἰς τὸ νοσοκομεῖον, ἐκτὸς τῶν ἡσυχαστῶν καὶ τῶν τὴν φροντίδα ἐγκεχειρισμένων, γινέσθω ἀπειλογίας. Horum autem epitimiorum primom, in nostra editione quadragesimum quartum est, secundum, quartum & quinquagesimum: Ex quibus satis intelligitur ejusmodi epitimia non Basilio; sed recentiori cuipiam scriptori tribuenda esse.

§. XI. *Pars nona, ubi expenduntur opuscula duo, quæ Combefisius non ita pridem in suo Basilio recensito pro novis ac genuinis edidit.*

52. Horum opusculorum primum ita exorditur, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος, ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἠκούσατε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων· καὶ τοῦ ἀποστόλου, τῆς σιωπῆς τὸ κρίμα φοβερὸν δεικνύντος, &c. *Cum Dominus noster Jesus Christus præcipiat*, Quod vobis dico in tenebris, dicite in luce; & quod auditis in aure, prædicate super tecta: *Apostolus item silentii tremendum judicium ostendens*, &c. Ita autem desinit, ἵνα πληρωθῇ ἐν ὑμῖν τὸ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον, ὅτι ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις οἵ τινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι, *quo in vobis impleatur illud Apostoli*, Hæc commenda fidelibus hominibus, qui & alios docere erunt idonei: Hic quæstio est, fueritne hoc opusculum conscriptum ab eo, qui asceticum, quod vocant, in lucem edidit, an ab aliquo, qui ascetici auctor falso haberi voluerit. Meminisse autem juvat non intelligi proprie ascetici nomine omnia scripta ascetica, sed dumtaxat libello de judicio ac de fide, moralia & regulas tam breviores quam longiores. Ex quo fit, ut si hæc lucubratiuncula vera sit & genoina, necessario aut Basilio tribuenda sit, aut Eustathio, cum alteruter asceticum eo quem dixi modo acceptum vulgasse ab omnibus credatur. Combefisius nullo modo dubitat quin hæc locobratiuncula vera sit ac germana: Tillemontius vero eam quidem pro vera habuit, sed ita tamen, ut non obscure indicatet se non longe abesse ab eorum opinione, qui

aliter sentirent. Ait enim se in ipsa parum & ignicolorum & elegantiæ Basilii vidisse. Ego autem non dicam videre me in hoc opusculo parum Basiliani stili: sed affirmabo potius me nihil omnino in eo invenire, quod tanti viri phrasim vel paululum sapiat. Sermo humilis est & abjectus. Verborum constructio in aliquibus locis nulla. Sententiæ obscuræ. Sermonem abjectum esse & humilem nemo, opinor, homo, qui hoc epistolium legerit, inficiabitur. Imo etiam id ita esse, ex eis quæ mox exscribam fragmentis facile a quovis intelligi poterit. Jam unum aut alterum locum proferam, ut verborum constructionem alicubi nullam esse probem. Ita igitur auctor scripsit, προσθήσεται δέ μοι τὸ κρίμα· πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν καὶ τὸν κίνδυνον τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἑκάστου πρὸς τὸ ἔργον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως· δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀποδείξεις περὶ τοῦ πᾶσαν παράβασιν ἐντολῆς Θεοῦ σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικήσαντος· ὥστε, &c. quæ verba sic latine reddidit Combefisius: *Hinc vero ejusque rei ratione adjungam; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum tantæ ecclesiarum Dei ac cujusque rebus agendis dissonantiæ ac dissensionis; tum deinde certas ex divina Scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur, in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque districtione animadvertere, ut*, &c. Illud, πρῶτον μὲν τὴν, &c. verbo caret: quod judicium ferendum est quoque de illo, δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου ... φοβερῶς ἐκδικήσαντος. Scio quidem aliquid ab homine docto suppleri posse: sed nemo non videt ellipsim hoc loco & violentam esse, & a Basilii perspicuitate alienam. Ab his non multum abludit quod sequitur: μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμολογίαν· ἔπειτα, &c. Ad verbum: *Postea piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, & Spiritu sancto confessionem complectetur: tumque*, &c. Hactenus nulla mentio facta est de ullo scripto, quod ad rem pertineat: & tamen auctor, quasi nominativus ex superioribus suppleri posset ac deberet, sic incipit, μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν, &c. Scriptor paulo diligentior ita loquutus fuisset, μετὰ ταῦτα ἄλλη ἡ βίβλος περιέξει τὴν, &c. *Postea alius libellus complectetur*, &c. Sub finem cum auctor sermonem instituisset de moralibus, ita persequutus est, ἐν οἷς τότε ἀπηκριβωμένον καὶ ἀκριβῶς κεκαθαρμένον τῆς πολιτείας διαφανήσεται· καὶ τὸ, ὢν οὕτως εἴπω, ἀξίωμα τῶν ἐνταῦθα παρεπόντων ἐκλάμψει, quem locum idem Combefisius ita interpretatus est, *in quibus exculta atque exacte depurgata disciplinæ ratio elucescet; eorumque, ut sic dicam, qui hic discipuli sequuntur dignitas per splendescet.* Ubi in ultimis verbis græcis obscuri aliquid deprehendo. Illud enim καὶ τὸ, ὢν οὕτως εἴπω, ἀξίωμα τῶν ἐνταῦθα παρεπόντων ἐκλάμψει, ita simpliciter dictum non satis perspicuum videtur, &, nisi vox aliqua suppleatur, vix intelligi potest. Ad verbum, *eorumque ut ita dicam, qui hic sequuntur, dignitas splendescet*. Combefisius, ut ex ejus interpretatione liquet, vocem μαθητῶν supplevit: quod non fecisset, nisi credidisset verba græca per se obscura esse, ob idque, ut intelligerentur, aliquid necessario suppleri debere. Notandum præterea id quod maxime ad rem facit, hoc opusculum vere epistolam esse. Ita enim auctor loquitur, ἀναγκαῖον ἐνόμισα γράψαι πρὸς τὴν πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ ἀγάπην, &c. *necessarium putavi, ut ad vestram omnium in Christo charitatem scriberem*, &c. Velim igitur, si quis adhuc dubitet hæreatque, hanc epistolam cum genuinis Basiliis epistolis comparet, statimque, nisi valde fallor, animadvertet eam ab illis & perspicuitate, & elegantia, & urbanitate, &c. ut verbo dicam, toto scribendi genere prorsus differre. Certe cum ita lego ipso initio, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος, ὃ λέγω ὑμῖν.... καὶ τοῦ ἀποστόλου τῆς σιωπῆς τὸ κρίμα φοβερὸν δεικνύντος, δι' ὧν φησὶ πρὸς τοὺς Ἐφεσίων πρεσβυτέρους, διαμαρτύρομαι ὑμῖν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, &c. *Cum Dominus noster Jesus Christus præcipiat*, Quod vobis dico.... *Apostolus autem silentii tremendum judicium ostendat, dum sic Ephesiorum presbyteros alloquitur*, Contestor vos hodie, &c. mihi quidem facile persuadeo hoc epistolium scriptum fuisse ab aliquo, qui Basilii regulas diligenter legisset, (nam in illis ita fere aliquando loquitur Basilius:) sed puto hunc hominem, quisquis est, numquam ejusdem Basilii epistolas legisse, aut certe eas imitari non potuisse. Nullam enim Basilii epistolam esse, quæ hoc vel simili modo incipiat, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος..... καὶ τοῦ ἀποστόλου, &c. affirmare ausim. Et quidem in indice græco Basilianarum epistolarum qui ad calcem editionis Parisiensis locatus est, nihil tale invenio.

53. Nunc conjecturam quamdam meam de hoc epistolio proponere libitum est: sed si prius monuero, hoc idem epistolium, quod pro novo Combefisius edidit, jampridem in Veneta editione vulgatum fuisse. Suspicor igitur has literulas antiquas non esse, sed longe post Basilii ætatem ex Photii bibliotheca effictas fuisse, & expressas. Qua de re ut cuique existimare liceat, utriusque scriptoris verba subjiciam. Ita igitur Photius loquitur, ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτῷ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς

τοσαύ-

τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ϗ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε ϗ διαστάσεως. δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς ϗ φοβερῶς ἐκδικεῖται· ϗ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν γραφῶν. τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν ὑπεραγίαν τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν ϗ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας. ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη ϗ σύντομον παρατίθεται, ϗ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. εἶτα, &c. *Igitur primus ejus liber continet, quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii. Deinde, quod omnis præcepti divini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e Scripturis sacris demonstratum. Tertio, de fide nostra catholica, sive de pura nostra & sincera confessione sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque exponit: similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo evangelio præfecti sunt. Deinde,* &c. Ita autem in epistolio scriptum est, προστεθήσεται δέ μοι τὸ χρῆμα, πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν ϗ τὸν κίνδυνον τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ϗ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε ϗ διαστάσεως. δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀποδείξεις περὶ τοῦ πᾶσαν παράβασιν ἐντολῆς Θεοῦ σφοδρῶς ϗ φοβερῶς ἐκδικήσαντος .... μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θεοῦ ϗ πατρὸς, ϗ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ ϗ Θεοῦ, ϗ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμολογίαν ..... ἐπὶ τούτοις οἱονεὶ χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη ϗ σύντομον ὅρου τύπον ἔχοντα πειράσεται δοῦναι ἡμῖν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ὁ λόγος, ϗ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, &c. *Hinc vero ejusque rei ratione adjungam; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum tantæ ecclesiarum Dei & alterius cum altero dissensionis atque dissidii; tum deinde certas ex divina Scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque districtione animadvertere..... Ad hæc, piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, nec non Spiritu sancto confessionem liber complectetur.... ac præterea, compendiosum brevemque velut characterem hominis Christiani, definitionis forma ex Scripturis sacris conabitur dare; affinemque rursus characterem præpositorum sermonis,* &c. Velim igitur utriusque scriptoris verba inter se conferantur: quod si quis fecerit, animadvertet easdem voces utroque in loco hic illic adhiberi, quales, sunt, αἰτία, κίνδυνος, γραφὴ, ἀπόδειξις, παράβασις, ἐντολὴ, σφοδρῶς, φοβερῶς, ἐκδικεῖν; ob idque fortasse suspicari incipiet, hunc vel illum scriptorem plagiarium fuisse. Sed si paulo attentius consideraverit tum illud, τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ϗ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε ϗ διαστάσεως, (ita enim plane legendum est, ut in Veneta editione, non πρὸς τὸ ἔργον ut apud Combefisium), tum illud, οἱονεὶ χαρακτῆρα χριστιανοῦ κεφαλαιώδη ϗ σύντομον .... ϗ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, facile opinor, sibi persuadebit, alterum ab altero nonnulla aperte ad verbum sumsisse. Cui autem verisimile fiet, doctissimum virum Photium, eumdemque scribendi peritissimum, a nescio quo non pauca ad verbum mutuatum fuisse: quod eo minus probabile videbitur, quia hoc epistolium pessime conscriptum est. Reliquum est igitur, ut epistolii scriptor plagiarius fuisse dicatur. Sed fortasse quæret aliquis, quo consilio scriptum fuerit hoc epistolium. Puto hominem cætera simplicem & bonum, qui ἀσκητικὸν a nonnullis ob Sozomeni locum Eustathio tribui videret, tentare voluisse, si epistola sua pro vera Basilii epistola haberi posset, sicque illud consequeretur, ut omnes tandem Basilium ejus quod mox dixi scripti auctorem esse uno ore confiterentur. Pauca, nisi actum agere velim, de altero Combefisii opusculo dicam. Nam & ipsum quoque jamdudum in editione Parisiensi vulgatum est, sed ita tamen, ut ibi aliter, aliter apud Combefisium inscriptum sit. Ita enim in editione Parisiensi inscribitur ὁμιλία λα΄. λόγος περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. *Homilia XXXI. De libero arbitrio sermo:* apud Combefisium vero, hoc modo, τοῦ αὐτοῦ πρόλογος ἀσκητικός. *Basilii magni prologus asceticus*. Combefisium, qui ut cæteras, ita hanc ipsam homiliam trigesimam primam in suo Basilio recensito aliquibus locis emendaverat, fallere potuit inscriptionis varietas: ut ut hæc sunt, nihil hic dicendum de hoc opusculo Combefisiano arbitramur, cum illud jam in antecessum, ubi nobis de eadem illa oratione trigesima prima sermo erat, in spuriis atque adulterinis posuerimus. Hic tandem disputationibus asceticis clausulam imponam, si prius hoc unum addidero, primum libellum a Combefisio e duobus libris veteribus Regiis, alterum ex uno itidem Regio editum fuisse.

§. XII. *Basilio ne tribuendi sint duo de Baptismo libri, necne.*

54. Quod ait doctissimus vir Ludovicus Dupinus, duos hos de baptismo libros nusquam apud antiquos laudari, eo nihil verius dici potuit: sed quod addidit, eosdem a

 nemi-

nemine in dubium revocari, id non vere dictum fuisse constat. Combefisius enim suspectos ipsos habuit: cujus verba referre non pigebit. Vir igitur eruditissimus cum in his libris adverbia quædam animadvertisset, qualia sunt, ὁριστικῶς, πολυτρόπως, ἐντρεπτικώτερον, φανερῶς, & alia ejusdem generis multa, ita loquutus est, *Affectatior quam soleat, hisce adverbiis Basilius toto hoc opere, nec sui simillimus, nativaque puritate gratus; ac, num quæ inde* νοθείας *suspicio pulsare animum possit? Lector videat, deque toto dicendi charactere austeriorique doctrina conjecturam ducat.* Tillemontius vir peritissimus idemque diligentissimus viderat quidem hunc Combefisii locum: sed non propterea vulgatam opinionem repudiavit. Imo etiam ait se criticis illis Combefisii notis in sua sententia magis ac magis confirmari. Sed ut hæc melius intelligantur, rem altius petam. Meminisse ergo juvat, Combefisium ἀσκητικὸν, quod vocant, non Basilio, sed Eustathio Sebasteno tribuere, atque inter cætera argumenta, quibus vir doctus ad defendendam suam opinionem utitur, hoc quoque reperiri, quod ascetici scriptor ita Scripturam citat, ut adverbia quædam præponat, qualia sunt, ὁριστικῶς, σαφῶς, ἀποφαντικῶς, & eodem de genere alia: qui adverbiorum usus in aliis Basilii scriptis nullus est. Cum igitur Combefisius similia adverbia tam in ascetico quam in his de baptismo libris inspergi videret, suspicatus est utrumque opus ad eumdem auctorem pertinere, hoc est, ad Eustathium Sebastenum, quem, ut mox dixi, ascetici auctorem facit. Tillemontius autem, qui & ipse quoque ea de quibus agitur adverbia & in ascetico & in duobus illis de baptismo libris animadvertit, inde quidem pariter collegit, utriusque operis eumdem auctorem esse: sed quoniam semel asceticum Basilio adscripserat, eidem etiam & hos de baptismo libros adjudicare necesse habuit. Nec ego negabo doctissimos viros Combefisium & Tillemontium congruenter suis principiis convenienterque judicasse; viderique primo aspectu argumento satis probabili ad tuendam suam opinionem niti. Cum enim ejusdem generis adverbia non pauca tam in ascetico quam in controversis istis de baptismo libris inveniri constet; certe, nisi attentiores simus, eo animos inclinabit, ut utrumque opus uni & eidem scriptori tribuamus. Sed tamen si quis ea de quibus disputatur scripta paulo attentius legerit, id quod dixi argumentum nullius momenti aut ponderis esse facile, opinor, fatebitur. Non enim omnia adverbia illa semper eodem sensu accipiuntur in utroque opere. Cum enim illud, ὁριστικῶς, semper in ascetico pro eo quod est, *modo decretorio loqui*, sumatur, tamen in his de baptismo libris aliquando tam diverse usurpatur, ut ipsa diversitas diversum auctorem non obscure indicet. Nimirum ibi nonnumquam pro eo quod est, *strictim ac compressius dicere*, accipitur. Neque vero ejus interpretationis auctor ego sum, sed Combefisius ipse, qui de illis qui nunc in controversiam vocantur libris, deque eorum auctore loquens, ita scripsit: ὁριστικῶς *passim vocat, quasi indicative strictimque jubendo. Sicque quod ait,* ὁριστικῶς καὶ πολυτρόπως *erit, tum indicando strictimque tradendo doctrinam, tum varie explicando.* Præterea alicubi monui, ejusmodi adverbia, quæ in ascetico leguntur, non ita multum, si operis prolixitas consideretur, frequentia esse, cum tamen in his de baptismo libris tam frequenter usurpentur, ut sæpe non minus eorum copia quam vocum novitate atque insolentia moveri nausea possit. Quod igitur pro firmo argumento attulerunt ii quos dixi viri eruditissimi, aut nihil, aut parum ad suam tuendam opinionem valet. Sed ne quid dissimulare videar, ingenue fatebor aliud argumentum proponi posse, cui respondere difficillimum sit, & ejusmodi, ut iis qui ad judicandum aliqua stili similitudine contenti sunt, validissimum videri possit. Constat hanc dicendi formulam, ἡ πρὸς θεὸν εὐαρέστησις, ascetici auctori non parum familiarem esse: cujus rei duo aut tria exempla proferam, plura prolaturus, si opinionem eorum, qui asceticum & duos hos de baptismo libros eidem scriptori tribuunt, sequi vellem. Ita igitur in regulis brevioribus scriptum est, καὶ ἐὰν δοξάζηται ἓν μέλος, κατὰ σκοπὸν, δηλονότι, τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη, Et si gloria afficitur unum membrum, *ex consilio videlicet placendi Deo*, congaudent omnia membra. Et paulo post scriptor ita loquutus est, ἐὰν ἄρα δυσωπηθεὶς τὴν τοῦ θεοῦ χρηστότητα, προτραπῇ εἰς ἐπιμέλειαν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Si forte bonitatem Dei reveritus, hincque exstimulatus, studeat ei complacere*, &c. Nec ita multo infra sic legitur, ὅταν εὐμετωπίζοιτο καὶ τεταμένη ἐπιθυμίᾳ τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Tum cum assiduo ac vehementi desiderio placendi Deo*, &c. Nunc totidem exempla e duobus de baptismo libris subjiciam. Hæc sunt igitur scriptoris verba, κατὰ σκοπὸν τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, *juxta propositum placendi Deo.* Rursus ita loquitur, δύναμις τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, δικαιοσύνης δωρεὰ, &c. *Virtus qua grati efficimur Deo & accepti, justitiæ donum*, &c. Et alio loco sic scriptum invenitur, τὰ μὲν νόσον θεραπεύοντα, τὰ δὲ προκοπὴν ἐμποιοῦντα

πρὸς

Digitized by Google

πρὸς τελείωσιν ἄγουσαι τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, &c. *Partim morbum curantia, partim afferentia talem profectum, quo ad perfecte Deo placendum deducamur*, &c. Certe ex his & similibus locis, quæ in ipsis fontibus legi possunt, satis probabiliter effici videtur, asceticum & controversos hos de baptismo libros ad eumdem auctorem pertinere. Quoniam tamen hoc fortasse aliquibus leve videbitur, aliud exemplum proferam, quod ab hominibus, qui cæteroquin non ita multum creduli sint, pro demonstrativo haberi queat. Patet ex dictis, ascetici auctorem hac dicendi formula, qua voces aut πληροφορεῖν aut πληροφορία ad integram quamdam persuasionem significandam adhibentur, ita delectari, ut nullo alio magis delectetur; neque hic ejus rei exemplum ullum, cum multa superius retulerimus, ponere necesse est. Constat autem idem loquendi genus in duobus quoque de baptismo libris tam frequenter usurpatum inveniri, ut in ipsis etiam passim occurrat. Sed ne falso dictum id fuisse videatur, exempla multa aut proferam, aut certe indicabo. Ita igitur auctor scripsit, στοχαζόμενος δὲ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, καὶ διὰ ὑποδειγμάτων ηὐδόκησε βεβαιῶσαι ἡμῶν τὰς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας. *Cæterum considerata imbecillitate nostra, etiam per exempla voluit animum nostrum in veritatis certa persuasione confirmare.* Haud longe ita loquutus est, πλὴν δὲ καὶ βεβαιότερον ἐκ τῆς περὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν προσφερομένων ζώων εἰς θυσίαν ἀκριβολογίας ἐστὶ πληροφορηθῆναι. *Sed tamen firmius etiam ejus rei ex sacerdotum & animalium sacrificandorum accurata consideratione convinci possumus.* Rursus ita scripsit, ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, &c. *in indubitata veritatis persuasione*, &c. Ita quoque legitur alio loco, ὅπερ ἐν πληροφορίᾳ ἀληθείας διὰ ἐπιμελείας σπουδαιοτέρας φυλάσσοντες, &c. *Quod si in veritatis certa persuasione diligentius servaverimus*, &c. Plura qui volent, legere poterunt caput II. lib. I. num. XIV. & XV. ubi earum quas dixi vocum duo exempla reperiuntur: item caput III. ejusdem libri num. I. item quæstion. VI. lib. II. num. I. item quæst. VIII. num. I. & IX. Jam ita argumentari licet: Si quando quasdam dicendi formulas quæ quodammodo singulares videri possint, in duobus operibus sæpius inveniri contigerit, fere fit ut utrumque opus eidem scriptori tribuatur. Cum igitur id loquendi genus, quo voces aut πληροφορεῖν aut πληροφορία in significatione integræ cujusdam persuasionis ponuntur, quodammodo singulare sit, idemque tam in ascetico quam in duobus de baptismo libris passim occurrat, consequens esse videtur, ut utriusque operis idem auctor esse dicatur. Sed, ut jam monui, ejusmodi argumenta e quadam stili similitudine petita non tantum valent, quantum valere vulgo putantur. Nisi enim alia quoque consonent, faveantque, nihil omnino in ipsis neque momenti neque roboris inest: quod nunc ostendere conabimur. Etsi enim asceticum, cujus legitimus parens Basilius est, in aliqua stili similitudine cum duobus de baptismo libris consentire viderimus, tamen dubitari nullo modo posse arbitramur, quin hi libri falso hactenus sanctissimo Patri adscripti sint. Et vero aut numquam licuit, quod tamen licet sæpissime, opus aliquod ob stili diversitatem in spuriis atque adulterinis numerare: aut ii de quibus agimus libri pro peregrinis haberi merito possunt. Mentior, nisi opus totum toto dicendi genere a Basiliano differt. Etenim sicubi vox aliqua reperitur, quæ similitudinis aliquid cum stilo Basiliano habere videatur, eodem loco adjunctæ sunt voces aliæ, quibus peregrinitas aperte declaretur.

55. Neque vero rara sunt νοθείας argumenta, sed passim obvia. Nam in his libris generale quoddam vitium notari potest, cujus pagina nulla expers est. Id autem, quod dico, vitium, continua quædam est earumdem aut vocum aut dictionum repetitio, quæ minime omnium in copiosissimum hominem Basilium convenit. Et vero sicubi mentio fit aut apostoli Pauli, aut Joannis Baptistæ, aut ipsius Domini, aut Dei, ibi sæpissime additum invenis τοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦντος, *qui in Christo loquebatur*: οὗ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδείς, *quo inter natos mulierum major est nemo*: τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος· τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, *qui pro nobis mortuus est & resurrexit: qui unigenitus Filius est Dei viventis*: καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, *& Christi ipsius*. Nolim autem accipi in malam partem, quæ jam dixi, aut quæ mox dicturus sum. Voces Ἰησοῦς Χριστός passim quoque repetuntur, modo ambæ conjunctim, modo earum altera. Noverat Basilius, neque nos ignoramus, iis quas recensui vocibus, nihil melius esse, aut sanctius: sed tamen ab earum tam frequenti repetitione se temperabat, quod, opinor, ejusmodi vocum continua repetitio nihil ad docendum conferret: id quod Pater piissimus, cum scriberet, sibi in primis proponebat. Ad eamdem ταυτολογίαν pertinet ea scribendi ratio, qua vox ἀναγκαῖον passim in his libris ponitur. Ita igitur in brevissimo spatio scriptum invenimus,

mus, καὶ ὥσπερ δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι ὁδηγούμενοι εἰπεῖν ἀναγκαῖον, *Et velut per speculum & in ænigmate ductos necesse est loqui*. Et statim, ἀναγκαῖον δὲ λογίζομαι, &c. *Necesse autem esse duco*, &c. Nec ita multo post, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ἐξητασμένως καὶ ἐπιτετηρημένως προσέχειν ἑκάστῳ ῥητῷ. *Necesse est & nos accurate diligenterque singulis dictis attendere*, & ad eumdem modum pleraque alia. Frequens est quidem in illo opere ea quam mox dixi scribendi ratio : sed in eodem frequentior est adhuc illud loquendi genus, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *Et talia multa*, aut, quod idem est, καὶ πολλὰ ἄλλα ὁμοίως, *& multa hujusmodi alia*, aut similia quædam. Scriptor igitur cum alicubi retulisset verba aliqua e sacra Scriptura, sic persequitur, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *& ejusmodi multa*. Et paucis interjectis, ita loquutus est, καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὕροις ἂν παρά τε τοῖς εὐαγγελισταῖς, &c. *Et multa id genus invenias, & apud Evangelistas*, &c. ubi in transitu notari potest ; paria quatuor exempla in tribus quæ proxime sequuntur paginis reperiri. Usus immodicus verbi παιδεύειν ad idem vitium referri potest : quod idem de verbo φυλάσσειν dictum volo. Usus quoque præpositionum ita frequens est, ut nullo modo convenire possit in præstantissimum oratorem Basilium, cujus oratio non minus dictionum quam rerum varietate omnibus erat admirationi. Velim autem experiatur per se quisque, an vera sint quæ dixi. Spero tot earum quas notavi rerum exempla inventum iri, ut nemo futurus sit, qui non libenter fateatur ejusmodi opus, in quo eædem voces perpetuo repetuntur, peritissimum dicendi magistrum Basilium nullo modo decere. Eodem redit illa genitivorum quasi silva, sic ut in hoc opere nihil aliud nisi ejus quem dixi casus incondita quædam congeries cernatur. Et vero participia in his de baptismo libris, ita ad reliquam orationem accommodantur, ut fere quolibet versu genitivus occurrat. Ita legere est in prima pagina : εἰπόντος διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου, *dicentis per David prophetam*, ἐπεὶ οὖν προστάξαντος τοῦ κυρίου, &c. *Cum igitur, Domino præcipiente*, &c. καὶ τότε ἐπαγαγόντος, *deinde subjungente* : λογισάμενοι παρ' ἐντολὴν τοῦ ἀποστόλου ποιεῖν, ἐὰν μὴ εὐθὺς ἀποκρινώμεθα, εἰπόντος, &c. *rati, contra mandatum Apostoli facturos nos, si non statim respondeamus, cum dicat*, &c. ἐνταῦθα μὲν οὖν, μαθητεύσατε εἰπόντος, ἠκούσαμεν. *Hic igitur audivimus, dicentem*, Docete. Ex quibus videre licet, alios esse genitivos, qui absoluti vocari solent, alios esse, qui ab aliqua orationis parte pendent : quo genitivorum usu ita oblectatus est scriptor, ut genitivis transitionum loco sæpe utatur. Sed nihil mihi magis novum aut insolitum visum est, quam vocum harum κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, jugis perpetuaque repetitio. Affirmare possum eas, quas annotavi, voces aut bis, aut ter, aut quater, aut etiam quinquies in una eademque pagina non raro inveniri : quæ earumdem vocum frequens iteratio facit, ut tibi legere videaris, non librum vulgarem, sed quasdam quasi litanias, in quibus idem sexcenties repetitur, aut, si in rebus seriis ita loqui licet, audire parochum quempiam, qui morienti in aurem continuo occinat, *Dominus noster Jesus Christus*. Scio quidem confiteorque ea quæ indicavi nomina omnium esse & optima & sanctissima : sed non propterea vetitum est dicere, ejusmodi repetitionem tam frequentem apud Basilium insuitatam esse; ex eaque merito colligi posse, hosce de baptismo libros ad ipsum non pertinere. Et quoniam fortasse nisi exemplum aliquod ob oculos poneretur, multis non credibile videretur quam in brevi spatio voces illæ repetantur, unum aut alterum locum integrum exscribere constitui, ut ex his de aliis judicium ferri possit. Auctor igitur ita alicubi scripsit, ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας, καὶ τὰ κρίματα τῆς δικαίας ἀνταποδόσεως τῶν τε ποιούντων τὰ ἀπηγορευμένα, ἢ ἀθετούντων τὰ ἐγκεκριμένα εἰς κόλασιν αἰώνιον, καὶ τῶν ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου θεοῦ πολιτευομένων ἐν ὑγιαινούσῃ πίστει, δι' ἀγάπης Χριστοῦ ἐνεργουμένῃ, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ἐπουρανίου βασιλείας τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. λόγος β'. πῶς βαπτίζεταί τις τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βάπτισμα. τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν δεδωκότος ἡμῖν ἀγαπᾷν ἀλλήλους καθὼς αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ διὰ Παύλου τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος ἡμᾶς, ἀνέχεσθαι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ εὐλαβείας, τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνδοξοτάτου βαπτίσματος, προθύμως ἐδεξάμεθα, &c. *In dilectione Jesu Christi Domini nostri, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, & judicia justæ mercedis, tam eorum, qui patrant probibita, aut respuunt approbata, ad supplicium æternum, quam eorum, qui pro dignitate evangelii Dei in sana fide, quæ per Christi charitatem operatur, vixerunt, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, quod est in Christo Jesu Domino nostro. Caput II. Quomodo quis eo baptismate baptizatur, quod in evangelio Domini nostri Jesu Christi commendatur. Cum Dominus noster*

Jesus

Jesus Christus præceperit nobis, ut diligamus nos mutuo, sicut ipse dilexit nos, hocque nos per apostolum Paulum doceat, ut nos mutuo in dilectione toleremus, vestræ in Christo pietatis præceptum, de gloriosissimo secundum evangelium Domini nostri Jesu Christi baptismate animo alacri suscepi, &c. Dicant, quæso, qui in versandis Basilii voluminibus multi sunt, an tale quidquam in illius genuinis scriptis umquam legerint. Et tamen his non contentus auctor, statim in hac ipsa pagina ita persequutus est, οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος ἐνετείλατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, *Ita enim Dominus ipse, & Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis filius, discipulis suis præcepit*. Sed ut nunc de illa quarumdam vocum repetitione sileam, quis non videt orationem dissolutam esse, nec suaviter fluere, ἐν ἀγάπῃ, ἐπ' ἐλπίδι, δι' ἀγάπης, ἐπ' ἐλπίδι, τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ, &c. Præterea cum scriptor jam paulo ante scripsisset, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας, quid, quæso, attinebat eadem verba statim repetere? Sed ad propositum me refero. Alter igitur locus, quem exscribere integrum libet, hic est, τότε γὰρ ὡς υἱὸν θεοῦ ἐνδυσάμενος, καταξιοῦται τοῦ τελείου βαθμοῦ, καὶ βαπτίζεται εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίαν δίδοντος ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, θεοῦ τοῦ λέγοντος, ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει κύριος παντοκράτωρ, χάριτι αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἐν ᾧ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, καθὼς γέγραπται· δι' ἧς εὐόδως ἡμῖν κατορθοῦται τὸ ἐπενεχθὲν συνημμένως τῷ παραγγέλματι τοῦ βαπτίσματος παρὰ τοῦ αὐτοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος, &c. *Tunc enim quasi Filium Dei indutus, fit dignus gradu perfecto, baptizaturque in nomen Patris ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui juxta Joannis testimonium eam potestatem dedit, ut Dei efficiamur filii, Dei, inquam, qui dicit:* Exite de medio eorum, & separemini, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens, *per gratiam ipsius Domini nostri Jesu Christi, unigeniti filii Dei viventis*, in quo neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur, *uti scriptum est, per quam nobis prospere cedit id quod ab ipso Domino nostro Jesu Christo continenter cum baptismatis præcepto appositum est, ubi dixit*, &c. Ex quo loco tamquam ex specimine quodam intelligi potest, opus totum variis Scripturæ testimoniis referciri: quæ quam belle cum reliqua oratione cohæreant, alii viderint. Sed quod ad rem facit, annotabo scriptorem, cum sacras Scripturas citaret, in idem ταυτολογίας vitium incidisse. Eadem enim, etiam cum nihil opus est, sæpe repetuntur. Proponam locum unum insignem, qui cum iis quæ paulo ante retuli verbis comparari possit. Cum igitur auctor, quicumque ille fuit, loquutus fuisset ita, ut mox dixi, statim hoc modo persequitur, τὸν δὲ υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνδυσάμενοι τὸν δόντα ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς βαπτιζόμεθα, καὶ τέκνα θεοῦ ἀναγορευόμεθα τοῦ προστάξαντος καὶ ἐπαγγειλαμένου, καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης· διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει κύριος παντοκράτωρ. *Postquam autem induimus Dei Filium, qui eam potestatem, ut Dei filii efficiamur, præbet, in nomine Patris baptizamur, prædicamurque filii Dei, qui præcepit & edixit, velut ait propheta:* Quapropter exite de medio eorum, & separemini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Hic præterquam quod idem Scripturæ testimonium, ubi non ita multum opus erat, bis in brevi spatio repetitur, præterea & voces & sententiæ, quæ utroque in loco Scripturæ verbis præeunt, eædem quoque sunt: quam ταυτολογίας notam copiosissimus vir Basilius sibi inuri numquam passus esset. Neque vero voces illæ, κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, repetuntur solum in his de baptismo libris frequentiùs, quam apud Basilium fieri solet: sed aliæ etiam non ex sanctissimi Patris consuetudine ipsis adduntur. Rem exempla clariorem reddent. Scriptor igitur sic incipit, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, &c. *Dominus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis Filius*, &c. Alibi ita loquitur, τὴν τε ἐν ἀρχῇ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. *jussio a Deo per unigenitum suum filium Dominum & Deum nostrum Jesum Christum*, &c. Rursus: οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος, &c. *Ita enim Dominus ipse & Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis Filius*, &c. Alio loco, χάριτι αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ

μονο-

Digitized by Google

μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, &c. *per gratiam ipsius Domini nostri Jesu Christi unigeniti filii Dei viventis*, &c. Aliquanto post, δηλονότι εἰς ἀνεξάλειπτον μνήμην τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ ἐγερθέντος, &c. *videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit*, &c. Ibidem, ἐν τῷ μὴ διὰ τῆς μνήμης τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, τὸ εἰρημένον φυλάσσειν, &c. *quod non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, servas quod dictum est*, &c. Nec ita multo infra, καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, *sicut promisit verax Dominus, & Deus noster Jesus Christus*. Hoc ipso in loco: τὸ ἐρώτημα, εἰ καὶ παντάπασιν ἀνάξιον παντὸς τοῦ καταδεξαμένου ὁμολογεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, &c. *Hæc quæstio tametsi prorsus indigna est quocumque, qui Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei filium, per quem omnia tam visibilia quam invisibilia facta sunt, confiteri non recusarit*, &c. Sub finem, εἰ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ζωὴν ἔχων, &c. *Si Dominus noster Jesus Christus unigenitus filius Dei viventis, per quem omnia tum visibilia tum invisibilia facta sunt, qui vitam habet*, &c. In ipso fine, καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος υἱός, *quemadmodum promisit verax Dominus, & Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei vivi filius*. Basilius autem sicubi (id quod parcius fecit,) his verbis, κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, usus est: nusquam tamen, quod quidem sciam, ea quæ mox vidimus additamenta ipsis conjunxit.

56. Nunc proponam alia, quæ a superioribus non ita multum abludunt. Auctor cum aliquod sacræ Scripturæ testimonium proferre vult, tanto verborum circuitu utitur, ut in hoc quoque novam peregrinitatis notam videre mihi visus sim. Et ut rem ipsis oculis subjiciam, ad exempla confugio. Ita ergo auctor scribit, καθὼς εἶπεν αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· μακάριοι οἱ πεινῶντες, *sicut ipse Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei viventis filius dixit*: Beati qui esuriunt, &c. Rursus, δῆλον ὅτι καὶ πάντα ἀσφαλέστερον παιδευόμεθα, μνημονεύοντες αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἡνίκα Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς εἶπεν αὐτῷ, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με, ἀποκεκριμένου· ὅτι ἄφες ἄρτι, &c. *Perspicuum est omnia etiam a nobis certius disci, si ipsius Domini nostri Jesu Christi unigeniti filii Dei vivi memores simus, qui cum Joannes Baptista ei dixisset*: Mihi opus est ut abs te baptizer, & tu venis ad me, *respondit*, Sine modo, &c. Statim, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ὁμολογοῦντος μέν, ὅτι οὐκ ἀπεστάλην, &c. *Cum Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei filius, per quem omnia facta sunt & visibilia & invisibilia, confiteatur*. Non sum missus, &c. Neque solum scriptor, cum Christum Dominum loquentem inducit, majori verborum apparatu utitur, quam Basilius solet: sed idem etiam facit cum apostolum Paulum laudat. Et quoniam pauci sunt, qui ejusmodi loca in ipsis fontibus quærant, ea hic conscribenda esse judicavi. Ita igitur alicubi in his libris legitur, μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος, γράψας, ὁ δὲ δοῦλος, &c. *Testatur hoc idem & qui in Christo loquebatur Paulus, cum scribit*: Qui vero servus, &c. Aliquanto infra, Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος .... ἐν Χριστῷ λαλῶν διαμαρτύρεται .... ποτὲ μὲν εἰπὼν ὁριστικῶς, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα, &c. *Paulus vero apostolus .... in Christo loquens declarat ea .... modo cum minus late dicit*: Qui talia, &c. Haud longe, Παῦλος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν, δογματικῶς παραδίδωσι λέγων, ἢ ἀγνοεῖτε, &c. *Paulus in Christo loquens, modum decretoriis his verbis tradit*, An ignoratis, &c. Nec ita multo post, αὐτοῦ τοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦντος Παύλου τοῦ ἀποστόλου εἰπόντος, ἐὰν ταῖς γλώσσαις, &c. *Cum Paulus apostolus qui in Christo loquebatur, dicat*: Si linguis, &c. Alibi, καὶ Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν φησιν, εἴτε ἐσθίετε, &c. *& quem Paulus apostolus in Christo loquens tradidit, cum dixit*: Sive manducatis, &c. Rursus, ὡς ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος ὁριστικῶς ἀπεφήνατο, λέγων, μὴ συγκοινωνεῖτε, &c. *ubi Paulus in Christo loquens definite pronuntiavit, ubi dixit*: Nolite communicare, &c. Auctor alicubi pro ἐν Χριστῷ λαλοῦντος scripsit ἐν Χριστῷ προφητεύοντος. Velim legantur diligenter Basilii regulæ tam majores quam breviores: in quibus, nisi valde fallor, hæc longior citandi ratio, Παῦλος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν, semel duntaxat invenitur; cum tamen in regulis e Pauli epistolis sexcenta testimonia proferri constet. Certe si idem auctor omnes regulas & duos de baptismo libros scripsisset, futurum fuisse puto, ut habita ratione prolixitatis utriusque operis, is quem dixi citandi modus quinquagies in regulis reperiretur. Neque facile crediderim idem illud loquendi genus frequentius

tius in cæteris Basilii libris inventum iri. Possim quidem & alia loca indicare, quibus ostendam scriptorem, cum Joannis Baptistæ mentionem haberet, pari verborum circuitione usum esse, sed ne longior esse viderer, ea sciens omisi. Ex quibus omnibus satis liquet multarum aut vocum aut dictionum repetitionem perpetuam in his libris reperiri: quam si quis scriptori vitio dare nolet, tamen, si germana Basilii scripta paulo attentius legat, non negaturum spero, id præter ejus consuetudinem factum esse. Mihi cum hos libros legerem, in mentem venit scriptorem veritum esse, ne ταυτολογίας vitium sibi objiceretur; ob idque Apostoli exemplo se excusare voluisse. Sic enim scribit, εἰδὼς δὲ ὁ ἀπόστολος ὅτι ἡ ταυτολογία ὠφελιμωτέρα ἐστὶ τοῖς ἀκούουσι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, καὶ βεβαιοτέραν ἐμποιεῖ διὰ τῆς ἐπαναλήψεως τῶν αὐτῶν τὴν πληροφορίαν τῆς ἀληθείας. *Cum autem Apostolus non ignoraret repetitionem audientibus ad integram confirmationem utilem esse, etiam iisdem rebus repetitis veritatis persuasionem magis stabilit.* Videant eruditi, si ejusmodi excusatio accipienda sit.

57. Superest aliud argumentum, quod & ipsum quoque e ratione citandarum Scripturarum sumam. Monere igitur operæ pretium est, hanc citandæ Scripturæ formulam ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐν τῷ γράφειν, aut similes quasdam horum librorum auctori unas omnium fuisse familiarissimas, easque ei, si qua alia, valde admodum placuisse. Multa quidem ejus rei exempla adducam in medium: sed ita tamen, ut ea quam brevissime potero referam. Sic igitur auctor alicubi scribit, ἐν τῷ εἰπεῖν, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, &c. *cum dixit:* Qui facit peccatum, &c. Sic persequitur, ἐν τῷ εἰπεῖν, ταλαίπωρος ἐγὼ, &c. *cum dixit:* Infelix ego, &c. Alio loco loquitur hoc modo, ἐν τῷ εἰπεῖν τοῦ ἱεροῦ μεῖζόν ὧδε, *his verbis*, templo majus aliquid hic est, &c. Ibidem ἐν τῷ εἰπεῖν ᾧ παρέθεντο πολὺ, &c. *ubi dixit:* Cui commendaverunt multum, &c. Rursus, ἐν τῷ εἰπεῖν, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα, &c. *cum dicit:* Qui cognovit voluntatem, &c. Deinde: ἐν τῷ εἰπεῖν, ὁ ἐμοὶ διακονῶν, &c. *cum dicit*, Quisquis mihi ministrat, &c. Paulo post, ἐν τῷ εἰπεῖν, εἰ γὰρ σύμφυτοι, &c. *cum dicit*, Si enim complantati, &c. Tum: ἐν τῷ εἰπεῖν, τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, &c. *his verbis*: Stipendia enim peccati, &c. Nec ita multo infra: ἐν τῷ εἰπεῖν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, &c. *dum dicit*: Ipse enim est pax nostra, &c. Aliquanto post: ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, &c. *ubi dicit:* In quo habemus redemtionem, &c. Mox: ἐν τῷ εἰπεῖν, πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν, &c. *his verbis*: Omnia facite sine murmurationibus, &c. Hoc ipso in loco, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐμὸν βρῶμά ἐστι, *his verbis*: Cibus meus est, &c. Statim, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, *quo dicit:* Charitas enim Christi constringit nos. Inferius: ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων, &c. *cum dicit:* Omnis qui vidat, &c. Haud ita longe: ἐν τῷ εἰπεῖν μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, &c. *his verbis*: Beatus servus ille, &c. In eadem pagina: ἐν τῷ εἰπεῖν ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις, &c. *cum dicit*, Annon natura ipsa, &c. In sequenti, ἐν τῷ εἰρηκέναι, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, &c. *his verbis:* Neque in Jerosolymis, neque in monte hoc, &c. Ibidem: ἐν τῷ λέγειν πρὸς πάντας μὲν, παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, &c. *cum dicit ad omnes quidem:* Obsecro autem vos, &c. Hoc ipso in loco, ἐν τῷ λέγειν, λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος, &c. *ubi ait:* Dico enim per gratiam, &c. Denique: ἐν τῷ μὴ εἰπεῖν· τούτῳ, ἀλλά, τῷ τοιούτῳ, *cum non dixerit*, cum hoc, *sed* cum tali. Ex quibus a quovis intelligi potest, quod dixi, a me non temere dictum fuisse: sed re ipsa illam quam indicavi Scripturæ citandæ rationem scriptori multum arrisisset. Basilius autem eodem illo dicendi genere tam parum oblectabatur, ut semel, non amplius, quod quidem sciam, ita loquutus sit. Ecce igitur tibi duo scriptores, quorum unus certa quadam dicendi formula familiariter uti consueverat: alter vero præter consuetudinem casu nescio quo hunc illum loquendi modum semel usurpavit. Certe si Basilius auctor esset librorum illorum, in quibus Scripturæ passim citantur ita, ut superius dixi, ne cogitans quidem eas eodem modo in cæteris suis scriptis millies citasset. Scriptores enim, si quo dicendi genere delectantur, eo data occasione uti solent. Atque etiam iis quæ protuli exemplis & alia multa adjungere possem, ex quibus plane constaret auctorem, etiam tum cum Scripturæ verba non referret, similem loquendi rationem sæpe in suis libris adhibuisse. Ita enim loquitur non procul ab initio, ἐν τῷ ῥυσθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων καταδυναστείας, *dum a peccatorum dominio liberatur*. Nec ita multo post, τῷ εἰπεῖν πεποιηκέναι πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένα, *qui scilicet dixisset fecisse se omnia quæ fuerant a Domino dicta*, & alia id genus non pauca; cum tamen Basilius aut numquam, aut rarissime hoc modo scripserit. Sed ne ipsa exemplorum copia molesta foret & ingrata, ejusmodi loca omittenda esse judicavi.

58. Hic pauca ex multis congeram, ex quibus confirmari possit, duos de baptismo libros Basilio magno tribui non debere. Statim occurrit illud, ὅσον δὲ διαφέρει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ ὕδατος, τοσοῦτον ὑπερέχει, δηλονότι, καὶ ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ τοῦ βαπτίζοντος ἐν ὕδατι, καὶ αὐτὸ τὸ βάπτισμα ὥστε, &c. Ad verbum: *Quanto autem excellentior est Spiritus sanctus aqua, tanto videlicet præstat & is qui baptizat in Spiritu sancto, ei, qui baptizat in aqua; & ipsum baptisma, sic ut*, &c. Illud, *& ipsum baptisma*, ita ἐλλειπτικῶς positum non placet: alius scriptor peritior pluribus verbis rem explicasset. Aliquanto post: ἐν ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ, ὥσπερ δι' ἑνὸς, φησὶ, παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς: quæ verba perturbata esse cum credidisset vetus interpres, ita vertit hunc locum, ut vocum græcarum ordinem prorsus mutaverit. Sic enim interpretatus est: *In spe vitæ æternæ per Jesum Christum Dominum nostrum*, per cujus unius justificationem in omnes homines ad justitiam vitæ, sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. In quo ego non reprehendo interpretem, sed auctorem potius, qui ipse prior aliquid hoc loco perturbasse jure credi potest. Ibidem: καὶ ἵνα, ὡς προείρηται, διὰ τῶν γνωριμωτέρων ῥητῶν τε καὶ πραγμάτων ὁδηγηθῶμεν εἰς κατανόησιν τοῦ σωτηρίου καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι δόγματος: ubi illud, τοῦ σωτηρίου καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι δόγματος non placet, nec videtur optimum scriptorem decere. Ad verbum, *ducamur ad cognitionem salutaris & in baptismate dogmatis*. Nihilo meliora sunt quæ adscribam. Sic igitur auctor scripsit, νῦν μὲν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνανθρωπήσεως συμμορφούμενοι τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἐν τῇ καινότητι τῆς ζωῆς, καὶ τῇ μέχρι θανάτου ὑπακοῇ ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας τῶν ῥημάτων αὐτοῦ· ἵνα, &c. Ad verbum, *Nunc quidem juxta incarnationis mensuram internum hominem conformem præstantes in novitate vitæ, & in obedientia usque ad mortem, in integra persuasione veritatis verborum ipsius, ut*, &c. Hic præterquamquod oratio non absolvitur, illud, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνανθρωπήσεως, *juxta incarnationis mensuram* non ita apte dictum videtur. Optime dicas μέτρον πίστεως, *mensuram fidei*: non item fortasse μέτρον ἐνανθρωπήσεως, *mensuram incarnationis*. Cætera, ἐν τῇ, καὶ τῇ, ἐν πληροφορίᾳ, hominis sunt, qui verba verbis eleganter connectere non novit. Neque hic solum, sed in toto opere orationis partes fere non aliter, quam præpositionum ope inter se copulantur. Fortasse aliquanto etiam pejora videbuntur quæ paulo post scripta invenimus: Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, πολὺ δὲ πρότερον τῆς ἁμαρτίας δηλονότι χάριτι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται. Interpres vetus, cujus menti inepta loquendi ratio tenebras effudisset, ita verterat: *Christus nos liberavit a maledicto legis, factus pro nobis maledictio. Quoniam autem peccati plurimum præcessit, manifestum est, quod gratia Domini nostri Jesu Christi hoc præstitit, sicut scriptum est*. Potius ita scriptum vellem, πολὺ δὲ πρότερον ἐλευθερούμεθα τῆς ἁμαρτίας, atque hoc pacto obscuritas omnis vitabatur: *Longe autem potiori jure liberamur a peccato, videlicet gratia*, &c. Neque eo quem mox exscribam loco videtur apte loquutus auctor, qui ita scripsit, τοῦ ἀποστόλου παιδεύοντος ἡμᾶς.... καὶ διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις τῶν μελῶν τοῦ σώματος πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ ἀκίνδυνον κατηναγκασμένης ἀταξίας κανονίζοντος ἐν ἡμῖν τὴν ἡμῶν πρὸς ἀλλήλους ἀρεστὸν τῷ Θεῷ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ Ἰησοῦ ἀταξίαν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν χαρισμάτων. λέγει γὰρ, &c. quæ verba eo retuli, ut magis pateret orationem & perplexam esse & intricatam, nimiaque & inepta præpositionum copia redundare. Haud longe a fine sic scriptum est, καλεῖ δὲ, ὅτε ἐστὶ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ ἀγάπη πληρῶσαι τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου εἰπόντος, ἐντολὴν καινὴν, &c. Quid est, quæso, illud, ἐστὶ ἀγάπη πληρῶσαι? Quid illud, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ita sine ulla copula positum? Saltem additum oportuisset articulum, hoc modo: ἡ πρὸς τὸν Θεὸν.... ἀγάπη. Monebo hic quasi præteriens, totum fere fragmentum, quod in appendice ex uno codice Regio orationi cuidam addidimus, e capite tertio libri primi de baptismo sumtum esse. Ejus, quam dixi, orationis initium est, ὁ βαπτιζόμενος, εἰς τριάδα βαπτίζεται, εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, *Qui baptizatur, in Trinitatem baptizatur, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum*: fragmenti vero, ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, τῇ μνήμῃ τῶν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ῥημάτων, &c. *Sed enim ex optimi Dei gratia, recordatione verborum Unigeniti Filii Dei viventis*, &c. Ut hic, ita & alias sæpe Deus in his libris vivens nominatur: cujus creberrimæ repetitionis non video ego causam, nisi forte scriptor veritus sit, ne qui Deum mortuum esse arbitrarentur; ob idque necesse esse judicarit, ut eum vivere sæpius affirmaret.

§. XIII.

§. XIII. *De Liturgia Basilii, deque latinis tribus opusculis, & de veteri quadam Ruffini quarumdam orationum interpretatione.*

59. De Basilii liturgia tam multi tam multa scripserunt, ut si quid novi addere vellem, tempus male locare mihi viderer. Quamdam autem Basilii liturgiam olim exstitisse facile fatentur omnes. Ejus rei & antiqui & recentes testes citantur, Proclus, Petrus Diaconus, Leontius Byzantinus, Episcopi in Trullo congregati, Patres Concilii septimi, Cabasilas, Marcus Ephesinus. Video igitur satis hodie inter eruditos constare, liturgiam aliquam a Basilio magno scriptam fuisse: sed inter eos non minus convenit, eam ad nos integram & puram non pervenisse, sed aliquibus locis aut mutilam, aut auctam, aut variis denique modis mutatam. Et quidem Petrus Diaconus cujusdam precationis meminit, quam in nostris exemplaribus non exstare constat. Inter cæteros autem, qui nostra ætate de Basilii liturgia disseruere, recenseri possunt, Guillelmus Cavus, Tillemontius, Ludovicus Dupinus, Joannes Albertus Fabricius, Casimirus Oudinus, & vir clarissimus idemque doctissimus Eusebius Renaudotius: cujus scripta, qui rerum liturgicarum curiosi sunt, legere poterunt.

60. Pauca de latinis tribus opusculis dicere habeo. Primi hic est titulus, *Tractatus S. Basilii de consolatione in adversis, incerto, sed antiquo interprete:* Secundi, *Ejusdem S. Patris Basilii salutare & eruditum opus, de laude solitariæ vitæ, incerto interprete:* Tertii, *S. Basilii Cæsareæ Cappadociæ episcopi admonitio ad filium spiritualem, incerto interprete.* Quod autem in inscriptione cujuslibet opusculi legitur, *incerto interprete*, non nostrum est, sed eorum, qui editiones antiquas adornarunt. An enim ulla ex his lucubratiunculis umquam græce exstiterit, dubitati merito posse arbitramur: imo potius, nisi valde fallimur, tria hæc opuscula a latinis composita fuisse pro certo haberi potest. Opusculi primi mentionem faciens eruditissimus vir Joannes Albertus Fabricius, ita scribit: *Non est Basilii, nec e græco versus, sed latine scriptus a Victore, qui post Rusticum Cartennæ Mauritaniæ in Africa episcopus circa a. C. 460. fuit, & hunc consolatorium libellum, qui etiam inter S. Eucherii opera legitur, ad nescio quem Basilium super morte filii scripsit, teste Gennadio cap. LXXVII. de Scriptoribus Eccles.* Eadem notavit doctissimus vir Casimirus Oudinus, cujus hæc sunt verba, *Epistola consolatoria in adversis neutiquam spectat ad sanctum Basilium Cæsareæ archiepiscopum, vel ad Græcum alium auctorem: sed hominis Latini est, Victoris Cartennæ in Africa episcopi, qui eam ad amicum suum quemdam nomine Basilium scripsit, ut infra dicemus.* Alio autem illo in loco Victoris Cartennensis scripta recensens idem Oudinus, ita loquitur: *Item, liber de consolatione in adversis ad Basilium, inter opera sancti Basilii magni: quod nullus adnotavit.* Jam autem ipsius Gennadii verba referre operæ pretium est. Hæc autem sunt, *Victor Cartennæ Mauritaniæ civitatis episcopus, scripsit adversus Arianos librum unum longum ...... & ad Basilium quemdam super morte filii, consolatorium librum, spe resurrectionis, perfecta instructione munitum.* Nec aliud de eo libello sentit Guillelmus Cavus. Ego autem non negabo quidem illam doctissimorum virorum sententiam veram videri: sed ipsam veram esse non facile fatebor. Cui enim umquam persuaderi poterit, libellum, in quo ne unum quidem verbum de amissione liberorum legitur, illud ipsum opus esse Victoris Cartennensis, quod Gennadius ait ideo scriptum fuisse a Victore, ut quemdam amicum suum super morte filii consolaretur. Certe non est in exemplis, tale quidquam umquam accidisse. Quisquis igitur libellum consolatorium, qui inter Basilii opera invenitur, legerit, statim animadvertet, ipsum confectum fuisse non causa patris, cujus filius mortuus esset, sed causa miserorum, quacumque calamitate aut ærumna afficerentur: sed ita tamen, ut scriptor intereadum omnes calamitosos consolari vellet, præcipue iis solatium afferre conatus sit, qui lepræ morbo affligtabantur. Nam ipso initio ita auctor loquitur: *Quemadmodum navis cum undarum tempestate quassatur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur: ita & homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus, nisi habuerit mentem divinis eloquiis eruditam, cito animus ejus frangitur, & salutis suæ sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis, paulisper, peto, verbis meis aurem diligenter accommoda, ut tibi, in quantum possum, consolationem ex Scripturarum fontibus proferam.* Propositum ergo erat auctori, non privatim solari patrem filio orbatum, qua de re nusquam expresse loquitur, sed quemlibet generatim, adversa fortuna utentem. Et interje-

ctis multis, ita scripsit: *Novi enim quosdam, maxime eos, qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in tantam desperationem pro hac plaga venire, ut putent se omnino destitutos esse a Domino.* Statim autem eodem illo de morbo loquens, ita persequitur: *Et tu cum sis in plagis ac doloribus constitutus, & ab hac lutea urbe exclusus, si sapienter hæc toleraveris; & humiliter Deo tuo servieris, civitatis ipsius ac paradisi colonus efficieris. Non enim pro exsecratione animæ, sed propter qualitatem ægritudinis, a populi consortio recessisti, eo quod generis ejus morbus (ut quidam asserere volunt,) contactu suo soleat polluere.* Nec ita multo infra sic legitur: *Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum ægrotare intelligo, cum dicas hoc: Qui cum plaga lepræ de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere,* &c. Ex quibus perspici potest, auctorem, cum scriberet, præsertim ad leprosos respexisse. Non possum quin notem miserrimam esse conditionem scriptorum: qui sæpe de rebus aut exiguis, aut etiam nullius momenti serio disputare coguntur; contraque, quibus aliquando de rebus gravissimis loqui non licet. Tantine fuerit, quæso, orationis, quæ multis merito luce indigna videri potest, auctorem nosse? Nunc communicabo cum studiosis quamdam hominis peritissimi conjecturam quæ ipsis, opinor, non displicebit. Putat igitur vir non minus acri judicio, quam acuto ingenio præditus, hanc lucubratiunculam a Gallo compositam fuisse, eo videlicet tempore, quo lepræ lues has regiones maxime infestaret. Secundam autem oratiunculam caput esse decimum nonum libelli cujusdam Petri Damiani in *Dominus vobiscum*, jam alii notarunt. Tertium denique opusculum affirmare ausim Basilii quidem non esse: sed aut a quo, aut quo tempore lucubratum sit, plane ignoro.

61. Sequitur quarumdam Basilii orationum vetus interpretatio: cujus Roffinus auctor est. Rem autem eruditis hominibus gratam facturum me speravi, si veteris illius interpretis opus in lucem edendum curarem: eoque magis, quod cum græca etiamnum exstent, latina cum his a quolibet comparari poterunt, sicque magis intelligere licebit, quantum licentiæ in vertendis Græcorum scriptis sibi sumeret is, quem dixi, antiquissimus interpres Ruffinus. Duobus autem libris veteribus usi sumus, uno Regio, altero Colbertino: quorum in primo orationes duntaxat quinque, in altero autem octo reperiuntur. Quæstio hic oriri potest, quot Basilii orationes Ruffinus interpretatus sit, octo an decem. Dubitandi autem causa est, quod Ruffinus, ubi significat vertisse se decem Basilii orationes, ambigue loquutus sit: qui tamen alibi distincte dicit, se dumtaxat octo Basilii conciones latine reddidisse. Primo igitur loco his verbis usus est: *Exstant quoque utriusque ingenii (Basilii & Gregorii) monimenta magnifica tractatuum quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in latinum.* Non enim asseveranter dicit vertisse se decem orationes, sed ferme decem. In altero autem loco Ruffinus Apronianum, cui suam interpretationem dedicabat, ita alloquutus est: *Aliqua tibi in latinum verti olim poposceras Aproniane fili charissime: quod & ex parte aliqua feci in præsenti dum in Urbe essem, sed & nunc aliquantum addidi. Octo ergo Beati Basilii breves istos homelisicos transtuli libellos.* Quod igitur ait eruditissimus vir Tillemontius, decem Basilii orationes a Ruffino latine redditas fuisse, de eo mihi cum illo non omnino convenit. Nam vocula, *ferme*, qua Ruffinus utitur, facit, ut eum non plus octo orationes vertisse suspicer; eoque magis, quod non plures, sed totidem ad Apronianum miserit. Quod si quispiam contendere velit, non ego repugnabo: satis esse duco, conjecturam quæ mihi maxime probabilis visa est, eruditorum judicio permisisse. Nec fortasse Ruffinus plures Gregorii Nazianzeni orationes in latinam linguam transtulit. Nam hodie neque in impressis, neque in veteribus libris plus septem aut octo inveniuntur.

§. XIV. *Ubi de erratis quibusdam meis, deque diversis rebus.*

62. Notavi nonnulla in Ambrosium: quorum in uno allucinatus sum. Neque vero leve est hoc mendum, sed tale, ut ne puero quidem condonari facile possit. Nam vel ipsi infantuli oculos saltem paululum attollere possunt: quod si quis fecerit, statim ex iis quæ proxime antecedunt Ambrosii verbis intelliget, legi illo loco debere, non, ut dixi, *Noli ergo Deo non credere*, sed ita, ut in vulgatis legitur, *Noli ergo Deum credere*, hoc est, *caves credas solem Deum esse.* Plura ea de re dicere institueram: sed est causa, cur ea in aliud tempus rejecta velim. Interpres psalmi XXVIII. cum ita scripsisset, *καὶ ἡ ἐκ τοῦ Μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας γινομένη φιλία κατασκηνοῖ*, inepte & insulse loquutus fuisse mihi visus est: & tamen ex

his

Digitized by Google

his quæ retuli verbis apta & idonea ſententia, eaque non obſcura efficitur. Significavit enim interpres, amicitiam, quæ ex mamona iniquitatis conciliatur, nobis ad beatam requiem aditum dare. Ubi dixi illud pſalmi cxv. ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως, ἵνα λαλήσω νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πέντε λόγους ἐν τῷ νοΐ μου, *Sed utinam & mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei eccleſiæ verba quinque in ſenſu meo loquar*, ubi igitur dixi hæc verba mihi diſplicere, non monui, id quod decebat, eadem apud Paulum inveniri quidem, 1. Cor. 14. 19.
ſed ſenſu alio. Nam apud Apoſtolum non de fide, ſed de ſimplici linguæ alicujus notitia ſermo habetur. Inter cætera vocabula, quæ apud Baſilium inuſitata eſſe exiſtimavi, verbum quoque ἀποτηγανίζεσθαι reperitur: quo tamen orator optimus in prima de jejunio oratione uſus eſt. * Similiter ubi notavi illud, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρόνομα καὶ σύσσωμα, non ita ſimpliciter ſcriptum oportuiſſe, ſed addi debuiſſe, εἰς τὸ, ut eſſet, εἰς τὸ εἶναι τὰ, &c. opinione mea falſus ſum. Neque enim illud, εἰς τὸ, apud apoſtolum Paulum legitur, neque ab interprete Græco adjici Eph. 3. 6.
decuit. Cum inſtituiſſem ſermonem de interpretibus Baſilii, Adamum Fumanum, qui aſcetica interpretatus eſt, nullo diſcrimine habui: quem tamen cum aſcetica recenſerem, vulgum interpretum longe antecellere intellexi. Janum Cornarium laudavi, quem laude dignum etiamnum puto: ſed ei tamen Fumanus anteponendus eſſe mihi videtur. Cornarius fidelius quidem quam temporibus illis fieri ſoleret, interpretatus eſt: ſed præterquam quod ejus interpretatio dura ſit aſperaque, & mi latina, ſæpe & ipſe quoque auctoris ſententiam non conſequutus eſt. At Fumanus latine æque ac græce doctus erat: qui etſi frequentius ab auctoris ſententia aberrabat, id vitium latinitate accuratiore compenſabat. Nec diſſimulabo Fumanum in magnum aliud vitium, a quo Cornarius alieniſſimus erat, incidiſſe. Ita enim græca latine reddebat, ut paraphraſim potius quam interpretationem legere tibi videare: ſed eum nihilominus, ut dixi, omni re conſiderata, Cornario præferri debere exiſtimo. Non committam, ut ſodalem noſtrum Joannem Jacobum Raverdy non laudem, hominem multi laboris, & ad bona ſtudia juvanda natum: qui omnem curam atque operam in eo poſuit, ut novus Baſilius nitidior & emendatior legatur. Alius e noſtris ſodalibus Indicem quam diligentiſſime contexuit. Conqueſtus eſt vir clariſſimus idemque doctiſſimus, me nullum argumentum attuliſſe, ex quo effici poſſet, Baſilium tertii in Eunomium libri auctorem eſſe: id quod tamen promiſeram. Hic promiſſum complerem, niſi judicarem, me, cum in tertio volumine præclari illius de Spiritu ſancto libri legitimum parentem indagabo, multo commodius ea de re loquuturum. Cum paulo ante probare conarer, Sozomeni locum, in quo Baſilii aſcetica a quibuſdam Euſtathio Sebaſteno attributa fuiſſe dicuntur, non de regolis, ſed de monaſticis conſtitutionibus accipiendum eſſe, hoc argumento uſus ſum, quod ſi Sozomenus regulas indicare voluiſſet, ita de his feciſſet mentionem, ut Scripturarum teſtimonia, quibus refertæ ſunt, laudaſſet: quorum Scripturæ locorum meminerunt Ruffinus Caſſiannſqne & Photius. Hoc autem eodem modo intellectum nolo. Cum enim Caſſianos & Photios de his teſtimoniis expreſſe mentionem habuerint, tamen Ruffinus ea perſpicue notare ſatis habuit: qui ſcilicet de Baſilii reſponſis loquutus ſit, in quibus ejuſmodi Scripturarum loca continentur. De panegyrica oratione, quæ de martyre Barlaam habita fuit, copioſe quidem diſputatum eſt: ſed tamen omiſi quod notatu non indignum erat, videlicet in vetuſtiſſimo libro ita ſcriptum inveniri, εἰς τὸν ἅγιον Βαρλαὰμ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ μαρτυρήσαντα, *In ſanctum Barlaam, qui Antiochiæ paſſus eſt*: qua nota opinio noſtra non nihil confirmatur. Etſi enim talia non ſunt ejuſmodi librariorum teſtimonia, ut quidquam ex his certo concludi poſſit, tamen non omnino contemnenda ea eſſe conſtat.

Sæpe rogavit me vir clariſſimus Joannes Baptiſta Coignard Regius Architypographus, ut monerem, ſi tertium volumen non tam cito in lucem prodeat, id non negligentiæ ſuæ, ſed adverſæ meæ valetudini aſſignatum oportere. Enitar Deo juvante, ut ante inſequentis anni finem incœptum opus perſequamur.

INDEX

Digitized by Google

INDEX EORUM, QUÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTUR:

§. I. *DE oratione prima in Jejunium.* Pag. iv

§. II. *De oratione septima decima in Barlaam martyrem.* iv

§. III. *De homilia in sanctum Baptisma, seu de Spiritu sancto.* x

§. IV. *De homilia quæ in Lacizis habita est.* xj

§. V. *De homilia in humanam Christi generationem.* xv

§. VI. *De homilia in Pœnitentiam.* xviij

§. VII. *De homilia adversus eos qui calumniantur nos, quod tres Deos colamus.* xxij

§. VIII. *De homilia de libero arbitrio.* xxvj

§. IX. *De homilia in illud*, Ne dederis somnum oculis tuis, &c. xxviij

§. X. *De homilia tertia in Jejunium.* xxxij

§. XI. *De Asceticis.* xxxiij

§. XI. *Pars prima, de præviis tribus tractatibus asceticis.* xxxvj

§. XI. *Pars secunda, de auctore libellorum de Judicio Dei & de Fide, itemque de Moralium scriptore.* xxxviij

§. XI. *Pars tertia, an Basilius auctor sit duorum tractatuum, qui post moralia collocantur.* xlij.

§. XI. *Pars quarta, ubi ostenditur Regularum longiorum & breviorum unum & eumdem auctorem esse.* xliij

§. XI. *Pars quinta, in qua ostenditur utrasque Regulas & Constitutiones monasticas uni & eidem auctori tribui non debere.* xlv

§. XI. *Pars sexta, ubi multis argumentis probatur Basilium Regularum auctorem esse.* liv

§. XI. *Pars septima, ex qua cognosci poterit Constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno tribui debere.* lxiv

§. XI. *Pars octava, in qua de Epitimiis disputatur.* lxxij

§. XI. *Pars nona, ubi expenduntur opuscula duo, quæ Combefisius non ita pridem in suo Basilio recensito pro novis ac genuinis edidit.* lxxiij

§. XII. *Basiliene tribuendi sint duo de Baptismo libri, necne.* lxxv

§. XIII. *De Liturgia Basilii, deque latinis tribus opusculis, & de veteri quadam Ruffini quarumdam orationum interpretatione.* lxxxv

§. XIV. *Ubi de erratis quibusdam meis, deque diversis rebus.* lxxxvij

---

E L E N C H U S

VETERUM LIBRORUM AD QUOS EXACTA ET EMENDATA

sunt Basilii Opera, quæ in hoc secundo volumine continentur.

HOmiliæ de diversis recensitæ sunt ad eos manuscriptos, qui infra notantur.

Regius codex 1906. quem vocamus primum, sicque de reliquis ordine, ita ut qui primo loco ponitur, vocetur primus; qui secundo, secundus, &c. Hic liber membranaceus est & antiquus & eleganter scriptus.

Reg. codex 1907. membr. scriptus decimo sæculo.

Reg. codex 2287. membr. & antiquissimus ac optimæ notæ.

Colb. codex 457. membr. scriptus undecimo sæculo.

Colb. codex 499. membr. scriptus decimo sæculo.

Colb. codex 1934. optimæ notæ, scriptus decimo sæculo, membr.

Coisl. codex 230. noni sæculi: quo tamen parcius usi sumus, quia non parum mendosus est.

Ducæani codices, qui sic notantur, Oliv. Anglic. Sunt autem duo Oliv.

Combefisiani codices, quorum variæ lectiones in Basilio recensito leguntur.

Pro Asceticis.

Reg. codex 1908. membr. & antiquus qui jam antea fuerat a Combefisio collatus, sed sic, ut maximam variantium lectionum partem omisisset.

Reg. codex 2288. membr. & antiquus, eodem modo jam a Combefisio collatus.

Reg. 2895. membr. & antiquus.

Colb. 3063. membr. scriptus decimo sæculo.

Coisl. 231. membr. undecimo sæculo scriptus.

Coisl. codex 233. membr. & antiquus. His duobus ultimis codicibus identidem usi sumus.

Voss. codex a viro doctissimo Andrea Scotto collatus, membr. & antiquissimus.

Editio Ven. ad quam adornandam adhibiti sunt veteres quatuor libri: cujus in ora multæ variantes lectiones reperiuntur: quas diligenter notavimus.

Pro Constitutionibus monasticis.

Reg. codex 1824. membr. quem vocamus primum. Ex quo fit ut codex Regius 1908. qui pro superioribus asceticis primus est, secundus sit pro monasticis constitutionibus. Eadem causa Regius codex 2288. tertius est pro monasticis constitutionibus. Pariter Reg. codex 2895. quartus est pro iisdem constitutionibus monasticis.

Pro libris de baptismo.

Reg. codex 1908. membr. & antiquus.

Reg. codex 2288. membr. & antiquus.

Reg. codex 2895. membr. & antiquus.

CATA-

CATALOGUS

Eorum quæ secundo Tomo Operum sancti Basilii Magni continentur.

HOMILIÆ DE DIVERSIS.

I.	De Jejunio.	Pag. 1
II.	De Jejunio.	6
III.	*In illud*, Attende tibiipsi.	9
IV.	*De gratiarum actione.*	14
V.	*In Martyrem Julittam, &c.*	18
VI.	*In illud*, Destruam horrea mea, & majora ædificabo, &c. *& de Avaritia.*	24
VII.	*In Divites.*	28
VIII.	*In famam & siccitatem.*	33
IX.	*In illud, Quod Deus non est auctor malorum.*	39
X.	*Adversus iratos.*	44
XI.	*De Invidia.*	49
XII.	*In Principium Proverbiorum.*	52
XIII.	*In sanctum Baptismum.*	61
XIV.	*In Ebriosos.*	65
XV.	*De Fide.*	70
XVI.	*In illud*, In principio erat Verbum.	71
XVII.	*In Barlaam Martyrem.*	74
XVIII.	*In Gordium Martyrem.*	75
XIX.	*In sanctos quadraginta Martyres.*	79
XX.	*De Humilitate.*	83
XXI.	*Quod rebus mundanis adhærendum non sit, & de incendio extra ecclesiam facto.*	86
XXII.	*Ad adolescentes, de legendis libris Gentilium.*	92
XXIII.	*In Mamantem Martyrem.*	98
XXIV.	*Contra Sabellianos & Arium & Anomæos.*	101

ASCETICA.

Prævia Institutio ascetica.	107
Sermo asceticus de renuntiatione sæculi, &c.	108
Sermo de ascetica disciplina; quomodo monachum ornari oporteat.	113
Proœmium de Judicio Dei.	114
Sermo de Fide.	120
Index Moralium.	123
Initium Moralium.	126
Sermo asceticus.	167
Sermo asceticus.	170
Proœmium in Regulas fusius tractatas.	172
Capita Regularum fusius tractatarum.	175
Regulæ fusius tractatæ.	176
Capita Regularum brevius tractatarum.	210
Proœmium in Regulas breviores.	216
Regulæ brevius tractatæ.	217
Pœnæ in Monachos delinquentes.	273
Epitimia in Canonicas.	275
Capita Constitutionum.	ibid.
Constitutiones monasticæ.	277

APPENDIX.

Homilia de Spiritu sancto.	303
Homilia in aliquot Scripturæ locos, dicta in Lacizis.	305
Homilia in sanctam Christi generationem.	310
Homilia de Pœnitentia.	314
Homilia adversus calumniatores S. Trinitatis.	319
Sermo de libero arbitrio.	319
Homilia in illud, Ne dederis somnum oculis tuis, &c.	322
Homilia III. de Jejunio.	214
Sermo asceticus, de religiosæ exercitationis informatione.	325
Liber I. de Baptismo.	326
Liber II. de Baptismo.	341
Liturgia S. Basilii Alexandrina.	353
Liturgia S. Basilii Coptica.	360
Tractatus de consolatione in adversis.	371
De Laude solitariæ vitæ.	379
Admonitio ad Filium spiritualem.	382

Homiliæ S. Basilii quas transtulit Ruffinus e Græco in Latinum.

I.	*In Psalmum I.*	390
II.	*In illud*, Attende tibi ne forte fiat in corde tuo sermo occultus iniquitas.	395
III.	*In illud Lucæ*, Cujusdam divitis fructus uberes ager attulit, &c.	405
IV.	*De Invidia.*	506
V.	*In Principium Proverbiorum Solomonis.*	410
VI.	*De Fide.*	421
VII.	*Ad Virginem lapsam.*	422
VIII.	*In Psalmum LIX.*	425
	Index locorum Scripturæ sacræ.	
	Index rerum & verborum.	

MONITUM.

Ita res in hoc volumine disposuimus, ut genuinæ orationes obtineant primum locum, ascetica secundum, aliæ conciones spuriæ tertium, duæ lucubratiunculæ Cotelerianæ & altera Combefisiana quartum, duo de Baptismo libri quintum, liturgia sextum, alia quædam latine scripta ultimum. Hoc igitur volumen æque ac primum in duas partes divisum est: quarum in prima genuinæ lucubrationes, in altera adulterinæ continentur. Sed ne cui ea quam dixi rerum dispositio errorem objiciat, monere inutile non fuerit, germanis ac sinceris peregrina quædam admisceri. Statim igitur inter certas ac indubitatas invenitur secunda de Jejunio oratio, non quod eam certam esse atque indubitatam putem, sed quod a doctissimis viris talis esse credatur. Rursus panegyricam orationem, quæ de martyre Barlaam habita est, inter germana ac sincera collocavi; quam tamen peregrinam esse arbitror. Sed hæc concio, etsi meo judicio aliena, ita tamen elegans est & ornata, ut inter genuinas locum mereri mihi visa sit. Reliquas autem orationes omnes, quæ in prima voluminis parte leguntur, pro veris ac certis habeo: eoque magis in hac mea sententia confirmor, quod earum nullam hactenus ab eruditis in dubium revocatam fuisse videam. Neque vero id cuiquam mirum videri debet, cum in his nihil sit, unde suspicio vel minima oriri possit. Nam ut interim de quibusdam orationibus, quarum veteres mentionem fecere, taceam, neminem inficias iturum spero, si in omnibus pariter omnes dicendi virtutes, quas antiqui in Basilio laudarunt, splendescere ac micare affirmem. Et vero miras illas ingenii dotes, quibus Basilius excelluisse a veteribus dicitur, in iis quas dixi orationibus videre cuique licet, eloquentiam incredibilem, rerum & verborum copiam, summam mundanæ sapientiæ cognitionem ab omni ostentatione alienissimam, eruditionem, pietatem, artis ornamenta omnia sine ulla significatione artis, in explicandis mysteriis tradendisque morum præceptis diligentiam maximam, perspicuitatem, perfectissimam liberalium disciplinarum intelligentiam, vim persuadendi singularem, &, ut verbo dicam, felicem quamdam naturam cum ad cætera tum ad panegyricum dicendi genus accommodatissimam. Neque mihi hoc credi postulo: imo meis verbis fidem facile adhiberi ægre ferrem. Ita enim sentio, quo attentius diligentiusque hæ conciones legentur, eo minus suspectas fore. Et alioquin dignissimæ sunt, quæ sæpius ab omnibus legantur, cum earum lectio cuivis & utilissima & jucundissima futura sit. Doctissimi quique mirabuntur orationes, in quibus nihil otiosum, nihil redundans reperitur: in quibus densa sunt & compacta omnia nervorumque & virium plena, cum omnibus condita dicendi festivitatibus, tum præclarissimis saluberrimisque præceptis refertissima.

Ascetica plus mihi negotii exhibuerunt. Modo eorum nonnulla in secunda tomi parte reponebam: modo eadem in primam revocabam. Sed tamen cum rem eamdem in asceticis omnibus tractari cogitavi, alia ab aliis non separanda esse censui. Quare ne vera cum falsis incaute confundantur, hoc loco breviter singula recensere non pigebit. Genuina sunt & germana, ut nobis quidem videtur, ascetica tria opuscula prævia, libelli de judicio Dei ac de fide, moralia, regulæ tam longiores quam breviores: in spuriis vero cætera numeramus, videlicet breves duos libellos qui post moralia locati sunt, constitutiones monasticas, epitimia, duas quas Combefisius edidit lucubratiunculas. Attuli in præfatione argumenta omnis generis, quibus probari posse credidi, tractatum quemque aut genuinum esse, aut adulterinum. Quare hic quidquam addi iis de rebus necesse non puto, cum potius vereri debeam, ne singulis explicandis diutius immoratus fuisse videar.

Pars voluminis secunda a prima in hoc differt, quod quæcumque in ea reperiuntur, aut spuria sint, aut certe spuria esse mihi videantur: quod tamen ita accipi volo, ut Ruffiniana quarumdam Basilii orationum interpretatio in subdititiis non ponatur. Cum autem præstiterim in præfatione, quæcumque homo meæ sortis præstare poterat, in eaque omnia disposuerim suo ordine & loco, nec quidquam omiserim eorum, quibus meam sententiam defendi posse arbitrarer, tædium parerem, si res fuse explicatas hic fusius explicare conarer. Satis igitur habebo petere ac rogare ab eruditis hominibus hoc unum, ut pro sua humanitate atque benevolentia præfationem nostram benigne & legant, & interpretentur.

TOT

Digitized by Google



SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII,
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,
DE JEJUNIO.

HOMILIA I.

Psal. 80. 4. LANGITE, inquit, *in initio mensis*, *buccina*, *in insigni die solemnitatis vestræ*. Hoc mandatum est propheticum. Porro festum quod hos dies antecedit, quavis tuba vocalius, & quovis instrumento musico significantius indicant nobis scripturæ recitatæ. Nam ex Esaia didicimus jejuniorum gratiam, qui ut Judaicum jejunandi modum aversatus est, ita verum je- B junium nobis commonstravit. *Ne jejunetis* *Esa. 58. 4. & 6.* *ad lites ac contentiones*, *sed dissolve omne vinculum iniquitatis*. Et Dominus: *Nolite fieri* *Matth. 6. 16.* *tristes*, *sed lava faciem tuam*, *& unge caput tuum*. Sic igitur animis affecti simus, quemadmodum sumus edocti, ac dies instantes haudquaquam tristi, sed hilari animo excipiamus, sicuti decet sanctos. Nemo dejectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum statuit. Noli tristis esse, dum curaris. Absurdum fuerit non lætari de sanitate animæ, imo de commutatis cibis dolere, ac videri C tales qui plus tribuamus voluptati ventris, quam curæ mentis. Nam in ventre sistitur satietatis delectatio, sed jejunium in animam subvehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi a medico datum est pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim vermes qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehemen- A ter acribus & amaris excutiuntur, ita peccatum in intimis secessibus inhabitans, delet enecatque simul atque in animam supervenerit jejunium, quod scilicet vere sit hoc nomine dignum.

2. *Unge caput tuum*, *& lava faciem*. Ad mysteria te vocat scriptura. Qui unctus est, inunxit: qui ablutus fuit, abluit. Transfer præceptum ad interna membra. Ablue animam a peccatis. Unge caput unguento sancto, ut consortium habeas cum Christo, sicque accedito ad jejunium. Noli obscurare faciem tuam more hypocritarum. Obscuratur facies, cum internus affectus externo quodam habitu simulato obumbratur, mendacio veluti velo obtento contectus. Hypocrita est qui in theatro personam sustinet alienam, sæpe heri, cum sit servus: aut regis, cum sit privatus. Itidem in hac vita velut in orchestra quadam agunt plerique vitam theatricam, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominibus ostendentes. Itaque ne obscures faciem. Qualis es, talis appare, ne teipsum transfigures in habitum tristem ac tetricum, hinc laudem ac gloriam aucupans, quod videare continens, ac temperans. Neque enim boni operis, cui tuba præcinit, utilitas est ulla, neque fructus ullus jejunii, quod ad publicam fit ostentationem. Quæ enim ostentationis causa fiunt, ea nequaquam porrigunt fructum in sæculum venturum, verum in hominum laudem commendationemque desinunt. Proin

Digitized by Google

Proin hilariter accurre ad jejunii donum. Vetus donum est jejunium, quod non veterascit, nec senescit, sed usque renovatur, sed perpetuo vigore pubescit.

3. Putasne me jejunii antiquitatem a legis initio supputare? Etiam ipsa lege antiquius est jejunium. Paulisper si manseris, comperies verum esse quod dixi. Cave existimes diem propitiationis, qui designatus Israelitis erat mense septimo, decimo die mensis, fuisse jejunii principium. Ades huc, ac per historiam decurrens, vestiga jejunii antiquitatem. Neque enim recens inventum est, sed pretiosus thesaurus a majoribus repositus ac traditus. Quidquid vetustate præcellit, idem venerabile est. Reverere jejunii caniciem. Tam vetus est, ut simul cum homine condito cœperit: in paradiso præscriptum est. Primum illud præceptum accepit Adamus: (Gen. 2. 17.) *De ligno scientiæ boni & mali non comedetis*. Illud autem, *non comedetis*, jejunii & abstinentiæ lex est. Si a ligno jejunasset Eva, nequaquam hoc nunc jejunio opus haberemus. (Matth. 9. 12.) *Neque enim opus est valentibus medico, sed male habentibus*. Fuimus per peccatum læsi, sanemur per pœnitentiam: pœnitentia autem sine jejunio iners est & infrugifera. (Gen. 3. 17.) *Maledicta terra, spinas & tribulos germinabit tibi*. In tristitia vivere jussus es, non indulgere deliciis. Per jejunium satisfacito Deo. Quin & ipsa in paradiso vita, jejunii simulacrum est, non ob id modo, quod homo communi cum angelis vivendi ratione utens, ipsis efficiebatur similis, utpote paucis contentus: verum etiam, quod quæcumque post hominum cogitatio commenta est, ea nondum degentibus in paradiso excogitata erant, nondum vini potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcumque perturbant mentem humanam.

4. Quoniam non jejunavimus, exulamos e paradiso: jejunemus igitur, ut ad illum revertamur. An non vides, quomodo Lazarus per jejunium ingressus est paradisum? Noli imitari Evæ inobedientiam, noli rursus serpentem in consilium adhibere, edulium ad carnem mollius curandam proponentem. Ne causeris corporis infirmam valetudinem, ac debilitatem. Neque enim mihi istas excusationes profers: sed scienti dicis. Age, dic mihi, jejunare non potes, & potes continuo expleri cibis, potes conficere corpus pondere escarum? Atqui infirmis, non ciborum varietatem, sed inediam & abstinentiam a medicis solere præscribi scio. Qui fit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Utrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere? Imo ne jacere quidem, sed crebro huc & huc verti, A dehiscentem ac stridentem? Nisi forte dicturus es illud, quod naucleri facilius servant navim sarcinis onustam quam eam quæ expeditior est ac levior. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus adoriens demergit: contra, cujus sarcina moderata est ac modica, hæc facile fluctus superat; eo quod eam his fieri altiorem impediat nihil. Eumdem ad modum & hominum corpora, assidua expletione degravata facile a morbis demerguntur: quæ vero facili levique utuntur alimonia, non modo B quod ex morbo imminet malum, velut procellæ assultum effugiunt; verum etiam præsentem jam ægritudinem velut turbinem quemdam exorientem discutiunt. Videlicet juxta tuam sententiam laboriosius erit quiescere quam currere, & otiosum esse quam luctari: siquidem judicas congruentius esse infirmos deliciis expleri, quam parco tenuique uti victu. Nam vis illa qua animali providetur, temperatum ac parcum victum nullo negotio concoquit, & in corporis quod alitur substantiam vertit. C At eadem ubi opiparos variosque cibos complexa est, nec deinde par est his omnino coquendis, tum diversa gignit morborum genera.

5. Sed jam ad historiam se nostra recipiat oratio, jejunii antiquitatem percurrens, & quantopere omnes Sancti, perinde quasi hæreditatem a majoribus traditam, jejunium observaverint, patresque suis quique liberis tradiderint: unde & ad nos perpetua quadam successionis serie pervenit hæc possessio. Non erat in paradiso vinum, non erat pe- D cudum mactatio, non carnium esus. Post diluvium cœpit vinum: post diluvium: *Comedite omnia sicut olera pabuli*. (Gen. 9. 3.) Posteaquam desperata est perfectio, tum denique his utendi concessa est potestas. Porro nullam tum fuisse vini experientiam, argumento est Noe, qui nesciebat vini usum. Nondum enim obrepserat in humanam vitam, nondum mortalium usu tritum erat. Itaque cum ille nec alium quemquam bibentem vidisset, nec ipse esset expertus, in noxam a vino afferri solitam incidit incautus. *Plan-* (Gen. 9. 20.) E *tavit enim Noe vineam, bibitque de fructu, & inebriatus est*; non quidem eo quod vinolentus esset, sed quod sumendi vini modum nesciret. Itaque inventum bibendi vinum, recentius est paradiso, adeo vetusta est jejunii dignitas. Quin & Mosen novimus per jejunium accessisse ad montem. Neque enim ausus esset verticem fumantem attingere, neque ingredi in nubem, nisi fuisset jejunio obarmatus. Per jejunium legem accepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in montis quidem cacumine jejunium legem impetravit, in radice vero montis ingluvies ad

ido-

Exod. 32. 6. idololatriam dementavit. *Sedit enim populus ut ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum*. Quod famulus quadraginta dies jejunus assidue versans cum Deo, deprecansque confecerat, id unica temulentia reddidit irritum, infrugiferumque. Nam tabulas quas jejunium impetrarat conscriptas digito Dei, ebrietas comminuit; judicavit quippe propheta ebrium populum dignum non esse, qui legem acciperet a Deo. In unico temporis momento populus ille, qui maximis prodigiis Dei cognitionem acceperat, per gulam ad insanam Ægyptiorum idololatriam devolutus est. Hæc utraque inter se componito, hinc quomodo jejunium adjungat Deo, illinc quomodo luxus auferat salutem. Descende, ac via qua cœpisti ad inferiora perge.

Gen. 25. 33. 6. Ecquid inquinavit Esau, & servum fecit fratris? Nonne edulium unum, eujus 1.Reg. 1.15. gratia vendidit jus primogeniti? Jam Samuelem nonne deprecatio cum jejunio conjuncta donavit matri? Quid fortissimum virum Sampsonem invictum reddidit? an non jejunium, quocum in utero matris conceptus est? Hunc peperit jejunium, hunc enutrivit jejunium instar nutricis, jejunio in virum adolevit, quod jejunium angelus præ- Jud. 13. 14. scripserat matri. *Quicquid proficiscitur e vinea, ne edat; vinumque & siceram ne bibat*. Jejunium prophetas generat, roborat fortes: jejunium legum latoribus subministrat sapientiam: bona animæ custodia, corpori tutus contubernalis, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc ungit ad pietatem, sobrietatis domesticus comes, opifex castitatis. In bellis fortiter agit, in pace docet quietem. Nazaræum sanctificat, perficit sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut absque jejunio audeat ad sanctum ministerium accedere, non tantum in mystico horum temporum veroque cultu, verum etiam in eo qui juxta legem in figuris perage- 3.Reg.19.8. batur. Jejunium Eliam magni illius spectaculi spectatorem fecit, qui cum quadraginta dierum jejunio repurgasset animam, ira demum in spelunca quæ est in Choreb, promeruit videre Dominum, quantum quidem licet homini videre. Jejunans reddidit viduæ filium, fortis factus adversus ipsam mortem per jejunium. Vox abs jejunantis ore profecta, scelerato populo clausit cælum annos tres, ac menses sex. Ut enim hominum duram cervicem habentium cor indomitum emollirer, voluit & seipsum ea calamitate 3.Reg. 17.1. cum cæteris condemnare. Propterea, *Vivit Dominus*, inquit, *si erit aqua super terram, nisi per os meum*. Et jejunium intulit per famem populo omni, videlicet ut ortam ex deliciis vitaque dissoluta nequitiam cor-

A rigerer. Rursus quinam victus Elisæi? quomodo apud Sunamitidem hospitio usus est? quomodo ipse prophetas excepit? Nonne agrestia olera ac farinæ pauxillum hospitalitatis munus explebant? Quo tempore etiam colocynthide sumpta, erant periclitaturi qui gustarant, ni fuisset jejunatoris prece dissipatum venenum. Atque, ut semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam institutos fuisse. Ea est natura corporis cujusdam, quod *amianton* vocant, ut B igni consumi non possit. Id si in flamma ponatur, videtur quidem ignescere, & in prunam verti: sed si eximatur igni, perinde quasi fuisset aqua illustratum, evadit purius. Hujusmodi erant trium illorum puerorum corpora in Babylone, naturam *amianti* per jejunium habentia. Siquidem in vehementi fornacis flamma quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxa ignis ac injuria superiores. Quin & auro ostensi sunt fortiores. Neque enim ipsos conflabat ignis, sed integros illibatosque tuebatur. Atqui nihil C est quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix, & sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta novem eubitos diffusa esset, atque circumjacentia depascens, plurimos Chaldæos absumpserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum jejunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igne tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eo quod a jejunio essent aliti.

7. Porro Daniel vir desideriorum, cum Dan. 10. D tres hebdomadas panem non edisset, nec bibisset aquam, demissus in lacum etiam leones jejunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quasi e lapide, aut ære, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuisset. Adeo jejunium velut quædam ferri tinctura firmarat viri illius corpus, ac leonibus insuperabile reddiderat. Neque enim os aperuerunt adversus sanctum. Jejunium restinxit vim ignis, obturavit ora leonum. Jejunium precationem transmittit in cælum, E dum ipsi est alarum loco ad supernum iter conficiendum. Jejunium domorum incrementum est, sanitatis mater, juventutis pædagogus, ornamentum senibus, bonus comes viatoribus, tutus contubernalis conjugatis. Nullas maritus suspicatur jugio strui insidias, conspiciens uxori familiare jejunium. Non contabescit uxor zelotypia, cernens maritum amplecti jejunium. Quis rem familiarem diminuit in jejunio? Recense hodie domus supellectilem, ac postea denuo numera, nihil deerit ob jejunium in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mor-

tem, nusquam sanguis, nusquam sententia A ab inexorabili ventre adversus animantia prolata. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. Sabbatum Judæis erat traditum, *ut requiescat*, inquit, *jumentum tuum & servus tuus*. Sit jejunium famulis requies a perpetuis laboribus, qui tibi per totum annum inserviunt. Dato respirationem & moram coquo tuo, sine vacare structorem mensarum; siste pocillatoris manum, sit aliquando respiratio variorum bellariorum ac cupediarum architecto. Conquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, a fumo, a nidore, ab his qui sursum deorsum cursitant, ac ventri B velut imperiosæ dominæ ministrant. Prorsus etiam tributorum exactores sibi obnoxiis pusillum concedunt libertatis. Det aliquantum vacationis & venter ori, paciscatur nobiscum quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec unquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliviscitur. Cum fuerit expletus, tum de abstinentia philosophatur: ubi detumuit, dogmatum illorum obliviscitur.

Exod. 20. 10.

8. Jejunium non novit fœnoris naturam, non olet usuras jejunantis mensa, non præ- C focat orphanum jejunatoris filium æs alienum a patre conflatum, quod serpentium ritu circumvolvatur. Quamquam & alias jejunium occasio est hilaritatis. Nam quemadmodum sitis efficit, ut jucundus sit potus, & sicut quæ prævivit fames, epulas suaves reddit: ita quoque quæ sumuntur edulia, condit jejunium, atque edulcat. Dum enim medium se interponit, ac deliciarum continuum usum interrumpit, sumtionem, ut pote intermissam, tibi jucundam exhibebit. Proinde si vis tibi mensam apparare sua- D vem, admitte ex jejunio vicissitudinem. Tu vero, quod deliciis nimium addictus es, insipidas reddis tibi delicias imprudens, ac præ voluptatis amore voluptatem fugas. Nihil enim tam cupitum est, quod non abeat in fastidium, si perpetuo fruare. At quæ raro habentur, his avide fruimur. Sic & qui condidit nos Deus, providit ut dona ipsius gratiam apud nos obtineant ipsa vivendi varietate, ac vicissitudine. An non vides solem esse lætiorem post noctem? ac vigiliam esse jucundiorem post somnum? & sanitatem E esse desiderabiliorem contraria expertis. Itidem & mensa est gratior post jejunium, idque ut divitibus, & iis quibus mensa est opipara, ita tenuibus, & iis qui parabili facilique victu utuntur.

9. Terreat te divitis exemplum, quem vita in deliciis acta tradidit incendio. Non enim ob crimen injustitiæ, sed ob vitæ mollitiem in camini flamma torrebatur. Proin ut hoc incendium extinguamus, opus est aqua. Neque vero ad futura solum utile est jejunium, sed hic etiam ipsi carni conducibilius est. Siquidem habitudo corporis extreme bona sensim alteratur, mutaturque: nimirum succumbente natura, nec valente corpulentiæ pondus sustinere. Vide ne qui nunc aquam respuis, in posterum quoque exemplo divitis illius, stillam aquæ concupiscas. Nemo per aquæ potum lapsus est in crapulam, nulli caput unquam doluit aqua gravatum. Nullus eguit alienis pedibus, cui fuerit familiaris aquæ potus. Nullius pedes præpediti sunt, nullius manus usum suum amiserunt, aqua irrigatæ. Nam concoctionis vitium, quod viventes in deliciis necessario comitatur, acres morbos gignit in corporibus. Jejunantis color venerabilis est, non inverecundo rubore floridus, sed modesto pallore cohonestatus: oculi placidi, incessus compositus, vultus cogitatione defixus, nec intemperato risu dedecoratus, concinnos sermo, purum cor. Revoca in memoriam quotquot ab orbe condito fuere sancti, *quibus dignus non erat mundus*, *qui circumibant in pellibus ovium & caprarum, egentes*, *pressi*, *afflicti*; illorum imitare vitam, si modo illorum cupis assequi sortem. Quæ res Lazaro quietem paravit in sinu Abrahæ? Nonne jejunium? Porro Joannis vita, unum erat ac continuum jejunium. Non habebat lectum, non mensam, non arva, non aratorem bovem, non triticum, non pistorem, denique non aliud quidquam eorum quæ ad victum pertinent. Ideoque *inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista*. Paulum cum alia, tum jejunium quod super afflictionibus suis glorians recensuit, in tertium cælum subvexit. Porro quod præcipuum est ex iis quæ diximus, Dominus noster non prius in carne, quam pro nobis assumpserat, diaboli insultus excepit, quam eam jejunio communisset, tum nos erudiens ut nosmet jejuniis ac tentationum certamina ungamus & exerceamus, tum adversario per esuritionem præbens accedendi quasi ansam. Alioqui propter divinæ naturæ sublimitatem non patebat ad illum aditus diabolo; nisi se per esuritionem ad humanam imbecillitatem submisisset. Attamen priusquam reverteretur in cælos, cibum gustavit, corporis quod resurrexerat naturam ac veritatem comprobaturus. Tu vero nullum ne finem facturus es teipsum supra modum saginandi ac carne onerandi? nullam ne animo ex fame & inedia extabescente, habiturus es rationem salutarium ac vivificorum dogmatum? An ignoras quod perinde atque in acie hinc atque hinc instructa, qui alteri parti fert suppetias, facit ut altera vincatur; ita qui carni sese adjungit, expugnat spiritum, & qui ad spiritum tran-

Hebr. 11. 38.

Matth. 11. 11.

2. Cor. 11. 27. & 12. 2.

Matth. 4. 2.

transit, carnem in servitutem redigit? Hæc A enim sibi invicem adversantur. Proinde si cupis mentem reddere validam, fac carnem domes jejunio. Hoc enim est quod ait Apostolus, quod quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renovatur.
2. Cor. 4. 16. & 13. 10. Item illud: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Itane non contemnes istas escas, quæ corrumpuntur? itane non te capiet illius mensæ desiderium, quæ est in regno cælorum, quam prorsus hic jejunando tibi præparabis? An ignoras quod immoderata expletione tibi ipsi pinguem tortorem vermem paras? B Quis enim in splendidis epulis, perpetuisque deliciis particeps factus est ullius doni spiritualis? Moses ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi una cum Ninivitis jejunassent & ipsa bruta animalia, haud quaquam effugissent subversio-
Heb. 3. 17. Num. 14. 37. nis comminationem. *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto?* Nonne eorum, qui esum carnium flagitabant? Illi donec erant contenti Manna, & aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant
Psal. 104. 37. Exod. 16. 5. iter, *non erat infirmus in tribubus eorum*: po- C steaquam vero recordati sunt carnium ollas; & desiderio reversi sunt in Ægyptum, non viderunt terram repromissam. Non metuis exemplum? non horres edacitatem? ne forte a bonis quæ speramus, te excludat. Ac ne Daniel quidem ille sapiens visiones vidisset, nisi jejunio reddidisset animam limpidiorem. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem sancti Spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. Quod si angelorum quoque ci- D bus est ullus, panis est, quemadmodum ait
Psal. 78. 25. propheta, *Panem angelorum manducavit homo.* Non carnes, non vinum, non denique quæcumque alia, quæ qui serviunt ventri, ingenti studio exquirunt. Jejunium armatura est ad confligendum cum dæmonibus.
Matt. 9. 28. Nam *hoc genus non exit nisi in oratione & jejunio.* Tam multa bona proveniunt e jejunio: contra, satietas lasciviæ initium est. Statim enim una cum deliciis, ebrietate, & omni genere conditis bellariis, prudit libidinis pecuinæ genus omne. Hinc equi insanien- E tes in fœminas fiunt homines, ob œstrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ. A temulentis orta est naturæ inversio, dum in masculino sexu fœmininum, in fœminino masculinum quærunt. Jejunium vero etiam in usu conjugii modum temperantiamque docet, ac voluptatum lege conces-
1. Cor. 7. 5. sarum immodicum usum castigans, parit concors otium, ut perseverent in precatione.

10. Cave tamen ne jejunii utilitatem sola escarum abstinentia metiaris. Verum enim
Esai. 58. 6. jejunium est a vitiis esse alienum. *Solve omne vinculum iniquitatis:* condona proximo molestiam illatam tibi, remitte illi debita. *Nolite ad lites ac contentiones jejunare.* Ibid. v. 4. Carnes non edis, sed comedis fratrem. A vino abstines, sed ab injuriis tibi non temperas. Exspectas vesperam, ut cibum capias, sed diem totum absumis apud tribunalia. Væ Esai. 51. 21. iis qui ebrii sunt, non a vino. Ira, mentis est temulentia, eamque desipientem reddit, haud aliter quam vinum. Tristitia est quoque temulentia mentem obruens, ac demergens. Alia temulentia metus est, cum habetur ubi non oportet. *A timore* enim, Psalm. 63. 2. inquit, *inimici eripe animam meam.* In summa, quivis affectus dimovens animam a statu suo, dici merito potest ebrietas. Cogita mihi hominem ira percitum, quam temulentus sit eo vitio. Non est sui compos, non novit semetipsum, non novit qui adsunt: sed velut in pugna nocturna, omnes attingit, in quoslibet obvios incidit, inconsiderata loquitur, non potest cohiberi, conviciatur, percutit, minatur, dejerat, vociferatur, disrumpitur. Fugito istam temulentiam, sed ne illam quidem quæ ex vino nascitur, admitte. Noli aquæ potum largiore vini potu prævertere. Ne te ad jejunii mysteria introducat ebrietas. Non est per temulentiam aditus ad jejunium, quemadmodum nec ad justitiam accessus est per fraudationem, nec ad castimoniam per lasciviam, nec, ut summatim dicam, per nequitiam ad virtutem. Aliud ostium est ad jejunium. Ebrietas ad lasciviam inducit, ad jejunium frugalitas. Athleta ante certamen exercetur: qui jejunaturus est, præparat se per abstinentiam. Ne velut ulciscens hos dies, neu veluti fucum facturus legislatori, ante hos quinque dies colloca crapulam. Nam laboras frustra, si corpus quidem conficis, nec tamen solatium esuritioni admoves. Infida est cella, in pertusum dolium infundis. Etenim vinum diffluit ad suam recurrens viam, contra remanet peccatum. Famulus profugit ab hero verberante: tu vero non recedis a vino, quod tuum quotidie caput percutit? Modus utendi vino optimus est, corporis necessitas. Quod si fines prætergredieris, postridie venies capitis gravedine affectus, oscitans, vertigine laborans, putrefactum olens vinum: omnia tibi circumferri, omnia circumvolvi videbuntur. Ebrietas ut somnum affert mortis germanum, ita vigiliam habet somniis assimilem.

11. An ignoras quem es hospitio excepturus? nimirum illum, qui nobis ita pollicitus est: *Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Joan. 14. 23. Cur igitur prius recipis temulentiam, ac Domino ingressum præcludis? Cur hostem inducis, ut tua prior mu-

munimenta occupet? Ebrietas non recipit Dominum, ebrietas Spiritum sanctum propellit. Fumus quidem abigit apes, dona vero spiritualia fugat crapula. Jejunium civitatis est ornamentum, fori columen, domorum pax, incolumitas facultatum. Vis jejunii videre dignitatem? Confer mihi hodierni diei vesperam cum vespera crastini, conspicies civitatem e tumultu ac tempestate mutatam in profundam tranquillitatem. Utinam autem & hodiernus dies crastino similis sit sanctitate & gravitate, & crastinus dies hodierno non cedat hilaritate. Cæterum qui nos perduxit ad hunc temporis recursum Dominus, præstet nobis tamquam certatoribus, ut in hoc certaminum exordio firmam ac constantem temperantiam ostendamus, perveniamusque ad arbitram coronarum diem, ut recordemur nunc quidem salutiferæ Passionis, in futuro vero sæculo fruamur præmio, pro his quæ in hac vita gessimus, reponendo in justo judicio Christi ipsius, quoniam illi gloria in sæcula, Amen.

DE JEJUNIO,

Homilia II.

Esa. 40. 1.

1. EXhortamini, inquit, *sacerdotes populum: loquimini ad aures Jerusalem*. Ea vis est orationis, ut & studiosis possit impetum intendere, & ignavis ac segnibus excitare alacritatem. Hanc ob caussam duces cum aciem instruunt, exhortatoriis orationibus ante conflictum uti solent, tantamque vim habet ea exhortatio, ut compluribus etiam mortis contemptum frequenter afferat. Similiter exercitiorum magistri & pædotribæ, si quando in stadiis certaturos producunt, multis admonent labores necessario pro coronis perferendos esse, adeoque victoriæ consequendæ studio adducti sunt multi ad sua corpora contemnenda. Proinde mihi quoque, qui Christi milites ad bellum cum invisibilibus hostibus gerendum instruo, & athletas pietatis per abstinentiam præparo ad justitiæ coronas, opus est oratione exhortatoria. Quid igitur est quod dico, fratres? nempe quod iis qui bellicis in rebus exercentur, quique in palæstris luctando desudant, convenit, ut copia ciborum reddant seipsos corpulentos & obesos; videlicet quo validioribus nervis labores queant capessere. Contra vero, quibus non est colluctatio adversus sanguinem & carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi dominos tenebrarum harum, adversus spirituales nequitias, hos oportet per sobrietatem ac jejunium ad certamen exerceri. Etenim quemadmodum oleum pinguefacit athletam: ita jejunium robur addit ei qui ad pietatem exercet sese. Itaque quantum subtraxeris carni, tanto reddes animam bona habitudine spirituali nitidiorem. Non enim ex viribus corporis, sed ex animi tolerantia, atque in afflictionibus patientia adversus hostes invisibiles robur suppetit.

(Ephes. 6. 12.)

2. Est quidem jejunium omni tempore utile, iis qui lubenti animo illud suscipiunt: (neque enim assultus dæmonum quidquam audet adversus jejunantem, ac vitæ nostræ custodes angeli diligentius adsunt iis, qui jejunio purgatam habent animam:) sed multo magis hoc tempore, quo per universum terrarum orbem undique denuntiatur jejunii præconium. Nec ulla est insula, nec ulla terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non audiatur jejunii edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negotiatores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Ne quis igitur semet excludat a numero jejunantium, in quo omne genus hominum, omnis ætas, omnes dignitatum ordines recensentur. Angeli sunt qui in singulis ecclesiis describunt ac recensent jejunantium capita. Vide ne ob parvam eduliorum voluptatem simul & priveris angeli recensione, & teipsum apud eum qui exercitum collegit, obnoxium facias desertoris crimini. Minus periculum foret, si quis fugiendo scutum in acie abjicere deprehenderetur, quam si magnum illud scutum jejunium videatur projecisse. Dives es? Ne jejunium afficeris contumelia, excludens illud fastidiose a mensæ tuæ consortio, neve absque ullo honore e domo tua ipsum expuleris, a voluptate victum ac superatum; nequando te reum peragat apud jejuniorum legislatorem, fiatque ut condemneris ad longe majorem inediam mulctæ nomine, sive ex adversa valetudine corporis, sive ex alio quopiam tristi casu. Contra qui pauper est, ne ludum jejunium faciat; quandoquidem illud jam olim habet & domesticum, & mensæ socium. Porro mulieribus quam est naturale respirare, tam est conveniens jejunium. Pueri velut plantæ virides, jejunii aqua irrigentur. Senibus levem reddit laborem contracta jam olim cum jejunio familiaritas: labores siquidem quorum factum est experimentum longo usu, minore molestia afficiunt exercitatos. Viatoribus expeditus itineris comes est jejunium. Quemadmodum enim luxus cogit illos onus perferre, nimirum ea quibus se ingurgitarunt circumferentes: sic jejunium eos & leves reddit & expeditos. Ad hæc indicta procul expeditione, militibus commeatus suppedi-

pedi-

peditatur non ad delicias, sed ad necessitatem; an non multo magis nobis qui adversus hostes invisibiles prodimus in prælium, ac post eos devictos ad supernam patriam festinamus, conveniet, tamquam in castris degentibus, necessariis esse contentos?

3. Soffer afflictionem velut bonus miles,
1.Cor. 9.25. & legitime certa, ut coroneris, illud haud ignorans, quod quicumque certat, in omnibus sibi temperat. Sed quod mihi modo inter dicendum venit in mentem, haud merito omitteretur, videlicet, quod hujus mundi militibus pro laborum ratione augetur obsonium: contra, inter spirituales milites qui minus habet alimenti, plus habet honoris. Nam quemadmodum galea nostra sua natura differt a corruptibili: siquidem
1.Thess.5.8. Ephes.6.17. illius materia est æs, nostra vero ex spe salutis est conflata: itidem illis scutum e ligno ac tergore bubulo confectum est, nobis vero fidei tutamen loco est scuti. Rursum nos thorace justitiæ obarmamur, illi tonicam hamis consertam circumferunt: præterea nobis adest gladius spiritus ad defensionem, illi ferro defenduntor. Ita quoque nos non iisdem cibariis quibus illi, vegetamur viresque colligimus: sed nos pietatis dogmata corroborant, illis ad parandas vires expletione ventris est opus. Quoniam igitur temporis circulus dies hos vehementer optabiles nobis reduxit, eos tamquam veteres nutritios, lubentes & hilares quisque excipiamus, per quos Ecclesia nos ad pietatem educat. Proinde jejunaturus noli tristis esse, Judæorum more: sed juxta doctrinam evangelicam teipsum hilarem & alacrem præbe; neque lugeas ventris inediam, sed animæ potius gratulare spiritualibus epulis fruenti. Scis enim quod *caro concupiscit adver-*
Gal. 5. 17. *sus spiritum, & spiritus adversus carnem*. Itaque cum hæc sibi invicem adversentur, subtrahamus carni delicias, augeamus animæ robur; ut per jejunium a vitiis atque libidinibus victoriam reportantes, abstinentiæ coronis cingamur.

4. Jam igitur teipsum exhibeas dignum jejunio cum primis venerabili, ut ne hodierna temulentia crastinam abstineotiam corrumpas. Improbum istuc consilium est, prava cogitatio est, ita dicentium: quoniam nobis quinque dierom jejunium indictum est, hodie nosipsos temulentia obruamus. Nemo pudicam uxorem legitimo conjugio ducturus, prius scorta & concubinas domum inducit. Neque enim conjux legitima patitur convictum contuberniumque corruptarum. Proinde tu quoque cum exspectatur jejunium, cave prius introducas ebrietatem, scortum illud publicum, impudentiæ matrem, risus amantem, insanientem, ad omnia turpitudinis genera proclivem. Neque enim jejunium & precatio introibunt in animam temulentiæ sordibus inquinatam. Jejunantem intra sacros cancellos suscipit Dominus: at luxu crapulaque plenum, veluti prophanum & a sacris alienum nequaquam admittit. Etenim si cras venias vinum olens, idque cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro jejunio imputabo? Neque enim illud cogita, quod merum tibi recens infusum non est: sed quod a vino purus non es, hoc reputa. In utro te ordine collocabo? Inter ebriosos, an inter jejunantes? Præterita vinolentia te sibi asserit: præsens inedia jejunium testificatur. Anceps es, & controversum temulentiæ veluti mancipium, nec umquam dimittet te, idque optimo jure: quippe quæ manifesta servitutis argumenta proferat, odorem vini velut in lagena residentem. Protinus tibi primus jejunii dies abjudicabitor, ob temulentiæ reliquias in te repositas. Quorum autem primitiæ rejiciuntur, haud dubium quin in his totum quoque sit rejiciendum. *Ebriosi regnum Dei non possidebunt*. 1.Cor. 6.10.
Si temulentus accedis ad jejunium, quid utilitatis aufers? Nam si te ebrietas excludit a regno cælorum, quisnam tandem e jejunio fructus? An non vides quod qui in domandis equis, qui ad certamina aluntur perlissimi sunt, cum instat certaminis dies, eos inedia præparant? tu contra, data opera temetipsum deprimis saturitate. Adeo gulæ vitio bruta etiam animalia præcurris. Venter onustus non solum ad cursum, sed ne ad somnum, quidem accommodus est, eo quod distento ciborum copia, non datur quiescere, sed cogitur subinde semet nunc in dextrum, nunc in lævum latus vertere.

5. Jejunium servat parvulos, sobrium reddit juvenem, venerabilem facit senem. Venerabilior enim est canities jejunio decorata. Jejunium fœminis ornatus est congruentissimus, ætate ac robore vigentibus pro freno est, jejunium matrimonii custodia est, virginitatis nutritius. Atque hæc quidem commoda affert privatim jejunium, in singulis ædibus, in quibus colitur. At publice quomodo vitam nostram gubernat? Totam confestim civitatem, totumque populum ad tranquillitatem componit, consopit clamores, eliminat lites, convitiis imponit silentium. Cujus magistri præsentia puerorum strepitus tam subito compescit, quam jejunium oboriens civitatis tumultus coercet? Quis comessator prodiit in jejunio? Quis umquam chorus lasciviens a jejunio coactus est? Teneri risus, meretriciæ cantilenæ, insanæ saltationes subito diffugiunt e civitate, a jejunio tamquam ab austero quopiam judice in exilium actæ. Quod si omnes jejunium ad res gerendas in consilium adhiberent,

berent, nihil obstaret quominus per universum terrarum orbem alta pax esset, videlicet nec aliis gentibus in alias insurgentibus, nec exercitibus manus inter se conserentibus. Ne arma quidem cuderentur, si jejunium vigeret, nec fora judicialia extruerentur, neque quisquam habitaret in carceribus. In summa, nec deserta haberent maleficos, nec civitates sycophantas, nec mare piratas. Si omnes essent jejunii discipuli, prorsus non audiretur, ut Job ait, vox (Job 3. 18.) exactoris, nec vita nostra tot suspiriis, tot mœroribus esset differta, si jejunium vitam nostram gubernaret. Perspicuum est enim quod unumquemque doceret non tantum in eduliis temperantiam, verum etiam ab avaritia & rapinis, denique ab omni vitio prorsus abhorrere, & alienum esse. Quibus exstirpatis nihil vetaret quominus & nos in alta pace, animorumque tranquillitate vitam nostram transmitteremus.

6. Nunc vero qui ut jejunium rejiciunt, ita delicias tamquam in his sita sit vitæ fœlicitas, expetunt, non tantum infinitum illud vitiorum examen induxerunt, verum & sua ipsorum corpora corrumpunt. Observa mihi vultuum discrimen, tum eorum qui hodie sub vesperam conspicientur, tum eorum qui cras apparebunt. Hodie tument, rubore suffusi, sudore tenui rorantes, oculi humentes, procaces atque ob internam caliginem, exacta cernendi facultate privati. Crastino vero die videbis eosdem vultus compositos, graves, colore naturali recepto, toto habitu præsentem animum præ se ferentes, omnibus sensibus integris, ut pote quorum naturalibus actionibus nulla intus causa tenebras offundit. Jejunium similitudo est hominum cum angelis, justorum contubernalis, vitæ moderatio. Per jejunium Moses factus est legislator: jejunii fructus est Samuel. Jejunans Anna Deum deprecata est, (1. Reg. 1. 11.) *Adonai Domine, Eloi Sabaoth, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisque mihi semen viri, dabo illud in conspectu tuo donum. Vinum & siceram non bibet, usque ad diem obitus sui.* (Jud. 13. 14. & 13. 16.) Jejunium magnum illum Sampsonem educavit, idque quamdiu viro adfuit, cadebant hostes mille, urbium portæ evellebantur, leones robur manuum illius non sustinebant. At simul atque ebrietas ac scortatio apprehendit hominem, facile in manus hostium incidit, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. (3. Reg. 17. 1.) Helias cum jejunasset clausit cælum tres annos, ac menses sex. Etenim cum videret multam nasci e facietate petulantiam, accedente fame illos invitos coegit jejunare. Eoque peccata illorum jam in immensum excurrentia cohibuit; dum jejunio velut ustione aut sectione quadam majorem mali progressum intercipit.

7. Excipite hoc pauperes contubernale vobis, ac mensæ socium. Excipite servi, uti relaxationem a perpetuis servitii laboribus. Excipite divites, quod noxæ a luxu vobis illatæ medeatur, quoque vicissitudine & novitate vobis jucundiora reddat ea quæ nunc ob assuetudinem fastidiuntur. Excipite male valentes sanitatis matrem. Qui bona estis habitudine, excipite bonæ vestræ habitudinis custodem. Interroga medicos ac dicent tibi, nihil esse periculosius habitudine corporis extreme bona. Quapropter qui peritissimi sunt artis, per jejunium detrahunt redundantia; ne vis naturæ pondere corpulentiæ fracta succumbat. Nam quod nimium est, per inediam ac famem consulto detrahentes, capacitatem quamdam, ac alteram nutricationem, alteriusque incrementi principium facultati nutrienti præstant. Adeo omni instituto, omnique corporis habitudini jejunii congruit utilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, civitates, deserta. Cum igitur tot modis sua commoda nobis impertiatur, hilariter illud juxta Domini præceptum excipiamus, (Matth. 6. 17.) non tristes sicut hypocritæ, sed mentis hilaritatem absque fuco præ nobis ferentes. Quamquam non arbitror tanto mihi labore opus esse, ut vos ad jejunium exhorter, quanto ut dehorter ne quis hodie in vitium ebrietatis incidat. Nam jejunium quidem plerique partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuum suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti non aliter quam paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquam profectionem adornant, ita nonnulli vecordes hodie adversus quinque dierum jejunium vino indulgent. Quis est usque adeo vesanus, ut priusquam bibere incipiat, ebriorum more deliret? An ignoras quod venter non servat depositum? Venter est pessima fide in conventis. Penum incustoditum, in quod cum multa repolueris, noxam quidem retinet, at non servat deposita. Vide ne tibi quoque, si cras post ebrietatem veneris, dicantur ea quæ modo lecta sunt: *Non istud jejunium elegi, dicit Dominus.* (Esa. 58. 5.) Quid misces ea quæ misceri non possunt? Quod consortium temulentiæ cum jejunio? Quæ societas vinolentiæ cum abstinentia? *Quis consensus templo Dei cum idolis?* (2. Cor. 6. 16.) Templum enim Dei sunt, in quibus habitat Spiritus Dei. Contra, templum idolorum (1. Cor. 3. 16.) sunt, qui fœdam impudicitiæ colluviem per ebrietatem admittunt. Hodiernus dies vestibulum est jejunii. Neque vero qui in vestibulis prophanatur, dignus est qui ad sancta introeat. Nullus famulus cupiens herum

rum ſuum placare, hoſtem illius patronum ac reconciliatorem adhibet. Ebrietas inimicitia eſt in Deum, jejunium pœnitentiæ initium. Itaque ſi cupis per confeſſionem reverti ad Deum, fugito temulentiam, ne magis te a Deo alienet. Attamen ad hoc, ut laudem promereatur jejunium, non eſt per ſe ſatis abſtinere a cibis, ſed jejunium jejunemus acceptabile, Deo gratum. Verum jejunium eſt a vitiis alienum eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiſcentiarum amputatio, obtrectationis, mendacii, perjurii. Ab his abſtinere, verum eſt jejunium. In his igitur ſitum eſt bonum ac laudabile jejunium.

8. Cæterum delectemur in Domino, in meditatione eloquiorum Spiritus, inque ſuſcipiendis ſalutaribus inſtitutis, denique in cunctis dogmatibus, quibus emendantur animi noſtri. Rurſus ab interno mentis jejunio caveamus, quod & propheta depreca-
Prov. 10. 3. tur, his verbis: *Non occidet Dominus fame*
Pſal. 36. 25. *animas juſtorum.* Ac rurſus: *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Nec enim loquitur de panibus ſenſibilibus, qui noverat filios patriarchæ noſtri Jacob panum cauſa deſcendiſſe in Ægyptum, ſed de ſpirituali loquitur alimonia, qua interior noſter homo perficitur. Ne veniat etiam in nos jejunium quod Deus comminatur Judæis:
Amos 8. 11. *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & inducam in terram hanc famem, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini:* quam ideo immiſit juſtus judex, quod perſpiceret eorum mentem verorum dogmatum inedia, fame necari: contra vero, externum eorum hominem ſupra modum pingueſcere & obeſum fieri. Per omnes igitur hoſce ſequentes dies convivio excipiet vos Spiritus ſanctus, matutinis ſimul & veſpertinis epulis. Nemo ſua ſponte ſeipſum fraudet hoc epulo ſpirituali. Omnes participes ſimus ſobrii calicis, quem ipſa ſapientia temperavit, ac nobis appoſuit ex æquo, ut quantum quiſque capax eſt hau-
Prov. 9. 2. riat. *Miſcuit enim craterem ſuum, occidit*
Heb. 5. 14. *hoſtias ſuas:* hoc eſt, *perfectorum cibum, qui propter aſſuetudinem ſenſus exercitatos habent ad diſcretionem boni & mali.* Quibus affatim expleti, reperiamur & illo digni gaudio, quod exhibetur in ſponſi thalamo, in Christo Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula, Amen.

HOMILIA IN ILLUD, Attende tibiipſi.

Deut. 15. 9.

1. QUi nos condidit Deus, ideo impertivit nobis ſermonis uſum, ut alteri cordis conſilia aperiamus, eaque unuſquiſque propter naturæ ſocietatem communicemus cum proximo, ex abditis cordis receſſibus velut ex cellis quibuſdam penariis depromentes. Etenim ſi conſtaremus anima nuda, ſtatim certe cogitationum ope inter nos congrederemur. Quia vero anima noſtra carnis tegumento operta, cogitationes producit, verbis opus habet & nominibus, ut ea quæ in reconditiore mentis receſſu deliteſcunt, proferat in apertum. Meos igitur noſtra ſimul ut vocem quidpiam ſignificantem apprehendit, ſermone velut cymba quadam vehitur, & aetem tranſvolans, a loquente tranſit ad audientem. Quod ſi nacta fuerit altam tranquillitatem ac quietem, tum ſermo veluti portum quemdam placidum ac tranquillum, diſcipulorum aures ſubit: ſin autem excitatus ab auditoribus tumultus, quaſi aſpera quædam tempeſtas contra aſpirarit, medio in aere diſſolutus naufragium facit. Date igitur quietem ſermoni per ſilentium. In eo enim fortaſſe videbitur aliquid utile, nec indignum quod hinc vobiſcum exportetis. Difficilis captu eſt veritatis ſermo, ac facile poteſt effugere non attentos. Ita enim voluit Spiritus ſanctus ſermonem ſuum contractum eſſe ac brevem, ut paucis multa ſignificet, nulloque negotio ob brevitatem valeat facile memoria retineri. Nam & naturale ſermonis munus eſt, neque obſcuritate ea quæ ſignificantur occultare, neque ſupervacaneum eſſe & vanum, ac temere rebus circumfluum. Certe ejuſmodi ſunt ea verba, quæ modo nobis ex Moſis libris recitata ſunt, quotum omnino recordamini vos qui ſtudioſi eſtis; niſi forte ob ſuam brevitatem veſtras præterfluxerint aures. Ita autem ſe habet ſententia: *Attende tibi ipſi, ne quando fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas.* Deut. 15. 9. Sumus nos homines ad peccata cogitationum proclives. Quapropter qui corda noſtra ſigillatim finxit, haud neſcius in voluntatis appetitione compleri maximam peccatorum partem, puritatem in principali animæ parte ſitam, ceu principem ac primariam nobis conſtituit. Nam maxime qua parte facile prolabimur in peccata, hanc cuſtodia ac cura majore dignatus eſt. Quemadmodum enim medici providentiores imbecilliora corpora monitis quibuſdam ad cautionem adhibitis multo ante communiunt: eumdem ad modum communis curator, & verus animarum medicus, quam partem ad peccatum pronam in nobis maxime novit, eam validioribus præſidiis præmunivit. Etenim corporeæ actiones tempore indigent, opportunitate, labore, adjutoribus, denique reliquo commeatu. E diverſo, animi motus citra temporis moram fiunt, perficiuntur citra laſſitudinem, citra negotium ullum conſiſtunt, idoneum ipſis eſt tempus omne. Et ſane non

nunquam invenitur qui arrogans sit, super-
biatque de gravitate & castitate, quique ex-
trinsecus præ se ferens temperantiæ larvam,
ac plerumque inter eos, qui ipsum ob virtu-
tem beatum prædicant, desidens medius,
mox tamen cogitatione per occultum cordis
motum ad peccati locum accurrat. Videt
animo concupita, comminiscitur congres-
sum quempiam indecorum, ac denique in
abdita cordis officina, claram in seipso volu-
ptatis speciem depingens, nullis testibus in-
1. Cor. 4. 5. tra se peccatum perpetrat, omnibus ignotum,
donec veniat qui revelabit occulta tenebra-
rum, & manifestabit consilia cordium. *Cave*
Deut. 15. 9. igitur, *nequando verbum occultum in corde tuo*
Matth. 5. 28. *fiat delictum*. Quisquis enim aspexit mulie-
rem ad concupiscendum eam, jam adulte-
rium commisit in corde suo. Nam corporis
actiones a multis intercipiuntur: qui vero
peccat voluntate, statim celeri cogitationum
motu peccatum explevit. Ubi igitur lapsus
est repentinus, ibi repentina cavendi facul-
tas fuit nobis tradita. Obtestatur enim, *ne-
quando verbum occultum in corde tuo fiat deli-
ctum*. Jam potius ad ipsum sermonis recur-
ramus exordium.

2. *Attende*, inquit, *tibiipsi*. Animal quod-
vis ad se tuendum ab omnium conditore Deo
habet intus impetum quemdam. Invenias
itidem, si modo animum diligenter atten-
deris, maximam brutorum animalium par-
tem, nullo magistro, noxia vitare aversa-
rique: contra vero, naturali quadam pro-
pensione ad sua commoda capienda incitari.
Quapropter & qui nos erudit Deus, magnum
hoc nobis præceptum dedit, ut quod illa a
natura accepere, idipsum accedat nobis ra-
tionis ope, & quod fit a brutis inconsidera-
te, hoc a nobis perficiatur ex animi atten-
tione, & assidua mentis consideratione: item,
ut datos nobis a Deo impetus diligenter cu-
stodiamus, fugientes peccatum perinde at-
que bruta animalia venenatum pabulum fu-
giunt: sectantes vero justitiam, velut illa
herbas edules consectantur. *Attende igitur
tibi ipsi*, ut possis noxium a salubri discerne-
re. Quoniam autem duplex est attentio:
altera, cum considerantur oculis corporeis
visibilia: altera, cum speculamur incorpo-
rea intelligente animi facultate; si dixeri-
mus quidem hoc præceptum in oculorum
actione esse situm, statim id fieri non posse
deprehendemus. Qui enim fieri potest, ut
quis seipsum totum oculo complectatur? Ne-
que enim oculus ipse ad seipsum videndum
adhibet suos obtutus, non pertingit ad ver-
ticem, terga non novit, non vultus, non
internam viscerum dispositionem. Denique
impium fuerit dicere præcepta Spiritus san-
cti perfici non posse. Superest igitur, ut il-
lud præceptum de mentis actione accipia-

A mus. *Attende* igitur *tibiipsi*. Hoc est, te-
ipsum omni ex parte conspice. Habeto ocu-
lum animæ insomnem ad tuiipsius custodiam.
In medio laqueorum transis. Latent laquei Eccli. 9. 20.
multis in locis ab hoste defixi. Circumspice
igitur & lustra omnia, *ut serveris tamquam* Prov. 6. 5.
damula e laqueis, & tamquam avis e reti. Ca-
prea enim præ visus claritate capi laqueis non
potest, inde est etiam, quod id nominis ac-
ceperit a proprio visus acumine. Avis vero,
si modo sibi attendat, levi penna sursum ere-
cta, redditur altior quam ut incidat in aucu-
B pum insidias. Cave igitur, ne brutis animan-
tibus deterior videare ad teipsum custodien-
dum; nequando laqueis irretitus, præda
efficiaris diaboli, ab eo captus & ad illius vo- 2. Tim. 2. 26.
luntatem adductus.

3. *Attende itaque tibiipsi*. Hoc est, non
tuis, neque his quæ circum te sunt, sed ti-
biipsi soli attende. Aliud enim sumus nos
ipsi, aliud nostra, aliud quæ circum nos sunt.
Nos quidem anima sumus & mens, quatenus
ad imaginem Conditoris sumus facti: no-
strum vero corpus est, & qui per ipsum sunt,
C sensus; circum nos autem pecuniæ, artes,
& reliqua vitæ suppellex. Quid igitur ait
scriptura? Ne carni attende, nec ullo mo-
do prosequare illius bona, sanitatem, pul-
critudinem, voluptatum usum, longam
vitam; nec pecunias aut gloriam, aut po-
tentiam admirare; nec alia quæcumque tem-
poralis tuæ vitæ munera explent, magna
aut eximia tanti duxeris, ut horum studio
primariam tuam vitam negligas: sed atten-
de tibiipsi; hoc est, animæ tuæ. Exorna il-
lam, & ejus curam gere, ut sordes omnes
D ex nequitia ipsi accedentes, submoveantur
per animi attentionem, omnisque vitiorum
turpitudo expurgetur; ac contra condecore-
tur illustreturque omni virtutis ornatu. Per-
scrutare te ipse, quis sis: sac noscas tuam
ipsius naturam, nimirum corpus quidem
mortale esse, animam vero immortalem:
item, duplicem esse vitam nostram, alte-
ram carnis propriam, cito transeuntem,
alteram animæ cognatam, limites nullos
admittentem. *Attende* ergo *tibiipsi*; neque
iis quæ peritura sunt, ac si æterna essent,
E adhæseris, neque æterna quasi fluxa asper-
neris. Carnem despicito, quippe quæ tran-
seat: curam habeas animæ, rei immorta-
lis. Omni diligentia tibiipsi intende, ut
quod utrique profuturum sit, noveris disper-
tiri, carni quidem alimoniam, & tegumen-
ta: animæ vero pietatis dogmata, institu-
tionem urbanam, virtutis exercitationem,
vitiorum emendationem. Neque vero plus
æquo pinguefacias corpus, neque sis sollici-
tus de copia carnium. Quoniam enim *Caro* Gal. 5. 17.
*concupiscit adversus spiritum, spiritus autem
adversus carnem, & hæc sibi invicem adver-*
san-

fantur, cave neqnando addictus carni, multas vires tribuas deteriori. Nam quemadmodum in staterarum momentis unam lancem si degravabis, necesse est omnino ut oppositam reddas leviorem: ita etiam in corpore & animo, dum unum redundat, alterum necessario imminuitur. Fruente enim corpore habitudine bona, atque obesitate aggravato, consequens est ut mens ad peculiares sibi actiones infirma fit ac debilis. Contra, animo se bene habente, & bonorum meditatione ad propriam magnitudinem evecto, sequitur bonam corporis habitudinem contabescere, & elanguere.

Attentio & infirmis & valentibus utilis est.

4. Porro hoc idem præceptum cum infirmis conducit, tum maxime congruit bene valentibus. Et in morbis quidem medici adhortantur ægrotos, ut sibiipsi attendant, nihilque eorum quæ ad medelam pertinent, negligant. Eumdem ad modum sermo etiam animarum nostrarum medicus, animam a peccato male affectam exiguo hoc remedio persanat. *Attende* igitur *tibi ipsi*, ut pro delicti ratione recipias etiam subsidium curationis. Magnum est peccatum & grave, multa tibi opus est confessione, lacrymis amaris, intentis vigiliis, jugi jejunio. Leve est & tolerabile delictum, huic quoque exæquetur pœnitentia. Tantummodo attende tibiipsi, ut sanitatem animi ac morbum agnoscas. Sunt enim plerique, qui præ nimia animi inconsiderantia ægrotare se ne norunt quidem, quamquam gravibus morbis & insanabilibus laborant. Sed & bene valentibus in agendo non parum prodest illud mandatum. Quare hoc idem & ægros sanat, & sanis conciliat sanitatem perfectionem. Nam quisque nostrum qui inter Verbi discipulos recensemur, sumus administri unius alicujus eorum munerum, quæ nobis juxta evangelium præscripta sunt. Enimvero in magna domo Ecclesia hac, non modo vasa sunt cujuscumque generis, aurea & argentea, lignea & testacea, sed sunt etiam artes omnigenæ. Habet enim domus Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis, venatores, viatores, architectos, ædificatores, agricolas, pastores, athletas, milites. Conveniet brevis hæc dictio his omnibus, impertiens singulis tum operis integritatem, tum voluntatis studium. Venator es missus a Domino dicente: *Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos super omnem montem*. Attende igitur diligenter, ne forte effugiat te præda, ut eos qui vitiis efferati sunt, sermone veritatis captos adducas Servatori. Viator es non secus ac ille qui sic precabatur: *Gressus meos dirige*: attende tibiipsi, ne deflectas a via, ne declines ad dextram aut sinistram, via regia incede. Jaciat architectus firmum fidei fundamentum, quod est Jesus Christus. Videat ædificator, quo pacto ædificet: non lignum, non fœnum, non stipulam, sed aurum, argentum, lapides pretiosos. Pastor es? attende ne te quidquam eorum quæ ad munus pastorale attinent, prætereat. Hæc autem quid sibi volunt? Fac reducas errabundum pecus, obliga contritum, ægrum sana. Agricola si fueris, ficum infructuosam circumfodito, & ea quæ fœcunditatem juvant, appone. Tu qui miles es, *collabora evangelio: milita bonam militiam* contra spiritus nequitiæ, adversus libidines carnis, assume omnem armaturam Dei: ne impliceris vitæ negotiis, ut ei qui te in militiam delegit, placeas. Athleta es? attende tibiipsi, ne quam legem athleticam transgrediaris. Coronatur enim nemo, nisi legitime certaverit. Imitare Paulum & currentem, & luctantem, & pugnis certantem: tu itidem velut bonus pugil, animi oculum omnino intentum habe. Partes præcipuas obtegito objectu manuum: intentis in adversarium oculis esto. Extende te in cursibus ad anteriora. Sic curre, ut comprehendas. Oppone te invisibilibus adversariis in luctatione. Esse te ejusmodi, quoad vives, hæc sententia vult, non concidentem animo, neque dormientem, sed sobrie & vigilanter tibiipsi præsidentem.

2. Tim. 2. 20. — 1. Tim. 3. 15. — Jerem. 16. 16. — Psal. 118. 133. — 1. Cor. 3. 12. — 2. Tim. 1. 8. — 1. Tim. 1. 18. — Ephes. 6. 11. — 2. Tim. 2. 4. — 2. Tim. 2. 5. — Philipp. 3. 13. — 1. Cor. 9. 24.

5. Deficiet me dies, si narrare pergam tum studia eorum qui evangelio Christi operam dant, tum vim præcepti, videlicet quam conveniat omnibus. Attende tibiipsi. Sobrius esto, utere consiliis, præsentium custos, futuri provisor. Quod jam præsens est, præ segnitie ne amitte, neque eorum, quæ non sunt, nec forte futura sunt, quasi jam in manibus sint, tibi promitte possessionem. Nonne hic morbus natura insitus est adolescentibus, ut ob mentis levitatem habere se jam putent sperata? Nam si quando otium nacti fuerint, aut quietem nocturnam, imagines quasdam rerum non subsistentium sibi ipsi animo fingunt, & præ mentis instabilitate feruntur in omnia, pollicentes sibi splendorem vitæ, nuptias illustres, numerosam ac faustam sobolem, longævam senectutem, deferendos ab omnibus honores. Deinde cum nulla in re possint spes suas sistere, ad ea quæ inter homines maxima sunt, nimio animi tumore rapiuntur. Domos pulchras comparant & amplas, quas pretiosa ac omnigena supellectile replent: tantum adjiciunt terræ in circuitu, quantum vana eorum cogitatione a toto terrarum orbe rescissum est. Rursus provenientes illinc reditus in vanitatis horreis includunt. His addunt pecora, innumeram servorum turmam, magistratus civiles, principatus gentium, imperia militaria, bella, trophæa, denique regnum ipsum. Hæc omnia ubi inanibus animi commentis recensuere, sibi præ nimia stoliditate videntur speratis velut jam præsentibus, &

sibi ante pedes positis frui. Propria hæc est A otiosi ac socordis animi ægritudo, in vigili corpore insomnia cernere. Hanc itaque mentis laxitatem, & cogitationum tumorem comprimens scriptura, & velut freno quodam mentis inconstantiam arcens, magnum hoc ac sapiens præceptum annuntiat. *Tibiipsi*, inquit, *attende*, nequaquam promittens tibi quæ non existunt, sed præsentia ad utilitatem tuam dirigens. Existimo autem ideo usum fuisse hac admonitione legislatorem, ut illud etiam vitium ab hominum consuetudine amandaret. Quia unicuique B nostrum facilius est aliena curiose indagare, quam sua ipsius ac propria expendere: ut ne nobis id accidat: Desine, inquit, alterius cujuspiam mala explorare: cave cogitationibus otium dederis alienum morbum inquirendi: sed tibiipsi attende, hoc est, ad teipsum perscrutandum converte oculos animi Matth. 7.3. tui. Sunt enim nec pauci, qui juxta Domini verba, festucam quidem animadvertunt in oculo fratris, trabem vero in suo ipsorum oculo non vident. Caves igitur cesses perscrutari teipsum, an præcepto congruenter C convenienterque vita tibi procedat. Ea autem quæ extrinsecus sunt ne circumspice, numcubi cujuspiam reprehendendi locum possis invenire, gravem illum arrogantemque Pharisæum imitatus, qui stans seipse justificabat, ac publicanum habebat despicatui. Imo vero ne intermittas teipsum percontari, numquid deliqueris cogitatione, numquid lingua labarit mentem præcurrens, numquid in manuum operibus factum sit quidquam temerarium. Quod si in vita tua te multa deliquisse inveneris (prorsus autem D invenies, homo cum sis,) verba profer Pu- Luc. 18. 13. blicani: *Deus propitius esto mihi peccatori*. *Attende* igitur *tibiipsi*. Hoc verbum tibi & splendido ac felici rerum successu utenti, & vitam omnem secundo flumine traducenti assidebit utiliter, sic ut quasi bonus quispiam consiliarius rerum humanarum suggerat memoriam. Et quamquam afflicteris adversis casibus, opportune potest cordi tuo accini, ut neque fastu tumidus eveharis ad jactantiæ vitium; neque desperatione ad degenerem mœstitiam delabaris. Efferris ob divitias? E jactas te ob majorum nobilitatem? de patria ac pulchritudine corporis, deque delatis ab omnibus honoribus gloriaris? attende tibiipsi, quod mortalis es, quod terra es, & in terram reverteris. Circumspice eos, qui ante te degerunt in similibus splendoribus. Ubi sunt qui magistratus civiles gessere? ubi rhetores illi inexpugnabiles? ubi qui constituerunt conventus publicos, ubi illustres equorum altores, exercituum duces, satrapæ, tyranni? Annon omnia pulvis? annon omnia fabula? Annon vitæ ipsorum memoria conservatur in paucis ossibus? Conspicito sepulcra, num possis servum ab hero, & pauperem a divite discernere. Discerne si quo modo potes, vinctum a rege, fortem a debili, formosum a deformi. Itaque naturæ si memineris, nunquam te extolles; memor autem fueris tuiipsius, si attenderis tibiipsi.

6. Rursus ignobilis homo es & inglorius, pauper ex pauperibus oriundus, sine lare, sine civitate, infirmus, quotidiani victus indigus, timens potentes, omnes reformidans ob vitæ humilitatem? *Pauper enim*, inquit, *non sustinet comminationem*. Prov. 13. 8. Ne itaque despondeas animum, nec propterea quod nihil suppetit tibi eorum quæ expeti solent, omnem bonam spem abjicias: quin potius evehe animum tuum, tum ad ea bona quæ jam tibi tradita sunt a Deo, tum ad ea, quæ ipso pollicente, tibi in futurum reposita sunt. Primum quidem homo es, solus ex omnibus animantibus a Deo formatus. Annon illud tibi, si modo probe judicaveris, ad summam jucunditatem suffecerit, quod ab ipsis Dei manibus, qui omnia condidit, formatus sis? deinde etiam, quod ad imaginem factus Conditoris tui, possis per vitam bene institutam ad parem cum angelis dignitatem accedere? Animum nactus es intelligendi facultate præditum, quo Deum cognoscis, exploras rerum naturam per ratiocinationem, sapientiæ fructum suavissimum decerpis. Terrestria omnia animalia cicura perinde atque agrestia, omnia item in aquis degentia, & quæ aerem hunc pervolant, serviunt tibi, tuoque imperio subjacent. Nonne artes invenisti tu, ac condidisti urbes? Nonne & quæ ad vitam necessaria sunt, & quæ ad voluptatem luxumque pertinent excogitasti? Annon ratione duce maria tibi facta sunt pervia? Nonne terra & pelagus vitæ tuæ inserviunt? Nonne aer cælumque & stellarum chori suum tibi expandunt ordinem? Quid igitur pusillo es animo, quod equum non habeas argenteo freno adornatum? At habes solem, qui pernicissimo cursu per totum diem lumen suum veluti facem tibi præfert. Cares argenti & auri fulgore: sed lunam habes ingenti suo splendore te collustrantem. Non conscendis currus inauratos: at pedes habes proprium vehiculum, & tibi innatum. Quid igitur est quod beatos prædices eos, qui marsupium plenum possident, & alienis pedibus indigent ad faciendum iter? Non dormis in lecto eburneo: at terram habes multo ebore pretiosiorem, atque dulcem in ea requiem capessis, ac veloci somno curisque libero indulges. Non decumbis sub fornice ac tecto aureo: at cælum habes inenarrabili stellarum pulcritudine circumfulgens. Atque hæc quidem humana sunt: sed quæ sequuntur, ma-

jora

Heb. 2. 4. jora sunt & præstantiora. Deus propter te inter homines versatus est, Spiritus sancti distributio, mortis destructio, spes resurrectionis, divina præcepta vitam tuam perficientia, profectio ad Deum per mandata, paratum regnum cælorum, justitiæ coronæ ei, qui labores pro virtute non fugit, paratæ.

7. Quod si tibiipsi attenderis, hæc atque his plura adhuc circa teipsum deprehendes; & frueris quidem præsentibus, nec ob ea quæ deerunt, futurus es animo pusillo. Præceptum illud tibi ob oculos si ubique obversetur, haud mediocri adjumento erit tibi. Exempli causa, ab ira vincitur ratio, & præ iracundia tum ad verba indecora, tum ad actiones immanes ac ferinas abriperis? Si tibiipsi attendes, iram velut pullum quemdam immorigerum ac frenorum impatientem, coercebis, plaga rationis velut flagro quodam ipsam compescens. Continebis & linguam, neque in eum qui te irritaverit, manus injicies. Rursus mala desideria ac libidines velut œstro quodam animam tuam exagitantes, in libidinosos ac lascivos impetus te conjiciunt. Sane si tibiipsi attenderis, memineris que præsentem hanc voluptatem in finem amarulentum desituram, & fore, ut titillatio quæ nunc ex voluptate corpori nostro innascitur, vermem venenatum qui nos perpetuo in gehenna puniturus sit, gignat, fiatque carnis ardor ignis æterni parens; statim fugatæ libidines evanescent, ac mirabilis quædam tranquillitas & quies intus in animo oborietur, non secus ac si heræ cujusdam pudicæ adventu sedaretur ancillarum lascivientium tumultus. *Attende* igitur *tibiipsi*, & scito alteram animæ partem ratiocinandi intelligendique facultate esse præditam, alteram vero affectionibus obnoxiam & irrationalem. Et illius quidem naturale munus est dominari: hujus vero, obedire ac obtemperare rationi. Ne igitur unquam sinas mentem in servitutem redactam, affectionum vitiosarum servam fieri: neque rursus permittas turbulentos affectus insurgere adversus rationem, animæque imperium in se transferre. Denique diligens tuiipsius contemplatio satis te deducet in Dei cognitionem. Nam si attenderis tibiipsi, nihil opus erit ex universorum structura ipsum opificem investigare, sed in teipso velut in concinno quodam rerum summario, magnam conditoris tui sapientiam contuebere. Ex anima incorporea quæ in te residet, intellige Deum esse incorporeum, eumque

Mens per se non est in loco. nullo loco circumscribi; cum ne tua quidem mens a se primo commoretur in loco, sed ob suam cum corpore conjunctionem in loco permaneat. Invisibilem Deum esse crede, tuæ ipsius animæ consideratione, cum nec ipsa

A possit oculis corporeis capi. Neque enim colorata est, neque figuris insignita, neque corporali ullo charactere comprehensa, sed ex actionibus solis internoscitur. Quare eam cognitionem quæ oculorum ope acquiritur, in Deo ne quæsieris: sed adhibens menti fidem, ipsum spirituali modo apprehende. Admirare artificem, quomodo animæ tuæ vim ad corpus colligarit, ut usque ad extremas ipsius partes pervadens, membra inter se multum dissita ad unam eamdemque conspirationem ac societatem adducat. Perpende B quæ vis ab anima corpori impertiatur, & quæ a corpore ad animam redeat necessitudo affectuum, sensuumque: quomodo corpus quidem vitam ab anima recipiat, anima vero dolores a corpore: quales habeat disciplinarum cellas: cur rebus prius cognitis succedentium accessio nihil offundat caliginis, sed potius memoriæ serventur distincte citra ullam confusionem, principali animæ parti velut æreæ cuidam columnæ inscriptæ. Intuere, quomodo vitiosis carnis affectibus succumbens, suam ipsius amittat pulcritu- C dinem: & rursus quonam pacto expurgata vitii turpitudine, per virtutem revertatur ad Conditoris similitudinem.

8. Postquam animam speculatus es, attende etiam, si tibi videbitur, ad corporis structuram, & admirare, quomodo ipsum idoneum ac decens domicilium animæ rationali condiderit artifex optimus. Finxit hominem solum ex omnibus animantibus erecta facie, ut ex ipsa figura scias vitam tuam e superno genere oriri. Nam quadrupedum genus omne respicit terram, & in ventrem inclinatur: D homini vero patet ad cælum aspectus, ut ne indulgeat ventri, neque venereis, sed impetum omnem ad supernum iter dirigat. Adhæc posito in altissimo loco capite, præcipuos in eo sensus collocavit. Hic visus, auditus, gustus, odoratus, omnes haud procul a se invicem sedem obtinentes. Et licet sint in locum adeo exiguum coarctati, nullus vicini actionem impedit. Oculi quidem occuparunt speculam altissimam, ut nulla corporis pars ipsis tenebras obducat, sed sub exigua quadam superciliorum projectura desidentes, e E superiori ac eminentiori loco aciem recta intendant. E diverso, auditus haudquaquam recta apertus est, sed retorto ac tortuoso meatu sonos in aere apprehendit: id quod fit quoque ex summa sapientia, ut vox quidem liberrime pervadat, aut potius insonet, per anfractus & tortuosos sinus confracta, nihil vero eorum quæ forinsecus interlabi solent, sensui possit esse impedimento. Disce linguæ naturam, quam tenera sit, versatilisque, & ad omnem sermonis usum ob motuum varietatem sufficiens. Considera dentes, qui ut vocis organa sunt, fortiter fulcientes linguam,

guam, ita sunt alimenti ministri, quorum alii illud secant, conterunt alii. Hunc ad modum convenienti ratiocinatione percurrens omnia, & addiscens aeris attractionem per pulmonem, caloris in corde conservationem, concoctionis instrumenta, alveos sanguinis; ita demum ex omnibus his impervestigabilem Conditoris tui sapientiam perspectam habebis, ut tu quoque cum propheta

Psal. 136.6. dicere possis: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*. Attende igitur tibi ipsi, ut attendas Deo, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

DE GRATIARUM ACTIONE.
Homilia.

1. Audistis verba Apostoli, quibus Thessalonicenses alloquens, omni hominum generi legem præscribit. Nam doctrina quidem iis qui ad ipsum undique accedebant, tradebatur: utilitas vero quæ ex ea capitur,

1. Thess. 5. 16. ad omnem hominum ætatem transit. *Semper gaudete*, inquit, *sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*. Quid autem sibi velit illud gaudium, quodnam ex eo emolumentum percipiatur, quaque ratione valeat quis precibus assiduis vacare, atque in omnibus agere gratias Deo, nos paulo post pro viribus explicabimus. Porro quæ nobis ab adversariis objiciuntur, dum legem traditam impleri non posse calumniantur, ea præoccupare necesse est. Quænam enim est, inquiunt, ista virtus, diu noctuque in animi effusione lætum ac hilarem degere? Qui etiam hoc idem fieri potest, obsidentibus nos innumeris & inexspectatis malis, animamque inevitabili mœrore afficientibus, in quibus gaudere ac lætari longe difficilius factu est, quam si quis in sartagine tostus non doleret, aut punctim cæsus dolore non cruciaretur? Aut fortasse hic etiam adest aliquis ex circumstantibus nos, qui hac animi ægritudine laborans, excusationes causetur in peccatis; ac propter suam in observandis præceptis negligentiam, legislatorem ipsum tamquam qui quæ fieri non possunt, sanciat, reprehensioni obnoxium reddere conetur. Eoque dicit: Qui fieri potest, ut semper gaudeam, cum in me gaudii causæ non sint sitæ? Nimirum quæ lætitiam creant, ab externis petuntur, nec sunt in nobis posita: amici adventus, diuturna cum parentibus congressio, opes inventæ, delati ab hominibus honores, reditus ex molesta ægritudine ad sanitatem, reliqua vitæ felicitas, domus omnium bonorum copia abundans, exuberans mensa, idonei lætitiæ socii, res auditu & visu jucundæ, eorum qui maxima nobiscum necessitudine juncti sunt, sanitas, cæteraque, quæ faustam ac beatam

A ipsis vitam reddere possunt. Neque enim molestæ sunt solum quæ nobis accidunt ærumnæ, sed eæ etiam, quæ amicos ac propinquos tristitia afficiunt. Quare fuerit necesse gaudium & animæ hilaritatem ex his omnibus conflari. Prætereaque si quando contingat videre inimicorum ruinam, plagas insidiatorum, repensas beneficis vices, & in summa, si nulla omnino adsit, aut exspectetur molestia, quæ nostram perturbet vitam, ita demum anima gaudere ac lætari poterit. Quomodo ergo datum nobis est præceptum, quod voluntate non peragitur, sed ex aliis causis prius

B memoratis dependet? Rursus quanam ratione assidue precabor, necessitatibus corporis attentionem animi ad se necessario avocantibus, cum fieri non possit, ut mens in duas simul curas distrahatur? Mens in duas simul curas distrahi non potest.

2. Atqui in omnibus imperatum mihi est agere gratias. Agamne gratias tormentis admotus? percussus? in rota distentus? oculis effossis? An turpi plaga ab eo qui oderit, accepta, grates habebo? an frigore adstrictus? fame præfocatus? vinctus in equuleo? liberis

C subito orbatus, aut etiam ipsa uxore spoliatus? An bonorum copia eversus ob repentinum naufragium? Numquid si mari in piratas, vel si terra inciderim in latrones? Num vulneratus? appetitus calumniis? vagabundus? in carcere inclusus? Hæc & adhuc his plura, legislatorem insimulantes, colligunt, ac sua ipsorum peccata excusare putant, dum data nobis præcepta, perinde ac si impleri nequeant, calumniantur. Quid igitur dicemus? Nimirum, quod licet alio spectet Apostolus, coneturque e terra in sublime evehere ani-

D mas nostras, atque ad cælestem quamdam vivendi rationem nos transferre; tamen isti altum legislatoris sensum non assequuti, sed circa terram & carnem, ut vermes in cœno, ita in corporis cupiditatibus volutati, possint ne apostolica mandata confici, inquirunt. Apostolus autem non jam amplius in carne vivens, sed viventem habens in seipso Christum, non quemlibet, sed sui similem ad continuum gaudium invitat: quippe quia graves ac molestas carnis affectiones non admittit isthæc cum summo bono conjunctio. Imo vero

E etiamsi scindatur caro, in ea corporis parte quæ male afficitur, remanet continuitatis dissolutio, nec unquam ad intelligentem animi partem pertingere potest doloris communicatio. Etenim si juxta Apostoli præceptum Coloss. 3. 5.

membra quæ sunt super terram mortificaremus, atque in corpore circumferremus mortificationem Jesu, necesse esset ut mortifica- 2. Cor. 4. 10.

ti corporis plaga ad animam ab ejus conjunctione solutam non perveniret. Nam ignominiæ, damnaque & propinquorum mors haudquaquam ascendent ad mentem; neque animi celsitudinem ita demittent, ut rerum præ-

præsentium sensu commoveatur. Enimvero quotquot in ærumnas delabuntur, si idem quod vir probus sentiunt, negotium facessent nemini; quippe qui ne ipsi quidem accidentia sibi mala ægre ferant. Quod si secundum carnem vivunt, neque sic exhibebunt molestiam: sed habebuntur miserabiles, non ideo potius quod in has calamitates inciderint, quam quod quæ officii sunt, sibi facienda non proposuerint. Et in summa, quæ anima semel Conditoris desiderio tenetur, ejusque pulcritudine consuevit delectari, ingens illud gaudium & delicias cum hac multiformi carnalium affectuum varietate minime commutabit: contra, ex quibus molestiam capiunt cæteri, ea illius voluptatem angebunt. Ejusmodi erat Apostolus, qui in infirmitatibus, in ærumnis, in persequutionibus atque necessitatibus complacens sibi, gloriæ ducebat egestatem. In fame & siti, in frigore & nuditate, in persequutionibus & angustiis, in quibus alii ægre ferunt seipsos, & a vita abhorrent, in iis Apostolus exsultat. Qui igitur sunt sententiæ Apostolicæ ignari, nec invitari nos ad evangelicam vitam intelligunt, Paulum accusare non verentur, tamquam qui quæ fieri non possunt præscribat. Atqui discant quot justas gaudii occasiones nobis præbeat Dei munificentia. Quod sumus a Deo habemus, cum antea non essemus, sumus ad Creatoris imaginem facti, mentem atque rationem nacti sumus, queis natura nostra completur, Deusque a nobis cognoscitur. Item rerum solerter conditarum pulcritudinem percipientes, per illam tamquam per litteras quasdam, summam Dei circa omnia providentiam sapientiamque legimus. Facultatem habemus secernendi bonum a malo: eligere res utiles, & noxias fugere, ab ipsamet natura didicimus. Abalienati a Deo per peccatum, rursus revocati fuimus in ejus familiaritatem ac necessitudinem, per Unigeniti sanguinem ex ignominiosa servitute exempti. Resurrectionis spes, angelicorum bonorum possessio, regnum cæleste, repromissa bona, vim & mentis & rationis superantia.

2. Cor. 12.9.

2. Cor. 11. 27.

3. Quomodo credere par est, gaudium perpes jugemque lætitiam ex his creari non posse, sed opinari eum qui ventri inservit, tibiarumque modulis oblectatur, quique volutatur in molli lecto, ac stertit, dignam gaudio vitam degere? Ego vero dixerim hos quidem dignos esse qui defleantur ab iis qui mente præditi sunt, contra, beatos jure optimo dicendos esse eos, qui propter spem futuri sæculi præsentem vitam sustinent, ac præsentia æternis commutant. Sive autem in flamma degant ii qui Deo conjunguntur, uti tres pueri in Babylone: sive includantur cum leonibus, sive a ceto absorbeantur, ipsi tamen prædicandi sunt a nobis beati, ac eos in gaudio vitam transigere oportet, nequaquam dolentes de præsentibus, sed ob spem eorum quæ nobis in posterum reposita sunt lætantes. Arbitror namque strenuum athletam ad pietatis stadium semel exutum, plagas adversariorum fortiter ferre debere, spe gloriæ ex coronis consequendæ. Etenim quotquot in gymnicis certaminibus sunt palæstricis laboribus assueti, animum non demittunt ob plagæ dolorem; imo vero spretis ob præconii desiderium laboribus præsentibus, adversarios cominus adoriuntur. Hunc ad modum etiamsi viro virtutis studioso accidat quid asperi, tenebras gaudio non obducet. Nam *tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit*. Quapropter & alio in loco ab eodem jubemur patientes esse in tribulatione, & spe gaudere. Spes itaque est quæ efficit, ut gaudium animo viri probi sit contubernale. Quin & idem Apostolus jubet etiam flere nos cum flentibus. Rursus ad Galatas scribens, deflebat inimicos crucis Christi. Ecquid opus est commemorare Jeremiam flentem, Ezechielem Dei jussu principum lamentationes scribentem, & multos alios sanctos lugentes? *Hei mihi mater, quare me genuisti?* Et, *Hei mihi, quia periit pius e terra, & qui recte faciat, in hominibus non est.* Et, *Hei mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe.* Et ut verbo dicam, perscrutare voces justorum, & sicubi reperias qui emittat vocem tristiorem, nullus dubitabis quin omnes mundum hunc, & miseram vitam quæ in eo agitur, deplorent. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Nimirum cupit dissolvi, & esse cum Christo. Itaque fert ægre hujus incolatus dilationem, tamquam quæ impedimento sit gaudio. Et David quoque reliquit nobis in canticis prolatam de amico suo Jonathan lamentationem, in qua simul & inimicum suum luxit. *Doleo super te frater mi Jonathan.* Et, *Filiæ Israel super Saul flete.* Hunc quidem luget, ut peccato immortuum: Jonathan vero ut hominem sibi per totam vitam conjunctissimum. Quid autem attinet cætera percensere? Enimvero Dominus ipse flevit etiam super Lazarum & super Jerusalem. Sed & lugentes ac flentes itidem prædicat beatos.

Rom. 5.3.

Rom. 12.12.

Ibidem v. 15.

Ezech. 2.9. & 7. 27. Jerem. 15. 10. Mich. 7. v. 1. & 2.

Psal. 119. 5. Philip. 1. 23.

2. Reg. 1. 26. Ibidem v. 24.

Joan. 11. 35. Luc. 19. 41. Matth. 5. 5. & Luc. 6. 21.

4. Sed, inquiunt, quomodo fieri potest, ut hæc concilientur cum verbis illis, *Semper gaudete?* Neque enim lacrymæ & gaudium ex iisdem principiis ducunt originem. Nam compresso circa cor spiritu, & angustato, lacrymæ ex improviso casu percutiente animam, eamque contrahente, velut ex plaga quadam oriri consuevere: gaudium vero est animæ ob res ex sententia succedentes gestientis quidam quasi saltus. Hinc differunt

cor-

corporis symptomata. Tristes quidem subpallidam lividamque ac rigentem habent corporis molem: inest vero efflorescens quædam & subrubra corporis habitudo lætis & hilaribus, anima tantum non prosiliente & prorumpente ad exteriora præ voluptate. Verum ad hæc dicemus quod lamentationes sanctorum lacrymæque ex Dei amore proficiscebantur. Itaque oculis in dilectum semper intentis, ac lætitia majore sibi inde accedente, curabant res conservorum suorum, deflebant ipsos peccantes, eosque per lacrymas emendabant. Quemadmodum autem qui in littore stant, dum eorum qui in mari submerguntur commiserescunt, securitatem suam non amittunt, ob hanc suam de periclitantibus sollicitudinem: ita qui proximorum deflent peccata, suam ipsorum lætitiam minime disperdunt. Imo etiam adaugent ipsam, gaudio Domini dignati ob effusas pro
Luc. 6. 21. fratre lacrymas. Quare beati sunt qui flent,
Matth. 5. 5. beati quoque qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & ipsimet ridebunt. Risum autem dicit, non strepitum quemdam per genas ab effervescente sanguine editum, sed hilaritatem puram, & omnis tristitiæ exortem. Quocirca lugere cum lugentibus licet per Apostolum, quod hæ lacrymæ velut gaudii æterni semen fiant & fenus. Ascende mihi mente, & conditionem intuere Angelorum, an conveniat eis præter gaudium & lætitiam ullus alius status: quippe quia habiti sunt digni, qui adstent Deo, ac inenarrabili pulcritudine gloriæ Conditoris nostri perfruantur. Itaque ad hanc vivendi rationem invitans nos Apostolus, semper gaudere nos jussit.

5. Quod si Dominus lacrymas super Lazarum & super civitatem profudit, illud dicere habemus, ipsum & comedisse & bibisse, nihil alioquin horum indigum: sed modos ac fines quibus necessarii animæ affectus contineantur, tibi reliquisse. Itaque sic etiam lacrymatus est, ut immodicam querulorum ac luctus amantium ad flendum propensionem, animique eorum demissionem sanaret. Nam si quid aliud, præsertim lacrymæ opus habent moderamine rationis ut erumpant solum aliquibus in casibus, & quantum, & quando, & quomodo par fuerit. Quod enim citra ullam animi commotionem, sed ad erudiendos nos lacrymatus est Dominus,
Joan. 11. 11. perspectum est ac manifestum ex illo: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum.* Quis nostrum deflet amicum dormientem, quem aliquanto post speraret expergefactum iri? *Lazare veni foras.*
Ibidem 41. Jam mortuus revocabatur ad vitam: jam alligatus ambulabat. Inest miraculum in miraculo. Pedes ligabantur institis, nec tamen a motu prohibebatur. Etenim aderat

A vis quædam obice major. Quomodo igitur Dominus qui erat talia facturus, casum illum lacrymis dignum judicasset? An non palam est ipsum infirmitatem nostram undique suffulcientem, eas affectiones quæ inevitabiles sunt & necessariæ, intra modos quosdam ac terminos continuisse? Apathiam quidem vitavit tamquam quiddam ferinum: noluit tamen mœrori ac tristitiæ deditus esse, ac multum lacrymari, quod hoc illiberale esset & ignavum. Quamobrem amico deflendo ostendit communionem humanæ naturæ;
B simulque nos ab excessu in utramque partem liberavit, neque nos mollius frangi adversis, neque inter molestias sensus esse expertes permittens. Quemadmodum igitur Dominus, solidis cibis digestis famem sustinuit, sitimque admisit humore corporis consumpto, & defatigatus est ex itinere musculis ac nervis plus æquo distentis, non succumbente labori divinitate, sed corpore quæ ipsius naturam comitari solent suscipiente: hunc ad modum admisit quoque lacrymas, carni sinens accidere quod ei erat naturale. Hoc
C autem contingit tum cum cerebri cava, excitatis a tristitia vaporibus referta, per oculorum meatus velut per quosdam canales humoris onus egerunt. Quamobrem cum res graves ac molestæ præter exspectationem audiuntur, fit tinnitus quidam, vertigoque, & oculorum caligo: siquidem ob vapores quos calor in interiora contractus sursum emittit, vacillat caput & circumagitur. Deinde, mea quidem sententia, quemadmodum nubes in guttas, sic crassæ vaporum partes resolvuntur in lacrymas. Hinc etiam
D voluptas quædam inter lugendum accedit mœrentibus; quia quod ipsos aggravabat, id latenter per ploratum ejectatur. Horum autem verborum veritatem stabilit ipsa rerum experientia. Novimus namque multos in gravissimis adversitatibus sibi per vim a lacrymis temperasse, quorum alii posthac in immedicabiles morbos inciderunt, in apoplexiam, paralysimque, alii vero omnino supremum diem obierunt, quod eorum vires, quasi debili quodam fulcro destitutæ, pondere tristitiæ frangerentur. Nam quod
E videre in flamma licet, quam fumus proprius si non exeat, sed circumvolvatur, suffocat, id etiam in facultate qua animal constituitur, fieri dicunt, nimirum extabescere illam & exstingui præ doloribus, si nullus sibi exitus ad exteriora aperiatur.

6. Qui igitur tristitiæ dediti sunt, ne in suæ infirmitatis patrocinium Domini lacrymas opponant. Ut enim cibus quo Dominus vescebatur, voluptatis nobis occasio non est, imo vero temperantiæ atque frugalitatis suprema regula est & forma: ita quoque lacrymæ non sunt nobis vice legis, qua lugere tenea-

neamur: sed convenientissima quædam mensura normaque accurata in his nobis proposita est, juxta quam par fuerit intra naturæ terminos graviter & honeste permanere, & tristia perferre. Itaque neque mulieribus neque viris lacrymarum studium aut copia permissa sunt, sed tantum, quantum fas est affligi de adversis, & parum lacrymari; idque tacite sine fremitibus, sine ejulatibus, adeo ut vestem scindat nemo, nec cinerem inspergat; nec aliud quidquam eorum indecore agat, quæ facere solent rerum cælestium imperiti. Oportet enim eum qui divina doctrina purgatus est, recta ratione velut firmo quodam muro obseptum esse, & talium affectionum assultus viriliter ac strenue propulsare, non in humili ac molli anima quasi in loco declivi affluentem ullam affectuum turbam suscipere. Etenim animi est ignavi, nullumque ex reposita in Deo spe robur habentis, frangi admodum, & adversis succumbere. Quemadmodum enim in lignis teneriori-bus gignuntur vermes: sic tristitia in molliore hominum indole innascitur. Numnam erat Job corde adamantino? Num compacta ei erant ex saxo viscera? Ceciderunt ei decem liberi in brevi temporis momento, una plaga obtriti, in domo jucunditatis, in tempore deliciarum, decutiente in eos domum diabolo. Vidit mensam sanguine immixtam, vidit liberos diverso quidem tempore natos, sed unum communemque sortitos vitæ exitum. Non ejulavit, non comam evellit, non emisit vocem ullam degenerem, sed celebrem illam & ab omnibus decantatam gratiarum actionem protulit: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita & factum est, sit nomen Domini benedictum*. Num homo ille erat expers affectionum? At quomodo? cum ipse de se dicat: *Ego flevi super omni afflicto*. Est ne his dicendis mentitus? Imo vero præter cæteras virtutes Veritas veracem eum quoque fuisse declarat, his verbis: *Homo inculpatus, justus, pius, verax*. Tu vero cantilenis quibusdam ad mœstitiam compositis ad flendum abuteris, studesque animam tuam modulis lugubribus absumere. Et quemadmodum peculiaria sunt tragœdis fictio & apparatus, quocum theatra conscendunt: ita existimas habitum etiam convenire lugenti, vestem atram, comam squalidam, tenebras in domo, sordes, pulverem, denique lugubrem cantum, quo mœroris vulnus semper recens in animo servetur. Sinas hæc faciant qui spem non habent. Tu vero de iis qui in Christo obdormierunt, edoctus es: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione, seminatur in infirmitate,*

Job 1. 21.

Job 10. 15.

Job 1. 1.

1. Cor. 15. 42.

A *surgit in virtute: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale*. Quid igitur luges hominem, ad mutandum habitum abeuntem? Neque te ipse lugeas, quasi sis in hac vita aliquo patrono orbatus: *Bonum est enim*, inquit, *sperare in Domino quam sperare in homine*. Neque illum defleas uti male ac dure acceptum. Nam clangens e cælo tuba hunc paulo post expergefaciet, ac videbis ipsum Christi adstantem tribunali. Mitte igitur humiles illas ac insulsas voces: Heu mala inexspectata: rursus, quis hæc eventura B fuisse putasset? item, quandonam exspectassem charissimum mihi caput obtegendum humo fuisse? Etenim si alter, nobis audientibus, hæc proferat, par fuerit nos erubescere, qui tum ex memoria præteritorum, tum ex præsentium experientia has naturæ ærumnas inevitabiles esse didicimus.

Psal. 117. 9.

7. Itaque neque intempestivæ mortes, neque aliæ ullæ calamitates inopinatæ, nos unquam consternabunt, si pietatis doctrina imbuamur. Exempli gratia, Filius mihi erat adolescens, bonorum meorum hæres C unicus, solamen senectutis, generis ornamentum, flos æqualium, familiæ columen, ea erat ætate, quæ longe est gratissima, ille ipse interiit abreptus: terra & pulvis factus est, qui paulo ante jucunda auditu proferens, gratissimum genitoris sui oculis spectaculum erat. Quid igitur faciam? Scindam vestem? lubens volutabor humi, & conquerar, & indignabor, & adstantibus exhibebo meipsum velut puerum, qui ob acceptas plagas clamitat ac subsilit? Imo eorum quæ accidunt necessitatem diligenter consi-D derans, mortis scilicet legem vitari non posse, eam per omnes pariter ætates grassari, ac composita omnia suo quæque ordine dissolvi, num casibus his tamquam novis perturbabor? Num de mente dejiciar velut plaga inexspectata perculsus, qui jam pridem didicerim mihi mortali mortalem filium esse, nec quidquam humanum reperiri, quod stabile sit, aut quod a possessoribus suis perpetuo servari soleat? Quin & urbes amplissimæ, eæque tum ædificiorum elegantia, tum civium potestate celebres, itemque E reliqua & regionis & fori opulentia conspicuæ, nunc in solis ruderibus dignitatis antiquæ præferunt insignia. Atque navis plerumque e mari servata, post peractam sexcenties celerem navigationem, & post advectas negotiatoribus innumeras merces, uno venti impetu evanuit e conspectu. Exercitus quoque, qui in præliis sæpe hostes devicerant, mutata secunda fortuna, spectaculum miserabile facti sunt & fabula. Adhæc gentes integræ ac insulæ, potentia non mediocri comparata, erectis terra marique multis trophæis, congestis ex exuviis opibus

bus multis, aut absumtæ sunt tempore, aut A in captivitatem redactæ, servitute libertatem mutarunt. Et in summa, quodcumque maximorum & intolerabilium malorum possis in medium proferre, nullius non exempla habet acta jam ætas. Quemadmodum igitur libræ momentis discernimus pondera, & auri discrimen ex coticulæ affrictu exploramus: ita si statutos nobis a Domino fines ac modos repetamus memoria, nusquam prudentiæ ac moderationis terminos excedemus. Ergo si quando tibi aliquid contigerit adversi, maxime cum mentem jam probe B instructam habeas, ne turberis: deinde vero, præsentia facias leviora spe futurorum. Ut enim ii, quibus oculi infirmi sunt, obtutus suos a rebus nimis fulgidis deflectunt, eosque florum & herbarum recreant conspectu: ita quoque non debet anima semper sibi res tristes ponere ob oculos, nec jugiter in præsentibus ærumnis defigi, sed bona vera speculari. Ita futurum est, ut continuo gaudio afficiare, si semper vita tua referatur ad Deum, si spes remunerationis ærumnas vitæ leniat ac sublevet. Accepisti contume- C liam? sed ad gloriam quæ tibi per patientiam in cælis servatur, respice. Fecisti damnum? at divitias cælestes, & thesaurum quem tute tibi per bona opera reposuisti, intentis oculis contuere. Ejectus a patria es? at patriam habes cælestem Jerusalem. Orbatus es filio? at habes angelos, quibuscum circa Dei thronum tripudiabis, atque lætitia sempiterna fruere. Itaque si hoc modo præsentibus ærumnis futura bona opposueris, hanc animi hilaritatem tranquillitatemque ad quam Apostoli præceptum nos D hortatur, conciliabis tibimetipsi. Neque vero immodicum gaudium animæ tuæ pariant læti ac fausti rerum humanarum successus: neque ullæ res tristes & adversæ præ tristitia atque contractione eam de læto suo ac sublimi statu deturbent. Nisi enim ea quæ ad vitam spectant, sic prius fueris edoctus, numquam acturus es placidam ac tranquillam vitam. Sed facile id assequere, si præceptum quo ad semper gaudendum invitaris, familiare habeas atque contubernale. Sic enim, amandatis carnis mo- E lestiis, colliges gaudia animi: sic rerum præsentium sensu superior factus, ad æternorum bonorum spem mentem tuam intendes, quorum vel sola cognitio potest animam gaudio complere, & lætitiam angelicam in corda nostra introducere, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula. Amen.

IN MARTYREM JULITTAM, & in ea quæ superfuerant dicenda in prius habita concione de gratiarum actione.

1. CAusa hujus conventus est beatæ Martyris indictum præconium. Ediximus enim[a] vobis illam diem, velut in memoriam revocantem certamen magnum, quod mulierum felicissima Julitta in muliebri corpore sustinuit. Certamen strenuissimum, quod omni admiratione ac stupore percellit, tam eos qui spectaculo aderant, quam eos, qui adhibitorum tormentorum historiam ex auditu in posterum essent accepturi, si decet tamen mulierem appellare eam quæ animi magnitudine muliebris naturæ infirmitatem occultavit: a qua arbitror consternatum maxime fuisse communem nostrum adversarium, partam de se a mulieribus victoriam ægerrime ferentem. Qui tametsi magna illa jactanter ac superbe *Esai. 10.14.* dicat, concussurum se totam terram, eamque velut nidum apprehensurum, & velut derelicta ova direpturum, atque urbes vastaturum, fuit tamen muliebri virtute superatus. Quippe in tentationis tempore cum hoc palam ostendere aggressus esset, quod pietatem in Deum suam ob naturalem infirmitatem ad finem usque servare non posset, nihilominus tamen periculo facto invenit illam sexu fortiorem fuisse, eoque magis ipsius terricula irrisisse, quo magis sperabat fore, ut eam tormentis perterreret. Etenim cum lis ei esset cum uno aliquo ex civitatis optimatibus, avaro viro ac violento, congerenti divitias sibiipsi ex rapinis & præda, qui cum, abscissa multa terra, agros mulieris, villas, pecora, servos ac totam reliquam vitæ supellectilem in se transmovisset, tum demum occupavit fora judicialia, calumniatoribus falsisque testibus & muneribus, quæ ad judices corrumpendos obtulerat, suffultus. Cum autem status dies jam adesset, vocaretque præco, ac patroni essent parati, simul ut incipit hominis tyrannidem detegere, simul ut parat & modum, quo bona hæc initio parta fuerant, & temporis diuturnitatem, qua dominium ipsius stabiliebatur, declarare, postea que viri violentiam & avaritiam deplorare; prodiens ille in medium, dixit non licere huic lite agere. Neque enim fas esse juris communis participes esse eos, qui imperatorum deos non colerent, nec Christi fidem ejurarent. Videbatur præsidi justa & æqua dicere, rationesque ad rem facientes proferre. Statim igitur thus affertur & focus; idque propositum est litigantibus; negantes quidem Christum, legibus & legum præsidio fruituros, retinentes vero fidem, ne-

neque forum, neque leges, neque reliqua civitatis jura participaturos, quippe quibus edicto imperatorum tunc temporis regnantium inusta infamia esset.

2. Quid igitur postea? Num divitiarum capta est illecebris? Num per quamdam cum homine injurio contentionem neglexit profutura? Num exhorruit periculum a judicibus impendens? Minime gentium. At, inquit, valeat vita, pereant pecuniæ, potius ne corpus quidem mihi supersit, quam impia ulla verba in Deum qui me condidit, proferam. Ac quanto magis videbat judicem his sermonibus exasperari, & summa adversum se ira succendi, tanto uberiores Deo gratias agebat, quod cum de caducis opibus litigaret, visa est cælestium bonorum sibi possessiunem astruere, & terra quidem spoliari, ut adipiscatur paradisum, itemque inuri sibi infamiam, ut gloriæ coronis habeatur digna, corpus denique flagris cædi, & temporali vita privari, ut mox cum omnibus sanctis in cælestis regni gaudiis constituta, beatas spes consequatur. Cæterum cum sæpe interrogata, sæpe vocem eamdem emitteret, testata esse se Christi ancillam, cumque exsecraretur eos, qui sibi erant ejurandæ fidei auctores; tum demum judex iniquitatis illam non opibus solum & possessionibus quibus injuste & præter leges spoliata fuerat, privavit: verum etiam eam igni traditam, morte, ut rebatur, multavit. Julitta vero ad nulla vitæ oblectamenta æque festinanter cucurrit atque accessit ad illam flammam, facie, habitu, verbis, & efflorescente hilaritate ingens animi gaudium ostendens. Ac quidem hortatur adstantes mulieres, ut ne ad ferendos pro pietate labores remollescerent, neque sexus prætenderent infirmitatem. Sumus, inquiebat, ex eadem ex qua viri ipsi, massa. Ad Dei imaginem perinde atque illi, fuimus conditæ. Mulier peræque ac vir, a Conditore facta est virtutis capax. Ecquid enim? Nonne sumus viris cognatæ in omnibus? Nec enim assumta est caro sola ad condendam mulierem, sed & os ex ossibus. Quare constantia, fortitudo, ac patientia a nobis etiam perinde atque a viris Domino debetur. His dictis prosilivit in rogum, qui tamquam fulgens quidam thalamus mulieris sanctæ corpus circumplexus, transmissa in regionem cælestem, & in convenientem ei requiem anima, venerandum corpus necessariis ac propinquis integrum & incolume servavit: quod in pulcherrimo unius templi urbis vestibulo tumulatum, tum ipsi loco, tum iis, qui ad hunc locum accedunt, sanctitatem confert. Terra autem Beatæ hujus adventu prospera effecta, aquam gratissimam e sinu suo emisit; adeo ut Martyr vice matris velut communi

A aliquo lacte cives nutriat. Hæc aqua & sanis tutela, & sobrie deliciantibus voluptatis largitio, & ægris solatium est. Quod collocatum est ab Elisæo in Hierichuntinos beneficium, hoc idem martyr in nos contulit; cum salsuginem quæ in communi aquarum huic loco adjacentium natura percipitur, in saporem dulcem amœnumque & omnibus suavem benedictione transmutavit. Viri, nolite videri pietate inferiores mulieribus. Mulieres, ne desciveritis ab hoc exemplo: sed citra ullam excusationem pietatem am-B plectimini, cum reipsa expertæ fueritis sexus infirmitatem vobis impedimento non esse, quin bonum quodlibet patrare possitis.

3. Multa quidem de martyre dicere paraveram: sed sermo heri nobis inceptus, & imperfectus relictus, haud permittit in his diutius immorari. Ego scilicet sic sum natura comparatus, ut quidquid imperfectum est, moleste feram. Etenim injucundum spectaculum est & imago, quæ dimidia ex parte exprimitur, & itineris labor inutilis futurus est, si viator ad propositum finem & C ad constitutas stationes non pervenerit. Parum ex venatu capere, idem est ac nihil capere. Et qui in stadiis currunt, etiamsi sæpius uno dumtaxat gressu posteriores exstiterint, amittunt victoriam. Itaque nos quoque qui heri Apostoli verba protulimus in medium, quique paucis sensum & intelligentiam eorumdem perstricturos nos speramus, inventi sumus longe plura quam diximus, omisisse; quapropter necessarium ducimus, ut vobis dependamus relicta, & exsolvamus. Hæc igitur erant Apostoli ver-D ba: *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*. Et quidem de jugi ac continuo gaudio, etsi non satis dictum est pro argumenti dignitate: at ea tamen quæ die hesterna diximus, sufficere credi possunt. Utrum autem & oporteat indesinenter orare, & utrum hoc mandatum confici possit, tum vos exposcere parati estis, tum ego pro virili hujus sententiæ patrocinium suscipiam atque defensionem. Precatio est boni petitio, a piis Deo exhibita. Petitionem autem non omnino in verbis cir-E cumscribimus. Neque enim Deum arbitramur monitorum voce prolatorum indigere: imo eum nosse, ne petentibus quidem nobis, quæ conducibilia sint. Quid igitur est quod dicimus? Nimirum precationem in syllabis constitui non oportere: sed vim precum in proposito animi & in iis virtutis operibus quæ ad omnem vitam sese extendant, collocandam esse. *Sive enim*, inquir, *manducatis, sive bibitis, sive quid facitis: omnia in gloriam Dei facite*. Accumbens ad mensam, ora: assumens panem, babe gratias largitori: vino corporis debilitatem corrobo-

Res imperfectæ displicebant Basilio.

1. Thess. 5. 16.

1. Cor. 10. 31.

rans, ejus qui hoc tibi munus ad exhilaran- A dum cor & ad levandas infirmitates dedit, memineris. Præteriit cibi sumendi necessitas? non prætereat tamen memoria beneficii largitoris. Tunicam si indueris, datori gratias age. Pallio cum amiciris, intentius Deum dilige, qui tum hyemi tum æstati accommoda tegumenta nobis largitus est, quibus vita nostra simul servatur, & turpitudo contegitur. Completa dies est? gratias rependas ei, qui in operum diurnorum ministerium solem quidem nobis impertivit, ignem vero tribuit ad noctem illustrandam, B & ut reliquis vitæ necessitatibus inserviat. Nox alias causas præbeat orandi. Quando suspexeris in cælum, & in syderum pulcritudinem intentos oculos habueris, deprecare Dominum visibilium, Deumque universorum opificem optimum, qui omnia in sapientia fecit, adora. Omnem animantium naturam cum videris consopitam, rursus adora eum, qui nos vel invitos ab assiduis laboribus relaxat per somnum, viriumque vigorem per parvam requiem redintegrat.

4. Tota igitur nox non sit velut peculiaris C quædam ac præcipua somni sors: neque patiare mediam vitæ partem inutilem tibi esse per somni soporem: sed dividatur tibi noctis tempus in somnum & precationem: imo somnus ipse exercitatio sit pietatis. Sæpe enim expressæ in somno species nescio quomodo vestigia quædam ac reliquiæ esse solent diurnarum curarum. Qualia enim exstiterint vitæ nostræ studia, talia necesse est etiam esse insomnia. Sic orabis sine ulla intermissione, si modo non in verbis precationem concludas, sed te ipse Deo conjunxeris per D totam vivendi rationem; adeo ut jugis assiduaque precatio vita tua sit. Sed *& in omnibus*, ait, *gratias agite*. At, inquiunt, quomodo fieri id potest, ut anima quæ ærumnis ac calamitatibus excruciatur, ac dolorum sensu velut compungitur, in gemitus & lacrymas non erumpat: de rebus quæ reipsa detestandæ sunt, perinde atque de bonis peragat gratias? Mala enim quæ inimicus mihi precatus fuerit, si accidant, quomodo pro his potero grates rependere? Est filius immaturus ereptus, & dolores primis puer- E perii doloribus acerbiores matrem de charissimo filio dolentem discruciant: quomodo, missis ejulatibus, voces gratiarum actioni proprias expromet? Qui fieri id possit? si cogitaverit Deum genito ex ipsa filio esse germaniorem patrem, verioremque; eumdemque illius esse tutorem, & vitæ dispensatorem prudentiorem. Cur ergo non finimus prudentem Dominum bona sua ad arbitrium suum dispensare, sed indignamur tamquam nostris spoliati, ac mortuos velut injuria affectos commiseramur? Illud velim tecum reputes, non mortuum esse puerum, sed redditum: neque amicum fato functum, sed peregre profectum, iterque quod & nobis necessario conficiendum erit, aliquanto anteoccupasse. Sit tibi pro contubernali Dei mandatum, lucem quamdam & splendorem indesinenter afferens ad res discernendas: quod si eminus præcurrat animi tui judicium, verisque de quacumque re opinionibus præmuniat, minime sinet te ullis unquam casibus immutatum iri; sed efficiet, ut mente præparata & instructa, securus ac immotus quasi scopulus quidam mari conterminus, ventorum vehementiam ac fluctuum impetus perferas. Quorsum enim non prius assuevisti de mortali mortale quiddam sentire, sed mortem filii suscepisti præter exspectationem? Ortus filii cum tibi primum nuntiatus est, si quis te interrogasset quale esset quod natum est, quidnam tunc respondisses? Aliudne dixisses, nisi quod homo sit quod natum est? Quod si homo, utique & mortalis; quid igitur miri si mortuus est mortalis? Annon vides solem orientem & occidentem? Non vides crescentem lunam, & decrescentem? Non terram virentem, deinde arescentem? Quid eorum quæ nos circumstant stabile est & firmum? Cujusnam rei natura immota est & immutabilis? Suspice in cælum, & ad terram respice: ne hæc quidem æternum permansura sunt. Nam, inquit, *cælum & terra transibunt: stellæ cadent de cælo: sol obscurabitur: luna non dabit lumen suum*. Quid igitur mirum, si nos quoque cum pars simus mundi, eorum quæ mundi sunt, participes simus? His consideratis, ubi te etiam adorietur communium rerum pars quæpiam; fer tacitus ac connivens, non sine affectu ullo, aut sensu: (quæ est enim indolentiæ merces?) sed cum magno labore, cum multis doloribus. Verumtamen perfer velut strenuus quispiam athleta, qui robur ac fortitudinem non in eo solum ostendit, quod percutiat adversarios, sed quod inflictas etiam sibi ab ipsis plagas constanter toleret: item tamquam aliquis gubernator, qui sapiens sit, & præ magna navigandi peritia impavidus, quique animum rectum, immertabilemque, & quacumque tempestate altiorem servet. Filii charissimi, aut uxoris gratissimæ, aut alterius cujuspiam eorum qui sunt amicissimi, & omni benevolentia atque necessitudine conjuncti, privatio, haudquaquam futura est molesta & gravis homini provido, & rectam rationem vitæ ducem habenti, non autem ex consuetudine quadam incedenti. Nam acerbissimum est vel ipsis brutis animantibus a consuetudine avelli. Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, pastus ac jugi so-

Matth. 24. 35. & 29.

Digitized by Google

cio morte sibi prærepto. Quin etiam videre est reliquas belluas consuetudini valde admodum adhærescere. Tu vero non ita didicisti, neque ita edoctus es. Attamen indecorum non fuerit ex longo congressu & diuturna consuetudine initium amicitiæ ducere: sed dolere de disjunctione ob diutinam nostram conversationem, penitus absurdum est.

5. Exempli gratia, obtigit tibi uxor vitæ socia, quæ sibi omnem viræ volupsatem exhibet, quæque arsi sex est lætitiæ, & conciliatrix deliciarum, quæ simul bona auget & opes, & afflictatum te maxima molestiarum parte levat; hæc subito rapta interiit. Hac ista afflictione ne exasperens; cave dicas eorum quæ fiunt fatum quoddam esse temerarium, quasi rector nullus hunc mundum gubernet; neque malum quemdam opificem constituas, excogitans tibi ipse præ immodico mœrore impia dogmata: contra, neque terminos excedas pietatis. Etenim cum duo omnino in carne una fueritis, alteri divisionem ac conjunctionis diremtionem moleste ferenti danda est venia multa: sed tamen non profuerit tibi eam ob causam aut excogitare, aut loqui quidquam ineptum. Nam tecum reputes velim, quod Deus qui formavit nos & animavit, animæ cuilibet tribueris propriam quamdam vitæ moram, & aliis alios exitus terminos præfixerit. Etenim certo quodam consilio voluit alium diutius in carne permanere: statuit vero alium ocyus vinculis corporis exsolvi, juxta ineffabiles sapientiæ atque justitiæ suæ rationes. Quemadmodum igitur ex iis qui in carcerem conjiciuntur, alii diutius detinensur in vinculorum cruciatibus, alii ab ea calamitate liberantur citius: sic & animæ, aliæ quidem diutius, aliæ vero minus in hac vita detinentur, pro cujusque merito ac dignitate, Deo, qui nos condidit, rebus cujusque nostrum prospiciente sapienter, & alte, sicque, ut mens hominum attingere non possit. Non audis Davidem dicentem,
Psal. 141. 8. *Educ de custodia animam meam*? Non audi-
Tob. 3. 6. & 15. visti de Sancto, animam ipsius exsolutam fuisse, & dimissam? Quid vero Symeon, cum Dominum nostrum in ulnas recepit?
Luc. 2. 29. Quam vocem emisit? nonne hanc, *Nunc dimittis servum tuum Domine*? Nam in carne immorari, gravius quiddam est quam supplicium omne, & quivis carcer, ei qui ad supernæ vitæ gaudia festinas. Quamobrem ne exquirito, ut laæ de animabus leges tuo se usui accommodent & inserviant: sed qui in hac vita conjuncti sunt, ac deinde morte a se invicem divelluntur, eos viatoribus via una & eadem incedentibus, & propter continuam inter se confabulationem necessitudine atque consuetudine devinctis assimiles esse cogita. Hi post emensum iter commune, ubi sectam viam repererint, necessitate jam cogente alter ab altero separati, non amplius in consuetudine perseverantes negligunt quod sibi proposuerant: sed causam quæ se initio compulit, in memoriam revocantes, ad suam quisque metam contendunt. Quemadmodum igitur his alius erat viæ scopus, intercessit autem ex consuetudine inter ipsos, cum iter facerent, necessitudo quædam ac familiaritas: sic etiam iis qui nuptiis aut alia quapiam vitæ societase conjuncti sunt, fuit procul dubio præstitutus proprius qoidam vitæ terminus, sed tamen ipsos inter se conjunctos prædefinitus vitæ finis necessario separavit ac sejunxit.

6. Itaque grati animi fuerit non ægre ferre separationem: sed ei qui hujusce consortii auctor fuerat, gratiam ob primam conjunctionem habere. Tu contra, ne uxore quidem superstite, aut amico, aut filio, aut alio quovis de quo nunc doles, grates ullas rependebas bonorum præsentium largitori: imo de absentibus conquerebaris. Et quidem si habitabas cum sola uxore, querebare quod filii quales desiderasses, tibi non essent: sin autem habebas filios, dolebas quod non afflueres divitiis, aut etiam quod inimicos quosdam secunda fortuna utentes videres. Cave igitur ne forte charissimorum privationem nobis ipsis reddamus necessariam, cum non afficiamur illorum præsentia, sed amissos desideremus. Quoniam enim pro præsentibus bonis a Deo collatis grates non persolvimus; ideo privari nos iis necesse est, ut affectus noster commoveatur. Quemadmodum enim non vident oculi quod plus æquo admotum est, sed congruenti aliquo spatio indigent: ita & ingratæ animæ per bonorum abalienationem videntur de amisso ac prætetito beneficio affici. Nam cum fruerentur bonis, nullam tum gratiam habebant largitori, sed ubi sunt iis spoliatæ, idipsum quod evanuit, laudant æstimantque. Porro nemo nostrum immunis est a gratiarum actione ob ullam vitæ hujus ærumnam ac calamitatem, si vult singula animo æquo perpendere. Etenim vita uniuscujusque nostrum habet non pauca quæ possumus recensere, quæque injucunda non sunt, si modo respicere ad inferiora velimus; sicque ex ista cum re deteriori comparatione, quanti pretii hoc nostrum bonum sit expendamus. Servus es? adest aliquis te dejectior; gratias repende, quod uni præstes, quod non sis addictus pistrino, quod plagas non accipias. Ac ne huic quidem gratiarum agendarum defuturæ sunt causæ. Neque enim tenetur in compedibus, neque ligatus in ligno est. Satis est causæ vincto ad gratias exsolvendas ipsa vita. Videt solem,

spi-

ſpiritu aerem ducit, horum gratia rependit A gratias. Plecteris immerito? gaude ſpe futurorum. Jure condemnatus es? ſic etiam grates age, quod hic dederis ſcelerum pœnas, non autem ſis ob impunita peccata ſupplicio æterno ſervatus. Hunc ad modum poteſt qui gratus eſt, in omni vita & in omni inſtituto pro præſentibus bonis amplas beneſacienti gratias peragere. Nunc autem, quod moroſis hominibus accidit, id contingit pleriſque; videlicet ut præſentia faſtidiunt, ita abſentia concupiſcunt. Neque enim eos qui ſeipſis inferiores ſunt enumerantes, B largitori benefico pro iis quæ habent, gratias perſolvunt: imo ejus quod præſtantius eſt comparatione, quantum ſuperentur reputantes, ita mœrent & conqueruntur bonis alienis privati, ac ſi ſuis ſpoliarentur. Servus qui eſt, permoleſte fert liberum ſe non eſſe: ægre eſt ei qui in libertate educatus fuit, quod generis nobilitate non inſigniatur, quod non recenſeatur inter eos qui natalium ſplendore conſpicui ſunt, nec numerare poſſit retro avos ſeptem, qui eximii fuerint equorum nutritores, aut opes ſuas in C gladiatores inſumſerint. Queritatur qui genere clarus eſt, quod non abundet divitiis: dives affligitur ac dolet, quod dominatum in oppida & in gentes non habet: exercitus dux, quod regnum non occupat: rex autem, quod ſimul totius qui ſub ſole eſt orbis nun potiatur, ſed ſuperſint gentes quæ ſuis ſceptris non ſint ſubjectæ. Ex quibus omnibus colligitur gratias pro nulla re beneficiorum auctori rependi. Nos autem mœrorem ex iis quæ deſunt emergentem amandantes, diſcamus ob præſentia gratias exſolvere. Dicamus ſa- D pienti medico in triſtioribus rerum inſortu-
Eſa. 26. 16. niis, *In tribulatione parva diſciplina tua no-*
Pſal. 118. 71. *bis*. Dicamus: *Bonum mihi quia humiliaſti*
Rom. 8. 18. *me*. Dicamus: *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revela-*
Job 15. 11. *bitur in nobis*. Dicamus: *Pauca præ iis quæ peccavimus accepimus verbera*. Obſecremus
Jerem. 10. 24. Dominum: *Caſtiga nos Domine, verumtamen*
1. Cor. 11. 32. *in judicio, & non in furore. Cum enim redarguimur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*. At vero in lætiore vitæ ſta-
Pſal. 115. 12. tu emittamus illam Davidis vocem: *Quid* E *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Eo auctore ex nihilo orti ſumus: ornavit nos ratione: largitus nobis eſt artes vitæ tuendæ inſervientes: alimenta e terra educit: ſervitio noſtro jumenta addixit & pecora. Propter nos imbres: propter nos ſol: adornata eſt noſtri cauſa regio montoſa æquataque, effugia atque receſſus parans nobis ad ſummitates montium vitandas. Propter nos fluunt flumina: propter nos fontes ſcaturiunt: mare patet nobis ad mercaturam exercendam: effodiuntur ex metallicis fodi-

A nis opes: undelibet commoda affluunt & deliciæ; conferente nobis munera creatura omni ob locupletem uberemque benefici Dei in nos gratiam.

7. Sed quid opus eſt parva recenſere? Propter nos verſatus Deus eſt inter homines: propter carnem corruptam, *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Commora- Joan. 1. 14.
tur cum ingratis beneficus: venit liberator ad captivos: illuxit ſol juſtitiæ ſedentibus in tenebris, in crucem tollitur qui omnis prorſus doloris expers eſt, vita morti addicitur:
B Lux deſcendit ad inferos: propter eos qui mortui erant, reſurrectio, adoptionis ſpiritus, donorum diviſiones, repromiſſæ coronæ: alia inſuper quæ ne numerare quidem facile fuerit, quibus omnibus congruit illa vox prophetæ, *Quid retribuemus Domino pro* Pſal. 115. 12.
omnibus quæ retribuit nobis? Atque etiam magnificus ille non dicitur *tribuiſſe*, *ſed retribuiſſe*, tanquam ſi prior non conferret gratiam, ſed iis qui prius contuliſſent, redderet: nimirum gratiarum actionem quæ ab accipientibus rependitur, loco habet bene-
C ficii. Qui cum dederit opes, tamen eleemoſynam a te per pauperum manus repoſcit: qui tametſi ſuum accipit, tibi tamen veluti tua danti gratiam integram refert. Quid igitur retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Non enim deſero vocem prophetæ, probe addubitantis, ac inopiam ſuam circumſpicientis, talem videlicet, ei ut nihil ſuppeteret dignum quod retribueretur. Dominus enim poſt beneficia adeo magna ſplendidaque, nec tamen omni genere præſtantia, nobis in poſterum multo majora pol-
D licetur, paradiſi delicias, dandam in regno gloriam, honores angelorum honoribus haud impares, denique Dei cognitionem: id quod iis qui digni habiti ſunt, ſummum bonum eſt: id quod omnis natura ratione prædita expetit: id quod utinam & nos, ubi a carnis affectibus noſmetipſos expurgaverimus, adipiſcamur. Quomodo igitur, inquiet aliquis, commiſerationem ſocialem atque charitatem (quod bonorum primum eſt & perfectiſſimum, cum plenitudo legis dilectio ſit) pro- Rom. 13. 10.
ximo noſtro ſumus oſtenſuri? quoniam ſi ad
E aliquos magnis calamitatibus ac ærumnis oppreſſos accedamus, nequaquam cum ipſis flebimus, aut collacrymabimus: imo de iis, quæ acciderint, agemus gratias. Ac quidem ſuam ipſius afflictionem cum gratiarum actione perferre, patientiæ eſt atque conſtantiæ argumentum: ſed pro calamitatibus alienis Deo gratiam habere, inſultantis eſt malis alienis & irritantis afflictos, præſertim cum ab Apoſtolo jubeamur cum flen- Rom. 12. 15.
tibus flere. Quid igitur ad hæc dicemus? Eſt ne rurſus neceſſe vobis in memoriam reducere Domini verba, quibus juſſi ſumus in ali-

qui-

quibus gaudere, in aliquibus lugere? *Gau-* A
Matth. 5. 12. *dete*, inquit, *& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Etiterum, *Filiæ*
Luc. 23. 28. *Jerusalem, nolite flere super me, sed flete super filios vestros.* Itaque præcipit nobis sermo divinus, ut cum justis quidem exsultemus ac lætemur: lugeamus vero & lamentemur cum iis qui ex pœnitentia effundunt lacrymas: aut etiam eos qui nullo doloris sensu tanguntur, deploremus, quod perire se ne intelligant quidem.

8. Cæterum implevisse mandatum haudquaquam putandus est qui hominum mor- B tem deplorat, & cum lugentibus edit clamorem. Neque enim laudaverim medicum, qui cum opem ægrotantibus ferre deberet, morbis ipse repleretur: neque nauclerum, qui cum deberet navigantibus præesse, adversus ventos pugnare, fluctus vitare ac timidiores solari, nausearet ipse; & una cum iis qui rei nauticæ imperiti sunt, animo concideret. Ejusmodi est quisquis adit lugentes, nec tamen ratione sua usus, quidquam eis impertit emolumenti: sed potius ex alienis affectibus dedecus contrahit. Par C igitur fuerit de alienis calamitatibus ac ærumnis affligari. Nam hoc pacto afflictorum conciliaturus tibi es familiaritatem atque benevolentiam, neque hilarem te ostendens ob eorum adversitates, neque alienam afflictionem indifferenter perferens. Minime tamen convenit dolentium miseriis plus æquo commoveri, sic ut aut conclames, aut lugeas cum afflictato, aut aliis in rebus hominem a tristitia obcæcatum imiteris æmulerisque: exempli causa, si una cum ipso te ipse includas, & induaris atra veste, si pa- D riter jaceas humi, comamque negligas. Ex iis enim magis crescit quam elevatur calamitas. Annon vides augeri dolorem, si aut bubones vulneribus, aut splenes febribus accedant? Nonne potius mitigant manus dolorem leni suo contactu? Et tu igitur ne tua præsentia exasperes afflictionem, neque cum lapso collabare. Nam jacentem qui erigit, altior omnino lapso esse debet: qui vero pariter cecidit, altero qui erigat, etiam ipse opus habet. Attamen abs re non fuerit, iis quæ accidunt angi, & tacite de adversis af- E flictari, ita ut ex vultu, qui cogitatione defixus sit, exque modestia quæ gravitatem adjunctam habeat, animi affectum significes. Ubi autem ad colloquium ventum est, non statim ad objurgationes devenire decet, velut jacentibus insultantem ac illudentem. Nam objurgationes iis quorum animus præ tristitia cruciatur, molestæ sunt & graves: simulque sermones eorum qui nullo prorsus doloris sensu afficiuntur, ægre audiuntur a mœrentibus, & ad eos consolandos vim non habent persuadendi. Sed si eos siveris vanos

inefficacesque clamores & ejulatus edere, malo jam paululum sedato ac remisso, tum demum nihil impedit quominus eos possis scite ac leniter solari. Nam & equorum domitores non statim effrenatos pullos frenis cohibent, aut reprimunt, (sic enim retrocedere, & equites excutere edocentur:) sed initio ipsis cedentes, ac eorum impetum sequuti, ubi eorum ardorem suo ipsorum impetu atque vehementia fractum & exhaustum animadverterint, tunc subactos apprehendentes, illos jam per artem reddunt tractabiliores. Sic erit juxta Salomonis sententiam: *Melius est ingredi in domum luctus,* Eccl. 7. 1.
quam in domum convivii; si quis perite leniterque sermone usus, suam ipsius sanitatem ægroto velit impertiri, non alienam tristitiam velut lippitudinem contrahere.

9. Oportet igitur flere cum flentibus. Ubi videris fratrem lugentem ob peccatorum pœnitentiam, lacrymare cum viro ejusmodi, ac illius commiserescе. Ita enim tibi licebit ex malis alienis tuum corrigere. Nam qui fervidas lacrymas pro peccato proximi effundit; dum fratrem deflet, medetur sibimetipsi. Talis erat qui dicebat: *Defectio* Psal. 118. 51.
animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Luge peccati causa. Animæ ægritudo est peccatum: mors est animæ immortalis: peccatum luctu atque irrequietis lamentis dignum est. Ob hoc fluant lacrymæ omnes, nec cessent duci ex pectore imo suspiria. Paulus deflebat *inimicos crucis* Philip. 3. 18.
Christi. Jeremias deflebat qui ex populo pe- Jerem. 9. 1.
ribant; idemque cum sibi naturales lacrymæ non satis essent, lacrymarum fontem inquirebat & extremam mansionem. *Et sedebo,* Ibidem.
inquit, *& plorabo populum hunc diebus multis, eos qui pereunt.* Scriptura inter beatitu- Matth. 5. 5.
dines lacrymas & luctum ejusmodi reponit, non propensionem ad tristitiam omnem, non proclivitatem ad fletum, qui omni occasione cieatur. Non ita dudum vidi quosdam voluptarios, qui immodico voluptatis amore pellecti, per speciem expellendæ tristitiæ ad crapulam sese converterent, & ad ebrietatem; suamque conarentur excusare intemperantiam verbis Salomonis, qui ait: *Date vinum iis qui in tristitia sunt.* Est au- Prov. 31. 6.
tem hæc sententia in proverbio, nec tamen ebrietatem licitam reddit, sed humanæ vitæ consulit. Etenim ut reconditum hujus sententiæ sensum omittam, quo vinum lætitia rationalis dicitur; ne obvius quidem sensus parum habet providentiæ ac curæ, ne videlicet ii qui ægre consolationem admittunt, & gravi luctu obruuntur, cibos negligant & alimenta, ploratu vehementiore absorpti: sed partim pane cor luctuosi hominis firmetur, partim vino collapsæ vires sufsulciantur. Cæterum vinosi homines ac ebrii mœ-

mœrorem haud demulcentes, sed mutantes mala malis, ac pravam quamdam pactionem facientes, corporis morbos morbis animi mutant, eosque qui in trutina momenta exæquant, imitantes, tantum detrahunt tristitiæ, quantum addunt voluptati. Existimo quidem juvandam esse vino naturam: sed minime permittendum est meri tantam copiam infundi, ut rationi caliginem offundat. Neque enim simul cum vino effluet tristitia, sed ebrietatis malum animo accedet. Quod si ratio medicus est tristitiæ, fuerit plane ebrietas malorum maximum, cum medelam impediat animi. Sed jam singula quæ dicta sunt, animo repete; ita comperies & confici posse & utile esse apostolicum mandatum. Intelliges, quomodo possis gaudere semper, si rationem rectam sequaris; quomodo indesinenter orare, quomodo gratias agere in omnibus, quomodo denique valeas afflictos consolari, ut omni ex parte integer sis & perfectus, Spiritus sancti ope, atque inhabitante gratia Domini nostri Jesu Christi: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

IN ILLUD DICTUM EVANGELII *secundum Lucam*; Destruam horrea mea, & majora ædificabo: *itemque de avaritia*.

Luc. 12. 18.

1. Duplex est tentationum genus. Aut enim corda velut aurum in fornace probant ærumnæ, cum per patientiam integritatem eorum coarguunt, atque bonitatem: aut etiam non raro ipsa vitæ prosperitas tentationis loco est compluribus. Æque enim arduum est in rebus difficilibus servari animam sublimem & indejectam, atque in rebus prosperis ad injuriam faciendam non abripi. Et prioris quidem tentationum generis exemplum est Job, magnus ille & invictus athleta, qui vim omnem diaboli velut torrentis impetum inconcusso pectore ac immoto proposito excipiens, tanto superior exstitit tentationibus, quanto illata sibi ab hoste certamina majora videbantur, atque inextricabiliora. At vero tentationum in rebus secundis exempla cum alia multa sunt, tum hic nunc nobis lectus dives: qui habebat alias quidem divitias, alias vero sperabat; nec tamen benignissimus Deus eum ob ingratam indolem initio condemnavit, sed semper opes alias adjecit prioribus; si quo modo tandem accedente satietate, animum ejus posset ad liberalitatem atque mansuetudinem provocare. Ait enim: *Hominis divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se: quid faciam? destruam horrea mea, & majora ædificabo.* Cur igitur fertilis exstitit ager hominis, qui nihil erat boni ob fertilitatem facturus? ut scilicet magis effulge-

Luc. 12.16.

A ret Dei tolerantia, cujus bonitas ad tales etiam se extendat: quippe super justos & injustos pluit, facitque ut sol suus oriatur super malos & bonos. Ejusmodi autem Dei bonitas supplicium majus inducit in sceleftos. Effudit pluvias in terram avaris manibus cultam: dedit solem, qui foveat semina, ac per ubertatem fructus multiplicet. Et quidem a Deo accipiuntur beneficia ejusmodi, terra idonea, aeris temperatos status, seminum copia, boum opera, alia id genus, quibus solet agricultura ad ubertatem per-

Matth. 5. 45.

B duci, atque ad copiam. Qualia vero in hoc homine deprehendebantur? mores amarulenti, odium hominum, animus in dando parcissimus. Hanc ille benefico largitori vicem rependebat. Non venit in mentem communis naturæ: non putavit superfluum bonorum in egenos distribuendum, rationem nullam habuit hujus præcepti: *Ne abstineas benefacere egeno*: Item *Eleemosynæ & fides ne deserant te*. Et, *Frange esurienti panem tuum*. Denique Prophetarum omnium, omniumque doctorum non audiebatur cla-

Prov. 3. 27. & 3. secundum LXX. Esa. 58. 7.

C mor: sed horrea reconditorum frumentorum multitudine angustata dirumpebantur, nec tamen cor avarum explebatur. Nam nova veteribus superaddens semper, & annuis additamentis copiam adaugens, in hanc inextricabilem consilii inopiam incidit, ut præ avaritia vetera subduci non sineret, nec posset nova ob copiam recondere. Quapropter inefficacia sunt consilia illius & curæ ancipites. *Quid faciam?* Quis non misereatur hominis ita obsessi? Miser est ob fertilitatem, miserabilis ob parta bona, ob exspectata mi-

D serabilior. Non enim affert ei terra proventus ac reditus ipsi parit suspiria: eidem non aggerit copiam fructuum, conciliat curas, molestiasque & gravem anxietatem. Lamentatur perinde ut pauperes. An non talem vocem emittit, qualem is, cui propter inopiam angustæ res sunt? Quid faciam? Alimenta unde? unde indumenta? Hæc etiam dives loquitur. Discruciatur animo, curis exesus. Nam quod alios afficit lætitia, id avarum conficit. Neque enim lætatur, cum cellæ omnes intus repleantur: sed cir-

E cumfluentes divitiæ, & quæ in promptuariis contineri non queunt, animum ejus compungunt; ne forte ad exteros usque effusæ, levamenti alicujus fiant occasio egentibus.

2. Porro vitium quo anima illius laborat, vitio helluonum mihi videtur assimile, qui malunt præ ingluvie dirumpi, quam egentibus reliquias impertiri. Agnosce, o homo, largitorem. Memineris tuiipsius, quis sis, quorum tibi credita dispensatio sit, a quo acceperis, cur fueris multis antepositus. Minister effectus es Dei optimi, administrator conservorum; ne existimes ventri tuo præ-

pa-

parata esse omnia: sed de iis quæ in mani- A bus habes tamquam de alienis statue. Parumper te oblectant, deinde effluentia evanescent, & de iis diligenter abs te exigenda ratio est. Tu vero cuncta portis simul & repagulis occlusa tenes; & quamquam sigillis obstruxeris, advigilas anxius; atque consilium contra temetipsum inis, demente consiliario teipso usus. Quid faciam? Promptum erat dicere: Esurientium explebo animas, aperiam horrea, omnesque egenos accersam. Imitabor Joseph in prædicanda declarandaque humanitate; emittam ma- B

Gen. 47. gnificam vocem: Quotquot indigetis panibus, venite ad me, singuli ex communibus quasi fontibus futuri participes collati a Deo beneficii. Sed tu talis non es, unde? qui scilicet bonorum usum invideas hominibus, improboque tecum inito consilio sollicitus sis, non quomodo impertias unicuique necessaria, sed quomodo omnibus assumtis, omnes fructu eorum atque utilitate privés. Adstabant qui animam ejus repeterent, & ille secum differebat de alimentis. Hac ipsa nocte abripiebatur, & ad multos annos re- C rum possessionem animo sibi fingebat. Licuit illi de omnibus deliberare, ac mentem suam aperte declarare, ut sententiam proposito suo dignam acciperet.

3. Cave ne tibi idem usu veniat, Ideo enim hæc scripta sunt, ut similem agendi rationem vitemus. Imitare terram, o homo: fructum profer velut illa, ne re inanimata videare deterior. Hæc autem fructus enutrivit, non eis fruitura, sed tibi inservituros. Tu vero quemcumque beneficentiæ fructum ostendisses, collegisses hunc ti- D biipsi, cum bonorum operum gratia præmiumque in largitores revertatur. Dedisti esurienti, & tuum fit quod datum est, ac cum additamento ad te revertitur. Quemadmodum enim frumentum, quod in terram cadit, in lucrum cedit projicienti: ita panis esurienti objectus, in posterum multum tibi afferet emolumenti. Sit ergo tibi agriculturæ finis initium cælestis sementis:

Osee 10. 12. *Seminate* enim, inquit, *vobis ipsis in justitiam*. Quid igitur anxius es? Quid cædis te ipse, luto & lateribus divitias concludere con- E

Prov. 22. 1. tendens? *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ*. Quod si opes miraris ob provenientem ex eis honorem, considera quanto sit ad gloriam conducibilius, innumerorum filiorum patrem appellari, quam innumeros in marsupio stateres habere. Et quidem relicturus hic es pecunias vel invitus: contra, partam ob bona opera gloriam exportabis ad Dominum, cum scilicet circumstans te coram communi judice populus omnis, nutritorem & beneficum largitorem te appellabit, ac nomina omnia humanitatem benignitatemque significantia tibi tribuet. Annon vides eos, qui in theatris sedent, in pancratiastas, in mimos, inque decertantes cum feris homines, quorum vel aspectum quivis detestabitur, pro brevi honore, atque pro strepitu populi & plausu pecunias suas insumere? Tu vero parcus es in sumptibus faciendis, unde es glotiam tantam consequuturus? Comprobabit te Deus, collaudabunt angeli, quotquot a borbe condito homines fuere, beatum te prædicabunt: gloriam æternam, coronam justitiæ, regnum cælorum pro præmio rerum corruptibilium recte dispensatarum recepturus es. Quorum nihil tibi curæ est, ea quæ in spe reposita sunt bona ob præsentium studium contemnenti. Age igitur, divitias varie dispensa: liberalis esto & splendidus in sumptibus in egenos impendendis. Dicatur etiam de te: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum*. Psal. 111. 9. Noli magno vendere, necessitatibus plus justo intentus. Cave exspectes annonæ caritatem ad horrea aperienda. *Nam* Prov. 11. 26. *qui auget pretium annonæ, plebi est exsecrabilis*. Ne famem auri causa, ne inediam communem ob privatam opum tuarum copiam opperiare. Noli fieri caupo humanarum calamitatum: ne iram Dei occasionem feceris aggerendæ pecuniæ. Cave exulceres vulnera flagris cæsorum. Tu vero conjectis in aurum oculis, non respicis ad fratrem, & numismatis quidem notam agnoscis, & a sincero adulterinum discernis, fratrem vero tempore necessitatis prorsus ignoras.

4. Ac quidem nitidos auri color valde admodum te oblectat; sed quot & quanti egenorum gemitus te prosequantur, non reputas. Quomodo tibi pauperis calamitates ponam ob oculos? Ille re familiari circumspecta, videt aurum sibi nec adesse, nec unquam affuturum: videt supellectilem ac vestitum tales, quales certe solent esse pauperum facultates, omnia paucis obolis æstimanda. Ecquid igitur? Tum demum convertit oculos in liberos, ut in forum ductos venales exponens, inde mortis impendentis solamen aliquod inveniat. Hic urgentis famis pugnam consideres velim, & paterni amoris. Famis & amoris paterni pugna. Fames quidem miserrimam mortem minatur, natura vero retrahit, suadetque ut una cum liberis moriatur: & sæpe impulsus, & sæpe retentus, tandem succumbit, necessitate atque implacabili egestate coactus. Sed quæ in animo consilia versat pater? Quem primum divendam? Quemnam frumenti venditor lubentius conspiciet? Accedam ad maximum natu? at ætatis jura revereor. An ad minimum natu? at me miseret illius ætatis, calamitates necdum intelligentis. Hic parentum exhibet claram effigiem: ille idoneus est ad disciplinas discendas. Heu con-

consilii inopiam! Quo me vertam? In quem horum incidam? Qualem bestiæ animum induam? Quomodo naturæ obliviscar? Omnes si servo, fame videbo consumi omnes. Unum si vendidero, qualibus oculis reliquos aspiciam, qui me illis jam reddidero perfidiæ ac proditionis suspectum? Quomodo habitabo domum, qui mihi ipse sim auctor orbitatis? Quomodo accedam ad mensam, cujus abundantia causam ejusmodi habet? Denique multis cum lacrymis venit pater charissimum filiorum venditurus: te tamen illius afflictio non flectit, neque animum tuum subit ulla naturæ cogitatio. Atqui fames miserum illum premit, tu vero cunctaris ac illudis, calamitatem ei reddens longiorem. Et ille quidem viscera sua pretium alimentorum porrigit: tua vero manus ex ejusmodi calamitatibus pretia referens, non modo non stupet, sed de pretio etiam contendis, quasi plus satis offeras, atque studium in eo ponis, ut plus accipiens, minus des, misero undelibet accumulans calamitatem. Non lacrymæ commovent miserationem, non gemitus cor emolliunt: sed inflexibilis es atque implacabilis. Omnia aurum vides, aurum existimas: hoc & somnias inter dormiendum, & concupiscis inter vigilandum. Ut enim qui præ insania mente moti sunt, res ipsas non intuentur; sed ea ex quibus afficiuntur, sibi animo fingunt: ita anima tua ab avaritia possessa, cuncta aurum, cuncta argentum videt. Conspicias lubentius aurum quam solem. Veri omnia in auri naturam exoptas, atque in id incumbis pro virili.

5. Quid enim non moliris propter aurum? Frumentum fit tibi aurum, vinum in aurum concrescit, lanæ tibi in aurum vertuntur: mercatura omnis, omnis solertia parit tibi aurum. Ipsum aurum generat semetipsum, dum per fenora multiplicatur. Neque tamen satietas est, neque finis reperitur cupiditatis. Ac quidem pueris gulosis plerumque concedimus, ut iis quæ cupiunt, sese abunde expleant, ut per majorem saturitatem fastidium ipsis afferatur. Avarus non item: sed quo pluribus impletur, hoc plura desiderat. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Psal. 61. 11. Tu vero detines præterfluentes, & exitus undecumque obstruis. Deinde dum retinentur & restagnant, quid tibi faciunt? Dirumpunt repagula, atque, ut pote violenter conclusæ ac exundantes, divitis horrea demoliuntur, & irrumpentis alicujus hostis in morem promptuaria illius solo adæquant. Construet ne majora? Incertum, an destructa successori relicturus sit. Nam abreptus poterit ipse citius interire, quam horrea per avaram industriam exstruantur. Porro dives ille convenientem pravis suis

A consiliis finem consequutus est: vos vero, si mihi credere velitis, omnibus promptuariorum foribus apertis, amplissimos divitiis exitus præbebitis. Quemadmodum enim ingenti fluvio frugiferam terram per plurimos canales pervadenti datur transitus: sic ipsi divitiis permittite, ut in varias vias scissæ ad pauperum domos perveniant. Putei si exhauriantur, ex eis aqua copiosior emanat atque limpidior; sin autem derelinquuntur, computrescunt: sic & divitiæ cum desident, & in eodem loco permanent, sunt B inutiles; cum vero moventur, & ex aliis ad alios transeunt, publicum commodum fructumque pariunt. O quanta laus ab iis in quos beneficia contuleris, tribuenda tibi est, quam tu cave contempseris: quanta itidem merces a justo judice, cui tu nolis diffidere: Ponatur tibi ubique ob oculos accusati illius divitis exemplum: qui jam parta bona servans, deque futuris sollicitus, ac incertum habens an cras victurus esset, hodie peccando crastinum diem anteverterat. Nondum venit ullus supplex, & tamen in ante-C cessum feritatem ostendit; necdum fructus collegit, & jam avaritiæ condemnabatur. Terra quidem in ferendis ei fructibus officiosa fuit, densam in arvis segetem præmonstrans, botros plurimos exhibens in palmitibus, ponens ob oculos oleam fructu scatentem, omneque deliciarum genus ex arborum fructibus promittens. Ille vero neque comis est, neque fructuosus: nondum habet, & jam invidet egentibus. Et quidem fruges quot periculis obnoxiæ sunt, priusquam colligantur? Nam & grando plerum-D que confringit, & æstus rapit mediis ex manibus, & pluvia intempestive e nubibus erumpens, fructus inutiles efficit. Quid igitur Dominum non rogas, ut munus suum consummet ac perficiat? imo vero in antecessum reddis te indignum, qui præmonstrata recipias.

6. Et tu quidem in occulto tecum loqueris, verba vero tua in cælo expenduntur. Quapropter inde accipis responsa. Quænam autem sunt, quæ dicit? *Anima, habes multa bona reposita: comede, bibe, lætare quoti-* Luc. 12. 19. E *die.* O dementiam! Suillam animam si haberes, quid aliud nisi hoc ei annuntiare potuisses? Itane belluinus es, itane rudis es bonorum animæ, ut eam carnalibus cibis excipias; & quæ latrina excipit, ea animæ destines? Profecto si virtute prædita est, si plena est bonis operibus, si Deo necessitudine conjungitur, multa bona habet; ita demum bono animæque convenienti gaudio lætetur. Quia vero terrena sapis, & Deum habes ventrem, totusque carneus es, libidinibus mancipatus & vitiis, audi te dignam appellationem, tibi a nullo homine, sed ab ipso-

Digitized by Google

Luc. 12. 22. ipsomet Domino datam : *Stulte, hac nocte* A *animam tuam repetunt a te : quæ autem parasti, cujus erunt?* Hæc irrisio stultitiæ superat supplicium æternum. Qui enim paulo post rapiendus est & abducendus, qualia in animo versat consilia? *Destruam horrea mea, & majora ædificabo*. Recte facis, ego ipse ei dixerim. Digna enim sunt quæ destruantur, iniquitatis horrea. Tuis ipse manibus dirue quæ male ædificasti. Solve frumentarios penus, unde nemo umquam allevatus exiit. Destrue omnem domum avaritiæ custodem, everte tecta, demolire muros, ostende soli B frumentum cariosum, educ e carcere vinctas opes, produc in publicum tenebrosa mammonæ conclavia : *Destruam horrea mea, & majora ædificabo*. Quod si hæc quoque impleveris, quid tum excogitabis? Rursus ne destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius quam laborare perpetuo, ædificare diligenter, & diligenter destruere? Habes *Matth. 6. 20.* horrea, si vis, domos pauperum. *Thesauriza tibi thesaurum in cælo*. Quæ illic reconduntur, ea non depascuntur tineæ, non corrodit caries, non prædantur fures. Atqui C egenis impertiar tum, cum secunda horrea implevero. Longum tibi vitæ tempus præfixisti. Cave te præfinita dies festinans prævertat. Nam pollicitatio isthæc nequitiæ argumentum est, non benignitatis. Polliceris enim, non ut des postea, sed ut præsens submoveas. Nunc cum liceat, quid impedit quominus largiare? Nonne adest indigus? nonne plena sunt horrea? An non parata merces? An non clarum præceptum est & perspicuum? Esuriens contabescit, nudus riget : strangulatur is a quo debitum exigi- D tur; & tu eleemosynam differs in crastinum? *Prov. 3. 28. & 27. 1.* Audi Salomonem : *Ne dixeris : Revertens redi, cras dabo : ignoras enim quid pariet dies sequens*. Qualia præcepta contemnis, qui jam antea tibi avaritia aures obturaveris? Quaniam oportebat habere te benefico largitori gratiam, quam hilarem te esse, quam lætum ob eum qui tibi defertur honorem, videlicet quod non perturbes fores alienas, sed alii tuas occupent. Nunc vero morosus es, vixque ad te accessus patet : qui declines occursus, ne forte vel modicum quid e E manibus dimittere cogaris. Unam nosti vocem : Non habeo, nec dabo. Nam pauper sum. Revera pauper es, & omnis boni inops : pauper dilectionis, pauper humanitatis, pauper fidei in Deum, pauper spei æternæ. Participes frumenti facias fratres : quod cras putrescet, id hodie trade egenti. Avaritiæ pessimum genus est, ne ea quidem quæ corrumpuntur, egenis erogare.

7. Cui, inquit, injuriam facio, dum retineo mea atque conservo? Quæ, dic mihi, tua sunt? Unde accepta in vitam intulisti? Velut si quis, loco in theatro ad spectandum occupato, deinde ingredientes arceat, id suiipsius proprium ratus, quod ad omnium communem usum proponitur : tales ejusmodi quoque divites sunt. Nam communia præoccupantes, ea ob præoccupationem sibi assumunt. Quod si suæ quisque necessitati sublevandæ id modo quod satis est caperet, egenti vero relinqueret quod superfluum est, nemo esset dives, pauper nemo. Nonne nudus egressus es ex utero? nonne nudus iterum in terram reverteris? Unde autem tibi præsentia bona? si a fato dixeris; impius es, qui non agnoscas Conditorem, neque gratiam habeas largitori : sin confiteris esse a Deo, dic nobis rationem cur acceperis. Num injustus Deus, qui nobis inæqualiter vitæ necessaria distribuit? Cur divite te, ille pauper est? An non utique, ut & tu benignitatis ac fidelis dispensationis mercedem accipias, & ille magnis patientiæ præmiis donetur? Tu vero inexplebilibus avaritiæ sinibus omnia complexus, atque his tam multos privans, nemini ullam injuriam facere te existimas? Quis avarus est? qui rebus quæ satis sunt, contentus non est : quis spoliator? qui cujusque res aufert. Non avarus es tu? non spoliator es tu? qui scilicet quæ dispensanda recepisti, ea tibimetipsi propria facias. Fur ne vocabitur qui veste indutum denudarit, qui vero nudum non induerit, id si agere potest, alia quadam appellatione dignus est? Esurientis est panis, quem tu detines : nudi est pallium, quod tu in arca servas : discalceati calceus, qui apud te putrescit : indigentis argentum, quod defossum habes. Quare quot hominibus dare potes, tot infers injuriam. *Basilius docet quis sit avarus.*

8. Pulcri quidem, inquit, sermones sunt, sed aurum pulcrius est. Idem accidit nobis, quod iis qui apud impudicos de castitate disserunt. Etenim illi, si amica insimulatur, refricata illius memoria, ad libidinem accenduntur. Quomodo tibi ob oculos ponam pauperis ærumnas atque calamitates, tibi ut sit perspectum & exploratum, ex qualibus gemitibus tibiipse thesaurum colligas? O quanti pretii tibi in die judicii videbitur verbum illud : *Venite benedicti Patris mei : possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare : sitivi, & dedistis mihi bibere. Nudus eram, & cooperuistis me*. *Matth. 25. 34.* Rursus quantus tibi horror sudorque & quantæ tenebræ circumfundentur, judicium illud damnatorium audienti : *Discedite a me maledicti in tenebras exteriores, quæ paratæ sunt diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare : sitivi, & non dedistis mihi bibere : nudus eram, & non coope-* *Ibid. v. 41.*

ruisti me. Non enim illic raptor accusatur: sed qui bona non communicavit, condemnatur. Ego quidem quæ conducere duxi, retuli, tibi vero obtemperanti repromissa bona præmonstrata sunt, non obtemperanti intentatæ sunt minæ, quarum periculum cupio effugere te, consilium melius capientem; ut divitiæ tuæ tibi pretium fiant redemtionis, atque ad parata cælestia bona pervenias: gratia ejus qui nos omnes ad regnum suum vocavit, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA IN DIVITES.

1. Dictum est nec ita pridem de hoc adolescente; & quisquis certe auditor diligens fuerit, eorum quæ tunc expensa sunt, prorsus meminerit. Primum quidem, quod non idem sit qui legis peritus, Luc. 10. 25. cujus apud Lucam fit mentio. Ille enim tentator erat, simulatas ac captiosas proponens quæstiones: hic vero sano quidem consilio interrogabat, sed docili ac obsequenti animo non audiebat. Non enim ob tales Domini responsiones abiisset mœrens, si cum contemptu ipsum interrogasset. Quamobrem animus illius velut commixtus nobis visus est & varius, ut qui partim laude dignus, partim miserrimus ac omnino desperatus a scriptura exhibeatur. Nam nosse magistrum verum, atque relicta Pharisæorum superbia, & legisperitorum opinione, & scribarum turba, appellationem hanc soli vero ac bono magistro tribuere, hoc erat quod laudabatur. Prætereaque videri sollicitum, quomodo æternam vitam adipisceretur, hoc quoque probatum erat & laude dignum. Contra, illud jam aperit totum ejus animum, non quod vere bonum esset, sed quod vulgo arrideret, spectantem, quod videlicet salutaria documenta quæ a magistro vero didicerat, non inscripserit in suo corde, neque doctrinam exsequutus sit, sed avaritiæ vitio obcæcatus cum mœstitia abierit. Hoc enim eum inæqualem fuisse moribus nec secum consensisse probat. Magistrum vocas; nec tamen discipulorum partes agis? Bonum confiteris, & ea quæ dat respuis? Atqui is qui bonus est, idem profecto bonorum est largitor. Et interrogas quidem de vita æterna: sed totus præsentis vitæ deliciis addictus deprehenderis. Cæterum quodnam verbum molestum aut grave, aut adeo intolerabile magister proposuit? Matth. 19. 21. *Vende quæ habes, & da pauperibus*. Si proposuisset tibi agriculturæ labores, aut mercaturæ pericula, aut alias quasvis molestias quæ lucrum sectantibus accidunt, oportebat te præceptum ægre ferentem tristitia affici; sin via

A adeo facili, neque laborem, neque sudorem habente, hæredem te æternæ vitæ facturum se pollicetur, cur non gaudes ob facilitatem salutis, sed dolens animo & mœrens discedis, atque jam exantlatos labores tibi inutiles reddis? Etenim si non occidisti, ut ais, neque adulterium commisisti, neque furatus es, neque contra quempiam falsum testimonium dixisti; nihilominus tamen adhibitam in his agendis diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adjicias, quo solo possis in Dei regnum

B ingredi. Ac quidem si medicus ea membra quæ a natura vel a quapiam infirmitate mutila habes, restituturum se promitteret, profecto id cum mœrore non audires: quia vero magnus animorum medicus te præcipuis rebus destitutum vult perfectum reddere, beneficium ejusmodi non accipis, sed luges ac mœstus efficeris. Nam aperte atque evidenter procul abes ab illo præcepto, ac falso illud a te perfici testaris, videlicet quod dilexisti proximum tuum sicut teipsum. Ecce enim hoc Domini præcepto convinceris

C quam longissime abesse a vera charitate. Nam si verum erat quod affirmasti, servasse te a juventute dilectionis præceptum; ac tantum tribuisse unicuique quantum & tibi ipsi; unde quæso, hæc tibi divitiarum copia? Nam egenorum cura opes absumit, cum pro sua quisque necessitate accipiat pauca, cunctique suas simul facultates partiantur, & in egenorum usus impendant. Quare qui diligit proximum uti seipsum, nihil amplius quam proximus possidet. Atqui constat habere te opes multas. Undenam hæ? nisi quod

D procul dubio levamen multorum & commoda tuis ipsius commodis postposuisti. Itaque quo magis abundas divitiis, eo magis charitate destitueris. Etenim jam dudum pecuniam cum cæteris communicare cogitasses, si proximum tuum dilexisses. Nunc autem opes tibi arctius quam ipsamet corporis membra adhærescunt; dolesque dum a te separantur, perinde ac si præcipuæ corporis partes amputarentur. Nam si induisses nudum, si dedisses esurienti panem tuum, si fores tuæ apertæ fuissent hospiti omni, si or-

E phanorum exstitisses pater, si miseratus fuisses infirmum omnem; de quibus, quæso, opibus nunc doleres? Quomodo nunc ægre ferres residuas opes deponere, si jam pridem eas in egenos distribuendas curasses? Adhæc, in nundinis quidem nemo dolet quod pecunias suas profundat, & vicissim comparet quibus opus habet: contra, quo viliori pretio res pretiosissimas emerit, hoc magis gaudet, ut qui egregie negotiatus sit. Tu vero doles, quod aurum & argentum & opes partiris, hoc est, lapidem ac pulverem tradis, ut beatam vitam acquiras.

2. Sed

2. Sed cui tibi usui aurum? pretiosa te veste amicies? Atqui duorum cubitorum tunica satis tibi fuerit, & unius pallii amictus omnem indumentorum necessitatem explebit. Uterisne divitiis ad lautius vivendum? verum panis unus exsatiando ventri sufficit. Quid igitur tristitia afficeris? Cujusnam rei fecisti jacturam? An gloriæ, quæ ex divitiis oritur? At si terrenam gloriam non quæsieris, veram illam ac splendidam gloriam, quæ te in regnum cælorum deducet, invenies. Sed divitias habere, jucundum est per se; etiamsi nullus ex eis fructus capiatur. Sed certe rerum inutilium studium vanum esse & inutile, cuique notum est. Verumtamen mirum forte tibi videbitur quod dicturus sum, sed nihilominus quavis re alia certius est. Divitiæ eo quo Dominus admonet modo dispersæ solent permanere: retentæ vero, ad alios transferri. Si custodies, non habebis: si disperseris, non amittes. Psal.111.9. *Dispersit* enim, *dedit pauperibus*, *justitia ejus manet in sæculum*. Porro non vestimentorum neque alimentorum causa plerique divitiarum studio tenentur: sed quoddam est artificium a diabolo excogitatum, ut sumtuum faciendorum occasiones innumeræ suggerantur divitibus; adeo ut superflua & inutilia tanquam necessaria requirant, nihilque eis satis sit ad faciendos quos excogitarint sumtus. Dividunt enim opes & in præsentem usum, & in futurum: partem quidem sibi, partem vero liberis servant. Deinde easdem partiuntur in excogitatas variorum sumtuum occasiones. Nam audias velim ad qualia destinentur. Hæc pecunia, inquiunt, in usu sit, illa vero maneat recondita: item quæ in usu est, necessitatis excedat metam: hæc ad magnificentiam domesticam insumatur, illa pompæ & fastui externo inserviat: hæc sumtus large suppeditet iter facienti, illa domi manenti lautum victum & magnificum instruat, sic ut subeat mihi mirari quot sint excogitati inanes sumtus. Innumeri habentur currus, aliis sarcinæ, aliis homines ipsi vehuntur, iique sunt ære & argento obtecti. Equi quam plurimi, atque illorum genus, ut fit in hominibus, a majorum splendore commendatur. Alii hosce voluptarios circumvehunt per urbem: alii venationi, alii itineri conficiendo inserviunt. Freni, cingula, collaria, omnia argentea, intexta auro omnia. Purpurea strata, equos velut sponsos ornantia: mulorum colore distinctorum multitudo; quorum aurigæ sibi invicem succedentes, præeunt alii, alii sequuntur. Reliquorum famulorum numerus infinitus, qui sibi ad magnificentiam omnis generis ostentandam sufficiat: procuratores, promi, agricolæ, ministri cujuscumque artis periti, tum ejus quæ necessaria est, tum ejus quæ ad voluptatem deliciasque inventa est, coci, pistores, pincernæ, venatores, fictores, pictores, omnigenæ voluptatis opifices. Camelorum greges, partim ad onera ferenda, partim ad pascua destinati, equorum armenta & boum, greges ovium & porcorum, horum pastores, agri qui non modo iis omnibus pascendis sufficiant, sed qui etiam per reditus ex se provenientes divitias adaugeant: balnea in urbe, balnea ruri. Ædes, quæ fulgent marmoribus omnis generis, aliud est ex Phrygio lapide, aliud ex Laconicis aut Thessalicis crustis: atque ex his ædibus aliæ in hyeme calefaciunt, aliæ refrigerant æstate. Pavimentum calculis variatum, lacunaria auro sublita. Quicquid autem parietum incrustatum non est, id picturæ floribus exornatur.

Divitum luxus.

3. Cum autem in sexcentos usus distractæ divitiæ redundant adhuc, tum in terra detruduntur, & in abditis locis asservantur. Incertum est enim quod futurum est, ne forte in quasdam inexspectatas necessitates incidamus. Imo incertum, an defosso auro sis opus habiturus: sed incerta non est inhumanorum morum pœna. Postquam enim innumeris artificiis aurum absumere non potuisti, tunc illud sub terra occultasti. Insania ingens, dum quidem aurum in metallis erat, terram scrutari: cum autem jam in propatulo est, rursus illud in terra abscondere. Deinde opinor, contingit tibi quisquis opes defodis, ut & cor tuum una defodias. *Nam*, inquit, *ubi thesaurus tuus, ibi & cor*. Matth.6.21. Ob id præcepta eos afficiunt tristitia. Vitam enim ducunt sibi intolerandam, nisi inutilibus sumtibus occupentur. Atque quod huic adolescenti aut reliquis ei consimilibus contigit, id mihi videtur esse ejusmodi, tanquam si videlicet quispiam viator urbis alicujus videndæ desiderio ductus, strenue ad eam usque contendat: deinde illic pro mœnibus in hospitiis commoratus, atque ab exiguo motu per segnitiem deterritus, & insumtum prius laborem inutilem reddat, & a videndis urbis ornamentis se ipse excludat. Tales sunt qui alia quidem mandata conficere volunt, sed opes exuere recusant. Vidi ego non paucos jejunantes, orantes, ingemiscentes, pietatem omnem quæ sine impensa exerceri potest, excolentes, at ne unum quidem obolum egenis offerentes. Quæ his utilitas est reliquæ virtutis? Non enim excipit ipsos regnum cælorum. *Nam*, inquit, *facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cælorum*. Luc.18.25. Utique sic perspicua sententia est: verax qui enuntiat, & tamen qui morem gerant, pauci. Et quomodo, inquit, vivemus relictis omnibus? Qualis autem futura est mundi

Communis multorum divitum pietas.

mundi species ac status, vendentibus omnibus, & nemine sua non derelinquente? Cave scisciteris ex me eorum quæ præcepta sunt, intelligentiam. Novit legislator efficere, ut id etiam quod fieri non potest, possit tamen cum lege componi atque aptari. Cor autem tuum velut in trutina exploratur, utrum ad vitam veram, an ad præsentes delicias declinet. Nam putare debent qui prudenter judicant, usum divitiarum ad dispensationem concessum esse, non ad voluptatem: & si his exuantur, par est eos lætari velut alienis privatos, non ægre ferre quasi sua amittentes. Quid igitur afflictare? quid animo discruciare cum audis: *Vende quæ habes?* Etenim si te sequerentur in futurum sæculum, ne sic quidem essent studiosius exquirenda, ut pote quæ a præmiis illic repositis obscurentur: sin autem necesse est ea hic manere; cur his divenditis, lucrum inde non exportamus? Tu vero aurum cum das, & emis equum, non mœres: cum vero peritura impertis, regnum cælorum pro ipsis recepturus, lacrymas effundis, & rejicis rogantem, ac dare recusas, sexcentas tibi sumtuum causas comminiscens.

4. Quid respondebis judici tu qui parietes vestis, hominem non vestis? qui equos ornas, fratrem panniculis laceris coopertum aspernaris? qui putrescere sinis frumentum, esurientes non alis? qui defodis aurum, oppressum contemnis? Quod si habueris quoque uxorem divitiarum amantem, morbus duplo major efficitur. Nam & delicias accendit, & studium auget voluptatis, & cupiditatibus vanis stimulos admovet, lapides quosdam excogitans, margaritas, smaragdos, hyacinthos: aurum itidem partim cudens, partim texens, & omnigenis ineptiis morbum adaugens. Non enim obiter his datur opera: sed diu noctuque eadem curantur. Quin & innumeri assentatores earum cupiditatibus suppetias venienres, accersunt tinctores, aurifices, unguentarios, textores, artifices acu pingentes. Neque virum ullo tempore respirare sinit, ut quæ assiduis ipsum imperiis divexet. Opes nullæ possunt muliebres cupiditates explere, ne si fluant quidem ex fluminibus: quandoquidem barbaricum unguentum quasi allatum ex foro oleum exquirunt. Adhæc flores marini, conchylium, pinna, eaque copiosior quam ovium lana. Aurum autem lapides ingentis pretii connectens, partim earum fronti ornamento est, partim collo: itidem aliud inest zonis, aliud manus vincit ac pedes. Nam mulieres auri amantes manicis vinciri gaudent, modo aurum sit, quod ipsas vinciat. Quandonam igitur animæ curam habebit, qui muliebribus desideriis

A obsequitur? Nam ut putrefacta navigia procellæ & turbines, ita infirmas conjugum animas pravæ uxorum affectiones demergunt. Cum igitur ad tot ac tantos abusus distrahantur divitiæ a viro & uxore, sese invicem rerum vanarum excogitatione superantibus; non mirum, si illæ nullam opportunitatem nanciscantur ad exteros perveniendi. Quod si audieris: *Vende quæ habes, & da pauperibus*, ut habeas viaticum ad æternam felicitatem, abis tristis: si vero audieris: Da pecunias mulieribus luxuriosis, da lapicidis, **B** fabris lignariis, hominibus calculos locantibus, pictoribus, tunc perinde gaudes ac si quidquam pecuniis pretiosius acquiras. Non vides mœnia hæc temporis diuturnitare collapsa, quorum reliquiæ velut scopuli quidam per totam urbem eminent? Quot, cum exstruerentur, erant in urbe pauperes, qui ob collatum in ea studium a divitibus ejus temporis negligebantur? Jam vero ubinam est splendidus operum apparatus? Ubi ille, qui magnopere laudabatur ob eorum magnificentiam? Nonne hæc ita prolapsa **C** sunt & abolita, ut ea, quæ in arena a pueris ludentibus exstruuntur? Nonne in inferno jacet ille ipse, quem ejus quod rebus vanis impensum est studii pœnitet? Sis animo magno: muri tum parvi tum magni, usum eundem explent. Quando in domum inepti viri & perquam divitis præteriens ingredior, videoque ipsam omnigenis ornamentis fulgentem, intelligo eum nihil rebus visibilibus antiquius ac carius habere, sed ornare diligenter inanimata, animam vero incultam relinquere. Quem tandem, quæso, **D** ampliorem usum exhibent argentei lecti, mensæ argenteæ, thori eburnei & sellæ eburneæ, sic ut horum causa divitiæ ad pauperes non transeant, quamquam innumeri stant pro foribus, nullam non emittentes vocem miserabilem? Tu vero negas te daturum, aisque sufficere te non posse rogantibus. Et lingua quidem juras te non posse, sed a manu argueris: etsi enim illa tacet, mendacium tamen tuum declarat, annuli pala corruscans. Quot potest tuus annulus unus ære alieno liberare? quot domos corruentes erigere? **E** Arca tua vestiaria vel unica potest totum populum frigore rigentem amicire; & tamen sustines pauperem non donatum dimittere, haud reveritus justam judicis compensationem. Non misertus es, non consequere misericordiam: non aperuisti domum, a regno excluderis: panem non dedisti, non accipies vitam æternam.

5. Verum pauperem dicis teipsum, atque de hoc mihi tecum convenit. Pauper enim est, qui multis indiget. Sed insatiabilis cupiditas indigos vos multarum rerum efficir. Talentis decem, decem alia adjicere conaris:

Digitized by Google

ris: viginti coactis, totidem quæris, neque appetentiam sistit quod semper a te additur, imo accendit appetitum. Quemadmodum enim ebriis vini accessio bibendi fit occasio? sic etiam recens ditati ubi multa acquisierint, plura concupiscunt, semper addendo morbum nutrientes, eisque suum studium cedit in contrarium. Neque enim præsentia bona cum tanta sint, tantum illos exhilarant, quantum contristant quæ desunt; ea, inquam, quæ sibi deesse putant, adeo ut semper curis conficiatur eorum animus dum majora comparare nituntur. Nam cum lætari ipsos par esset, ac gratiam habere, quod tam multis sunt opulentiores: contra, ægræ ferunt ac dolent se forte ab uno aut altero locupletiore superari. Ubi vero fuerint hunc divitem assequuti, confestim ditiori adhuc pares fieri conantur: & ubi eum quoque attigerint, studium suum ad alium transferunt. Quemadmodum ii qui scalas conscendunt, pede semper ad superiorem gradum erecto non prius conquiescunt, quam ad summum perveniant: sic quoque hi non cessant ab appetenda potentia, donec in sublime evecti, alto casu seipsos contundant. Avem Seleucidem universorum opifex hominum gratia condidit insatiabilem: tu vero in multorum perniciem animum tuum inexplebilem effecisti. Quæcumque

Eccle. 1. 8. videt oculus, ea concupiscit avarus. *Non explebitur oculus videndo*, neque avarus sa-

Prov. 27. 20. vel 30. 16. tiabitur accipiendo. Infernus non dixit, *sufficit*, neque avarus unquam dixit, *sufficit*. Quandonam uteris præsentibus? Quando his frueris tu, qui semper parandi labo-

Esa. 5. 8. re detineare? *Væ qui conjungunt domum ad domum, & agrum ad agrum connectunt, ut a proximo aliquid auferant*. Tu vero quid facis? An non innumera causaris, ut rem proximi usurpes? Mihi, inquit, tenebras offundit domus vicini, turbas excitat, aut errones suscipit; aut tandem quidvis aliud prætexens, exagitans, extrudens, trahens semper ac lacerans, non prius finem facit,

3. Reg. 21. quam eum alio migrare coegerit. Quid Nabutham Jezraelitam interemit? Nonne cupiditas Achaab vitem illius concupiscentis? Avarus, malus in urbe, malus ruri vicinus est. Novit mare terminos suos: nox antiquos limites sibi præscriptos non transgreditur. At vero avarus non veretur tempus, non agnoscit terminum, successionis ordini non cedit: sed ignis vim imitatur, invadit omnia, omnia depascitur. Et ut flumina ex parvo initio profecta, deinde per eas quæ paulatim fiunt accessiones intolerabiliter aucta, quidquid obsistit & objicitur, id violento impetu secum trahunt, ita etiam avari ad magnam potentiam provecti, ubi ex iis quos jam potentia sua oppressere, inferendæ injuriæ facultatem ampliorem adepti sunt, tunc reliquos una cum iis quos prius injuria affecere, redigunt in servitutem, atque potestatis incrementum fit ipsis occasio major nequitiæ. Nam qui prius damnum accepere, inviti ipsos adjuvantes, ipsi quoque noxas aliis & injurias accersunt. Quis enim vicinus, quis contubernalis, quis ex eis quibuscum commercia habent, non attrahitur? Nihil vim sustinet divitiarum, tyrannidi cedunt omnia, potentiam omnia formidant; cum unusquisque eorum qui jam injuria affecti sunt, magis sollicitus sit, ne quid mali ulterius patiatur, quam ut de eis quæ perpessus est, vindictam sumat. Dives incitat juga boum, arat, serit, metit messem ad se non attinentem. Si contradicis, plagæ: si conquerare, ageris reus injuriarum, addiceris servituti, habitabis carcerem: parati sycophantæ, qui te vocent in vitæ periculum. Denique tecum bene actum putabis, si etiam aliud quidpiam adjiciens his molestiis libereris.

6. Velim te ab injustitiæ operibus paululum respirare, & cogitationibus tuis otium dare, tecum ut reputes ad quem finem studium ejusmodi rerum tendat. Habes tot jugera terræ arabilis, totidem terræ arboribus consitæ, montes, campos, saltus, fluvios, prata. Quid igitur post hæc? Nonne tres tantum terræ cubiti te exspectant? Nonne paucorum lapidum onus misero corpori custodiendo erit satis? Cujus rei gratia laboras? ob quam rem inique agis? Quid manibus colligis infructuosa? atque utinam infructuosa, non materiam igni æterno. Num tandem resipisces ab hac ebrietate? Num recipies te ad saniorem mentem? Num tui juris eris? Num Christi judicium tibi pones ob oculos? Quam allaturus es excusationem, cum ii qui injuria affecti fuerint, jam te circumstantes, adversum te clamabunt coram æquo judice, Quid ergo facies? quos conduces patronos? quos testes produces? quomodo corrumpes judicem, qui nullis artibus decipi potest? Nullus ibi adest rhetor: non sunt verba suasoria, quibus judicis veritas circumveniri possit: non sequuntur adulatores, non pecuniæ, non fastus dignitatis: desertus ab amicis, destitutus fautoribus, sine patrocinio, citra defensionem, pudore suffusus deprehenderis, tristis, mœstus, solitarius, fiducia ac libertate loquendi carens. Quocumque enim convertes oculos, clara & aperta conspicies scelerum argumenta, hinc pupilli lacrymas, illinc viduæ gemitum, aliunde egenos abs te pugnis obtusos: servos, quos cecidisti: vicinos, quos ad iracundiam provocasti: Insurgent adversum te omnia: te tuarum actionum malarum chorus pravus stipabit. Quemadmo-

modum enim umbra corpus, sic peccata animas comitantur, gestorum imaginem claram exprimentia. Quapropter illic negandi non est locus, sed obturatur os vel impudentissimum. Nam ipsa cujusque opera, non quidem vocem emittentia, sed talia apparentia, qualia a nobis peracta sunt, ferunt testimonium. Quomodo potero tibi ob oculos horrenda illa ponere? Itaque si audieris, si flectaris, recordare illius diei,
1. Rom. 1. 18. in quo *revelatur ira Dei de cælo:* veniat ti-
Joan. 5. 29. bi in mentem gloriosus adventus Christi; cum qui bona egerint, resurgent in resurrectionem vitæ; qui vero mala, in resurrectionem judicii. Tunc verecundia æterna
Hebr. 10. 27. peccatoribus & *ignis æmulatio, quæ consumtura est adversarios.* Hæc te tristitia afficiant, non molestum tibi sit ipsum præceptum. Quomodo flectam te? quid dicam? regni non teneris desiderio, non times gehennam, unde sanitas animæ tuæ conciliabitur? Etenim si te non terrent horrenda, si læta ac hilaria non exstimulant, lapideum cor alloquimur.

7. Intuere, o homo, naturam divitiarum. Quid attonitus tantopere aurum miratis? Lapis aurum est, lapis argentum, lapis margarita, lapis lapidum unusquisque; chrysolithus, beryllus, achates, hyacinthus, amethysus & jaspis. Hi sunt divitiarum flores, quorum tu partem ita recondis & abscondis, ut pellucidos quosdam lapillos tegas tenebris, alios circumferas, deque pretiosorum splendore glorieris. Dic, quæso, quid tibi prodest manum lapillis coruscantem circumvertere? Num te pudet instar mulierum gravidarum lapillos desiderare? Hæc enim arrodunt lapillos, & tu usque adeo avidus es pulcriorum quorumcumque lapillorum, ut sardonycas, jaspidas & amethysos diligenter conquiras. Quis ex iis qui plus æquo vestium elegantiam affectant, potuit unam diem suæ ipsius vitæ adjicere? cui pepercit mors ob divitias? a quo abstinuit morbus causa pecuniarum? Usquequo aurum, animarum laqueus, mortis hamus, peccati illecebra? Quousque divitiæ belli causa, quibus conflantur arma, quibus acuuntur gladii. Propter opes cognati ignorant naturam: fratres oculis cædem spirantibus sese invicem conspiciunt: ob divitias deserta alunt homicidas, mare piratas, civitates sycophantas. Quis est mendacii pater? quis confictæ accusationis opifex? quis parens perjurii? Nonne divitiæ? Nonne earum studium? Quid facitis o homines? quis vobis, quæ vestra sunt, in insidias vertit? Subsidium sunt vitæ. Absit enim ut pecuniæ datæ sint ad malorum incitamentum. Redemtio sunt animæ. Absit enim ut occasio sint exitii. Sed, inquis, necessariæ opes sunt propter liberos. Hæc est avaritiæ speciosa

A causa; liberos namque prætenditis, interea vero satisfacitis vestro animo. Insontem ne incusa: proprium Dominum habet, proprium rectorem, ab alio vitam accepit, ab ipso vitæ subsidia exspectat. Numne iis qui matrimonio junguntur, scripta sunt evangelia? *Si vis perfectus esse, vende quæ habes,* Matth. 19. 21.
& da pauperibus. Cum prolem numerosam peteres a Domino, cum rogares ut fieres liberorum pater, illud ne addidisti: Da mihi liberos, tua ut violem præcepta? da mihi sobolem, ut ad regnum cælorum non perve-
B niam? Adhæc voluntatis filii quis erit sponsor, quod videlicet datis rebus recte usurus sit? Nam divitiæ moltis exstitere libidinis ministræ, atque impuritatis. An non audis Ecclesiasten dicentem: *Vidi languorem gra-* Eccle. 5. 12.
vem, divitias custoditas ei, qui ab eis, in malum ei. Ac rursus: *Relinquo ego ipsum homini,* Eccl. 2. 19.
qui meus successor erit. Et quis novit an sapiens erit, an stultus? Vide igitur ne divitias laboribus permultis coacervatas, aliis materiam peccatorum facias, posteaque plectaris duplici pœna, tum nomine eorum, quæ ipse
C inique egisti; tum eorum, quæ alter abs te adjutus perpetrarit. Nonne cunctis liberis propinquior tibi est anima tua? Nonne tibi majori necessitudine conjungitur quam cætera omnia? Prima cum sit, ei præcipuas hæreditatis partes da, amplum vitæ subsidium ipsi tribue, & tunc facultates reliquas liberis distribues. Et quidem liberi, nulla a parentibus accepta hæreditate, plerumque sibiipsis domos pararunt: at tuæ animæ, si eam semel negligas, quis miserebitur?

8. Hactenus ad eos quibus liberi sunt, ser-
D monem habui: qui vero liberis carent, quamnam speciosam parsimoniæ causam nobis afferunt? non vendo quæ habeo; neque do pauperibus ob necessarios vitæ usus. Dominus igitur magister tuus non est, neque evangelium vitam tuam dirigit: sed tute tibi legem sancis. Vide autem in quod periculum incidas ejusmodi cogitationibus. Etenim si hæc nobis ut necessaria Dominus præcepit, tu vero eadem tamquam quæ fieri non possint, rejicis, aliud nihil agis, nisi quod teipsum legislatore prudentiorem dicis. Sed inquis,
E postea quam divitiis fruitus fuero per omnem vitam meam; pauperes constituam hæredes facultatum mearum, eosque tabulis publicis ac testamentis bonorum meorum dominos declarabo. Cum jam non versabere inter homines, tum humanus fies & liberalis. *Cum mortuum te videro, tunc dicam te fratris amantem. Multa tibi debebitur gratia ob munificentiam, quod in sepulcro jacens & in terram resolutus, jam in sumtibus faciendis largus exstiteris atque magnanimus. Dic mihi, quæso, quorumnam temporum mercedem exposces, eorum ne quibus vixisti, an

eo-

eorum, quæ post mortem sequuta sunt? Sed quo tempore vivebas, voluptatibus vitæ deditus & deliciis diffluens, ne aspicere quidem egenos sustinuisti, jam autem quænam actio est mortui? quæ quoque operis merces debetur? Ostende opera, & reposce remunerationem. Nemo solutis nundinis negotiatur: neque qui post certamina accedit, coronatur, neque qui post bellum, famam strenui viri atque gloriam assequitur. Neque igitur post vitam locus ullus est pietatis excolendæ. Atramento scilicet ac tabulis fore te beneficum polliceris. Quis autem annuntiabit tibi exitus tempus? Quis generis mortis sponsor erit? Quot violentis casibus abrepti sunt, quibus ne vocem quidem edere per morbum licuit? Quot mente lapsi sunt per febrim? Quid igitur exspectas tempus, in quo plerumque rationis non eris compos? cum videlicet erit profunda nox, morbus gravis, nemo usquam, qui adjuvet: sed paratus ac expeditus, qui hæreditati insidietur, dispensans omnia in rem suam, ac consilia tua irrita faciens. Deinde conjectis huc & illuc oculis, circumstantem te solitudinem conspiciens, tunc dementiam tuam intelliges: tunc lugebis stultitiam, quod præceptum distuleris in hoc tempus, quo ut lingua resolvitur, ita manus tremula contractionibus jam conquassatur, sic ut neque voce, neque litteris aperire animum queas. Imo etiamsi clare scripta essent omnia, omnisque vox dilucide enuntiaretur, tamen una littera interposita omoe tuum consilium transmutare posset: unicum itidem sigillum adulteratum, duo aut tres scelerati testes, totam ad alios transferrent hæreditatem.

9. Quid igitur te ipse decipis? nunc quidem ad carnis voluptatem opes male dispensans, promittens autem in posterum quæ penes te non amplius erunt? Pravum est, ut ex dictis patet, istud tuum consilium: Vivens fruar voluptatibus, mortuus autem exsequar statuta. Luc. 16. 25. Dicet & tibi Abraham: *Recepisti bona tua in vita tua*. Non suscipit te angusta via & arcta, cum molem non deposueris divitiarum. Exiisti opes gestans, nec enim eas, ut jussus es, projecisti. Quoad vixisti, te ipse prætulisti mandato: mortuus vero ac dissolutus, tunc inimicis præceptum antepoluisti. Etenim ne accipiat homo ille, accipiat, inquit, Dominus. Jam vero id quo nomine appellabimus, inimicorum ne vindictam, an dilectionem proximi? Lege tuum testamentum. Volebam quidem adhuc vivere, & facultatibus meis frui. Gratia morti, non tibi. Nam si fuisses immortalis, nequaquam Gal. 6. 7. meminisses præceptorum. *Nolite errare: Deus non irridetur*. Quod mortuum est, id ad altare non adducitur: affer victimam viventem. Non admittitur qui ex redundanti of-

A fert. Tu vero quæ post exactam omnem vitam superfuerunt, offers benefico largitori. Hospites illustres ac claros si non audes reliquiis mensæ excipere, quomodo audes Deum reliquiis tuis placare? Videte, divites, finem avaritiæ, & desinite pecuniis studere. Quo magis divitias amas, eo magis nihil ex iis quæ possides, relinquas. Omnia assume tibi, exporta omnia, alienis ne relinque divitias. Fortasse autem te ne cooperient quidem famuli extremo ac funebri ornatu; sed denegabunt exequias, jamjam hæredibus B placere studentes. Aut forte etiam tunc adversum te philosophicis verbis utentur: ineptum est, inquient, & a ratione alienum, mortuum ornare; & eum qui nihil jam sentit, magnis sumtibus efferre. Annon satius est superstites sumtuoso amictu ac splendido ornari, quam vestes pretiosas una cum cadavere putrefieri sinere? Quodnam autem monumenti eximii & sumtuosæ sepulturæ & inanis sumtus lucrum est? Par magis fuerit hæc ad vitæ necessaria impendere. Talia dicent, tum cum & morositatem tuam ac severitatem C ulciscentur, & tua tuis successoribus largientur. Itaque in antecessum te ipse funera. Pulcra sepultura pietas. Omnia indutus, abi: fac divitias ornatum tibi peculiarem: habe opes tecum. Crede bono consiliario qui te diligit Christo, qui 2. Cor. 8. 9. pro nobis pauper factus est, ut nos ejus inopia ditaremur, qui seipsum redemptionis 1. Tim. 2. 6. pretium pro nobis tradidit. Aut ei, ut sapienti, & quod nobis conducit providenti, morem geramus, aut ut diligentem nos, sustineamus: aut ut benefacienti nobis, vicem D rependamus. Omnino autem quæ præcepta nobis sunt exsequamur, ut æternæ vitæ quæ in ipso Christo est, hæredes efficiamur: cui gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.

Pulcra sepultura pietas.

HOMILIA DICTA TEMPORE famis & siccitatis.

1. Leo rugiet, *& quis non timebit? Dominus Deus loquutus est, & quis non* Amos 3. 8. E *prophetabit?* Exordiamur orationem a prophetæ verbis, atque in hujus argumenti tractatione auxiliarium assumamus ipsum Amos divinitus afflatum, qui his quibus infestamur, pares calamitates curavit. Videlicet exponamus quid nobis consilii sit de profuturis, & quid de iisdem sentiamus. Nam & propheta ipse in superiorum temporum cursu, populo relinquente paternam pietatem, eodemque & conculcante legum integritatem, & ad idolorum cultum delabente, pœnitentiæ factus est præco, adhortans ad conversionem, & pœnarum minas inten-

intentans. Utinam autem mihi aliquo saltem modo uti liceat veteris historiæ zelo. Sed absit ut eorum quæ tunc acciderunt, exitum videamus. Nam populus contumax, & velut equulus durus ac freni impatiens, idque mordens, ad id quod conducebat, tractus non est. Imo a recta via digressus, tamdiu inordinate divagatus est, infremuitque adversus aurigam, donec in barathra ac præcipitia lapsus, meritas contumaciæ pœnas internecione dederit. Quod avertat Deus a nobis, filii mei, quos per evangelium genitos, velut fasciis per manuum benedictionem involvi. Sed sit auditio benigna, anima morigera, suscipiens leniter admonitiones, dicenti cedens velut cera sigillum imprimenti: ut per istud vestrum studium, & ego laborum fructum lætificantem recipiam, & vos cum his malis fueritis liberati, hanc nostram exhortationem laudetis. Quid igitur est quod indicat sermo? Nam etiamnum tenet animos suspensos spe audiendi, dum quod exspectatur, proferre in medium distulit.

2. Cælum videmus, fratres, durum, nudum, sine nubibus, tristem hanc serenitatem creans, suaque puritate affligens nos: quam tamen antea valde cupiebamus; cum diu nubibus obductum induceret nobis tenebras, & sole privaret. Terra autem perquam arida, injucunda est aspectu, segete sterilis & infecunda, scissa hiatibus & disrupta, & in imis sui partibus fulgentes solis radios excipiens. Fontes & copiosi & perennes defecerunt nos, ingentium fluminum absumta sunt fluenta, pueri minimi ea pedibus permeant, atque onustæ mulieres trajiciunt. Defuit etiam plerisque nostrum potus, ac in penuria rerum ad vitam necessariarum versamur. Israelitæ novi novum Moysem & virgam mirabilium effectricem conquirunt, ut petræ rursus percussæ necessitati ac penuriæ sitientis populi medeantur, & insolentes quædam nubes roris in morem insuetum alimentum manna hominibus demittant. Vereamur ne fiamus posteris novum famis & mulctæ exemplum. Vidi agros, & lacrymis multis sterilitatem eorum deflevi, sumque lamentatus, quod nullus in nos imber effusus est. Semina quædam germine necdum emisso, aruere, talia permanentia inter glebas, qualia aratrum obtexerat: alia paululum prominentia, post germinationem miserabiliter æstu & ardore arefacta sunt, sic ut possit nunc aliquis convenienter hanc evangelii vocem invertere, ac dicere: *operarii quidem multi: sed messis ne pauca quidem* (Luc. 10. 2.). Agricolæ autem in agris desidentes, & manibus genua complexi (qui sane lugentium habitus est) inanes suos labores deplorant, respicientes ad infantes pueros, ac lamentantes, & oculis in uxores intentis flentes, contingentes siccas frugum herbas & contrectantes, edentes magnos ejulatus perinde atque patres filiis suis in ætatis flore orbati. Dicatur itaque etiam ad nos ab ipso Propheta, cujus a nobis paulo ante in exordio facta mentio est: *Et ego*, inquit, *repressi a vobis pluviam ante tres menses vindemiæ: & pluam super civitatem unam, & super civitatem unam non pluam. Et pars una irrigabitur: & pars super quam non pluero, arefiet. Et congregabuntur duæ vel tres civitates, in unam, ut bibant aquam: & non satiabuntur, eo quod non estis reversi ad me, dicit Dominus.* (Amos 4. 7.) Discamus igitur Deum has nobis plagas ob nostram ab ipso abalienationem atque negligentiam immittere, non exterminare volentem, sed emendare cupientem, more bonorum patrum erga desides filios: qui irascuntur adolescentibus, & in eosdem insurgunt, non quod quidquam ipsis mali inferre velint, sed ut eos ex puerili incuria, exque juventutis delictis ad curam adducant, atque ad diligentiam. Videte itaque quemadmodum multitudo peccatorum nostrorum & anni tempestates a sua ipsarum natura abduxerit, & temporum formas transmutaverit in alienas temperaturas. Hyems solitum humorem siccitati admixtum non habuit, sed humorem omnem glacie adstrinxit exsiccavitque, & omnino nivium imbriumque expers permansit. Ver rursus alteram quidem proprietatum suarum partem ostendit, calorem dico, humorem autem socium non habuit. Æstus vero & frigus insolito modo terminos creationis suæ transgressa, & ad perniciem nostram maligne conspirantia, a victu & a vita mortales arcent abiguntque? Quæ ergo causa est inordinationis hujus atque confusionis? Quæ est nova ista temporum facies? Perscrutemur velut mente præditi: nobiscum, tamquam rationis compotes, reputemus. An non est qui gubernet rerum universitatem? Num optimus opifex Deus providentiæ ac administrationis suæ oblitus est? Num ablatæ ei sunt vires ac potestas? An vim quidem eamdem retinet, nec a sua potestate excidit: sed durus factus est, ac summam bonitatem, & nostri eusam in hominum odium convertit? Nemo certe sapiens hæc dixerit: sed manifesta apertaque causa est, cur consueto more non gubernemur. Nos accipientes aliis non impertimur: laudamus beneficentiam, & eadem privamus egenos. Liberi ex servis facti, conservorum non miseremur: esurientes nutrimur, & egentem negligimus. Largum datorem ac promum Deum habentes, parci effecti sumus, nihilque com pauperibus communicamus. Oves nostræ abundant fetibus, & tamen major est egenorum numerus

Digitized by Google

rus quam ovium. Horrea ob repositarum frugum copiam in angustum coguntur, nec tamen hominis, qui angustiis urgetur, commiserescimus. Eam ob causam nobis minatur justum judicium. Idcirco etiam Deus non aperit manum, quod exclusimus fraternam dilectionem. Ob id aruerunt arva, quod friguit charitas.

3. Clamat frustra vox supplicantium, & in aerem spargitur. Neque enim eos qui rogabant, audivimus. Qualis, quæso, nostra supplicatio est, qualis est deprecatio? Vos viri, exceptis paucis, vacatis negotiationibus: vos mulieres, eorum ministræ in mammonæ quæstu ac lucro estis. Denique precantur mecum pauci, & hi vertigine laborantes, oscitantes, assidue vertentes se huc illuc, observantes quando psalmorum cantor versiculos absolverit, quando ex ecclesia velut e carcere dimissi, necessitate precandi eximentur. Hi autem pueri minimi, qui, depositis in ludo literario tabulis ac libellis, nobiscum vociferantur, potius huic negotio, velut remissioni ac oblectamento vacant, tristitiam nostram habentes festivitatis loco, quod ab onere præceptoris, & studiorum cura modico tempore liberentur. Multitudo autem virorum qui constanti & integra ætate sunt, & implicitus peccatis populus, remissus liberque & lætus per urbem vagatur: qui, etsi in animis causam circumfert malorum, ipse tamen hanc calamitatem intulit & excitavit. Infantes tandem sensu carentes, nullique reprehensioni obnoxii, ad confessionem festinant conveniuntque: sed præterquam quod malorum causa non sint, orare ex more nec noverunt, nec possunt. Tu mihi in medium prodi, qui peccatis conspurcatus es, tu procide, lamentare, ingeme, sine puerulum facere, quæ propria sunt suæ ætati, atque consentanea. Cur te occultas, qui accusaris, & insontem ad defensionem tuam producis? Num judex illuditur, sic ut subdititiam personam substituas? Oportebat autem & illum adesse, sed tecum certe, non solum. Vides quod & Ninivitæ pœnitentia Deum placantes, & lugentes ea peccata in quæ Jonas mare & cetum expertus clamando invehebatur, non infantes solum pœnitentiæ subjecerint, interea dum ipsi vitam in deliciis transigerent & in conviviis: sed priores ipsos patres qui peccaverant, jejunium domabat, mulctaque eosdem macerabat, quamquam infantes ipsi vel inviti accessionis loco lugebant, ut tristitia occuparet ætatem omnem, tum sentientem, tum non sentientem, illam sponte, hanc præter voluntatem. Et ubi vidit Deus ipsos sic humiliatos, ut condemnarent sese ad gravissimas mulctas omnis generis, & doloris eorum misertus est, & pœnam remisit, & gaudium iis qui sano con-

Ninivitarum exemplum proponitur.

A silio luxerant, largitus est. O pœnitentiam concinnam! O sapientem prudentemque afflictationem! ne bruta quidem animantia a pœnis immunia sivere: sed ea etiam necessario clamare artificio quodam adegerunt. Separatus namque est vitulus a vacca, semotus est a materno ubere agnus, puer lactens non erat in maternis ulnis: in peculiaribus stabulis concludebantur matres, in peculiaribus fœtus: voces emittebantur ab omnibus miserabiles, vicissim clamantes, ac resonantes. Partus esurientes lactis fontes quæ-B rebant: matres naturali affectione discerptæ, vocibus commiserationem suam significantibus revocabant fœtus. Eumdem ad modum infantes fame laborantes, ejulatu vehementissimo frangebantur, palpitabantque, & matrum viscera naturalibus doloribus compungebantur. Et eam ob causam divinus sermo ad commune vitæ documentum eorum pœnitentiam scriptis mandatam servavit. Inter illos flebat senex, & canos vellebat, discerpebatque. Adolescens, & qui florenti ætate erat, vehementius lamentaba-C tur: ingemiscebat pauper: dives deliciarum oblitus, afflictationi ut bonæ se debebat. Rex ipsorum splendorem gloriamque transmutavit in verecundiam. Deposita corona, caput cinere inspersit: purpura abjecta, induit saccum: throno alto & sublimi derelicto, miserabili habitu humi repebat: repudiatis propriis ac regiis deliciis, lugebat cum populo, unus e multis factus & plebejus, quod communem Dominum omnium videret iratum.

4. Hæc est servorum sensu præditorum pru-D dentia: talis hominum peccatis implicitorum pœnitentia. Nos autem acriter ac cito peccamus, sed negligenter, segniterque pœnitentiam amplectimur. Quis precando lacrymatur, ut imbrem ac pluviam opportunam impetret? Quis peccata deleturus, beati Davidis exemplo, lacrymis lectum rigavit? (Psal. 6. 7.) Quis hospitum lavit pedes, & pulverem ex itinere collectum abstersit, ut dum siccitate liberari postulat, Deum opportune placet? Quis pavit orbatum patre puerum, ut Deus nunc nobis fruges nutriat, non secus E ac orphanum ventorum intemperie exagitatum? Quis fovit afflictam victus difficultate viduam, ut nunc ei tribuatur alimentum necessarium? *Disscinde schedulam iniquam*, ut (Esa. 58. 6.) sic peccatum solvatur. Dele gravissimorum fenorum pactum, ut terra pariat consueta ac producat. Etenim dum æs & aurum & ea quæ sterilia sunt, gignunt præter naturam, terra tamen quæ naturaliter parit & fecunda est, sterilis redditur, & ad incolas puniendos damnatur infecunditatis. Ostendant igitur qui quæstum in pretio habent, ac divitias ultra modum aggerunt, quid valeant recondıti the-

thesauri, aut quæ eorum necessitas sit, si ira- A tus Deus mulctam ac pœnam ulterius protrahat. Confestim auro pallidiores fient, qui id congerunt, si pane, qui heri & nudiustertius ob paratam promtamque copiam contemnebatur, careant. Pone jam non esse venditorem, nec haberi in horreis frumentum, quid tandem, quæso, proderunt tibi marsupia gravissima? Nonne una cum ipsis sub eodem aggere sepelieris? Nonne terra aurum est? Nonne inutile lutum luto adjacebit, corpori videlicet? Possides omnia: sed una res est necessaria, qua cares, facultas teipsum B alendi. Confice ex omnibus tuis opibus nebulam unam: fac descendant guttæ paucæ: urge terram ad fructum ferendum: calamitatem superbis illis ac insolentibus divitiis amolire. Fortasse pium aliquem induces, ut

3. Reg. 18. 41. exemplo Thesbitæ Eliæ remissionem tibi malorum precibus impetret, homo inops, pallidus, discalceatus, sine domo, sine lare, egenus, unica tunica coopertus, velut Elias pelle ovilla, simul cum precibus educatus, jejunio contubernali utens. Quod si rogando ab ejusmodi viro opem obtineas & præsidium, C nonne divitias multis curis obnoxias valde admodum deridebis? Nonne aurum consputes? Nonne tamquam stercus aurum abjicies: quod, tametsi prius omnia poterat, appellabaturque charissimum, ipsum tamen cognoris infirmum in necessitate patronum esse? Causa tua hanc calamitatem Deus intulit, quod cum haberes, non erogaveris; quod esurientes præterieris, quod te non converteris ad lugentes; quod adoratus, non sis miseratus. Invadunt enim propter paucos in omnem populum mala, ac flagitium unius D

Jos. 7. 1. plebi toti nocet. Achar sacrilegium commi-

Num. 25. 6. sit, & totus castigatus est exercitus. Zambri Madianitidas scortatus est, & Israel pœnas dedit.

5. Omnes igitur tum privatim, tum in communi vitam nostram expendamus, velut pædagogo attendamus siccitati, unumquemque sui peccati commonefacienti. Proferamus & nos animo sano illa strenui Jobi

Job 19. 21. verba: *Manus Domini est, quæ tetigit me.* Potissimum autem & ante omnia calamitatem nostram peccatis adscribamus. Quod si E præterea aliud addendum est, sit quoque aliquando, ut talia vitæ infortunia irrogentur hominibus ad animas probandas, ut inter difficultates deprehendantur qui probi sint, sive pauperes, sive divites, cum utrique per patientiam plane probentur. Et maxime id hoc tempore declaratur, sit ne hic liberalis, & fratrum amans: sit ne ille gratus & beneficiorum memor, & vice versa non blasphemus, cujus animus statim vitæ vicissitudinibus mutetur. Novi ego multos (non auditione accepi, sed experientia ipsa homines no-

tos habui) qui cum suppeteret sibi rerum copia, & secundis ventis, quod dici solet, res procederent, mediocriter saltem si non perfecte gratias rependerent benefico largitori: sed si mutaretur in contrarium rerum status, diversque fieret pauper, & robur corporis verteretur in morbum, gloria quoque ac splendor in dedecus & ignominiam: tunc deprehendebantur ingrati, loquebantur blasphema, pigrescebant in precatione, Deum perinde quasi cunctantem debitorem moleste ferebant, nec afficiebantur erga Dominum tamquam indignantem. Sed apage, & submove ab animo ejusmodi cogitationes. Et cum videris Deum consueta non largientem, sic tecum reputa: Non deest Deo victus suppeditandi facultas. Quomodo enim? cum sit Dominus cæli totiusque eorum ornatus, cum sit tempestatum & temporum moderator sapiens, cumque gubernet omnia. Quippe tempestates ac solstitia in modum chori cujusdam ordinatissimi sibi invicem succedere statuit, ut sua ipsorum varietate variis nostris necessitatibus opitulentur. Jamjam accedat tempestive humor, rursusque calor succedat, & annus sit frigore immixtus, atque siccitate necessaria non careamus. Potens igitur Deus est; sed cum suppetat ei potestas, sitque res confessa, num ei bonitas deest? Neque hoc stare potest. Nam nisi bonus esset, qua necessitate adductus, initio condidisset hominem? quis autem Conditorem vel invitum coegisset humum sumere, & pulcritudinem ejusmodi suis manibus ex luto conformare? Quis necessario persuasit, ut secundum suam ipsius imaginem rationem homini impertiret, ut ducto inde initio, doceretur artes, & de rebus altissimis quæ sub sensum non cadunt, philosophari disceret? Ita si cogitaveris, comperies bonitatem inesse in Deo, & ne nunc quidem ei deesse. Alioquin quid vetaret, quæso, & siccitatem non esse id quod videmus, sed perfectum incendium & integrum, & solem paululum a cursu consueto deflectentem, atque ad corpora terræ adjacentia propius accedentem, res omnes visibiles in temporis momento exureret? aut ignem de cælo pluere, eo modo, quo jam sunt antea puniti peccatores? Redeas ad te, homo, & mentis esto compos; cave facias quæ insipientes pueri factitant, qui a præceptore objurgati, tabulas illius confringunt, ac vestem scindunt patris, cibum ad eorum utilitatem differentis, aut matris faciem unguibus dilaniant. Nam nauclerum tempestas, athletam stadium, imperatorem acies, magnanimum virum calamitas, Christianum tentatio probat & examinat. Atque ut ignis aurum: ita res adversæ animam probant. Pauper es? Cave animum abjicias. Nam nimia tristitia causa fit peccati,

ti, quod demergat mentem mœror, inducatque vertiginem desperatio, & vitium ingrati animi pariat consilii inopia. Sed spem habeto in Deum. Numquid enim non videt angustiam? Habet cibum in manibus: sed differt largitionem, ut probet tuam constantiam, ut animum agnoscat, sit ne intemperantibus & ingratis consimilis. Hi enim, dum in ore sunt cibi, benedicunt, adulantur, supra modum admirantur: paululum vero dilata mensa, blasphemiis velut lapidibus impetunt eos quos aliquanto ante æque ac Deum propter voluptatem colebant. Percurre vetus ac novum testamentum, & multos in utroque reperies modis variis nutritos. Eliam habebat Carmelus, excelsus mons & inhabitabilis, solitudo solitarium: verum anima erat justo instar omnium, vitæque erat viaticum spes, quam in Deo reponebat. Etsi autem sic viveret, fame tamen vitam non finivit: sed avium rapacissimæ & voracissimæ, hæ ipsæ afferebant cibum: & justo erant victus ministræ eædem, quæ solent alienos cibos diripere, ac transmutata per Domini præceptum natura, panis ac carnium fidæ
3. Reg. 17. 4. custodes effectæ sunt. Hæc autem a corvis viro allata fuisse, ex sacra historia didicimus.
Dan. 14. 30. Habebat itidem Babylonicus lacus Israelitam juvenem, calamitate quidem captivum, animo vero ac constantia liberum. Quid tum inde? Leones quidem præter naturam jejunabant, Abacuc vero illius altor ferebatur per aerem, angelo hominem una cum obsoniis portante: & ne justus fame premeretur, tantum terræ ac maris spatium brevi temporis momento prætervectus est propheta, quantum a Judæa ad Babylonem usque extenditur.

6. Quid rursus solitudinis populus, Moyse præfecto? Quomodo fuit ei per quadraginta annos dispensatus victus? Illic erat nemo, qui sementem faceret: non bos, qui traheret aratrum: non area, non torcular; non cella penaria, & tamen sibi suppetebat victus citra sementem, citra arationem. Fontes denique qui prius non exstiterant, sed in necessitate eruperant, petra subministrabat. Mitto singula providentiæ divinæ opera percensere, quæ plerumque animo paterno hominum causa patravit. Tu vero velut strenuus Job, tantisper patiens esto in calamitate, & ne evertaris a tempestate, ne quidquam ex his, quas tecum vehis, virtutis mercibus abjicias. Serva in animo gratiarum actionem tamquam vecturam pretiosissimam, & tu quoque pro gratiarum actione voluptatem duplo majorem consequere. Sis apostolicæ sententiæ memor: *In omnibus gratias agite*. Pauper es? alter est te pauperior. Sunt tibi cibaria dierum decem: illi, unius. Quod tibi superest, ac redundat, id tu cu-

A bonus ac benignus ex æquo cum egente partiaris. Ne dubites ex modico dare: ne commodum tuum periculo publico anteponas. Quod si ad unum panem redactus cibatus sit, stetque pro foribus mendicus; promito ex penu illum unum, quem imponens manibus, & intuens in cælum, miserabilem hanc simul & benignam vocem emittito: Unus hic est panis, quem vides Domine, & periculum aperte imminet, sed ego mihi tuum mandatum præpono, & ex modico tribuo esurienti fratri, jam tu quoque da periclitanti servo. Quid faciendum tempore famis.
B Novi tuam bonitatem, confido etiam potentiæ: non differs diu beneficia: sed dona tua, cum libet, spargis. Quod si ita loquutus fueris ac feceris, quem ex angustia panem porrigis, is semen fiet segetis, edet fructus uberes, arrhabo erit cibariorum, misericordiæ conciliator. Dic & tu verbum a vidua Sidonia in iisdem angustiis prolatum: tibi opportune in memoriam revoca historiam. *Vivit Dominus, quia hunc solum domi habeo ad nutriendum me & liberos*. 3. Reg. 17. 12. Quod si ex penuria tua dederis, habebis & tu vas
C olei, quod scaturiet per gratiam: hydriam itidem farinæ, quæ exhauriri non poterit. Etenim Dei beneficentia, quæ scilicet duplum reddat, erga fideles magnifice puteos imitatur, qui continuo hausti, nequaquam exhauriuntur. Deo diviti fenerare, quisquis inops es & pauper. Crede ei, qui quod in oppressum hominem contuleris, id, perinde quasi sibimetipsi collatum sit, recipit, exque suis rependit gratiam. Fide dignus est sponsor, per omnem terram ac mare expassos habens thesauros. Quod si inter navi-
D gandum mutuum repetas, in medio ipso mari una cum fenore sortem recipies. Est enim in addendo ambitiosus.

7. Esurientis morbus, fames scilicet, miserabilis affectio est. Humanarum calamitatum caput est fames. Mors omnium miserrima est, finem hunc sortiri. Fames malorum maximum. Nam in aliis periculis, aut gladii acies cito accelerat mortem, aut ignis impetus brevi vitam exstinguit, aut bestiæ præcipua membra dentibus dilaniantes, nos non sinunt dolore diu protracto puniri. Fames vero affert supplicium
E lentum, dolorem longum, morbum intus insidentem ac delitescentem, mortem semper præsentem & semper tardantem. Naturalem namque humorem absumit, refrigerat calorem, molem corporis contrahit, vires paulatim exedit. Caro araneæ instar circumjacet ossibus. Non flos inest in cute. Nam consumto sanguine, fugit rubor: non adest albor, superficie per maciem nigrescente: corpus livet, pallore atque nigritudine per morbum misere admistis: genua non sustentant, sed vi & ægre trahuntur. Vox tenuis & languida: oculi in cavis suis debi-

debilitati, frustra in thecis ac valvulis inclusi, tamquam nucei fructus intra putamina arefacti. Venter vacuus, contractus, informis, sine mole, sine naturali viscerum distensione, ossibus dorsi adhærescens. Qui igitur corpus ejusmodi præterit, quantis suppliciis dignus est? Quid ei deerit ad crudelitatis cumulum? Quomodo aut non annumerabitur jure ac merito inter immanissimas belluas, aut non habebitur pro scelesto & homicida? Nam qui potest malo mederi; sed sponte & ob avaritiam differt, non injuria velut homicida condemnari poterit. Coegit non paucos sæpenumero famis angustia, terminos etiam naturæ excutere, hominemque vesci tribulium corporibus, & matrem filium quem ex ventre protulit, ventre rursus improbe excipere. Utique tragicum illum actum Judaica historia a diligenti viro Josepho conscripta commemorat, cum scilicet malis diris Hierosolymitæ premerentur, pendentes impietatis in Dominum suæ meritas pœnas. Vides & ipsum nostrum Deum, præteritis non raro aliis incommodis, esurientes condolenti animo miserari. *Misereor enim*, inquit, *turbæ*. Quare & in extremo judicio, ubi advocat justos Dominus, locum primum occupat qui largus fuit ac liberalis: nutritor primas tenet inter eos, quibus præmia dantur: panem qui ministravit, vocatur ante omnes: qui benignus fuit & liberalis, ante reliquos justos ad vitam transmittitur. Qui illiberalis exstitit & sordidus, ante omnes peccatores igni traditur. Jam te ad matrem mandatorum ipsa temporis opportunitas vocat; eoque magnopere cura, ne te prætereat nundinarum occasio, atque commerciorum. Fluit enim tempus, nec exspectat morantem: festinant dies, segnem prætergrediuntur. Et quemadmodum fluvii cursum sistere non datur, nisi quis illum in primo occursu ac transitu intercipiens, aqua opportune utatur: sic tempus necessariis conversionibus impulsum neque cohiberi, neque præteritum retro revocari potest, nisi quis, cum advenit, apprehendat. Ob idque mandatum velut fugiens detine ac confice, & unde libet arreptum ulnis amplectere. Dato pauca, & multa comparato: Exsolvito primigenium peccatum, cibariorum largitione. Quemadmodum enim Adam improbo esu peccatum transmisit: sic nos insidiantem escam abolemus, si fratris necessitatem famemque curamus.

[De bello Jud. lib. 7. c. 8.] [Matth. 15. 32.] [Matth. 25. 34. & 41.]

8. Populi audite: Christiani auribus accipite: hæc dicit Dominus, non sua ipsius voce concionans, sed servorum ore tamquam instrumento resonans. Nos qui ratione præditi sumus, ne brutis animantibus videamur immaniores. Illa enim iis quæ ex terra naturaliter nascuntur, quasi communiter utuntur. Unum & eumdem montem depascuntur greges ovium: equi quam plurimi in uno eodemque campo pastum capessunt. Denique singula necessarii pabuli usum ita sibi invicem cedunt. Nos contra, quæ sunt communia, abdimus in sinu: ea quæ multorum sunt, possidemus soli. Quæ de gentilibus narratur humanitas, incutiat nobis pudorem. Lex humanitatis plena apud quosdam illorum, unam mensam, communes cibos, & unam fere familiam populum frequentem efficit. Relinquamus externos, & veniamus ad trium millium exemplum: æmulemur primum cœtum Christianorum, cum eis communia essent omnia, vita, anima, consensus unus, communis mensa, fraternitas indivisa: dilectio non ficta, corpora multa unum efficiens, animas diversas ad consensum unum componens. Habes non pauca tum ex veteri, tum ex novo testamento, fraterni amoris exempla. Senem fame laborantem si videris, accerse ipsum, & ale velut Joseph Jacob. Inimicum si reperis in angustiis positum, ne adjunge ad iram qua occuparis, ultionem; sed ale velut ille fratres a quibus fuerat venditus. Si incideris in juniorem afflictatum, ita eum defleto, uti ille Benjamin senectutis filium. Tentat te etiam fortasse avaritia, velut Josephum hera. Trahit te suis vestimentis, ut mandatum spernas ipsamque, auri mundique amantem præ mandato Domini diligas. Ubi cogitatio subierit huic mandato repugnans, alliciensque animum bene moratum ad avaritiam, & charitatem fraternam negligere cogens, teque secum detinens, abjice & tu vestimenta, iratus secede: fidem Domino, velut ille Pentephræ, servato: per unum annum, uti ille per septem, fami provide & penuriæ. Voluptati non omnia, sed animæ etiam non nihil da. Atque duas tibi filias esse puta, prosperitatem præsentem, & vitam cælestem. Omnia si nolis dare præstantiori, partire certe ex æquo inter incontinentem filiam, & pudicam. Adstare te Christo, & in conspectum judicis venire cum oportuerit, ne hanc vitam ultra modum ditatam exhibeas: neque vitam alteram, quæ ex præscripto virtutis instituta, formam nomenque sponsæ habet, nudam & laceris panniculis coopertam ostendas. Cave igitur deformem ac inornatam sponsam sistas sponso, ut ne ea conspecta, faciem avertat, & visam odio habeat, abnuatque complexum. Verum instructam ipsam ornatu decenti, formosam asserva ad præfinitum usque nuptiarum tempus: ut ipsa quoque una cum prudentibus virginibus lampadem accendat, cui scilicet suppetat scientiæ inexstinctus ignis, nec ei oleum recte factorum desit. Denique ut re ipsa rata sit prophetia divina, animæque tuæ con-

[Act. 2. 41.] [Gen. 47. 12.] [Gen. 19. 8.] [Matth. 25. 4.]

Psal. 44. 10. congruat quod dictum est : *Adstitit regina a dextris suis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam ; & concupiscet Rex decorem tuum*. Hæc quidem in universum prænuntiavit Psalmista, cum corporis generatim accepti prædiceret decorem ; sed tamen proprie etiam uniuscujusque animæ convenient: siquidem Ecclesia ex singulis cœtum colligit.

Providendum præsenti & futuro. 9. Consulas velim cordate præsenti & futuro, quod cave perdideris ob turpe lucrum. Deferet te corpus, illud tuæ vitæ insigne signumque. Occludes tibi ipse in conspectu judicis ejus qui exspectatur quique haud dubie venturus est, eos qui deferendi erant honores, gloriamque cælestem ; aperies vero ignem qui extingui non poterit, gehennam, supplicia, amarulenta in doloribus sæcula, pro longa ac beata vita. Nolim existimes me velut matrem aliquam aut nutricem, falsa terriculamenta tibi objicere, ac minari ; quemadmodum illæ erga infantes facere solent : quæ dum lacrymantur immoderate & indesinenter, ipsos per commentitias narrationes, quietos reddunt & tacitos. Hæc fabula non sunt, sed verba sunt voce veraci pridem prolata. Atque scias pro certo ex evangelico vaticinio, iota unum, aut unum apicem non transiturum. Sed & corpus in loculis consumtum resurget, & anima eadem quæ per mortem separata fuerat, in corpore rursus habitabit. Quin etiam actiones nostræ plane & aperte patebunt, non aliis testimonium ferentibus, sed ipsa conscientia attestante. Unumquemque autem pro merito judex justus remunerabitur : quem decet gloria, potestas & adoratio in sæcula sæculorum, Amen.

QUOD DEUS NON EST AUCTOR *malorum*.

1. PLures docendi modi nobis per sacrum psaltem David ab operante in ipso Spiritu commonstrati sunt. Nam aliquando nobis narrans propheta suas ipsius ærumnas ac calamitates, & quomodo quæ acciderant, strenue pertulerit, exemplo suo clarissimum nobis patientiæ documentum relinquit : ut
Psal. 3. 1. cum dicit : *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Aliquando vero Dei bonitatem, & ejus auxilii celeritatem, quod vere ipsum inquirentibus præbet, commendat,
Psal. 4. 1. dicens : *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ*. Quæ sententia eodem recidit at-
Esa. 58. 9. que illud Prophetæ dictum : *Adhuc te loquente, dices : Ecce adsum*. Hoc est, nondum invocandi feceram finem ; Deus tamen, necdum absoluta invocatione, exaudivit. Rur-

A sus dum Deo supplicat, precesque adhibet, edocet nos quemadmodum eos qui in peccatis versantur, Deum placare par sit. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*. Psal. 6. 1. At vero in duodecimo psalmo, ubi prolixam quandam tentationem ostendit, his verbis : *Usquequo Domine oblivisceris me in finem?* Psal. 12. 1. & ubi per totum psalmum docuit nos deficere non debere in ærumnis, sed Dei exspectare bonitatem, ac nosse quod providentia quædam dedat nos afflictionibus, atque pro ratione fidei uniuscujusque
B tentationes admetiatur. Postquam igitur dictum est illud : *Usquequo Domine oblivisceris me in finem?* Et, *Usquequo avertis faciem tuam a me?* Statim ad flagitium transit impiorum, qui posteaquam in vita non nihil experti sunt adversi, rerum molestiores casus non ferentes, illico pendent animi, an sit Deus qui res humanas curet, an singula inspiciat, an unicuique pro merito distribuat. Deinde ubi in adversis immorari se diutius viderint, stabiliunt in semetipsis dogma pravum, atque in cordibus suis hanc
C proferunt sententiam : Non est Deus : *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus*. Psal. 13. 1. Et cum semel hoc in animum induxit, tum licentia omni graditur per peccata omnia. Etenim si non est qui intueatur, si non est qui retribuat cuique pro vitæ merito, quid vetat opprimere pauperem, pupillos interimere, viduam & advenam enecare, scelestum omne factum audere, impuris & abominandis vitiis ac omnibus belluinis cupiditatibus coinquinari? Quapropter prolata hac sententia, *Non est Deus*, id tamquam inde consequens
D subjungit : *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis*. Fieri enim non potest ut a via justa deflectant, qui in suis animis Dei non obliviscuntur.

2. Unde, quæso, *traditæ sunt gentes in reprobum sensum, & faciunt quæ non decent?* Rom. 1. 28. Nonne quia dixerunt : *Non est Deus?* Cur Ibid. v. 26. sunt in ignominiosa vitia prolapsæ, & feminæ quidem apud ipsas transmutarunt naturalem usum, in eum qui est præter naturam, masculi vero in masculos fœditatem perpetrant? Nonne quoniam mutaverunt gloriam
E incorruptibilis Dei in similitudinem pecorum, quadrupedumque, & reptilium? Itaque qui dicit Deum non esse, insipiens est & stultus, cum vere mente privatus sit atque prudentia. Assimilis autem huic est, & nihilo stoliditate inferior, quisquis dicit Deum malorum esse auctorem. Æquale namque ipsorum peccatum esse duco, quod utrique pariter eum qui bonus est negant ; quandoquidem alter dicit eum omnino non esse, alter vero ipsum bonum non esse statuit. Nam si auctor est malorum, utique nec bonus est, ideoque utrinque negatur Deus. Unde igitur,

tur, inquit, morbi? unde mortes intempe- A stivæ? unde integra urbium exeidia, naufragia, bella, pestes? Hæc enim, inquit, mala sunt, Deique opera omnia. Quare in quem alium, non in Deum, possumus eorum quæ fiunt causam transferre? Age sane, quando in vulgatissimam ineidimus quæstionem, nos, redacto ad confessum quoddam principium argumento, problema diligentius tractatum clare & eitra confusionem explanare conemur.

3. Itaque hoc unum in anteceslum in animis nostris fixum ratumque sit oportet, quod B cum opus simus Dei boni, & ab ipso conservemur, resque nostræ gubernentur ab eo tum parvæ, tum magnæ, neque perpeti quidquam possumus præter Dei voluntatem, neque quidquam eorum quæ perserimus noxium est & exitiosum, aut tale, ut melius aliquid vel excogitari possit. Sunt quidem ex Deo mortes: sed profecto mors malum non est, nisi quis mortem peccatoris dicat, eum hinc migrare, suppliciorum in inferno initium ei sit.

Mors malum non est.

Rursus autem ipsa inferorum mala Deum auctorem non habent, sed nos C ipsos. Principium namque ac radix est peccati illa quæ in nobis inest facultas liberumque arbitrium. Nos enim quibus licebat, si malo abstinuissemus, nihil pati molesti, iidem voluptate ad peccandum illecti, quamnam possumus speciosam rationem afferre, quin nos nobis ipsis miseriarum simus auctores? Malum itaque aliud est habita ratione sentiendi, aliud sua ipsius natura. Quod igitur natura malum est, ex nobis pendet, injustitia, lascivia, vecordia, ignavia, invidiæ, eædes, veneficia, fallacia, ac reliqua D ejusdem generis vitia, quæ animam ad Conditoris imaginem factam dum contaminant, pulcritudinem ejus ac decorem solent obscurare. Rursus malum dicimus id quod nobis molestum est, doloremque infert sensibus, morbum corporis, ejusdem plagas, rerum necessariarum penuriam, ignominias, pecuniarum jacturam, familiarium amissiones & necessariorum. Quæ singula nobis a prudente Domino & bono ad nostram utilitatem irrogantur. Divitias enim aufert male utentibus, ut instrumentum quo injustitiam per- E petrabant, discutiat. Morbum immittit iis, quibus conducibilius est habere membra præpedita, quam paratos expeditosque ad peccandum motus. Inducuntur quoque mortes, expletis vitæ terminis, quos unicuique ab initio constituit judieium justum Dei, quid cuique nostrum conducat, longe prospicientis. Jam vero fames, siccitates, imbres nimii, plagæ quædam sunt urbium ac gentium communes, mali immoderationem punientes. Quemadmodum igitur beneficus est medicus, sive labores, sive dolores inferat corpori, (nam eum morbo pugnat, non cum ægrotante;) sic bonus est Deus, qui privatis pœnis inflictis omnium consulit saluti. Tu vero medico quidem nihil erimini das, secanti alia, alia urenti, alia omnino a corpore auferenti: imo numeras ei pecuniam, & vocas servatorem, quod in exigua parte prius morbum sistat, quam labes in totum eorpus diffundatur. Cum autem videris eivitatem terræ motu coneussam corruisse in incolas, aut navem una cum ipsis viris periisse in mari, non vereris adversus medieum verum & servatorem linguam blasphemam movere. Et tamen intelligere te oportebat diligentiam quidem & curam utilem adhiberi, si ægrotantium hominum ægritudo moderata sit & medicabilis: sed cum semel morbus validior fuerit quam ut eurari possit, tunc necesse esse amputari inutilem partem, ne morbus per continuitatem proserpens ad vitalia perveniat. Ut igitur sectionis aut ustionis, non medicus causa est; sed morbus: sic urbium ruinæ ex peccatorum magnitudine ortum habentes, Deum ab omni erimine atque reprehensione liberant.

4. Atqui si Deus, inquit, malorum auctor non est, quomodo dictum est: *Ego, qui lucem condidi, & feci tenebras: faciens pacem, & creans mala?* (Esa. 45. 7.) Ac rursus: *Descenderunt,* inquit, *mala a Domino super portas Jerusalem.* (Mich. 1. 12.) Et, *non est malitia in civitate, quam Dominus non fecerit.* (Amos 3. 6.) Et in magno illo Mosis Cantico: *Videte, videte quia ego sum: & non est Deus præter me: Ego occidam, & vivere faciam: percutiam, & ego sanabo.* (Deut. 32. 39.) Sed nihil horum apud eos qui scripturæ sensum callent, Deum redarguit tanquam auctorem malorum atque effectorem. Qui enim dixit: *Ego, qui condo lucem, & facio tenebras,* per hæc se rerum opificem declarat, non mali ullius effectorem. Itaque ne existimes alium esse lucis auctorem, alium tenebrarum; dixit se, eorum quæ in rebus creatis sibi adversari videntur, effectorem esse & opificem: ne quæras alium ignis, alium aquæ artificem, neque alium aeris, & alium terræ, quod hæc aliquo modo juxta qualitatum contrarietatem inter se opposita esse videantur. Quod dum nonnulli jam faciunt, deos multos admisere. Facit autem pacem, & creat mala. Maxime quidem in te pacem facit, cum per bonam doctrinam mentem tuam reddiderit tranquillam, affectusque in animam rebelles sedarit. Creat vero mala, hoc est, transmutat ipsa, & in meliorem statum adducit, ut eum mala esse desierint, tum boni naturam induant. *Cor mundum crea in me Deus.* (Psal. 50. 12.) Non nunc crea, sed illud per malitiam inveteratum renova. Et, *ut duos creet in unum novum hominem.* (Ephes. 2. 15.) Adhibitum est hoc ver-

verbum *creet*, non ut ex nihilo producat, sed A ut eos qui jam existebant, transformet. Item, 2.Cor.5.17. *Si qua in Christo est nova creatura.* Ac rursus Deut.32.6. Moyses: *Nonne hic ipse pater tuus possedit te, & fecit te, & creavit te?* Hic enim illud *creavit*, quod post verbum *fecit* positum est, perspicue nos docet, nomen creationis pro quadam in melius mutatione plerumque usurpari. Itaque *faciens pacem:* ita pacem facit, videlicet ex eo quod creat mala, hoc est, transmutat & emendat. Deinde etiamsi pacem intelligas vacationem a bellis, malumque dicas molestias quæ belligerantes se- B quuntur, expeditiones longinquas, labores, vigilias, timores, sudores, vulnera, cædes, urbium expugnationes, servitutem, exilia, miseranda captorum spectacula, & in summa, incommoda omnia quæcumque bella comitantur: dicimus fieri hæc justo judicio Dei, iis, qui supplicio digni sunt, pœnas per bella irrogantis. An tu non vis tradita fuisse incendio Sodoma post flagitia illa ac scelera? An non eversam fuisse Jerusalem, neque desolatum templum, post horrendam illam Judæorum adversus Dominum vesa- C niam? Hæc autem fieri quonam alio modo æquum erat, nisi per manus Romanorum, quibus Dominum nostrum tradiderunt inimici suæ ipsorum vitæ Judæi? Quapropter etiam juste nonnumquam belli mala infliguntur merentibus. Illud quoque, *Ego occidam & vivere faciam*, accipe, si vis, obvio sensu. Timor enim simpliciores ædificat. *Percutiam, & ego sanabo.* Et hoc acceptum ad verbum, utile est & conducibile, plaga timorem incutiente, sanatione vero ad dilectionem incitante. Licet tamen tibi etiam D altius de his quæ dicta sunt, sentire. *Ego occidam*, peccato: & *vivere faciam*, justitiæ. 2.Cor.4.16. *Quantum enim externus noster homo corrumpitur, tantum internus renovatur.* Non igitur alium occidit, alium vivificat; sed eumdem per ea quibus occidit, vivificat: itemque per ea quibus percutit, sanat, ex Proverbio Prov.23.14. illo: *Tu quidem percuties ipsum virga, animam vero ipsius a morte liberabis.* Caro itaque percutitur, ut anima sanetur: peccatum vero perimitur, ut vivat justitia. Illud vero, *Descenderunt mala a Domino super portas Jerusalem*, per sese exponitur. Quæ mala? strepitus curruum & equitum. Cum autem audieris, *Non est malitia in civitate, quam Dominus non fecerit*, intellige afflictionem aliquam quæ peccantibus ad peccata corrigenda infligatur, a scriptura nomine Deut.8.3. malitiæ significari. *Afflixi enim*, inquit, *te, & fame strangulavi*, tibi ut benefaciam: quippe injustitiam prius sistit ac coercet, quam in immensum diffundatur, eo modo quo fluentum valido quodam obice ac septo cohibetur.

5. Hinc urbium morbi gentiumque, aetis siccitas, sterilitas terræ, atque asperiores quæ cuique in vita accidunt calamitates, quibus mali progressus intercipitur. Quare inferuntur a Deo ejusmodi mala, malorum verorum ortum prohibitura. Nam corporis afflictiones ac molestiæ externæ ad peccata compescenda excogitatæ sunt. Tollit igitur malum Deus: non autem ex Deo malum est. Nam & medicus tollit morbum, non morbum accersit corpori. At vero urbium excidia, terræ motus, inundationes, exercituum clades, naufragia & quivis multorum hominum interitus, sive ex terra, sive ex mari, sive ex aere, aut igne, aut ex quacumque alia causa proveniat, hæc ad superstitum castigationem emendationemque contingunt; Deo nequitiam publicam publicis flagris castigante. Malum igitur quod proprie dicitur, peccatum videlicet, quodque maxime mali nomine dignum est, pendet ex nostra voluntate; cum penes nos sit aut abstinere a malo, aut mala perpetrare. Reliqua vero, uti sunt certamina, partim ad fortitudinem ostendendam irrogantur, velut Jobo liberorum privatio, divitiarum Job.1.2. &c. omnium in uno temporis momento amissio, plaga ulceris: partim tamquam peccatorum medela, uti Davidi turpitudo domus & de- 2. Reg. 16. 22. decus, scelestæ cupiditatis pœnas danti. Ac rursus novimus aliud quoddam malorum horribilium genus a justo Dei judicio induci, quo moderatiores cautioresque reddat eos, qui lubrici sunt & proclives ad peccatum, ut cum Dathan & Abiron a terra absorpti sunt, Num.16.31. barathris hiatibusque terræ ad eos excipiendos apertis. Hic enim ipsi nihilo meliores hoc supplicii genere effecti sunt. (Quomodo enim, cum in infernum descenderint?) sed tamen reliquos exemplo suo prudentiores cautioresque reddidere. Sic & Pharao cum Exod.14.28. toto exercitu in mari submersus est. Sic exterminati sunt qui Palæstinam pridem habitabant. Quare etiamsi Apostolus dicat aliquando, *Vasa iræ aptata in interitum*, absit Rom. 9. 22. tamen ut opus quoddam malum Pharaonem esse existimemus. Ita enim culpa potiori jure transferretur in opificem. Verum ubi au- E dieris *vasa*, intellige unumquemque nostrum fuisse ad quidpiam utile conditum. Et ut in magna domo, aliud vas est aureum, aliud argenteum, aliud testaceum, aliud ligneum. (Habet autem uniuscujusque liberum arbitrium harum materiarum similitudinem. Et aureum quidem vas est is, qui puris & minime fraudulentis moribus præditus est; argenteum vero, qui merito ac dignitate inferior illo est. Testaceum autem, qui terrena sapit, & est idoneus qui conteratur: ligneum denique, qui facile peccato coinquinatur, & materia fit æterno igni,) ita iræ

vas est, qui omnem diaboli suggestum instar A vasis recipit, nec potest amplius ob accedentem sibi ex corruptione fœtorem ad usum ullum adhiberi, sed interitu solo ac exitio dignus est. Quamobrem quoniam conteri Pharaonem oportebat, prudens ac sapiens animarum gubernator statuit eum illustrem fieri, & apud omnes celebrem, ut infortunio suo reliquis saltem utilis foret, cum esset ipse ob nimiam malitiam insanabilis. Induravit autem eum, tolerantia ac pœnæ dilatione malitiam ipsius adaugens, ut nequitia ejus ad extremum usque cumulum provecta, B judicii divini æquitas in eo effulgeret. Eoque a minoribus plagis initio ducto, flagella semper addens ac augens, contumaciam ejus non emollivit: sed invenit ipsum & Dei patientiam contemnentem, & talem, cujus esset animus in malis sibi illatis præassuetudine exercitatus. Et ne sic quidem eum tradidit morti, donec se ipse submersit, viam justorum ingredi ausus mentis suæ superbia, & ut populo Dei, ita sibi quoque mare rubrum pervium fore ratus. Hæc igitur a Deo edoctus, & distincta apud temetipsum mali C genera habens, nec ignorans quid vere malum sit, peccatum videlicet, cujus finis interitus, quid vero malum dumtaxat apparens ob excitatum in sensibus dolorem, vim alioqui boni habens, velut sunt mulctæ & incommoda quæ ad cohibenda peccata inferuntur, quorum fructus salus animarum æterna, sac desinas regimen divinum ægre ferre. Uno verbo, neque Deum substantiæ mali auctorem esse putes: neque mali ullam esse propriam subsistentiam fingas. Non enim subsistit, velut animal quoddam pravitas: D neque illius assentiam vere existentem ponere ob oculos possumus. Nam boni privatio malum est. Creatus oculus est, sed oculis amissis supervenit cæcitas. Unde si oculi natura non fuisset corruptioni obnoxia, non patuisset aditus cæcitati. Sic etiam malum non in propria substantia existit: sed ex animæ læsionibus accedit. Neque enim ingenitum est, velut dicunt impii qui naturam malam bonæ æqualem constituunt, siquidem utraque principio caret, antceditque generationem: neque genitum est. Etenim si ex E Deo sunt omnia, quomodo malum ex bono est? Neque enim turpe ex honesto est, neque vitium ex virtute. Lege creationem mundi; & invenies illic *cuncta bona, & bona valde*. Non igitur malum una cum bonis creatum est. Sed neque spiritualis creatura ab Opifice condita, in rerum naturam cum aliqua sibi admixta pravitate producta est. Si enim corporea non haberent in seipsis malum una secum creatum; quomodo spiritualia longe puritate ac sanctitate præstantia, communem cum malo subsistentiam habuissent? Sed tamen malum est, & vis ejus id non parum per omnem vitam diffundi demonstrat. Unde ergo habet quod est, si neque principio careat, inquit, neque factum ac creatum sit?

Quid sit verum malum, quid autem apparens.

Gen. 1. 31.

6. Vicissim interrogentur qui talia quærunt: Unde morbi? unde corporis oblæsi vitia? neque enim morbus increatus est, neque etiam opificium Dei. Sed creata quidem sunt animalia cum conveniente sibi structura secundum naturam, ac integris absolutisque membris prodiere in lucem: sed tamen ægrotaverunt e naturali statu emota. Amittunt enim sanitatem aut propter diætam malam, aut per quamcumque aliam quæ morbum afferat causam. Ergo corpus creavit Deus, non morbum; & animam quoque fecit Deus, non peccatum: vitiata tamen est anima, e naturali statu dejecta. Quodnam autem erat ipsi præcipuum bonum illud? Adhærere Deo, eique per charitatem conjungi: a qua ubi excidit, variis morbis ac diversis vitiata est. Quid est autem quod omnino mali capax sit? quoniam prædita est libero arbitrio, quod naturæ rationis compoti maxime congruit. Soluta namque anima necessitate omni, liberamque & in sua potestate sitam vitam a Conditore sortita; quod ad Dei imaginem facta sit, bonum quidem intelligit ejusque jucunditatem novit: & dum speculari bonum, ac spiritualibus frui perseverat, ut facultatem potestatemque habet suæ, quæ secundum naturam est, vitæ conservandæ, ita quoque potestatem habet declinandi aliquando a bono. Hoc autem ei contingit, cum beata delectatione exsatiata, & velut sopore quodam gravata, & a supernis dilabens, fruendarum turpium voluptatum causa sese carni admiscuerit.

7. Erat aliquando Adam in supernis, non loco, sed animo, cum statim accepta anima, erectisque in cælum oculis, rebus conspectis valde exhilaratus, diligensque maxime datorem beneficum, qui vitam æternam fruendam largitus, locarat eum in deliciis paradisi, quique post traditum ei perinde ut angelis principatum, effecerat ipsum ejusdem cum Archangelis victus participem, & vocis divinæ auditorem: præter hæc omnia protectus a Deo, ejusque bonis fruitus, statim tamen his omnibus exsaturatus, & præ satietate, quasi conviciatus, quod carneis oculis jucundum videbatur, id prætulit spirituali pulcritudini, ac ventris saturitatem duxit spiritualibus deliciis potiorem. Quare statim ejectus e paradiso, beata illa vita privatus fuit, non ex necessitate, sed ex insipientia malus effectus. Quamobrem peccavit quidem ob pravam voluntatem: sed mortuus est ob peccatum. *Stipendia enim peccati, mors*. Quantum enim secedebat a vita, tantum appropinquabat ad mortem. *Rom. 6. 23.*

Nam

Nam vita Deus est, vitæ vero privatio mors. Quare Adamus secedendo a Deo mortem consciviт sibiipsi, juxta id quod scriptum est: *Ecce qui elongant se a te, peribunt.* Sic non creavit Deus mortem, sed nos nobis ipsis ex prava mente eam accersivimus. Neque vero dissolvi nos prohibuit ob eas quas prius diximus causas, ut ne immortalem in nobis ægritudinem conservaret. Quemadmodum si quis fictile quoddam effluens vas igni admovere nolit, donec reconcinnando vitium illius resarciat. Sed cur, inquit, non ita conditi sumus, ut peccare natura non possimus; adeo ut ne volentibus quidem nobis facultas inesset peccandi? quia & tu famulos, non cum vinctos detines, benevolos putas, sed cum eos libenter sua in te officia videris explere. Itaque neque Deo gratum est quod coactum est, sed quod virtute geritur. Virtus autem ex voluntate, non ex necessitate proficiscitur. Jam vero voluntas ex iis quæ penes nos sunt, dependet. Quod autem in nobis situm est, liberi arbitrii facultas est. Proinde qui opificem reprehendit, quod nos non condiderit natura tales ut peccare nequeamus, nihil aliud facit, nisi naturam irrationalem rationali & immobilem appetendique incapacem, liberæ atque actuosæ præfert. Hæc etsi per digressionem, necessario tamen dicta sunt, ut ne in abyssum cogitationum inanium lapsus præter privationem eorum quorum studio teneris, adhuc & Deo ipso priveris. Desinamus igitur corrigere sapientem. Desinamus quidquam melius quam quæ fecerit, indagare. Etsi enim singulorum quæ ejus providentia ac consilio fiunt, rationes nos lateant; at certe unum illud dogma ratum fixumque in nostris animis sit, nullum malum a bono fieri.

Psal. 72. 27.

8. Huic autem quæstioni alia de diabolo ex cogitatorum serie accedit. Unde sit diabolus, si non sunt a Deo mala? Quid igitur dicimus? rationem eamdem quam jam de hominum pravitate reddidimus, nobis pro hac quoque quæstione sufficere. Unde enim malus est homo? ex sua ipsius voluntate. Unde malus diabolus? ex eadem causa; cum & ipse liberam vitam haberet, ac penes se esset vel Deo perseveranter adhærere, vel a bono secedere. Gabriel angelus est, & Deo jugiter adstitit. Satanas erat angelus quoque, sed ex suo ordine penitus excidit. Et illum retinuit in cælis liberum arbitrium; & hunc dejecit voluntatis libertas. Poterat namque & ille desciscere, & hic non labi. Sed illum servavit Dei dilectio insatiabilis, hunc vero reprobum fecit suus a Deo recessus. Hoc est malum, abalienatio a Deo. Parva oculi conversio facit, ut aut cum sole, aut cum corporis nostri umbra simus. Et illuc quidem si respicias, prompte ac cito il-

Unde malus sit diabolus.

Luc. 1. 19.

A lustraris: ad umbram vero si declines, necessario degis in tenebris. Hunc ad modum malus est diabolus, ex voluntate habens malitiam, non illius natura adversatur bono. Unde igitur ei adversus nos bellum? quia cum sit cujuscumque malitiæ receptaculum, recepit quoque in vidiæ morbum, & invidit nobis honorem. Non enim potuit vitam nostram in paradiso citra mœrorem actam ferre. Nam dolis ac versutiis hominem decipiens, eaque cupiditate, qua ipse fieri Deo similis expetebat, ad fallendum illum usus,
B lignum ostendit, ac promisit futurum, ut si eo vesceretur, eum efficeret similem Deo. *Si enim*, inquit, *comederitis, eritis sicut dii scientes bonum & malum.* Non igitur conditus est inimicus nobis: sed ex invidia effectus est nobis inimicus. Nam cum videret se ex angelorum cœtu projectum, tunc hominem, qui terrestris erat, ad angelorum dignitatem suo in virtute profectu exaltatum videre non sustinuit.

Gen. 3. 5.

9. Quoniam igitur inimicus factus est, inimicitiam nobis Deus adversus illum indidit,
C cum serpentem cujus opera usus fuerat, sic alloquutus est, ut minas ad diabolum referret: *Ponam inimicitiam inter te, & inter semen illius.* Nam reipsa nocent amicitiæ cum malitia initæ: siquidem ista amicitiæ lex inter conjunctos ex quadam similitudine solet intercedere. Unde recte dictum est: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Quemadmodum enim in pestilentibus locis aer sensim spiritu ductus, latentem morbum incolis ingenerat: sic inita cum malis consuetudo animis infert mala non parva, tametsi
D noxa non statim sentitur. Quapropter implacabilis est adversus serpentem inimicitia. Quod si instrumentum odio tanto dignum est, quantam inimicitiam cum instrumenti motore gerere nos convenit? Sed cur, inquit, erat lignum in paradiso, per quod aggressurus nos erat diabolus? Etenim si fallaciæ illecebram non habuisset, quomodo nos per inobedientiam induxisset in mortem? quia probanda erat obedientia nostra per præceptum. Eam ob causam planta erat speciosorum fructuum ferax, ut per absti-
E nentiam voluptatis virtutem temperantiæ ostendentes, coronis patientiæ merito donaremur. Comesturam autem sequuta est non modo violatio præcepti, sed nuditatis etiam cognitio. *Comederunt enim*, inquit, *& aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt quod nudi essent.* Par autem erat eos non agnovisse nuditatem, ne mens hominis ad supplendum quod deerat, distraheretur, indumenta nuditatisque solatia sibi excogitans, & ne totus carnis curæ incumbens, a continua Dei contemplatione avocaretur. Cur autem non statim una cum ipso indumenta etiam con-

Gen. 3. 15.

1. Cor. 15. 33.

Gen. 3. 7.

constructa sunt? quoniam neque naturalia ea esse conveniebat, neque ex arte. Nam naturalia brutorum animalium sunt propria, velut pennæ, pili, pelles crassæ, sic ut hyemem arcere, & æstum ferre possint. In quibus alterum ab altero nihil differt, cum par & æqualis natura insit omnibus: sed homini pro ratione suæ in Deum dilectionis retribui decebat bona præstantiora. Rursus artium studia negotiis ansam dedissent & occasionem: quod maxime fugiendum erat, ut homini exitiosum. Quare & Dominus nos ad paradisi vitam revocans, ex animo curam ac sollicitudinem expellit, his verbis: *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* (Matth. 6. 25.) Neque igitur ex natura, neque ex arte habere eum tegumenta decebat: sed virtutem si ostendisset, apparata erant alia, in homine ex Dei munere emicatura, & lucido quodam cultu, qualis angelorum est, coruscatura, florum varietatem, stellarumque claritatem ut fulgorem superatura. Igitur non ei fuere statim data indumenta, quod virtutis præmia essent homini reposita; quæ consequi diaboli insidiæ non sivere. Diabolus igitur adversarius noster est, ob casum nobis olim per illius insidias invectum, Domino luctam nobis adversus eum constituente, ut redintegrata per obedientiam lucta, de inimico triumphemus. Utinam quidem factus non esset diabolus, sed in eo ipso ordine in quo fuerat initio ab ordinatore collocatus, remansisset. Sed posteaquam desertor factus est, tam Dei quam hominum qui ad Dei imaginem conditi sunt, inimicus fuit. Nam ideo hominem odio prosequitur, quod ipsius etiam Dei exsistat hostis. Et odit quidem nos tamquam Domini hæreditatem: odit & tamquam imaginem Dei. Itaque sapiens ille ac providus rerum humanarum moderator improbitate illius ad animas nostras exercendas usus est, perinde atque medicus viperæ venenum ad salutaria paranda pharmaca adhibet. Quis igitur erat diabolus? & quis ipsius ordo? & quæ dignitas? & unde tandem satanas appellatus est? Satanas erat quidem, quod adversatur bono. Hoc enim significat vox Hebraica, ut ex Regnorum libris didicimus: *Suscitavit enim*, inquit, *Dominus Salomoni Satan, Ader regem Syrorum.* (3. Reg. 11. 14.) Diabolus vero, quod idem peccati nostri & adjutor est & accusator, gaudens quidem nostro interitu, ob ea vero quæ patravimus traducens nos. Cæterum natura ejus incorporea est, juxta Apostolum dicentem: *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem & carnem, sed contra spiritualia nequitiæ.* (Ephes. 6. 12.) Dignitas vero est imperatoria: dicit namque, *adversus principatus, & potestates, & mundi rectores tenebrarum harum.* Locus autem principatus situs est in aere, sicuti idem ait: *Secundum principem potestatis aeris, spiritus qui nunc operatur in filiis inobedientiæ.* (Ephes. 2. 2.) Idcirco mundi quoque princeps dicitur, quod circum orbem terrarum est ipsius principatus. Ita quoque Dominus loquitur: *Nunc judicium est mundi hujus, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras.* (Joan. 12. 31.) Et rursus: *Venit princeps mundi hujus, & in me non inveniet quidquam.* (Joan. 14. 30.)

10. Quoniam autem de exercitu diaboli dictum est: *Spiritualia sunt nequitiæ in cælestibus* (Ephes. 6. 12.), scire operæ pretium est aerem, ut mos est, cælum a Scriptura vocari. Exempli causa: *Volatilia cæli:* (Matth. 6. 26.) Et, *Ascendunt usque ad cælos:* (Psal. 106. 26.) hoc est, in aerem alte sustolluntur. Eam ob causam & Dominus *satanam vidit sicut fulgur de cælo cadentem:* (Luc. 10. 18.) hoc est, ex suo principatu prolapsum, & in imis jacentem; ut ab iis qui in Christo spem reposuere, conculcetur. Nimirum, *Dedit discipulis suis virtutem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* (Ibidem v. 19.) Proinde cum flagitiosa ejus tyrannis ejecta sit, locusque terræ circumjacens mundatus sit, per salutarem passionem illius, qui pacificavit quæ sunt super terram, & quæ in cælis, (Col. 1. 20.) tum demum regnum cælorum nobis prædicatur. Quippe Joannes quidem ait: *Appropinquavit regnum cælorum:* (Matth. 3. 2.) Dominus vero prædicat ubique evangelium regni. (Matth. 4. 23. &c.) Atque etiam prius angeli clamabant, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax.* (Luc. 2. 14.) Et qui in ingressu Domini nostri in Jerosalem exsultabant, vociferabantur quoque: *Pax in cælis, & gloria in altissimis.* (Luc. 19. 38.) Et in summa, innumeræ sunt epinicii voces, quæ inimici extremam ruinam testantur, videlicet, quod lucta nulla, nullumque certamen nobis in supernis superest, nec sit qui resistat nobis, & avertat nos a beata vita: sed simus deinceps jucundam ac hilarem successionem habituri, ac jugiter ligno vitæ fruituri, cujus nos initio participes esse insidiæ serpentis prohibuere. *Posuit enim Deus flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ:* (Gen. 3. 24.) quo citra impedimentum superato; utinam intus admissi, bonis perfruamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula, Amen.

HOMILIA X. ADVERSUS EOS qui irascuntur.

1. Quemadmodum in medicorum præceptis, cum apposite & ex artis ratione fiunt, post experientiam maxime eorum utilitas solet ostendi: sic in spiritualibus exhortationibus, ubi maxime monita ac præcepta fuerint exitu testata compro-

probataque, tunc ea sapienter utiliterque ad vitæ emendationem atque ad obtemperantium perfectionem adhibita fuisse apparet. Etenim cum Proverbiorum audimus disertam sententiam, *Ira perdit & prudentes:* rursus cum audimus apostolicas commonitiones; *Omnis ira & indignatio, & clamor tollatur a vobis, cum omni malitia:* item Dominum ipsum, qui eum qui fratri suo temere irascitur, reum esse ait judicii: cum denique experti fuerimus vitium, quod in nobis non gignitur, sed forinsecus in nos tamquam improvisa quædam procella irruit, tunc maxime divinarum præceptionum miram excellentiam cognoscemus. Quod si ipsi iræ locum veluti fluento vehementi exitum umquam dedimus, ac silentio didicimus eorum qui hoc vitio tenentur indecoram perturbationem, tum reipsa perspectam habuimus dicti hujus solertiam, videlicet quod *vir iracundus, haud honestus est.* Postquam enim hoc vitium, depulsa ratione, dominium animæ semel usurpaverit, hominem prorsus convertit in belluam, & ne hominem quidem esse finit, cum auxilio rationis privetur. Quod enim venenatis venenum est, hoc idem ira est exasperatis. Fiunt rabidi canum in morem, insiliunt ut scorpii, mordent ut serpentes. Novit & Scriptura eos qui vitio aliquo tenentur, bestiarum nominibus vocare, quibuscum necessitudinem affinitatemque per nequitiam contraxere. Nam canes mutos, serpentes, sobolem viperarum, & similibus nominibus ipsos appellat. Qui enim ad mutuum exitium, & ad tribulium suorum perniciem parati sunt, possunt nec injuria inter bestias ac venenata numerari, quibus natura odium implacabile inest in homines. Per iram, linguæ fiunt effrenatæ & ora incustodita: manus incontinentes, contumeliæ, probra, maledicta, plagæ & reliqua omnia quæ ne numerare quidem ullus potest, vitia sunt ex ira & furore nata. Per iram ensis acuitur: patratur homicidium humana manu: per hanc fratres alii alios ignoravere: parentes quoque & liberi naturæ obliti sunt. Nam irati primum ignorant sese, deinde omnes simul familiares atque necessarios. Ut enim torrentes ad loca cava confluentes, quidquid obvium est transversum trahunt: ita violenti ac impotentes irascentium impetus cunctos similiter invadunt. Non canities iratis est venerationi, non virtus vitæ, non sanguinis conjunctio, non beneficia prius accepta, non alia ulla dignitas. Brevis quædam est insania, ira. Irati scilicet plerumque in apertum malum conjiciunt seipsi, sua ipsorum commoda ulciscendi studio negligentes. Nam eorum qui ipsis molesti fuerunt, recordatione quasi œstro exstimulati, effervescente in eis ira atque subsiliente, non prius cessant quam damnum aliquod inferant irritanti, aut forte ipsi, si ita contingat, accipiant: quemadmodum sæpe evenit, ut quæ violenter alliduntur, plus accipiant detrimenti quam afferant, dum a rebus renitentibus conquassantur.

Prov. 15. 1.
Ephes. 4. 31.
Prov. 11. 25. juxta lxx.
Esa. 56. 10. Matth. 23. 33.

2. Quis possit id mali explicare? quomodo scilicet ii qui ad iram proclives sunt, ex levi occasione accensi, vociferantes, ferocientes, ac impudentius venenata quavis bestia irruentes, non prius desistant quam inflammatio per magnam immedicabilemque perniciem, ira in ipsis bullæ in modum disrupta, discutiatur. Neque enim ensis acies, neque ignis, neque aliud quidquam horrendum, furentem ira animum cohibere potest, certe non magis quam eos, qui a dæmonibus detenti sunt, a quibus nihil irati neque habitu, neque animi affectu differunt. Nam circa cor quidem in iis qui vindictam anhelant, effervescit sanguis, ut pote vi ignis exagitatos ac exæstuans: in superficie autem efflorescens, irascentem in alia forma ostendit, consuetam & notam omnibus formam tamquam personam in scena commutans. Nam illorum & proprii & consoeti oculi non cognoscuntur, efferatus est aspectus, atque igne jam micat. Quin & more suom grassantium acuit dentes. Facies est livida, & sanguine suffusa: moles corporis tumida: venæ disrumpuntur, spiritu ab interna tempestate commoto. Vox aspera, & maxime intensa: sermo indistinctus, & temere cadens, non paulatim, nec ordine, nec significanter procedens. Postquam autem ira gravius atrociusque exarserit ob ea quibus animus exasperatur, haud secus ac flamma ob materiæ copiam, tum demum neque verbis explicabilia, neque factu tolerabilia spectacula videre licet. Manus attolli ad versus tribules, ac injici in omnes corporis partes, pedes in præcipua membra citra discrimen insilire, denique quidquid in conspectum venit, id furori ac insaniæ pro armis esse. Quod si ex adverso æquale malum renitens repererint, aliam videlicet iram & parem insaniam; ita demum inter se conferti, mutuo faciunt ac perpetiuntur quæ æquum est perpeti eos, qui sub ejusmodi dæmone militant. Nam mutilationes membrorum, aut etiam plerumque mortem præmia iræ referunt pugnatores. Hic cœpit injustas manus inferre, ille repulit: hic rursus intulit, ille non cedit. Et corpus quidem plagis contunditur: furor vero adimit doloris sensum. Neque enim vacat sibi eorum quæ perpetiuntur, dolorem sentire, toto eorum animo ad ulciscendum molestiæ auctorem commoto.

3. Malum malo ne curetis, neque contendatis vos mutuo inferendis damnis superare.

tare. Nam in malis pugnis miserior est qui vicit, quippe quia cum majori peccato abit. Ne igitur referas gratiam malam, neque debitum malum pejus persolvas. Contumelia te affecit iratus, siste silentio malum. Tu contra, iram illius velut quoddam fluentum in animum tuum suscipiens, ventos imitaris, qui, quod illatum est, id reflatu repellunt. Ne inimico magistro utaris, neque quod odio habes, æmuleris: cave fias irati quasi speculum, formam ejus exhibens in temetipso. Rubet ille, an non tu rubefactus es? Suffusi sanguine sunt oculi illius, tui ne, quæso, placide vident? Vox ipsius aspera est, num tua lenis ac mitis est? Ne echo quidem in desertis locis æque integra refringitur ad loquentem, atque contumeliæ ad convitiatorem revertuntur. Vel potius sonus quidem idem redditur: sed convitium cum accessione redit. Qualia enim contumeliosi alter alteri vicissim objiciunt? Alter alterum dixit obscurum, & ex obscuris oriundum: hic illum vernam ex vernis vicissim appellat: hic pauperem, ille erronem: hic indoctum, ille insanum; idque, quoad contumeliæ velut spicula eos deficiant. Deinde convitiis omnibus per linguam velut per fundam emissis, tum demum ad vindictam re ipsa procedunt. Nam excitat ira rixam, rixa parit convitia, convitia verbera, verbera autem vulnera: denique ex vulneribus mors ipsa plerumque sequitur. Malum a prima origine cohibeamus, iram arte omni ex animis pellentes. Ita enim mala plurima una cum hoc vitio, tamquam cum radice atque
Pet. 3. 9. principio exscindere poterimus. Maledixit? tu benedicas. Percussit? tu sustine. Despicit, teque facit nihili? tu tecum cogita constare te ex terra, ac rursus in terram reversurum. Quisquis enim rationibus ejusmodi præmunierit semetipsum, ignominiam quamcumque comperiet veritate inferiorem. Sic namque eo etiam redigetur inimicus, ut ulcisci se nullo modo possit, cum te sis contumeliis convitiisque invulneratum exhibiturus: quin & tibi ipse magnam parabis patientiæ coronam, qui alterius insaniam occasionem tuæ philosophiæ exercendæ facias. Quare, si mihi fidem habes, illatis tibi injuriis aliquid etiam addes. Obscurum te dixit, ingloriumque & nihili hominem, qui infimo loco natus sit? tu teipsum terram ac cinerem
Gen. 18. 27. dicito. Illustrior non es patre nostro Abraham, qui se ipse ita appellavit. Indoctum & pauperem & nullius pretii te dixit? tu te dicas vermem, teque ex stercore habere ori-
Psal. 21. 7. ginem, Davidis verba usurpans. His etiam præclarum Moysis facinus adjice. Ille ab Aaron & Maria maledictis lacessitus, non Deum adversus eos interpellavit, sed pro eis oravit. Quorum mavis esse discipulus, virorum ne Deo gratorum beatorumque, an hominum spiritu nequitiæ expletorum? Cum invaserit te convitii ingerendi tentatio, puta teipsum probari, utrum per patientiam ad Deum accedas, an per iram confugias ad adversarium. Da cogitationibus tuis tempus partem optimam eligendi. Aut enim profueris illi per mansuetudinis exemplum: aut, dum contemnes, eum gravius ulcisceré. Quid enim inimico acerbius esse potest, quam si inimicum suum videat injuriis ac contumeliis superiorem? Animum ne abjicias, neque patiaris ullum ad te accessum convitiatoribus patere. Sine eum frustra te allatrare, disrumpatur in semetipso. Ut enim qui verberat sensu carentem, sibi ipse irrogat pœnam (nam nec hostem ulciscitur, nec iram sedat:) ita quisquis hominem qui injuriis non movetur, probris ac maledictis lacessit, is cupiditatem suam solari ac mollire non potest. Contra, uti dixi, disrumpitur. Quale enim nomen uterque vestrum statim ab iis qui adsunt, consequitur? Ille quidem contumeliosus audit, tu vero magnanimus: ille iracundus & morosus, tu patiens & mitis: illum pœnitebit dictorum, te vero numquam pœnitebit virtutis.

4. Quid attinet plura dicere? Huic maledicentia clausit regnum cælorum, quippe maledici hæreditatem regni Dei non consequentur: tibi silentium regnum præparavit. 1.Cor. 6. 10.
Qui enim sustinuerit usque ad finem, hic salvus erit, Quod si par pari referas, & ex æquo Matth. 10. 22.
insurgas adversus convitiatorem, quam tandem prætendes excusationem? quod te prior ad iram provocavit? Sed hoc qua venia dignum? Neque enim scortator qui culpam in meretricem transfert, tanquam quæ ad peccatum impulerit, remissius condemnatur. Neque coronæ habentur sine adversariis: neque strages sine hostibus. Audi David dicentem: *Dum consisteret peccator ad-* Psal. 38. 2.
versum me, non sum exasperatus, nec ultus sum: sed *Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis*. Tu vero exacerbaris quidem ob convitium velut malum: sed tamen imitaris illud uti bonum. Ecce enim facis quod reprehendis. An alienum malum diligenter intueris: ducis vero pro nihilo tuam ipsius turpitudinem? Nonne malum contumelia? cave imiteris. Nam incœpisse alium, non sufficit ad excusationem. Imo vero æquius est, ut mihi persuadeo, intendi etiam adversum te querelam, quod ille exemplum quo emendaretur, nequaquam habuerit. Tu tamen videns iratum indecore se gerentem, non illius vitasti similitudinem: sed indignaris, & ægre fers, & vicissim irasceris; ideoque tua ipsius perturbatio aggredientis exordientisque defensio fit & excusatio. Nam per ea quæ ipse facis, tum illum

liberas culpa, tum te ipse condemnas. Etenim si malum ira est, cur malum non declinasti? sin autem quidpiam est venia dignum, cur infensus es irascenti? Quare etsi posterior par pari retulisti, nihil inde capies emolumenti. Neque enim in certaminibus in quibus præmium corona proponitur, certaminis incœptor, sed victor coronatur. Idcircoque non solum qui mali auctor fuit, sed etiam qui malum ducem ad peccatum sequutus est, condemnatur. Si te pauperem appellaverit, si verum loquatur, perfer veritatem: sin mentitur, quid ad te quod dixit? Neque efferaris ob eas quæ verum excedunt laudes: neque ob contumelias quæ te non attingunt, exaspereris. An non vides quomodo sagittæ duriora, & quæ renituntur, soleant penetrare, in mollibus vero & quæ cedant, impetum suum frangere? Consimile quiddam, convitium esse puta. Qui contra tendit, id in se recipit: qui vero remisse agit ac cedit, morum lenitate illatam sibi injuriam dissolvit. Quid autem te perturbat pauperis cognomen? in mentem veniat tuæ naturæ, quod nudus ingressus es in mundum, nudusque es egressurus. Quid autem nudo pauperius est? Nihil grave audivisti, nisi quod ea quæ dicta sunt, tua solius & propria duxeris. Quis unquam ob paupertatem abductus est in carcerem? Pauperem esse non probrosum est: sed paupertatem generose non ferre. Memor esto Domini, *qui cum dives esset, propter nos egenus factus est*. Stultum te & indoctum si appellarit, memineris earum quæ a Judæis in veram sapientiam jactæ sunt, injuriarum: *Samaritanus es, & dæmonium habes*. Quod si irasceris, confirmasti probra. Ecquid enim stultius est ira? Sin autem tranquillus & sine ira permanseris, incutis pudorem convitiatori, cum prudentiam re ipsa ostenderis atque modestiam. Cæsus alapis es? at enim Dominus quoque. Infectus es sputis? Sed & Dominus noster. *Non enim avertit faciem suam a confusione sputorum*. Structæ tibi sunt sycophantiæ? utique & judici. Disciderunt tuam tunicam? exuerunt etiam Dominum meum, & diviserunt inter se ejus vestimenta. Nondum condemnatus es, nondum crucifixus. Desunt tibi multa, ut pervenias ad ipsius imitationem.

Job 1. 21.

2. Cor. 8. 9.

Joan. 8. 48.

Joan. 18. 22. Matt. 26. 67. Marc. 15. 19. Esa. 50. 6.

Matth. 27.

5. Subeant animum tuum horum singula; atque excandescentiam ac tumorem comprimant. Ejusmodi enim præparationes affectionesque, cordis quasi saltus ac pulsus rescindentes, mentem ad constantiam ac tranquillitatem reducunt. Et sane hoc est quod dictum est a Davide: *Paratus sum, & non sum turbatus*. Oportet igitur compescere te insanum ac vecordem animi motum, exemplorum quæ a beatis viris relicta sunt, memorem: quomodo scilicet magnus ille David petulantiam Semei mansuete pertulerit. Non enim tempus dabat commotioni iræ: siquidem cogitationem suam transferebat in Deum. Ait nimirum: *Dominus dixit Semei, ut malediceret Davidi*. Quapropter cum vocaretur vir sanguinum, & vir iniquus, haudquaquam ei succensuit: sed se ipse humiliabat, quasi jure ac merito maledictis contumeliisque lacessitus. Jam vero duo hæc ex animo tuo exime, nec teipsum judicaveris magnis rebus dignum, nec quemquam hominum duxeris tibi dignitate longe inferiorem esse. Sic enim, licet ignominia appetiti, numquam ad iram concitabimur. Grave quidem fuerit, hominem beneficiis affectum, donisque ac gratiis maximis obligatum, præter ingrati animi vitium adhuc quoque ad convitium atque ad ignominiam, priorem recurrere. Grave plane est: sed illud malum majus est facienti quam patienti. Convitietur ille: tu vero ne convitiare. Sint tibi ejus verba exercitatio ad philosophiam. Si iniquo animo non feras, vulnus nullum accepisti: sin quidpiam animo pateris, tristitiam intra teipsum contine. *In me, enim*, inquit, *turbatum est cor meum*: hoc est, non foras prodiit affectus, sed quasi fluctus quidam intra littora diffractus consedit. Allatrantem & exacerbatum animum velim sedes. Revereantur affectus tui aspectum rationis, non secus ac pueri, si immodestius se gerant, viri venerabilis præsentiam. Qui igitur iracundiæ noxam effugere poterimus? si iræ suaserimus, ut ne rationem prævertat, imo in eo primum curam diligentiamque ponamus, ut numquam præcurrat mentem, sed potius habeamus illam veluti equum nobis subjectum, & rationi tamquam cuidam freno obtemperantem, nec usquam extra suum ipsius ordinem egredientem, sed a ratione, quovis cumque præeat, abduci se sinentem. Nam animi nostri ira idonea est & utilis ad multa virtutis opera, cum scilicet velut miles aliquis, depositis apud ducem armis, prompte, quo præceptum fuerit, venerit suppetias, & rationi adversus peccatum opem tulerit. Est enim animæ nervus ira, robur ei & vires ad bonas res instanter perseveranterque agendas ministrans. Nimirum si quando animam præ voluptate exsolutam offenderit, eam consolidans ferri quasi tinctura quadam, austeram & fortem ex valde molli exque remissa reddit. Neque enim, nisi ira excandueris adversus diabolum, fieri umquam poteft, ut eum pro merito oderis. Oportet enim, opinor, tanto studio virtutem amari, quanto odio oportet peccatum haberi. Quam in rem ira utilis est maxime; cum ut canis pastorem, ita ira rationem sequuta, mitis perma-

Psal. 118.

2. Reg. 16. 10.

Psal. 141. 4.

maneat, & morigera juvantibus, possitque A facile a ratione reduci : contra ad alienam tum vocem, tum faciem exasperetur, etiamsi utraque obsequiosa esse videatur. Sed si inclamet familiaris & amicus, pavet formidatque. Optimum, atque prudenti animæ parti accommodatissimum est auxilium illud quod ab irascente animi parte confertur. Nam qui talis fuerit, numquam cnm insidiantibus in gratiam ac concordiam reducetur, nullam umquam cum re ulla noxia amicitiam admittens, sed insidiosam voluptatem quasi lupum quemdam jugirer allatrans, B dilaniansque. Hæc est igitur iræ utilitas iis, qui tractare eam ac moderari noverint. Nam & aliarum facultatum quælibet pro utendi modo aut male, aut bene cedit possidenti. Exempli causa, quisquis concupiscenti animi parte ad carnis delectationem & ad impurarum voluptatum usum abutitur, exsecrabilis est & impudicus : qui vero eam ad Dei dilectionem verterit, & ad æternorum bonorum appetitionem, is dignus est æmulatione, & beatus. Et rursus qui rationalem animi partem probe regit, prudens est ac C sapiens : qui vero in proximi perniciem mentem acutam habet, vafer est & maleficus.

6. Absit igitur, ut ea quæ nobis data sunt ad salutem a Conditore, occasionem nobis ipsis peccati faciamus. Ita ira quoque cum oportet & ut oportet commota, efficit robur, patientiamque & continentiam : sed cum agit præter rectam rationem, insania fit. Quapropter nos etiam psalmus admonet : Psal. 4. 5. *Irascimini, & nolite peccare*. Quin & Dominus ut frustra irascenti judicium minita- D Matth. 5. 22. tur : sic ira, ut ita dicam, vice medicamenti ad ea quæ oportet, uti non prohibet. Gen. 3. 15. Num. 25. 17. Illud enim ; *inimicitiam ponam inter te & serpentem :* item illud, *inimici sitis Madianitis*, docentis est, iracundia velut armis Ibidem 12. 3. utendum esse. Quare Moyses hominum omnium mansuetissimus, idololatriam ulturus, Levitarum manus ad fratrum cædem armavit. Exod. 32. 27. *Ponat*, inquit, *unusquisque gladium super femur suum, & transite a porta ad portam, & redite per castra : & occidite unusquisque fratrem suum, & unusquisque pro- E pinquum suum, & unusquisque proximum* V. 29. *suum*. Et paulo post, *Et dixit*, inquit, *Moyses : Implevistis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio, & in fratre suo, ut detur super vos benedictio*. Quid vero Phineen justificavit? Nonne justa ira adversus scortatores? qui alioqui perquam mitis ac man- Num. 25. 8. suetus, posteaquam Zambri cum scorto Madianitide palam & sine verecundia coeuntem vidisset, adeo ut ne contegerent quidem turpitudinis suæ infame spectaculum, hoc non perferens, ira opportune usus est, utro-

A que hasta transfixo. Samuel autem Agag re- 1. Reg. 15. 33. gem Amalec, a Saule præter mandatum Dei servatum, nonne in medium productum ira justa interemit? Sic ira plerumque actionum bonarum est ministra. Rursus zelotes ille Elias quadringentos quinquaginta viros *con-* 3. Reg. 18. 22. & 40. *fusionis* sacerdotes, & quadringentos viros sacerdotes lucorum, mensam Jezabel comedentes, consultissima ac sapienti ira in totius Israelis commodum interfecit. Tu vero fratri tuo irasceris temere, ac sine causa. Quomodo enim non sine causa, cum, altero af- B flante ac provocante, alteri tamen tu succenseas? Atque quod canes factitant, facis : qui lapides mordent, cnm non attingant projicientem. Qui instigatur, miserabilis est : qui vero instigat, odio est habendus. Illuc iram transfer in homicidam, mendacii patrem, artificem peccati : fratris vero potius commiseresce, eo quod si in peccato permanserit, una cum diabolo igni æterno tradendus sit. Quemadmodum autem diversa sunt indignationis & iræ nomina : ita quoque subjectæ ipsis notiones, plurimum inter se diffe- C runt. Indignatio enim quasi quædam incensio est ac repentina affectus exhalatio : ira vero, dolor constans, perpetuusque appetitus vicis rependendæ nocentibus, anima velut in vindictam pruriente. Scire itaque operæ pretium est, quod affectu utroque peccant homines, aut furiose ac temere adversus irritantes commoti, aut per dolos ac insidias eos qui ipsis molestiam exhibent, circumvenientes : quæ duo cavenda nobis sunt.

7. Qui igitur fieri poterit, ut turbulentus ille affectus ad ea quæ non oportet, non ciea- D tur? Quomodo? si fueris prius humilitatem edoctus, quam Dominus & verbis præcepit, & re ostendit. Quippe modo dicit, *Qui vult* Marc. 9. 34. *inter vos primus esse, sit omnium postremus :* modo vero toleravit cædentem leni animo Joan. 18. 23. atque immoto. Nam cæli terræque Conditor ac Dominus, qui a creatura omni tam spirituali quam in sensum cadenti adoratur, *portans omnia verbo virtutis suæ*, percussorem Hebr. 1. 3. non misit vivum in inferos, terra ad impium deglutiendum dehiscente : sed commonefa- E cit ac docet : *Si male loquutus sum, testimo-* Joan. 18. 23. *nium perhibe de malo ; si autem bene, quid me cædis?* Etenim si juxta præceptum Domini postremus omnium esse assueveris, quandonam indignabere, quasi sis præter dignitatem contumeliis divexatus? Cum puer parvulus tibi convitiatur, convitia facis ridendi materiam : quinetiam cum quis præ phrenitide mente lapsus, verba ignominiosa loquitur, ducis illum misericordia quam odio digniorem. Non igitur verba ipsa, sed insurgens adversus convitiatorem superbia, & cujusque de seipso existimatio molestiam ac negotium solent facessere. Quare si utrum-

que

que horum ex animo exemeris; ea quæ pro-
feruntur, nil aliud sunt, nisi sonitus frustra
Psal. 36. 8. ac temere editus. *Desine* igitur *ab ira, & de-*
Rom. 1. 18. *relinque furorem :* ut iræ periculum effugias,
quæ de cælo revelatur super omnem impieta-
tem, & injustitiam hominum. Nam si consi-
lio prudenti amaram iræ radicem exscindere
poteris, vitia non pauca una cum hoc prin-
cipio exstirpabis. Nam dolus, suspicio, in-
fidelitas, malignitas, insidiæ, audacia, &
omne similium malorum examen, vitii hu-
jus germina sunt. Quare ne accersamus no-
bis malum tantum, animæ ægritudinem,
rationis caliginem, abalienationem a Deo,
necessitudinis ignorantiam, belli principium,
calamitatum cumulum, malum dæmonem
ipsis animis nostris innascentem, & velut im-
pudentem quemdam inquilinum interiora
nostra occupantem, atque Spiritui sancto
aditum præcludentem. Ubi enim sunt ini-
micitiæ, lites, iræ, rixæ, contentiones,
tumultus irrequietos in animabus gignentes:
ibi mansuetudinis Spiritus haud requiescit.
Ephes. 4. 31. Sed beati Pauli admonitioni obtemperantes,
omnem iram, & indignationem, & clamo-
rem cum malitia omni a nobis tollamus, effi-
ciamurque in nos invicem humani ac miseri-
cordes, exspectantes beatam spem mansue-
Matth. 5. 4. tis promissam; *Beati siquidem mites, quoniam*
ipsi possidebunt terram : In Christo Jesu Do-
mino nostro, cui gloria & imperium in sæcu-
la, Amen.

HOMILIA XI. DE INVIDIA.

1. Bonus est Deus, & bonorum iis qui di-
gni sunt largitor: malus est diabo-
lus, & cujuscumque iniquitatis artifex. Et
quemadmodum ex bono consequens est, ut
invidia careat: sic invidia diabolum sequi-
tur. Caveamus igitur, fratres, invidiæ vi-
tium, ne socii operum adversarii efficiamur,
neve cum ipso inveniamur judicio eodem
condemnati. Etenim si superbus in judicium
incidit diaboli, quomodo invidus paratum
diabolo supplicium effugiet? Nam pernicio-
sius nullum vitium innascitur in hominum
animis, quam invidia quæ extraneos mini-
me lædens, primum malum est & domesti-
cum habenti. Ut enim rubigo ferrum, ita
invidia infectam ipsa animam absumit. Imo
vero quemadmodum viperas tradunt exeso
materno utero nasci: ita quoque solet invi-
dia parientem se animam vorare. Est enim
invidia dolor de proximi successu felici ac
prospero. Quamobrem nunquam mœror,
nunquam molestia deest invidenti. Est ne
proximi ager fertilis, vitæ ne commodis om-
nibus abundat domus, an ipsis animi oble-
ctamentis vir non caret? Hæc omnia pabu-

A lum sunt morbi, & accessio doloris invido.
Quare ab homine nudo qui ab omnibus sau-
ciatur, nihil differt. Fortis est aliquis & ro-
bustus? bona est corporis habitudine? Hæc
vulnerant invidum. Alius est forma elegan-
tiori? alia hæc est invidi plaga. Præstat ani-
mi dotibus quispiam plerisque? Prudentia
ac dicendi facultate spectandus est atque
æmulandus? Alius dives est, atque splendi-
de munificus in largitionibus & in stipis ero-
gatione erga egenos, multumque ab iis quos
beneficiis affecerit, laudatur? omnia hæc
B plagæ sunt & vulnera, medium cor ipsius
percellentia. Et illud in hoc morbo graviffi-
mum est, quod ne detegere quidem ipsum
possit: sed demissis oculis, vultu tristitiam
præ se ferente, confunditur, queritatur,
atque hac lue perit: interrogatum autem
de animi affectione, prodere pudet infortu-
nium illud suum: invidus sum & amarulen-
tus, affligunt me amici bona: doleo de fra-
tris lætitia, non queo aliena bona intueri:
sed proximi secundam fortunam calamita-
tem duco. Hæc enim dicturus est, si vera
C loqui velit. Quorum dum nihil vult patefa-
cere, morbum intus detinet, absumentem
ejus viscera, atque corrodentem.

2. Itaque neque admittit medicum mor-
bi, neque medelam ullam hujus vitii expul-
tricem invenire potest, quamquam Scriptu-
ræ medicamentis ejusmodi sunt refertæ: sed
unicum miseriæ suæ levamen exspectat, si-
cubi videat quempiam ex iis quibus invidet,
ruentem. Hæc est odii meta, eum qui invi-
detur, miserum ex felici videre, & eum qui
beatus habebatur, infelicem fieri. Tunc
D initur fœdus, & fit amicus cum viderit lacry-
mantem, cum lugentem conspexerit. Et
vero non lætatur cum hilari, sed cum lugen-
te lacrymatur. Atque vitæ mutationem, ex
quibus in quæ exciderit, miseratur, non hu-
manitate quapiam, nec ullo commiseratio-
nis sensu priorem statum verbis efferens, sed
ut eum calamitate graviore afficiat. Laudat
filium post obitum, & innumeris præconiis
condecorat: quam fuerit formosus visu,
quam ingeniosus, quam idoneus ad omnia;
cui, dum viveret, ne verbum quidem bene
E ominatum dixisset. Sed si multos viderit ad
laudandum concurrentes, rursus mutata sen-
tentia invidet mortuo. Miratur perditas
opes. Elegantiam corporis aut robur, & bo-
nam habitudinem post morbos laudat & ex-
tollit. Et in summa, eorum quæ suppetunt,
inimicus est: eorum quæ periere amicus.

3. Quid igitur hac lue exitiosius esse possit?
corruptela vitæ, pernicies naturæ, eorum
quæ nobis a Deo data sunt bonorum odium,
adversa Deo indoles. Quid malorum aucto-
rem dæmonem ad bellum adversus homines
tanto cum furore impulit? nonne invidia?

per quam & cum Deo ipso pugnare palam deprehensus est. Qui infensus quidem Deo erat propter munificentiam erga hominem: sed hominem, cum Deum non posset, ulciscebatur. Eadem & Cain fecisse perhibetur, primus ille diaboli discipulus, edoctus ab ipso & invidiam & cædem, germana scelera, quæ

Rom. 1.29. & Paulus conjunxit his verbis: *Plenos invidia, homicidio*. Quid igitur erat quod fecit? Vidit delatum a Deo honorem, & exarsit æmulatione, occiditque honoratum, honorantem ut perstringeret. Nam cum imbecillis esset ad Deum impugnandum, in fraternam cædem animum transtulit. Fugiamus, fratres, ægritudinem ejus quæ in Deum fit pugnæ magistram, homicidii matrem, naturæ confusionem, necessitudinis ignorationem, molestiam absurdissimam. Cur afflictaris, homo, nihil grave passus? Quid bello petis fruentem bonis aliquibus, nihilque de tuis imminuentem? Quod si vel beneficiis affectus indignaris, nonne palam tuis ipse commodis invides? Ejusmodi Saul erat, cui beneficiorum magnitudo bellum Davidi inferendi ansa erat & origo. Primum quidem modulatissima illa ac divina musica ab insania liberatus, conabatur accepti beneficii auctorem hasta transfigere. Deinde una cum ipso exercitu ex hostium manibus incolumis ereptus, & eo qui a Goliath inurebatur dedecore liberatus, cum tamen saltatrices quædam decemplicem partem rerum gestarum Davidi in epiniciis tribuerent, ca-

1. Reg. 18. 7. nentes, *Percussit David in decem millibus, & Saul in millibus suis*, ob unam hanc vocem, & ob redditum ab ipsa veritate testimonium, primum sua eum manu interimere, atque insidiis de medio tollere aggressus est: exinde Davide in fugam acto, ne sic quidem odio

1. Reg. 24. 5. finem imposuit, sed postremum expeditione cum tribus electorum millibus adversus illum suscepta, deserta loca perscrutabatur. Quod si fuisset belli causam interrogatus, respondisset plane viri esse beneficentiam.

Videtur cap. 26. 7. Ille scilicet ipso persequutionis tempore cum dormiens deprehensus fuisset, possetque ab hoste facile occidi, & cum iterum a justo qui injicere in eum manus nolebat, servatus esset incolumis, nequaquam flexus est hoc beneficio: sed & rursus colligebat exercitum, & rursus illum persequebatur, quoad iterum ab eodem in spelunca interceptus, & ejus virtutem præstiterit illustriorem, & suam ipsius nequitiam manifestiorem reddiderit. Immansuetissimum odii genus invidia est. Nam beneficentia cæteros quidem qui nobis alioquin infensi sunt, mitiores mansuetioresque reddit; sed collata in invidum & malignum beneficia, ipsum amplius irritant. Et quanto majora acceperit, tanto magis indignatur, doletque, & stomachatur. Ma-

A gis enim affictatur de potentia benefacientis, quam pro datis sibi beneficiis gratiam habet. Quam belluam non superant morum acerbitate? Quas feras feritate non vincunt? canes alimento oblato mansuescunt, leones cum curantur, tractabiles fiunt: sed invidi obsequiis & officiis evadunt agrestiores.

4. Quid generosum illum Joseph redegit in servitutem? nonne invidia fratrum? ubi & mirari operæ pretium est morbi stultitiam. Gen. 37. 28. Nam veriti somniorum exitum, fratrem in

B servitutem addixere, quasi servus ab eis nunquam fuisset adorandus. Sed si vera sunt somnia, qua arte fieri possit, ut non omnino eveniant prænuntiata? sin autem falsa somniorum visa, cur invidetis aberranti? Nunc vero solers illorum consilium Dei providentia in contrarium ipsis vertitur. Quibus enim putabant se vaticinium impedituros, iisdem viam eventui stravisse comperti sunt. Etenim si venditus non fuisset, non venisset in Ægyptum, non ob pudicitiam in insidias impudicæ mulieris incidisset, non

C conjectus fuisset in carcerem, non familiaris evasisset ministris Pharaonis, neque somniorum fuisset conjector, unde principatum Ægypti obtinuit, & a suis fratribus ob frumenti inopiam ad se convenientibus adoratus est. Transi animo ad invidiam illam maximam, maximisque in rebus sitam, quæ ex Judæorum insania contra Servatorem emersit. Cur invidebatur? ob miracula. Quæ vero erant ea miracula? salus egentium: nutriebantur esurientes, & qui nutriebat, oppugnabatur: suscitabantur mortui, &

D invidiosus erat qui eos revocarat ad vitam: fugabantur dæmones, & qui eis imperabat, insidiis petebatur: leprosi mundabantur, obambulabant claudi, surdi audiebant, videbant cæci, & fugabatur qui hæc beneficia conferebat. Ac postremo morti vitæ largitorem tradiderunt, flagris cædebant hominum liberatorem, condemnabant mundi judicem. Sic invidiæ mala pertigere ad omnia. Atque unis his armis, a jactis mundi fundamentis exorsus, usque ad sæculi consummationem omnes sauciat & dejicit perdi-

E tor vitæ nostræ diabolus, qui interitu nostro gaudet, qui per invidiam lapsus, nos etiam simul per idem vitium sternit. Sapiens ergo erat, qui cum invido viro ne cœnare quidem sinebat, ita per cœnæ consortium de Prov. 23. 6. omni simul vitæ societate submonens. Quemadmodum enim curæ nobis est materiam quæ facile ignem concipit, quam longissime ab igne submovere: sic operæ pretium est, quoad ejus fieri potest, amicitias ex invidorum consuetudine subducere, ut extra invidiæ tela constituamur. Neque enim fieri potest, ut aliter invidia irretiamur, nisi per

fami-

familiaritatem consuetudinemque ad eam accesserimus. Etenim juxta Salomonis sententiam, *viro æmulatio a sodali ipsius*. Eccl. 4. Et vero sic se res habet. Ægyptio Scytha non invidet, sed unusquisque habenti nationem eamdem: & inter nationis ejusdem incolas, ignotis non invidetur, sed familiarissimis: & inter familiares, vicinis, & eamdem artem exercentibus, aut alia quavis necessitudine conjunctis, imo inter hos rursum, coætaneis, consanguineisque, & fratribus. Et in summa, ut rubigo lues est frumenti propria: sic invidia amicitiæ morbus. Illud tamen in hoc malo laudare quis poterit, quod quanto vehementius cietur, tanto homini qui eo laborat, gravius est. Quemadmodum enim jacula ingenti vi emissa, ubi in quidpiam durum ac renitens inciderint, revertuntur in jaculatorem: ita quoque invidiæ motus nihil lædentes eum cui invidetur, plagæ fiunt invidentis. Quis enim, quod se angoribus dedat, bona proximi unquam imminuit? Sed mœrore contabescens, se ipse conficit. Jam vero qui invidiæ morbo laborant, ipsis etiam venenatis bestiis existimantur exitiosiores esse: siquidem illæ vulnere inflicto immittunt virus, & commorsa pars paulatim putredine exeditur. Invidos vero putant quidam vel solis oculis labem inferre, adeo ut corpora bona habitudine prædita, & ex ætatis vigore maxime efflorescentia, per eorum invidiam tabescant, concidatque confestim moles omnis, exitioso quodam quasi fluento ex invidorum oculis diffluente, & tabefaciente, atque corrumpente. Ego tamen hanc fabulam rejicio ut popularem, utque ab aniculis introductam in mulierum cœtum: sed illud dico, dæmones boni cujusvis osores, ubi voluntates sibi familiares ac necessitudine conjunctas repererint, modis omnibus uti eis ad suum arbitrium, sic ut ipsos etiam invidorum oculos adhibeant suæ voluntatis ministros. Itane vero non horres teipsum exitiosi dæmonis administrum constituere, sed vitium admittis, quo eorum qui te injuria nulla affecere, futurus sis inimicus, imo hostis Dei, qui bonus est, & omnis invidiæ expers?

5. Fugiamus vitium intolerabile. Serpentis est documentum, dæmonum inventum, satio inimici, arrhabo supplicii, pietatis impedimentum, via ad gehennam, privatio regni. Cæterum invidi vel ipsa facie manifesto agnoscuntur. His oculi sunt aridi & obscuri, gena demissa, supercilium contractum, animus turbulento affectu perturbatus, carens in rebus veritatis judicio. Neque vero laudabile fuerit apud illos ullum virtutis opus, neque dicendi facultas licet gravitate ac gratia ornata, neque quidquam aliud ex iis quæ optanda sunt & spectanda.

A Quemadmodum autem vultures prata multa, multaque loca amœna & odorata prætervolantes, feruntur ad graveolentia; & quemadmodum muscæ quod sanum est prætereuntes, ad ulcera properant: ita invidi vitæ splendorem, & recte factorum magnitudinem ne aspiciunt quidem, sed in marcida & putrida irruunt; & si in aliquo erratum sit (cujusmodi sunt res hominum non paucæ), idipsum divulgant, & ex his viros fieri notos volunt; non secus ac mali pictores, qui ex distorto naso, aut ab aliquo tubere, B aut mutilatione natura seu casu facta picturarum suarum formas insigniunt effinguntque. Adhæc periti sunt rem laudabilem in pejus detortam despuendi, exque vicino vitio virtutem calumniandi. Fortem enim dicunt audacem & temerarium: temperantem, stupidum: justum, crudelem: prudentem, fraudulentum. Et magnificum quidem traducunt velut ineptos sumptus facientem: liberalem, velut prodigum: rursus peritum rei familiaris administratorem, parcum: denique quodlibet virtutis genus C apud ipsos nomen obtinet ab opposito vitio mutuatum. Quid igitur, in accusatione hujus vitii orationem sistam? sed hæc est velut dimidia curationis pars. Nam ostendere ægroto morbi magnitudinem, ut dignam curam suscipiat fugandi mali, non fuerit inutile: sed eum necdum ad sanitatem perductum hic derelinquere, nihil aliud est nisi ægrotantem morbo deditum & desperatum dimittere. Quid igitur? Qui fieri poterit ut morbum hunc aut initio non contrahamus, aut eo correpti, caveamus? Primum quidem si D nihil magnum, nihil eximium in rebus humanis putaverimus, non humanas opes, non gloriam marcescentem, non corporis bonam habitudinem. Neque enim in fluxis rebus ac caducis summum bonum constituimus: sed sumus ad æternorum verorumque bonorum participationem vocati. Quare dives nondum beatus habendus est ob divitias: non potens propter auctoritatis dignitatisque amplitudinem: non fortis propter corporis robur: non sapiens ob eximiam dicendi facultatem. Hæc enim virtutis instru- E menta sunt iis qui recte utuntur, non autem ipsa in seipsis felicitatem continent. Quisquis igitur male eis utitur, miserabilis est, non aliter quam qui accepto ad hostes ulciscendos gladio, semetipsum sua sponte & voluntate sauciat. Quod si bene & juxta rectam rationem præsentia tractet, sitque dispensator bonorum a Deo collatorum, nec ea, suis ipsius commodis ac voluptati inserviturus, congerat, laude & amore dignus est ob dilectionem in fratres suam, & ob liberalem ac beneficam indolem. Rursus aliquis præstat prudentia, estque cohonestatus facul-

cultate loquendi de Deo, & explanator est A sacrorum eloquiorum, huic ne invideas; neque velis ut taceat umquam sacrarum Scripturarum interpres, quod hinc, Spiritu dante, commendationem aliquam laudemque ab audientibus consequatur. Tuum enim est bonum, & tibi missum est per fratrem doctrinæ munus, si modo suscipere velis. Adhæc fontem scaturientem obturat nemo, nec quisquam est, qui sole illucescente obvelet oculos, aut conspicientibus invideat: sed precatur ut sibi quoque liceat his uti. Atque adeo cur spirituali sermone in ecclesia scatu- B riente, pioque corde ex Spiritus donis se in modum fontis effundente, non præbes aures cum lætitia? Quid grato animo non capis utilitatem? imo te plausus pungit audientium, vellesque neque esse qui utilitatem perciperet, neque qui laudaret. Quam hæc habitura sunt excusationem apud cordium nostrorum judicem? Igitur animæ bonum natura bonum esse putandum est. At vero eum qui divitiis affluit, & ob potentiam & corporis bonam habitudinem magnum quiddam sapit, atque his quæ habet probe utitur, di- C ligere par est & observare, ut communibus vitæ instrumentis instructum, si modo hæc ex recta ratione dispenset: ita ut pecuniarum erogatione liberalis sit in egenos, infirmisque det operam corpore, ac totam reliquam supellectilem non magis suam esse ducat quam alterius cujusvis indigentis. Contra, hominem qui non ita erga hæc affectus est, miserum potius quam invidia dignum existimare convenit, quod ad hoc ut malus sit habet occasiones majores. Hoc est enim cum majori apparatu ac labore perire. Et- D enim si divitiæ adminicula sunt ad injustitiam, miserabilis est dives: sin autem inserviunt virtuti excolendæ, nullus est locus invidiæ, cum earum communis utilitas omnibus proponatur, nisi quis forte tanta sit malignitate, ut etiam sibi ipse bona invideat. Et uno verbo, mente supra res humanas evecta, atque ad verum & laudabile bonum intentis oculis, multum absuerit ut quidquam periturarum ac terrenarum rerum beatum ac invidendum judices. Nam fieri non potest ut is qui ita animatus est, nec res E mundanas tamquam eximias admiratur, umquam invidiæ obnoxius sit. Quod si omnino gloriæ cupidus es, visque magis quam vulgus clarescere, ob idque secundo loco esse non sustines, nam hæc est quoque occasio invidendi: tu igitur studium tuum velut fluentum quoddam converte ad virtutem acquirendam. Absit enim omnino ut ullo modo velis ditescere, laudemque ex mundanis rebus quærere. Non enim in te ista sunt sita: sed justus sis, & temperans, & prudens, & fortis, & in susceptis pro pietate laboribus patiens. Ita enim & tibi ipse comparabis salutem, & ob bona majora majorem claritatem consequere. Nam penes nos est virtus, & a studioso potest acquiri: contra, divitiarum copia, elegantia corporis, & dignitatum amplitudo in nostra non sunt potestate. Si igitur virtus & majus bonum sit & perennius, atque confitentibus omnibus, majori in pretio habeatur, ea nobis persequenda est: quæ nisi cum a reliquis vitiis, tum maxime omnium ab invidia purgetur, animo ingenerari non potest.

6. Annon vides quantum malum hypocrisis sit? & hæc invidiæ fructus est. Nam invidia maxime animum duplicem indit hominibus, quoniam cum odio intus detento, superficiem quamdam colore ac specie charitatis obductam ostendunt, non aliter atque latentes in mari scopuli, qui modica aqua contecti, improvisum malum incantis inferunt. Itaque si illinc quasi ex fonte emanat in nos mors, bonorum jactura, abalienatio a Deo, legum confusio, & omnium simul bonorum ad vitam pertinentium eversio, morem geramus Apostolo, *Et ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes;* Gal. 5. 26. sed potius *benigni, misericordes, donantes nobismetipsis, sicut & Deus donavit nobis:* Ephes. 4. 32. In Christo Jesu Domino nostro, quocum sit gloria Patri una cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XII.

IN PRINCIPIUM PROVERBIORUM.

1. Eximia est obedientiæ merces. Obediamus igitur benigno patri, certamina nobis atque exercitia ex Spiritus oraculis proponenti: qui more peritorum venatorum in locis difficilem aditum habentibus, vult quasi catuli alicujus cursum experiri. Proverbiorum autem principium nobis proposuit exponendum. Quam autem horum verborum intelligentia captu difficilis sit, cuilibet vel paululum attendenti perspectum est. Verumtamen sine mora & cunctatione oportet rem aggredi, spe in Domino collocata, qui pastoris precibus dabit nobis sermonem in apertione oris nostri. Ephes. 6. 19. Non amplius tres sapientissimi Salomonis libros novimus, Proverbiorum, Ecclesiastæ & Cantici Canticorum, unumquemque ad proprium scopum spectantem; quamquam omnes ad hominum utilitatem conscripti sunt. Proverbium enim morum est institutio, & correctio affectuum; & in summa, vitæ est disciplina, eorum quæ agenda sunt, præceptiones sanas ac cordatas complectens. Ecclesiastes vero physiologiam attingit, nobisque

que

Digitized by Google

que eorum quæ in hoc mundo sunt vanita- A tem patefacit; ut ne putemus res fluxas expetendas esse, aut animi curas in res futiles insumendas. Canticum autem Canticorum modum ostendit animarum perficiendarum. Continet namque Sponsæ & Sponsi concordiam, hoc est, animæ cum Deo Verbo familiaritatem ac consuetudinem. Sed ad propositum revertamur.

Prov. 1. 1. 2. *Proverbia Salomonis filii David, qui regnavit in Israel*. Proverbiorum nomen ab externis de sermonibus vulgatioribus usurpatum est, & de iis quæ in viis ut plurimum B dicuntur. Nam apud ipsos *οἶμος via* dicitur; unde etiam *parœmiam* definiunt, verbum triviale vulgi usu tritum, & quod a paucis ad plura similia transferri potest. Apud nos vero, parœmia est sermo utilis, cum temperata obscuritate expressus, secundum ipsam litteram multum complectens utilitatis, & multum intus intelligentiæ occultans.
Joan. 16. 25. Unde etiam Dominus: *Hæc*, inquit, *in parœmiis vobis loquutus sum. Venit hora cum jam non in parœmiis, sed palam loquar vobis*, quod sermo qui in parœmiam cessit, sensum C apertum & vulgo notum non habet, sed oblique intelligentiam suam indicat sagacioribus. Parœmiæ itaque Salomonis, hoc est, sermones exhortatorii, ad omne vitæ genus ac institutum utiles. Apposuit autem nomen scriptoris, ut personæ claritate alliceret auditorem. Nam auctoritas docentis & dignitas, ut sermonem efficit receptu facilem, ita attentiores discipulos reddit. Sunt igitur parœmiæ Salomonis, Salomonis illius, ad
3. Reg. 3. 12. quem dixit Dominus: *Ecce dedi tibi cor prudens & sapiens: sicut tu, non fuit ante te: &* D
Ibid. 4. 29. & 30. *post te non exsurget similis tibi*. Ac rursus, *Dedit Dominus sapientiam & prudentiam Salomoni multam valde, & latitudinem cordis velut arena quæ juxta mare. Et multiplicata est sapientia Salomonis super prudentiam omnium antiquorum hominum, & super omnes prudentes Ægypti*. Sic necesse fuit nomen apponi: *Parœmia Salomonis filii David*. Additur & pater, ut cognoscas sapientem fuisse Salomonem ex sapiente ac propheta patre, a puero sacris litteris eruditum, nec forte adeptum principatum: nec vi ulla potitum E regno ad se nihil attinenti, sed justo patris
3. Reg. 1. 33. judicio & Dei suffragio paterna sceptra consequutum. Hic rex erat Jerusalem. Ne hoc quidem otiosum est. Maxime quidem facit ad eorum qui ejusdem nominis sunt distinctionem: deinde etiam adhibitum est ob celeberrimi templi ædificationem, ut notum haberes ejus opificem, & totius in urbe gubernationis legumque & disciplinæ auctorem. Præterea multum conducit ut monita suscipiantur, regem esse eum qui sermonem conscribit. Etenim si regnum dominium est legitimum, perspicuum est documenta a rege data (qui scilicet hoc nomine vere dignus sit) æquitatis multum & juris habere; cum ad communem omnium utilitatem spectent, non ad privatæ utilitatis scopum referantur. Nam tyrannus a rege in hoc differt, quod ille commodum suum undecumque attendit: hic vero subditorum consulit utilitati. Enumerantur autem & libri utilitates, quæ & quantæ inde accedant discentibus.

3. Primum quidem sapientiam & discipli- Prov. 1. 2. nam ex parœmiis cognoscere licet. Est enim sapientia, scientia divinarum ac humanarum rerum, & causarum earumdem. Qui igitur Theologiæ dat operam rite ac feliciter, novit sapientiam, uti & beatus Paulus dicit: *Sapientiam autem loquimur inter perfe-* 1. Cor. 2. 6. *ctos: Sapientiam vero non sæculi hujus, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula*. Sed & qui ex mundi structura opificem considerat, novit & ipse Deum per mundi sapientiam. *Invisibilia enim ipsius a crea-* Rom. 1. 20. *tione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur*. Adducit autem nos ad Dei cognitionem, cum dicit: *Deus sapientia fun-* Prov. 3. 19. 8. 27. & 30. *davit terram*. Item, *Quando præparabat cælum, cum eo eram*. Et, *Eram apud ipsum coaptans; & ego eram, qua delectabatur*. Nam effingens nobis sapientiæ personam, hæc omnia de ea profert, ut cognitionem ejus claram ac conspicuam reddat. Ac omnino illud: *Dominus creavit me initium viarum sua-* Prov. 8. 22. *rum*, de sapientia in mundo apparente dicit: quæ voce per ea quæ videntur tantum non emissa, conclamat factam se esse a Deo, non autem in iis quæ condita sunt, sapientiam tantam casu relucere. Ut enim *cæli enarrant* Psal. 18. 1. *gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum*: (narrant autem absque voce); *non sunt* enim *loquelæ, neque sermones,* v. 4. *quorum non audiuntur voces eorum*: ita quidam sermones sunt & illius sapientiæ primigeniæ, cujus fundamentum ante reliqua in mundi opificio una cum rebus creatis jactum est. Hæc tacens clamat conditorem ac Dominum suum, ut per ipsam ad cognitionem ejus qui solus sapiens est, recurras.

4. Est & humana quædam sapientia, ipsa scilicet rerum ad vitam attinentium experientia, juxta quam sapientes dicimus eos, qui artium quarumvis utilium periti sunt. Quapropter etiam Scriptor magnam libri partem in id insumsit, ut ad sapientiam exhortaretur. *Sapientia in exitibus viarum ca-* Prov. 1. 20. *nitur, in plateis autem cum libertate agit, & in summis mœnibus prædicatur*. Cum enim videat hominum in se studium, nosque omnes ejus splendorem naturaliter amare, per sapientiæ laudes animas excitat ad eam impi-

gre

gre diligenterque consequendam. Sermonem ipsius ubique multum esse ait in viis, in foro, in arcibus civitatis. Idcirco dicit portas, plateasque & mœnia, sic ut per exitus quidem ac plateas claritatem ejus indicet: per mœnia vero, utilitatem ejusdem ac cætera, quæ ad omnem vitæ securitatem sufficiant. Et cum vellet nos ei consuetudine ac *Prov. 7. 4.* necessitudine conjungere: *Dic*, inquit, *sa-* *Ibidem 4. 6.* *pientiam tuam sororem esse*. Ac rursus; *Ama eam, & servabit te*. Deinde communem ipsius utilitatem ostendens, quod utilitas ipsius se *Prov. 9. 2.* peræque ad omnes extendat: *Mactavit*, in- *Hebr. 5. 14.* quit, *victimas suas:* hoc est, solidum cibum præparavit iis, qui animæ sensus habent ex- *Prov. 9. 2. &* ercitatos ob assuetudinem. *Miscuit in crate-* *Psal. 103. 15.* *rem suum vinum, lætificans cor hominis*. Craterem autem appellat communem generalemque bonorum participationem: unde omnibus licet, quantum quisque potest, & quantum cuique congruit, æqualiter haurire. *Et paravit suam mensam*. Omnia per *Prov. 9. 2.* emphasim dicit, spiritualia nobis per corporalia significans. Nam rationalem animæ cibum mensam nominat, ad quam alto cum C præconio convocat, hoc est, cum decretis ac institutis nihil humile aut abjectum ha- *Prov. 9. 4.* bentibus. *Qui insipiens est, declinet ad me*. Quemadmodum enim ars medica infirmis necessaria est: sic insipientes sapientia indi- *Prov. 3. 14.* gent. Et illud, *Melius est enim illam mercari, quam auri & argenti thesauros*. Item il- *Ibid v. 15.* lud, *Pretiosior est lapidibus pretiosis: omne autem pretiosum, non est illa dignum*. Et, *Prov. 9. 12.* *Fili, si sapiens fueris tibi, sapiens eris & pro-* *Prov. 13. 13.* *ximis tuis*. Illud quoque: *Filio sapienti prospere cedent actiones*. Et in summa, tibi licet sermonis veritatem cognoscere, per otium ea quæ de sapientia a Salomone dicta sunt *Sap. 1. 4.* colligenti. *Quoniam vero in malevolam animam non introibit sapientia*, prius animas eorum qui sunt cum sapientia colloquuturi, per divinum timorem expurgat. Nam projicere in vulgus mysteria salutis, & omnes ex æquo recipere, neque vita pura ornatos, neque exquisita & accurata ratione usos, perinde est ac si quis unguentum pretiosissimum in vas sordidum infuderit. Quamo- *Prov. 1. 7.* brem *initium sapientiæ timor est Domini*. Animæ autem expurgatio timor est, juxta prophetæ votum, qui ait: *Confige timore tuo* *Psal. 118. 120.* *carnes meas*. Nam ubi timor inhabitat, ibi tota animæ munditIes residet, aufugitque omnis pravitas atque actio impia: siquidem membra corporis, quod timore quasi quibusdam clavis confixa sint, ad turpia opera non queunt moveri. Sicut enim qui corporales clavos habet in seipso infixos, nihil agere potest ob eos quibus detinetur dolores: sic qui timore Dei correptus est, non oculo uti ad ea quæ non oportet, non manus movere A ad vetitas actiones, nun denique quidquam parvum aut magnum præter officium peragere poterit, exspectatione minarum perinde ut dolore quodam transfixus.

5. Porro profanos ac vulges a disciplinis divinis arcet, his verbis: *Qui sine timore sunt, in portis morabuntur*. Illud itidem: *Quæretis apud malos sapientiam, & non in-* *Prov. 14. 6.* *venietis*. Et rursus, *Quærent me mali, &* *Ibid. 1. 28.* *non invenient*, eo quod purgati non sint divino timore. Quare qui ad percipiendam sapientiam accessurus est, is a nequitiæ ignominiis per salutarem timorem expurgatus B accedat. Emersit igitur nobis aliud etiam bonum ex Proverbiorum doctrina, timoris scilicet adeptio, quæ nobis per sapientiam affertur. Nosse disciplinam, alterum erat inter promissa. Est autem disciplina, insti- *Prov. 1. 2.* tutio quædam animæ utilis, plerumque non sine multo labore eam a nequitiæ maculis expurgans, quæ *in præsens quidem non videtur* *Heb. 12. 11.* *esse gaudii, sed molestiæ. At postea fructum tranquillum reddit ad salutem, iis qui per illam fuerint exercitati*. Hanc igitur disciplinam nosse, non est mentis cujuslibet, quod plerique, ob difficultatem rerum agendarum animum despondentes, utilitatem eventus præ ruditate ac inscitia non præstolantur: sed ægre ferentes curationis austeritatem, in imperitiæ infirmitatibus permanent. Quapropter voces justorum sunt admiratione dignæ, dicentium: *Domine ne in furore tuo* *Psal. 6. 1.* *arguas me: neque in ira tua corripias me*. Non enim deprecantur disciplinam, sed iram. Huic consimile est & illud, *Corripe nos, Do-* *Jerem. 10. 24.* *mine, verumtamen in judicio, & non in ira*. D Illud quoque, *Disciplina Domini aperit aures* *Esa. 50. 5.* *meas*. Ut enim parvi pueri in discendo negligentes, postquam a magistris aut pædagogis flagro cæsi sunt, attentiores effecti, præceptiones suscipiunt, utque idem documentum ante verbera non audiebatur, sed post flagrorum dolorem, auribus quasi recens apertis, auditu & excipitur, & memoria retinetur: ita accidit & iis qui doctrinam divinam negligunt, ac præcepta aspernantur. Postquam enim experti sunt Dei correctionem ac disciplinam, tunc maxime Dei man- E data quæ semper fuerant enuntiata, semperque neglecta, quasi primum eorum auribus illabentia recipiuntur. Eam ob causam, *Disciplina Domini*, inquit, *aperit aures meas*. Quoniam igitur disciplina corripit eum qui se inordinate gerit, uti factitabat Paulus, *1. Tim. 1. 20.* qui tradebat satanæ quasi cuipiam carnifici torquenti ac flagello concidenti, ut discerent non blasphemare, rebellem autem reducit, de quo scilicet dictum est, *Post captivitatem* *Jer. 31. 19.* *suam pœnitentiam egit*, necesse est castigationis vim ac disciplinæ cognoscere, ad quot & ad quanta utilis sit. Itaque utilitatis ipsius gna-

Prov. 23. 13. gnarus Salomon, ita admonet : *Ne destiteris puerum castigare, quoniam si virga eum cecideris, non morietur. Nam tu virga percuties illum, animam vero illius liberabis a morte.*
Hebr. 12. 7. *Quis enim filius, quem non corripit pater?*
Hæc disciplina divitiis multis præstantior
apud æquos rerum æstimatores habetur.
Prov. 8. 10. Quapropter & ait Salomon : *Accipite disciplinam, & non argentum* : ut in tempore calamitatum, aut ægrotante corpore, aut domesticis rebus se male habentibus, nihil unquam pravi de Deo cogites, imo in multa
patientia inflictas ab ipso plagas accipias,
tamquam ob tua peccata castigatus, utque
tu quoque ob cognitam disciplinam dicas illud :
Mich. 7. 9. *Iram Domini sustinebo, quia peccavi*
Psal. 118. 71. *ei.* Et illud : *Bonum mihi, quia humiliasti*
2. Cor. 6. 9. *me.* Qualis erat Paulus, dicens : *Castigati, & morti non traditi.* Et illud, *Dum redar-*
1. Cor. 11. 32. *guimur, a Domino corripimur, ut ne cum hoc mundo damnemur.*

6. Quoniam autem ipsa etiam doctrinarum perceptio disciplina dicitur, uti scriptum est de Moyse, quod eruditus esset omni
Act. 7. 22. sapientia Ægyptiorum, non idcirco tamen
quibusvis disciplinis animum appellere, sed
utilissimam disciplinam cognoscere, plurimum confert ad salutem. Jam enim quidam
dediti aut geometriæ, quam invenerunt
Ægyptii, aut astrologiæ, quæ apud Chaldæos in pretio fuit, aut denique de figuris
umbrisque sublimi quadam ratione disputantes, divinorum oraculorum disciplinam doctrinamque contemsere. Quin etiam poetica, rhetoricaque & sophismatum inventio
multos occupavit, quarum materia mendacium est. Neque enim poetica consistere potest sine fabulis : neque rhetorica sine arte
dicendi : neque sophistica sine paralogismis.
Quoniam igitur multi ob horum studium
Dei notitiam neglexerunt, in vanis rebus
investigandis senescentes, idcirco necessaria
est disciplinæ cognitio, tum ad utilem disciplinam seligendam, tum ad eam quæ inutilis est & noxia, fugiendam. Licet quoque
intelligere prudentiæ sermones ei, qui attendit Proverbiis, ex eisque impigre utilitatem
capit. Prudentiam itaque unam esse scimus
ex generalibus virtutibus, qua nos homines
bona malaque & indifferentia edocemur.
Prudens enim utique a prudentia per derivationem appellatus est. Quomodo igitur ser-
Gen. 3. 1. pens bestiarum omnium prudentissimus fuisse
Matth. 10. 16. perhibetur? Et rursus Dominus : *Estote prudentes, sicut serpentes.* Imo villicus iniquitatis prudens vocatus est. An non liquet
prudentiæ nomen duplex esse? Una enim
suum ipsius commodum tuetur, sic tamen,
ut simul struat proximo insidias, qualis est
serpentis prudentia, caput suum custodientis. Hæc ista videtur astuta quædam esse mo-

A rum malignitas, quæ cito quod sibi utile est
comminiscitur, ac simpliciores deprædatur:
quali prudentia fugit villicus iniquitatis. Vera autem prudentia, agendorum & non agendorum cognitio est & secretio : quam qui sequitur, numquam secedet a virtutis operibus, numquam exitioso vitii jaculo transfigetur. Itaque qui intelligit prudentiæ sermones, novit qui captiosi sint & ad decipiendum compositi, quinam quoque, qui de
optimis in vita agendis nos submoneant : atque mensarii boni more, ut retinebit quod
B bonum fuerit, ita ab omni specie mala absti- 1. Thess. 5. 22.
nebit. Hæc prudentia tribuit ædificanti domum suam, ut fundamentum ipsius supra Matth. 7. 24.
petram ponat; hoc est, Christi fide suffulciat, ut in imbribus ventisque & fluminum
incursibus permaneat immota. Immobilem
enim in tentationibus constantiam, tam in
iis quæ humanæ sunt, quam in iis quæ nobis
e supernis inducuntur, Dominus nobis hujus parabolæ verbis ostendit : Praetereaque
nos docet, necessaria non negligere, sed vitæ viaticis præmature instructos, in cordis
C alacritate sponsi adventum exspectare :
Nam, inquit, prudentes virgines, quod Matth. 25. 10.
oleum in lampadibus haberent, ingressæ sunt
cum sponso : stultæ autem, quod imparatæ
essent, a thalami gaudio exclusæ sunt.

7. Sub hæc videamus quid sit suscipere Prov. 1. 3. juxta LXX.
versutias sermonum. Sermo quidem verus
& a sana mente proficiscens, simplex est &
unius ejusdemque rationis, eadem de iisdem
semper affirmans : varius vero & artificiosus, cum multum implexus sit & præparatus,
sexcentas formas assumit; seque ad gratiam
D colloquentium conciliandam transformans,
versutias innumeras animo versat. Ergo,
ut artificiosorum sermonum assultui fortiter
resistere possimus, adjumento magno sunt
parœmiæ. Nam qui ipsis intentus est, nec
negligenter earum monita auscultat, velut
experientia nbarmatus, versutias verborum
citra noxam ullam excipit, adeo ut neque
ab ipsis pervertatur, neque unquam a vero
discedat. Cum enim aliter natura se res habent, aliter vero de eis suadent verba, versutia quædam est, vel potius inversio verita-
E tis per sermonem facta. Et qui alius quidem
videtur, alius re ipsa est, strophis sermonum
utitur, fucum faciens iis quibuscum versatur, perinde ut lepores vulpesque canibus,
aliam viam commonstrantes, aliam carpentes. Quin & falsæ scientiæ antitheses strophæ
quædam sunt verborum. Etenim cum spiritualis doctrinæ simplicitatem non recipiant
ii, qui dialectica ad contradicendum acuti
sunt, iidem vim veritatis non raro sophismatum verisimilitudine evertunt. Has igitur sermonum strophas excipit qui parœmiis
munitus est. Imo siquando offendat proble-
mata,

mata, æquas utrimque probationes habentia, in quibus verisimilioris inventio judicatu difficilis sit: quoniam tamen exercitatus in proverbiis est, animo non confundetur, etiamsi disceptantes quam vehementissime æquales argumentorum plagas sibi invicem inferre videantur.

8. Id quoque parœmia largitur, ut intelligatur justitia vera. Quoniam igitur justitia habitus est, qui pro merito suum cuique distribuit, difficile autem est hoc assequi, partim quod alii ob prudentiæ inopiam non inveniant quomodo cuique distribuant quod æquum est, partim quod alii, affectibus humanis præoccupati, jus aboleant & abrogent tum, cum spretis pauperibus dynastas injuriosos non redarguunt, idcirco Proverbiorum liber suis se discipulis justitiæ veræ cognitionem daturum pollicetur. Et quia plerique laudem vulgi venantes, reipsa quidem injustitiam avaritiamque tamquam quiddam utile præferunt, specie vero & verbis æquitatem ac justitiam valde admirantur: ne hos quidem ignorabit vir parœmiis eruditus, sed cognoscet quæ adulterina ac spuria, quæ vera ac sincera sit justitia. Quoniam autem externi quoque sapientes multum de justitia disseruere, & probabilibus verbis fallunt eos qui ejus rei quæ expendenda proponitur, rationem veram assequi non possunt, indicaturum se justitiam veram pollicetur liber ille, ut noxam caveamus sophismatum. Jam vero gentium etiam jura haud parum inter se diversa, animis eorum qui accuratam justitiæ rationem non comprehenderunt, perturbationem confusionemque afferunt. Etenim gentes nonnullæ parricidium justum & æquum ducunt; aliquæ omnem cædem uti scelestam aversantur. Aliæ maxime colunt pudicitiam: aliæ in matres filiasque & sorores libidine furunt. Denique plerique prisca consuetudine victi, ausorum suorum exsecrationem ac ignominiam non dignoscunt. Sed hic liber justitiam veram docens, homines a belluinis illis & insulsis affectibus liberat. Est autem justitia quædam, quæ inter nos versatur, æqui videlicet distributio. Quamquam enim id non omnino assequimur; tamen si justissimo consilio in agendo utamur, non aberramus scopo. Est & alia a justo judice cælitus inducta, tum emendans, tum vicem rependens, quæ ob reconditorum in se dogmatum sublimitatem cognitu valde difficilis est. Hoc enim, opinor, Psalmista dicit: *Justitia tua sicut montes Dei.* Psal. 35. 7. Hanc igitur plane veram divinamque justitiam manifestaturum se promittit iis, qui fuerint in parœmiarum doctrina exercitati.

9. Rursus cum peccata alia sint involuntaria, alia a pravo animo oriantur, non eadem quoque in his regula est æqui. Ponamus enim fornicationem esse judicandam, duasque esse meretrices. Sed una quidem lenoni vendita, necessarió in malo versatur, quæstum per corpus hero malo afferens: altera vero sponte se peccato ob voluptatem mancipat. Aliter utique datur venia involuntariis: aliter ea quæ ex prava voluntate fiunt, condemnantur. Rursus unus aliquis peccavit, prave ab initio educatus; quippe & a parentibus injustis procreatus introivit in vitam, & inter verba factaque iniqua nutritus fuit: alter vero multa habens virtutis incitamenta, educationem honestissimam, admonitionem parentum, magistrorum disciplinam, auditionem diviniorum sermonum, castigatam moderatamque diætam, & alia quibus anima ad virtutem instituitur: postea tamen delapsus est & ipse in simile peccatum; nonne jure ac merito qui ejusmodi est, supplicio graviori punietur? Nam ille quidem de solis salutaribus subsidiis animo nostro inspersis accusabitur, quod eis non probe sit usus: sed hic insuper, quod omne auxilium sibi datum prodiderit, imprudenterque in pravam vitam abreptus sit. Itaque justitiam veram intelligere, animi est vere magni, mentisque perfectissimæ. Fortasse autem habet & promissionem, fore, ut qui in proverbiis eruditus fuerit, possit de cætero ad accuratam theologiæ contemplationem animum adjungere. Nam vera justitia Christus est, *qui factus est nobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio.* 1. Cor. 1. 30. Accedit etiam ad veræ justitiæ cognitionem, ut judicium dirigatur. Prov. 1. 3. juxta LXX. Nam fieri non potest, ut qui prius in justitiæ cognitione eruditus non fuerit, ambiguas res recte dijudicare possit. Neque enim Salomon ipse nisi in seipso æqui ac recti rationes exquisitas habuisset, celeberrimum illud judicium quod de puero inter meretrices protulit, tam recte appositeque potuisset efferre. Cum enim testibus carerent quæ ab utraque dicebantur, ad naturam cucurrit; 3. Reg. 3. 25. ejusque ope quæ ignorabantur, invenit. Et vero aliena sine ulla commiseratione pueri necem approbabat: vera autem mater ob naturalem charitatem ne cædem quidem audire sustinuit. Qui igitur novit justitiam veram, atque ab ea suum cuique distribuere didicit, is judicium dirigere potest. Ut enim sagittarius jaculum ad scopum dirigit, si neque excedens, neque deficiens, neque in alterutram partem declinans a sagittariorum arte aberrat: sic judex ad id quod justum est collineat, si nullam habeat personarum rationem (personam enim in judicio cognoscere bonum non est) Prov. 24. 23. & si in agendo nullo modo in alterutram partem declinet, sed proferat judicia recta nihilque obliqui habentia. Jam si fuerint duo ab ipso judicandi, quorum alter plus æquo, alter minus habeat,

stat

stat judex ambos inter se exæquans; & tan-
tum aufert ei qui plus satis habet, quantum
ei qui injuriam accepit, deesse deprehendit.
Sed qui justitiam veram non habet in anima
sua prius insitam, sed aut pecuniis corruptus
est, aut amicitiæ favet, aut inimicitiam ul-
ciscitur, aut potestatem reveretur, is judi-
cium dirigere non potest: cui in psalmo dici-
Psal. 57. 2. tur: *Si vere utique justitiam loquimini, recta
judicate filii hominum*. Indicium enim animi
ejus qui erga æquum ac jus bene afficitur, re-
ctitudo est inter judicandum. Unde & ipse
Prov. 20. 10. in sequentibus prohibet, dicens: *Pondus* B
*magnum, & parvum, abominabilia apud Do-
minum*, inæqualitatem judicii per ponde-
rum appellationem in proverbii modum
adumbrans. Nec hoc solum judicantibus uti-
le est: sed idem confert etiam ad singulas res
in vita seligendas. Cum enim habeamus in
nobis judicium quoddam naturale, quo bona
a malis secernimus; necesse nobis est, in iis
quæ agenda sunt eligendis recte quasque res
discernere, & quasi judicem aliquem, qui
æquabili ac justissimo animo de contrariis ju-
dicet, tum virtuti obsecundare, tum vitium C
condemnare. Exempli causa, scortatio &
pudicitia apud te judicantur, & excelsa tua
mens ejusmodi judicio sibi commisso præsidet;
atque voluptate scortationi favente, timor
Dei suppetias venit castimoniæ. Quod si da-
mnato peccato, victoriam pudicitiæ dede-
ris, de re sententiam rectam tulisti: sin au-
tem ad voluptatem inclinans, præferendum
esse peccatum pronunties, obliquum fecisti
judicium, obnoxius factus exsecrationi ejus,
Esa. 5. 20. qui dixit: *Væ, qui dicitis amarum dulce, &
dulce amarum: qui dicitis lucem tenebras, &* D
tenebras lucem.

10. Quoniam igitur juxta ipsum Salomo-
Prov. 12. 5. nem, *cogitationes justorum judicia sunt*, ope-
ra est sedulo danda, ut intus in abdito cogi-
tationum foro recta de rebus judicia feramus,
habeamusque mentem trutinæ similem, quæ
citra inclinationem ullam agenda quæque
appendat. Quando quodvis mandatum &
oppositum ei vitium judicio tuo permittun-
tur, da victoriam legi Dei contra peccatum.
Habendi appetentia major & æquitas judi-
cantur? pronuntia adversus alienorum cu- E
piditatem, da calculum potiorem virtuti.
Diffident inter se convitium & lenitas? pu-
dorem incute convitio, & antepone lenita-
tem. Odium & dilectio contendunt? illud
ignominia affectum, quam longissime able-
gato, dilectionem vero honore decoratam,
tibiipsi facito familiarem. Simulatio & sim-
plicitas, fortitudo & timiditas, prudentia
& stultitia, justitia & injustitia, pudicitia
& impudicitia, &, ut brevi dicam, virtus
quælibet cum quolibet vitio judicium subit?
Tunc igitur judiciorum rectitudinem osten-
A dito in occulto animæ tuæ judicio, præcep-
tumque quasi assessorem adhibens tibi, odium
in nequitiam tuum commonstrato, aversans
peccata, virtutes præferens. Si enim facis
ut in singulis actionibus vincant apud te me-
liora, beatus eris *in die illa, cum judicabit* Rom. 2. 15. & 16.
*Dominus occulta hominum secundum evange-
lium nostrum, cogitationibus inter se & accu-
santibus, aut & defendentibus*, nec abibis
condemnatus ob ullam ad mala inclinatio-
nem: sed justitiæ coronis honorabere quibus
virtutem per omnem tuam vitam coronave-
ris. Quot bona conciliabit tibi Proverbio-
rum liber, qui docet & veram colere justi-
tiam, & judicium dirigere?

11. Ecquid igitur his amplius? *Ut det*, in- Prov. 1. 4.
quit, *innocentibus astutiam, ac puero juveni
& sensum & intelligentiam*. Dupliciter in-
telligimus innocentiam. Aut enim quadam
a peccato alienationem, quæ ratione fit, ex-
cogitamus; vitiique velut quadem radice
per longam attentionem bonorumque medi-
tationem excisa, ob integram ejus privatio-
nem, innocentiæ appellationem accipimus:
aut innocentia dicitur, cum mali nondum
est experientia, cum sint qui sæpe ob pueri-
lem ætatem aut vitæ alicujus institutum vi-
tia quædam non experiantur. Exempli gra-
tia, puer non novit superbiam, non novit
dolum & fallaciam. Rursus sunt qui ruri de-
gentes, non sciunt dolos mercatorum, ne-
que forenses simultates. Qui tales sunt, eos
innocentes vocamus; non quod voluntate a
malitia secesserint, sed quod nondum habi-
tum malum fuerint experti. Innocens autem
proprie est, qualis erat David, cujus hæc
sunt, *Ego autem in innocentia mea ambulavi:* Psal. 25. 11.
qui videlicet omnem nequitiam per virtutis
exercitationem ab anima sua amoverat, qui
& bonorum hæreditatem consequitur. *Do-* Psal. 83. 13.
*minus enim bonis non privabit eos, qui ambu-
lant in innocentia*. Quisquis ejusmodi fuerit,
fidenter dicturus est: *Judica me, Domine,* Psal. 25. 1.
quoniam ego in innocentia mea ambulavi. Ac
iterum: *Judica me secundum justitiam meam,* Psal. 7. 9.
& secundum innocentiam meam super me.
Morum autem simplicitas, generositas, ca-
rens artificio indoles, character sunt inno-
centiæ insigne. Cujusmodi erat Jacob:
fuco carens, inquit, *habitans domum*: hoc Gen. 25. 27.
est, utens naturali simplicitate, nullamque
speciem ab arte confictam, quasi quamdam
larvam ad obvios quoslibet decipiendos sibi-
ipsi circumponens. Hic tamen innocentem
dicere videtur, hominem mali inexpertum;
cui etiam laudabili astutia opus esse ait, ut
præter naturalem simplicitatem comparet
quoque prudentiam in experimento sitam,
bonaque astutia quasi quodam telo commu-
nitus, vix possit inimicorum insidiis circum-
veniri. Oportet enim, puto, perfectum vi-

rum, prudentem quidem esse ad bonum, simplicem vero ad malum. Hinc velut ex fonte quodam hauriant innocentes salutarem astutiam. Prov. 12. 13. *Vir enim astutus ibronus est sensus.* Et, Ibid. 27. 12. *Astutus malis supervenientibus abscondit se.* Ibid. 15. 5. Et, *Qui autem cavet reprehensiones, astutior est.* Est igitur astutia id quo aguntur omnia per artificiosam quamdam industriam, quemadmodum maleficium est id quo malum solum perpetratur. Quoniam igitur actio omnis in astutum cadit, itemque in omnibus mala occurrunt, duo significat astuti nomen. Et qui quidem in aliorum perniciem solertia & artificio utitur, malus est: qui vero actutum ac prudenter suum ipsius bonum deprehendens, noxas dolose ac insidiose sibi ab aliis præparatas evitat, est astutus laude dignus. Itaque ad vocem astutiæ animum diligenter attende; noverisque medium quemdam esse habitum, quo alter quidem astutia ex sano consilio usus in rem suam, & proximi usus laudandus est: alter vero ipsam ad proximi perniciem adhibens, reprehensioni fit obnoxius, ut qui industria sua ceu quadam perdendi occasione utatur.

12. Porro hujusce dexteritatis usu plena Exod. 12. 35. est historia in utramque partem. Pulchra est astutia Hebræorum, qui, deceptis Ægyptiis, ut urbium conditarum mercedem receperunt, ita materias ad tabernaculum con- Exod. 1. 17. struendum sibi compararunt. Laudabiliter astutia usæ sunt nutrices, quæ mares Hebræorum servavere. Pulchra est astutia Rebec- Gen. 27. 28. cæ, quæ benedictionem magnam filio con- Jos. 2. 4. ciliavit. Rahab pulchre fuit astuta: pulchre Gen. 31. 34. itidem Rachel. Illa, quod exploratores servavit: hæc, quod patrem decepit, & ab Jos. 9. 4. idololatria liberavit. At vero Gabaonitæ ad- 2. Reg. 15. 4. versus Israelitas prave astuti extitere. Mala fuit astutia Absalonis, qui simulatione æquitatis pellexit subditos, ac patri insidia- Psal. 82. 4. turus magnam rebellium copiam coegit. Reprehenduntur etiam aliqui, quod inierint consilium astutum & malignum in populum Dei. Cæterum hoc loco astutiam quæ utiliter adhibetur, Scriptura probat, cum sit quasi armatura ad vitæ negotia, atque per seipsam animas simpliciorum communiat. Nam hanc astutiam si habuisset Eva, serpentis dolis seduci non facile potuisset. Innocentem igitur, qui, quod credat sermoni omni, facile mente corrumpitur, doctrina ejusmodi munit & corroborat: siquidem astutiæ utilitatem ceu quoddam ad vitæ negotia adjumentum ei impertit.

13. Consequens est, ut consideremus, quomodo *puero juveni det sensum & intelligen-* 2. Cor. 4. 16. *tiam.* Duplex cum sit homo, ut ait Apostolus, unus exterior, interior alter; necesse nobis est, ætatem etiam tam secundum eum qui conspicitur, quam secundum eum qui

A in occulto intelligitur, pariter in utroque accipere. Dicere autem puerum recens natum corporalem sensum recipere, propemodum risum movet. Quem enim sensum largiri potest hic liber? cum & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus statim nobiscum edantur; nec accedant ex doctrina, sed per hos natura animal absolvat. Neque igitur puer corporaliter intelligendus est, neque ullus sensus ex enumeratis: sed de interiore homine accipiendæ ætates sunt. Didicimus enim in multis Scripturæ locis,

B quemdam animæ statum puerilem esse, alium esse ejusdem vigentis, alium jam senis. Verbi causa, ut a Paulo fuimus edocti, 1. Cor. 3. 1. pueri erant Corinthii, idcircoque lacte adhuc eis opus erat, primaria scilicet & simpliciore evangelii doctrina, cum solidam dogmatum escam nondum digerere possent. Adolescens autem animo est, qui prorsus omnibus virtutis partibus absolutus est, qui spiritu fervet, qui ad pietatis actiones strenuus est, & ad omnia opera bona fortiter peragenda vegetus: qui & violentus ab evan- Matth. 11. 12.

C gelio vocatur, valens scilicet rapere regnum cælorum: quem & sanctus Spiritus velut ad hymnos canendos idoneum assumit: *Juvenes* Psal. 148. 12. *enim*, inquit, *& virgines laudent nomen Domini.* Et in Joele promissum est, fore, ut juvenes visiones videant. Senex autem ani- Joel 2. 28. mo est, qui prudentia perfectus est: qualis erat Daniel, qui in juvenili corpore sapientiam gravitatemque omni canicie venerabiliorem præ se ferebat. Quapropter ei dicunt viri illi pleni dierum malorum: *Veni, sede in* Dan. 13. 50. *medio nostrum; & nuntia nobis, quod tibi*

D *Deus dederit honorem senectutis.* Itaque & hic puerum novum dicit eum, qui per lavacrum regenerationis renatus est & educatus, atque ut parvulus effectus, quique per ejusmodi statum idoneus est ad regnum cælorum. Proverbiorum igitur liber infanti sic recens nato, rationale lac & sincerum appetenti, ubi per se exercitatus est, sensum & intelligentiam impertit: sensum quidem præsentium, intelligentiam vero futurorum. Erudit enim in rebus humanis, tribuitque rerum sensum; sic ut neque turpibus voluptatibus

E quisquam inserviat, neque mundi hujus inani gloriæ inhiet. Prætereaque futuri sæculi intelligentiam confert, ac sermonibus suis ad promissorum fidem provehit.

14. Sed quoniam ætatum differentias ad internum hominem transtulimus, consequens etiam fuerit, ut sensuum nomina ad animæ potentias transferamus. Itaque cum Prov. 22. 17. dicit, *Sermonibus meis admove aurem tuam,* scire nos convenit quod obsequentem animum requirat, haud secus ac Dominus: *Qui habet aures audiendi, audiat:* Et illud, Matth. 13. 9. *Sermo sapiens in aurem obedientem.* Per hæc Prov. 25. 12. igi-

igitur & consimilia sanum auditus sensum
Ibid. 4. 25. puero novo dat. Cum vero dicit, *Noli attendere pravæ mulieri:* ac rursus, *Noli defigere in eam obtutum tuum:* item, *Oculi tui recta videant;* largiri se puero animæ quasi visum
24. 13. aperte ostendit. Et cum admonet, *Comede fili mel, ut dulcescat guttur tuum,* (doctri-
Psal. 118. 103. nam divinam tropice mel appellans: *Quam dulcia* enim, inquit, *faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo;*) per hanc admonitionem perficit spiritualem animæ gustum,
Psal. 33. 9. de quo dictum est: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Est autem & tactus qui-
B dam animæ, quo sapientia eam attingit,
Prov. 4. 6. & 8. amatorem suum velut amplectens. *Ama*
Eccl. 3. 5. *enim,* inquit, *ipsam, ut te amplexetur.* Et rursus Ecclesiastes, *Tempus est amplectendi, & tempus longe discedendi ab amplexu.* Corpora quidem amplexibus impuris coinquinantur: anima vero sapientiæ amplexu tota ex toto ei conjuncta, sanctimonia completur ac puritate. Sic igitur puero juvenculo sensum tribuit. Quomodo vero intelligentiam
Prov. 11. 4. indit? nimirum cum dicit: *Non proderunt facultates in die mala.* Injicit enim cordi tuo
C cogitationem de die illa, in qua tibi pecuniarum copia adjumento non erit, neque
Prov. 2. 21. eximet te æterna pœna. Aut cum dicit: *Innocentes autem hæreditabunt terram,* terram videlicet illam, cujus etiam mites sunt hære-
Psal. 36. 11. des, tum juxta Psalmistam dicentem: *Mites autem hæreditabunt terram,* tum juxta præ-
Matth. 5. 4. dicatam a Domino beatitudinem, *Beati enim,* inquit, *mites, quoniam ipsi possidebunt ter-*
Prov. 3. 35. *ram.* Et rursus: *Gloriam sapientes hæreditabunt.* Ita ad bona quæ promissa sunt desideranda exstimulat animam. Hanc intelligen-
D tiam puero novo dat, metum quidem minarum quæ peccatoribus intentantur, desiderium vero eorum quæ justis sunt parata. *Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit.* Magnam vim Proverbiis adscribit Scriptura, videlicet quod superant sapientum sapientiam, & quod documenta in hoc libro tradita, majora sunt quam quæ apud sapientes reperiuntur. Quare aliorum quidem magistrorum discipulis innumeri exsistunt: ejus vero libri auditores, sapientes sunt. Quoniam autem
1. Cor. 1. 20. ambiguum est sapientum nomen (sapientes
E enim dicuntur etiam mundi hujus sapientes,
1. Cor. 11. 19. itemque sapientes vocantur, qui sapientiam veram Dominum nostrum Jesum Christum per fidem in ipsum receperunt), eos qui a doctrina nostra alieni sunt, ubi ad sanam parœmiarum doctrinam accesserint, sapientiores fore Scriptura pollicetur, sic ut rerum inanium spreta cognitione, admirationem suam in veritatem transferant. Aut quoniam multis modis sapiens dicitur (etenim & qui sapientiæ desiderio tenetur, & qui jam proficit in sapientiæ contemplatione, & qui

A jam in eo habitu perfectus est; eodem nomine appellantur), hæc ubi audierit sapiens, sive qui sapientiæ fuerit amator, sive qui jam in ipsa profecerit, futuri sunt sapientiores. Et vero ut multa de rebus divinis dogmata discent: ita multa de humanis docebuntur, hoc isto libro varie vitium profligante, & rursus multis modis virtutem inducente. Linguam iniquam frænat, oculum erudit prava intuentem, manus violentas neminem sinit priorem inferre, otium obigit, desideria turpia reprimit, docet prudentiam, do-
B cet fortitudinem, temperantiam adornat. Quare hæc qui edoctus fuerit, ederirque fortiter in semetipso deteriora, & boni desiderium impetu majore velut acclamatione quadam fuerit adeptus, sapiens cum sit suo ipsius impetu, tamen per perfectionem ex doctrina accedentem sapientior efficitur.

15. *Intelligens autem gubernationem obtinebit.* Prov. 1. 5. Qui ad artem aliquam assumendam accessurus est, eum oportet aptam expeditamque naturam ad eam exercendam habere: luctatorem, corpus bene constitutum & ro-
C bustum: cursorem, concinnitatem membrorum atque levitatem: ad eumdemque modum gubernatorem, acumen mentis ac sagacitatem. Quamobrem non quemlibet ad gubernationem vocat Scriptura, sed intelligentem. Quid autem est gubernatio, nisi omnino animi scientia atque ars, circa rerum humanarum instabilitatem, quomodo par sit eam trajicere? Nam locis multis invenimus vitam hanc, aquas & mare a Scriptura appellatam, ut in Psalmo: *Misit de* Psal. 17. 17.
D *summo, & accepit me: assumpsit me de aquis multis.* Etenim vitæ tumultum aquas apertè vocat. Neque enim res secundæ, & quarum studio plerique tenentur, stabilitatem ac diuturnitatem habent, neque res adversæ ac tristes constanter perseverant: sed agitationi cuidam motuique & inopinatis mutationibus obnoxia sunt omnia. Quemadmodum igitur fieri non potest, ut mare diu idem permaneat (quod enim nunc tranquillum ac stabile vides, paulo post conspicies ventorum vi exasperatum; quod vero efferatum est & æstu effervescens, mox tranquillitas alta se-
E dat): sic etiam res mundanæ in utramque partem facile convertuntur. Eam ob causam gubernatore opus est, ut & in vitæ tranquillitate omnibus ex animi sententia procedentibus, mutationes præstoletur, nec in præsentibus tamquam semper permansuris conquiescat, neque de se desperet in statu mœstiore, neque abundantiore tristitia absorptus submergatur. Neque enim corporis valetudo, neque juventutis flos, neque domus felicitas, neque reliqua vitæ prosperitas, diu durat: sed si in hac vitæ serenitate versaris, tamen rerum procellam ac tempestatem ali-

HOMILIA XIII. EXHORTATORIA *ad sanctum baptisma*.

1. SApiens ille Salomon rerum in vita gerendarum tempora distinguens, & singulis quæ fiunt idoneum assignans, ait: *Omnibus tempus est, & tempus omni rei est: tempus pariendi, & tempus moriendi.* (Eccl. 3. 1.) Ego vero immutata paululum Sapientis sententia, dixerim vobis inter annunsiandum salutare præconium, tempus moriendi esse, & tempus nascendi. Quorsum hic sermo mutatus? quia ille quidem de ortu interituque differens, corpoream naturam sequutus, ortum morti præposuit (fieri enim non potest, ut mortem experiatur qui prius natus non sit): ego vero de generatione spirituali verba facturus, mortem vitæ præpono. Cum enim carne morimur, contingit nobis ut spiritu nascamur, uti ipse quoque Dominus ait: *Ego occidam, & vivere faciam.* (Deut. 32. 39.) Moriamur igitur, ut vivamus. (Rom. 8. 7.) Perimamus affectum carnis, qui Dei legi subjici non potest, ut valida spiritus affectio in nobis gignatur: unde vita paxque solet oriri. Sepeliamur una cum Christo, qui pro nobis mortuus est, ut etiam una cum Christo qui nobis resurrectionis auctor fuit, resurgamus. Tempus aliud aliis quidem rebus idoneum est: proprium somni, proprium vigiliarum, proprium belli, proprium pacis: sed baptismatis tempus tota hominum vita est. Neque enim corpus quod non respirat, vivere, neque anima quæ Conditorem non cognoscit, consistere potest. (Ignoratio Dei mors est animæ.) Dei enim ignoratio animæ mors est. Qui autem non est baptizatus, ille nec illuminatus est. Rursus sine luce, nec oculus quæ sua sunt cernit, nec anima Deum contemplari potest. Itaque tempus omne ad salutem per baptisma adipiscendam opportunum est: sive noctem dicas, sive diem, sive horam, sive temporis punctum, sive quidvis minutissimum. Credere tamen par est, id tempus opportunius esse, quod fuerit magis proprium magisque affine. Quid autem majorem habere potest cum baptismate cognationem, quam dies paschatis? Hæc enim dies monumentum est resurrectionis: baptisma vero vis est atque facultas resurgendi. Itaque in resurrectionis die suscipiamus resurrectionis gratiam. Quapropter e longinquo Ecclesia alumnos suos præconio alto convocat, ut quos pridem parturiit, sum demum pariat, eisque a primæ institutionis doctrina tamquam a lacte submotis, solidam dogmatum escam præbeat degustandam. Joannes prædicabat baptisma pœnitentiæ, ad idque egrediebatur Judæa tota: prædicat Dominus baptisma adoptio-

A nis filiorum, ecquis eorum qui in ipso spem reposuere, morem non geret? Baptisma illud vim habebat introducendi: hoc, perficiendi. Illud erat secessus a peccato: hoc conjunctio est cum Deo. Unius viri erat prædicatio Joannis, & omnes ad pœnitentiam traxit: tu vero qui per Prophetas doceris: *Lavamini, mundi estote:* (Esa. 1. 16.) qui per Psalmos admoneris, *Accedite ad eum, & illuminamini:* (Psal. 33. 6.) qui per Apostolos faustum illum nuntium andis: *Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Chri-* (Act. 2. 38.)

B *sti in remissionem peccatorum, & accipietis promissionem Spiritus sancti:* qui ab ipso Domino invitaris, dicente: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* (Matth. 11. 28.) (hæc enim omnia hodie in lectione concurrerunt), differs tamen, deliberasque & cunctaris. Tu qui a puero fidei rudimentis imbutus es, nondum assensisti veritati? Tu qui semper edisćis, nondum pervenisti ad cognitionem? Per omnem vitam experimentum capis, ad senectutem usque exploras; quando tandem fies christianus?

C Quando agnoscemus te ut nostrum? anno superiore hoc tempus præstolabare, nunc rursus exspectas venturum. Cave deprehendaris promissa facere vita longiora. Ignoras quid sequens dies pariturus sit; ne tibi promitte quæ tua non sunt. Ad vitam te, homo, vocamus, quid fugis vocationem? ad bonorum participationem, quid donum prætermittis? Apertum est cælorum regnum: verax est qui vocat: via facilis, non tempore, non sumtu, non labore opus est, quid differs? quid tergiversaris? quid jugum per-

D horrescis velut juvenca quædam jugum nondum experta: *suave est, leve est:* (Matth. 11. 30.) collum non obterit, sed condecorat. Neque enim lignum illud quod a jugo propendet, circa collum ligatur, sed ultro ac libere trahentem poscit. Vides incusari Ephraim tamquam vitulam asilo percitam, (Osee 4. 16.) quod legis contempto jugo, inordinate oberret. Subde indomitam cervicem tuam; Christi fias jumentum, ut ne jugo solutus liberamque vitam degens, capi a bestiis facile possis.

2. *Gustate & videte quoniam suavis est Do-* (Psal. 33. 9.)

E *minus.* Qui fieri poterit, ut mellis dulcedinem exhibeam ignorantibus? *Gustate & videte.* Sensus ratione omni evidentior est ad experimentum. Judæus circumcisionem non differt propter comminationem illam: *Omnis anima quæ non circumcidetur die octavo, peribit de populo suo:* (Gen. 17. 14.) tu vero circumcisionem (Col. 2. 11.) non manu factam, sed quæ per baptisma in exspoliatione carnis perficitur, differs, posteaquam Dominum ipsum audivisti: *Amen amen dico vobis, nisi quis natus fuerit per aquam & spiritum, non intrabit in regnum Dei.* (Joan. 3. 5.) Et illic quidem dolor est & ulcus: sed

hic-

Digitized by Google

hic ros animæ, & cordis ulcerati medela. Adoras eum qui pro te mortuus eſt? Sine igitur una cum ipſo ſepeliri te per baptiſma. [Col. 2. 12.] Si ei non fueris inſertus per ſimilitudinem [Rom. 6. 5.] mortis ejus, quomodo reſurrectionis eris ſo- [1. Cor. 10. 2.] cius? Iſrael ille in Moſen baptizatus eſt in nube & in mari, cum tibi commonſtraret typos, ac veritatem quæ in extremis temporibus oſtendenda erat, quaſi ſigno & charactere impreſſo, cognoſcendam præberet: tu vero fugis baptiſma, quod non in mari figuratur, ſed in veritate perficitur: non in nube, ſed in Spiritu: non in Moſen conſervum, ſed in Chriſtum conditorem. Iſrael niſi tranſiſſet mare, a Pharaone ſejunctus non fuiſſet: tu quoque niſi per aquam tranſieris, ab amara diaboli tyrannide non ſeparabere. Non bibiſſet utique ille ex ſpirituali petra, ſi non fuiſſet per figuram baptizatus: neque tibi dabit quiſpiam potum verum, niſi [Pſal 77. 25.] fueris vere baptizatus. Comedit ille panem angelorum poſt baptiſma: tu vero quomodo comedes vivum panem, niſi prius baptiſma ſuſceperis? Ingreſſus eſt ille ad terram promiſſionis propter baptiſma: tu vero quomodo reverteris in paradiſum, niſi ſis baptiſmate obſignatus? An non noſti flamme- [Gen. 3. 24.] um gladium ad cuſtodiendam viam ligni vitæ appoſitum fuiſſe, incredulis quidem horrendum & flammantem, credentibus vero acceſſu facilem, & jucunde coruſcantem? Imo verſatilem illum fecit Dominus: cum enim fidelem viderit, terga dat; cum vero quempiam non obſignatum, aciem obvertit.

[4. Reg. 2. 11.] 3. Elias currum ignis, igneoſque equos ad ſe venientes non expavit: ſed ad ſuperna proficiſci percupiens, formidanda auſus eſt, atque læte admodum, cum adhuc in carne viveret, currus flammeos aſcendit. Tu vero non igneos currus inſcenſurus, ſed per aquam & Spiritum ad cælum aſcenſurus, non accurris ad vocationem? Elias vim baptiſmatis in ara holocauſtorum oſtendit non igni, ſed aqua victimam totam exurens, cum alioqui ignis natura aquæ adverſetur. Poſtquam enim aqua ter myſtice tunc ſuper aram effuſa fuiſſet, ignis exſtitit origo, [3. Reg. 18. 34.] atque in modum olei flammam accendit. *Accipite mihi*, inquit, *hydrias, & infundite ſuper holocauſtum, & ſuper ſegmenta lignorum. Et dixit: Secundo facite, & ſecundo fecerunt: tertio facite, & tertio fecerunt.* Quibus Scriptura oſtendit per baptiſma Deo conjungi ac conciliari qui venerit, puramque ac cæleſtem lucem in accedentium animis per fidem in Trinitatem refulgere. Quod ſi aurum eccleſiæ diſtribuerem, non utique eſſes mihi dicturus: Cras veniam, & cras dabis: ſed jam expoſceres urgens diſtributionem, & dilationem animo iniquo ferres. Quoniam

A vero hic ille magnorum donorum largitor non materiam pulchre coloratam, ſed animæ puritatem tibi offert, comminiſceris excuſationes; atque cauſas & impedimenta recenſes, cum ad donum deberes accurrere. O rem miram! renovaris, nec conflaris: reformaris, nec contereris: curaris, nec ſentis dolorem, & tamen id beneficii tecum non reputas. Servus hominum ſi eſſes, ſervique fuiſſet propoſita libertas, nonne occurriſſes ad ſtatam diem, conducens patronos, judiceſque rogans, ut omni opera aſſereris in li**B**bertatem? quin & alapam, poſtremam ſervorum pœnam perferres, ut in poſterum a verberibus liber fieres & immunis. Quoniam autem te ſervum non hominum, ſed peccati, ad libertatem præco vocat, ut te captivitate ſolutum ex æquo cum angelis civitate donet, teque efficiat per adoptionis gratiam filium Dei, & bonorum Chriſti hæredem: nondum tempus eſſe hæc dona excipiendi dicis. O impedimenta prava, o turpem & interminatam occupationem! Quouſque tandem voluptates? uſquequo deliciæ? Vixi**C**mus multum tempus mundo, reliquum vivamus & nobiſipſis. Ecquid animæ æquiparabile? Quid regno cælorum comparandum? Quis tibi conſiliarius fide dignior quam Deus? Quis prudentior ſapiente, aut quis utilior bono? Quis conditore conjunctior? Nec Evæ ſerpentis conſilio crediſſe magis quam Domini profuit. O inepta verba! non vacat ſanari, nondum oſtendas mihi lucem, nondum conjungas me regi. Nonne hæc aperte loqueris? imo etiam his abſurdiora. Tu enim ſi eſſes tributis publicis obnoxius, **D** nuntiareturque undelibet debitoribus reſciſſio æris alieni: deinde eſſet qui per injuriam privare te hac condonatione conaretur; ſuccenſeres utique & clamares, ut qui ea omnis beneficii portione quæ ad te attineret, ſpoliareris. Poſtquam vero non præteritorum modo condonatio, ſed futurorum etiam largitiones prænuntiatæ ſunt; te ipſe injuria afficiens, quantum ne ullus quidem inimicus tibi nocuiſſet, putaſne te tibi convenienter conſuluiſſe utiliterque providiſſe, qui ſcilicet non admittas condonationem, ſed in **E** ære alieno immoriaris? Maxime cum ſcias, quod decies mille talentorum debitor confe- [Matth 18. 24.] quutus fuiſſet condonationem, niſi ipſe per ſuam in conſervum inhumanitatem exactionem in ſe renovaſſet. Quod ne nobis quoque accidat poſt acceptum hoc munus, ſi debitoribus noſtris non dimittamus, cavendum: ut donum firmum in nobis ac ſtabile permaneat.

4. Ingredere in conclave animæ tuæ, revolve geſtorum tuorum memoriam. Si multa ſunt peccata tua, ne deſperes ob multitudinem. *Ubi enim abundavit delictum, ſuperabun-* [Rom. 5. 20.]

bundavit gratia; si modo gratiam suscipias. A Multum enim debenti, multum remittetur, ut amplius diligat; sin autem parva ac levia, nec ad mortem fuerint peccata tua; cur anxius es de futuro, qui haud ignave præterita pertuleris; idque, cum necdum esses lege instructus? Nunc puta velut in trutina animam tuam appendi, hinc ab angelis, hinc a dæmonibus attractam. Utris, quæso, dabis cordis momentum? Quid apud te vincet? voluptas carnis, an animæ sanctimonia? præsentium oblectatio, an futurorum desiderium? Angeli ne te suscipient, an de- B tinebunt qui jam tenent? In acie duces tesseram tribuunt sub se militantibus, ut & amici facile se invicem inclament, & si in conflictu fuerint cum hostibus commixti, queant citra confusionem sejungi. Agnoscet te nemo, noster ne sis, an hostium, nisi mysticis signis necessitudinem affinitatemque ostenderis, _{Psal. 4. 7.} nisi signatum sit super te lumen vultus Domini. Quomodo vindicabit te angelus? Quomodo eripiet ex hostibus, nisi agnoverit signaculum? Quomodo dicturus es tu, Dei sum, si notas ac insignia non exhibeas? An C ignoras Exterminatorem domos signatas præteriisse, in his vero quæ signatæ non erant, primogenita occidisse? Thesaurus non obsignatus diripi a furibus facile potest: ovi signo carenti tuto struuntur insidiæ.

5. Juvenis es? retine juventutem baptismatis freno. Transiit flos ætatis? cave feceris viatici jacturam, cave amiseris munimentum, cave cogites de undecima hora velut de prima: quandoquidem & eum qui jam primum editur in lucem, mortem ob oculos habere convenit. Si quis medicus promitte- D ret tibi, se artibus quibusdam ac industria, juvenem te ex sene facturum esse, nonne desiderares illam adesse diem, in qua teipsum visurus esses ad ætatis vigorem reversum? Sed cum baptismus facturum se spondet ac pollicetur, ut anima tua quam vetustate confecisti, ac iniquitatibus rugosam maculosamque reddidisti, ad pristinum florem redeat; aspernaris benefacientem, nec accurris ad promissionem. Itane vero magnum pollicitationis miraculum videre non cupis? quomodo sine matre regeneretur homo? quo- E modo inveteratus & erroris desideriis corru- Ephes. 4. 22. ptus, vigeat rursus, repubescatque & ad verum juventutis florem revertatur? Baptismus, captivis est redemptionis pretium, debitorum condonatio, mors peccati, regeneratio animæ, indumentum lucidum, sigillum quod conatu nullo frangi potest, vehiculum ad cælum, regni conciliator, adoptionis donum. Tot ac tantis bonis, o miser, voluptatem ducis potiorem? Novi enim procrastinationem tuam, quamquam eam verbis contegis: clamant res ipsæ, tametsi voce taces. Sine utar corpore ad fruendas turpes libidines, voluter in cœno voluptatum, cruentem manus, diripiam aliena, dolose ambulem, pejerem, mentiar; & tunc cum tandem aliquando a malis destitero, suscipiam baptisma. Quod si peccatum bonum est & honestum, illud ad finem usque serva: sin noxium est patranti, quid in exitiosis immoraris? Nemo bilem evomere cum vult, mala intemperantique diæta eam sibi multo abundantiorem congerit. Par enim fuerit corpus a noxiis purgare, non morbum viribus majorem efficere. Exstat navis interim dum impositarum mercium onus sustentat: si quid ultra accesserit, mergit. Time ne tibi etiam paria accidant; neve si peccata committas venia majora, ante portus speratos naufragium facias. Non videt Deus quæ fiunt? Non agnoscit tuas cogitationes? An iniquitates tuas juvat? *Suspicatus es*, inquit, Psal. 49. 21. *iniquitatem, quod ero tibi similis.* Tute mortalis viri amicitiam cum ambis, beneficiis eum allicis, dicisque ac facis, quibus gavisurum ipsum intelligis: sed Deo conjungi volens, & in filii locum te receptum iri sperans, si interea tamen quæ Deo inimica sunt perpetres, & per legis violationem eum dedecores, unde maxime illum offendis, inde ne ipsos familiaritatem necessitudinemque tibi pollice ris? Vide ne liberationis spe, si tibi ipse malorum copiam congesseris, peccatum quidem coacerves, venia vero priveris. *Deus* Gal. 6. 7. *non irridetur.* Cave abutaris gratia ad quæstum. Ne dixeris: Bona est quidem lex, sed jucundius peccatum. Diaboli hamus voluptas est, trahens ad perniciem. Voluptas ma- Diaboli hamus voluptas est. ter est peccati: peccatum vero stimulus mortis est. Voluptas nutrix est æterni vermis: 1. Cor. 15. 50. quæ fruentem se ad tempus quidem demulcet: deinde vero germina felle amariora producit. Nihil aliud clamat procrastinatio nisi illa: Regnet in me primum peccatum, postea regnabit aliquando etiam Dominus. Ex- Rom. 6. 13. hibebo mea membra, arma injustitiæ iniquitati: deinde exhibebo ea aliquando etiam arma justitiæ Deo. Sic & Cain offerebat sacrificia, prima in usum commodumque suum, secunda conditori & largitori Deo. Cum idoneus es qui opereris, absumis in peccatis juventutem tuam. Postquam elanguerunt organa, tunc ea Deo offers, cum non amplius potes his ad ullam rem uti: sed ea necesse est torpere ob diutinam tabem, vigore & robore resoluto. Continentia in senectute continentia non est: sed animus ad lascivien dum invalidus. Mortuus non coronatur: nemo ideo justus, quod ei mali faciendi facultas non sit. Vires ac potentia dum tibi suppetunt, fac vincas ratione peccatum. Hoc enim virtus est, declinare a malo, & efficere bonum. Nam cessare a malo, neque laude,

neque

neque castigatione ex se dignum est. Peccare si desieris ob ætatem, beneficium est infirmitatis. Laudamus autem eos qui animi proposito boni sunt, non eos, qui necessitate aliqua a malo arcentur. Cæterum quis tibi vitæ limitem præfixit? quis certum senectutis terminum tibi definivit? Quis sponsor futurorum apud te adeo fide dignus? An non vides infantes abreptos? An non vides eos qui ætate vigent, abduci, atque de medio tolli? Nullum præfinitum tempus vita habet. Quid exspectas, ut beneficio febris & munere baptisma accipias, quando neque salutaria verba proferre poteris, neque forte tibi clare audire licebit, morbo caput ipsum occupante: non manus ad cælum attollere, non in pedes erigi, non genus flectere ad adorandum, non commode doceri, non diligenter confiteri, non pacisci cum Deo, non inimico renuntiare, neque forte in recipiendis initiamentis rem scienter prosequi; cum dubitent qui adsunt, utrum senseris gratiam, an sine sensu quæ aguntur accipias? Imo etiam etsi sciens gratiam susciperes, tunc quidem talentum habes, sed lucrum non refers.

Ægrotus non confitetur diligenter.

Act. 8. 27.

6. Imitare eunuchum. Ille invenit qui ipsum prima fidei elementa doceret, nec doctrinam ac documenta aspernatus est: sed in currum evexit pauperem dives, idiotam & aspernabilem magnificus & sumtuosus. Atque regni evangelium edoctus, suscepit corde fidem, non sigillum Spiritus distulit. Cum enim pervenissent ad aquam; *Ecce*, inquit, *aqua*. Vox ingentis gaudii: Ecce quod quæritur, *quid prohibet me baptizari?* Ubi prompta voluntas est, quod impediat nihil est. Nam qui vocat, benignus est: expeditus est minister, uberrima gratia. Studium insit & alacritas, tumque nullum erit impedimentum. Unus est qui prohibet, ille videlicet, qui nobis vias ad salutem obstruit, quem prudentia vincamus. Ille cunctationis ac moræ nobis auctor est, nos ad opus faciendum insurgamus. Ille inanibus promissis corda nostra decipit: nos ejus cogitata ne ignoremus. Nonne suggerit ut hodie perpetremus peccatum, suadet e diverso, ut justitiam in crastinum reservemus? Quapropter Dominus prava ejus consilia evertens, ait: *Hodie si vocem meam audieritis*. Ille dicit: Hodiernum mihi, crastinum Deo. Dominus contra vociferatur: Hodie vocem meam audite. Considera inimicum; suadere non audet, ut omnino a Deo secedas (novit id auditu christianis grave esse) sed fraudulentis artibus atque insidiosis aggreditur. Sapiens est ad malefaciendum. Intelligit nos homines in præsenti solum tempore vivere, actionemque omnem in præsenti tempore fieri. Quamobrem hodierna die nobis fraudulen-

Act. 8. 36.

Ps. 94. 8.

Jer. 4. 22.

A ter surrepta, nobis spem crastinæ relinquit. Deinde cum dies crastina venit, rursus accedit malus noster divisor, sibique hodiernum, Domino vero crastinum poscit, atque sic semper præsens quidem per voluptatem subtrahens, futurum vero spei nostræ proponens, imprudentes nos & incautos e vita subducit.

7. Vidi ego aliquando talem callidæ cujusdam avis astutiam. Nimirum cum pulli ejus essent captu faciles ob teneritudinem, se ipsa objiciebat ut paratam prædam, atque B ante venantium manus versans, neque facile poterat a venatoribus capi, neque spem capiendæ prædæ eis adimebat. Sed interea dum ipsos sæpe varie detineret, ac circa se occuparet, fugiendi copiam ac securitatem pullis suis subministravit, ac postremo ipsa quoque simul avolavit. Time ne & tibi similia accidant, qui certa incertorum spe derelinquas. Huc igitur adesdum mihi, teipsum totum ad Dominum transfer, da nomen tuum, Ecclesiæ adscribere. Miles recensetur in catalogo: athleta inscriptus decertat: C civis civitate donatus inter tribules annumeratur. Omnibus his obnoxius es, ut miles Christi, ut athleta pietatis, ut cæli municeps. Conscribere in hoc libro, ut in cælesti transcribaris. Disce, edocearis evangelicam disciplinam, exactam oculorum vigilantiam, linguæ continentiam, corporis servitutem, animi humilitatem, mentis puritatem, iræ exstinctionem. Ad quidpiam si adigeris, superadde: si spoliaris, ne litiga: si haberis odio, dilige: persequutionem si patiaris, sustine: convitiis si afficiaD ris, obsecra. Fac moriaris peccato: crucifigare cum Christo, dilectionem totam in Dominum transmove. Sed difficilia sunt hæc & gravia. Quid, quæso, rerum bonarum facile est? Quis dormiens tropæum statuit. Quis inter delicias & tibiarum modulos coronis fortitudinis exornatus est? Nemo nisi cucurrerit, sustulit bravium. Gloriam pariunt labores, comparantur coronæ defatigatione. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum;* dico & ego: sed has tribulationes ea quæ in regno cælorum fruenE da est beatitudo excipit, peccati vero labores dolor gehennæ atque tristitia exspectat. Imo etiam si quis diligenter animadvertit, ne ipsa quidem diaboli opera ab iniquitatis operariis sine labore patrantur. Qui sunt castitatis sudores? At sudore madet scortator, absumente illum voluptate. Num continentia tantum demit corpori, quantum exsecrabilis ac rabiosa incontinentia corrumpit? Noctes quidem insomnes peragunt qui pernoctant in precationibus: sed qui invigilant iniquitati, eas longe molestius traducunt. Nam & timor, ne deprehendare, & volu-

Matth. 5. sub finem.

1. Cor. 4. 12. & 3.

Act. 14. 21.

pta-

ptatum ſtimulus omnem prorſus requiem fu- A gant. Quod ſi itineris ad ſalutem deducentis anguſtias fugiens, latam amplamque peccati viam perſequare; vereor ne latam ad finem uſque ſequutus, conſentaneum itineri diverſorium reperias. Sed ſervatu difficilis eſt theſaurus. Invigila itaque, frater. Habes, ſi velis, adjutores, precationem ad noctis cuſtodiam, jejunium quod domum cuſtodiat, cantum pſalmorum, quo recreetur animus. Hæc tibi ſocia adjunge. Hæc tecum ſimul pernoctent ad res pretioſas cuſtodiendas. Quid, dic mihi, nonne melius eſt di- B teſcentes nos pro ſupellectilis pretioſæ cuſtodia ſollicitudinem pati, quam ne habere quidem initio quidquam quod cuſtodiamus? Nemo ſpoliationis metu repudiat bona. Ita enim nihil rerum humanarum conſiſteret, ſi in ſingulis quorum ſtudio tenemur, adverſos caſus attenderemus. Nam ſterilitas agriculturam, naufragia mercaturam, nuptias viduitas, liberorum educationem orbitas comitatur. Attameo aggredimur opera ipſa, meliori ſpe innixi: rerum vero exitum Deo noſtra moderanti committimus. Tu te ver- C bis quidem ſanctimoniam magni facis: re vero ipſa in deploratorum perditorumque numero verſaris. Vide ne quando te pœniteat malorum conſiliorum, cum ex pœnitentia nihil capies utilitatis. Prudentem te reddat virginum exemplum. Illæ oleum in vaſis non habentes, cum ingredi illas ona cum ſponſo oporteret, tum neceſſariis rebus deſtitui ſe animadverterunt. Quapropter Scriptura fatuas etiam eas vocat, quod id tempus quo utendum oleo erat, in circumeundo & comparando inſumentes, impru- D denter & incaute a thalami gaudio ſemetipſas excluſerunt. Vide ne tu quoque annum de anno, menſes de menſibus, diem de die differens, nec oleum luminis alimentum aſſumens, in diem inexſpectatam aliquando incidas, cum jam deficiet te vivendi facultas, eritque undique anguſtia, & afflictio cujuſcumque levamenti expers, deſperantibus medicis, deſperantibus & propinquis, cum crebro & ſicco anhelitu preſſus, vehementi febre internas partes inflammante atque ſuccendente; ingemiſces quidem pectore E imo, ſed qui condoleat reperies neminem. Ac loquere quidem tenue aliquid & remiſſum: ſed non erit qui audiat. Quidquid autem proferes, velut deliramentum contemnetur. Quis tum conferet baptiſma? Quis monebit te, ſopore alto & gravi ex morbo correptom? Mœrent propinqui, morbum alieni contemnunt: monita quaſi perturbatiooem afferentia negligit amicus, aut forte etiam medicus decipit, nec de teipſo deſperas ob naturalem vitæ amorem. Nox eſt, nec ſunt auxiliarii ulli: non adeſt qui baptizet. Adſtat mors, orgent qui abducant. Ecquis te eripiet? Deus, qui contemtus eſt? Te ſcilicet tum exaudiet, tu enim eum nunc audis. Tempus præfinitum prorogabit? ſcilicet dato tempore probe uſus es.

8. Nemo te ſeducat inanibus verbis. Nam *Ephes. 5. 6.* repentinus tibi imminebit ioteritus, & exi- *1. Theſ. 5. 3.* tium procellæ ſimile aderit. Veniet angelus triſtis, abducens violenter, trahenſque animam tuam peccatis vinctam, crebro ſe ad quælibet præſentia obvertentem, ac ſine vocegementem; occluſo jam gemituum ac lamentorum organo. O quam dilaniabis te ipſe! quantum ingemiſces! ſed te tuorum conſiliorum fruſtra pœnitebit, cum videbis hinc hilaritatem juſtorum de egregia donorum diſtributione lætantium, illinc mœrorem peccatorum qoi in altiſſimis tenebris jacebunt. Quæ tunc dicturus es in dolore cordis tui? Hei mihi, hoc grave peccati onus, cum id exuere ita facile eſſet, non abjeci: ſed horum malorum acervum traxi. Hei mihi, maculas ac ſordes non ablui: ſed ſum peccatis commaculatus. Nunc eſſem cum angelis: nunc cæleſtium bonorum deliciis fruerer. O prava conſilia! ob temporariam peccati delectationem æternum excrucior: ob carnis voluptatem igni trador. Juſtum eſt judicium Dei: vocabar, & non obediebam: docebar, & animum non attendebam: obteſtabantur me, & ego deridebam. Hæc & alia ejuſdem generis proferes, deflens temetipſum, ſi hinc ante baptiſma abripiaris. O homo, aut gehennam metue, aut enitere ut regnum adipiſcare. Vocationem ne ſperne. Cave dixeris, *Habe me excuſatum* ob *Luc. 14. 18.* hanc & illam rationem. Cauſa nulla excuſare poteſt. Mihi quidem ſubit lacrymari, cum hoc mecum reputo, quod turpitudinis opera ingenti Dei gloriæ præſers, quodque peccato firmiſſime inhærens ob libidinis delectationem, a promiſſis bonis te ipſe excludis, ſic ut tibi cæleſtis illius Jeruſalem bona videre non liceat. Illic innumera angelorum multitudo, primogenitorum cœtus, apoſtolorum throni, prophetarum ſedes, patriarcharum ſceptra, martyrum coronæ, juſtorum laudes. Exopta ut cum his numereris, poſteaquam Chriſti dono ablutus fueris & ſanctificatos. Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorom, Amen.

HOMILIA XIV. IN EBRIOSOS.

1. MOvent quidem me ad dicendum veſpertina ſpectacula: ſed ex altera parte impetum meum cohibet, alacritatemque retundit priorum laborum inutilitas. Nam & agricola ſi priora ſemioa enata non ſint, ad aliud ſemen in iiſdem arvis rur-

fus fpargendum fegnior eft & tardior. Etenim A fi ex tot exhortationibus, in quibus tum præterito tempore vos indefinenter adhortati fumus, tum poftea per has feptem jejuniorum hebdomadas nocte ac die evangelium gratiæ Dei fine ulla intermiffione vobis denuntiavimus, fructus nullus nullaque utilitas emerfit; qua fpe fermonem hodie habebimus? O quot noctes fruftra vigilaftis, quot dies fruftra conveniftis, fi tamen fruftra. Nam qui in bonis operibus progreffum fecit, dein de vero ad confuetudinem antiquam revertitur, non infumtorum modo laborum mer- B cedem amittit, fed fit etiam pœnæ graviori obnoxius; Quod cum Dei verbum bonum deguftaverit, myfteriorumque cognitione dignatus fit, perdidit omnia, brevi voluptate inefcatus. *Nam minimus quidem venia ac* Sap. 6.7. *mifericordia dignus eft: potentes vero*, inquit, *potenter torquebuntur*. Vefpera una & unus inimici affultus omnem illum laborem diffolvit & evertit. Quæ ergo mihi alacritas nunc ad dicendum? Quare etiam tacuiffem, mihi credite, nifi Jeremiæ timuiffem exemplum: qui cum ad populum contumacem verba fa- C cere nollet, paffus eft quæ ipfe recenfet: quod Jerem. 20.9. factus eft ignis in ejus vifceribus, ac undique diffolvebatur, nec ferre poterat. Mulieres lafcivæ, timoris Dei oblitæ, æternum ignem afpernatæ, in illa ipfa die cum ob refurrectionis memoriam oportuerat eas in domibus federe, ac recordari diei illius, in qua aperientur cæli, & apparebit nobis judex e cælis, & tubæ Dei, & refurrectio mortuorum, & judicium juftum, & redditio unicuique juxta opus fuum; cum de his cogitare debuif- D fent, fuaque corda a pravis cogitationibus purgare, & priora peccata lacrymis delere, atque ad Chrifti occurfum pro magno illo die apparitionis ejus fefe præparare, fervitu- Esa. 3.16. tis Chrifti excuffo jugo, velamentis honeftatis a capite rejectis, contemto Deo, fpretis ipfius angelis, virilem omnem afpectum citra pudorem ferentes, comas agitantes, trahentes tunicas, ac pedibus fimul laudentes, lafcivienti oculo, effufo rifu, ad faltandum quafi quodam furore concitæ, omnem juvenum libidinem in feipfis provocantes, in Martyrum bafilicis pro mœnibus civitatis choros E conftituentes, loca fancta officinam obfcenitatis fuæ effecere. Cantilenis meretriciis ut aerem confpurcarunt, ita terram tripudiis pulfaram pedibus immundis fœdarunt: fpectaculum fibiipfis juvenum turbam undique ftatuentes, plane inverecundę, prorfufque infipientes, nullum infaniæ modum omittentes. Hæc quomodo tacebo? Quomodo, ut par eft, lugebo? Vinum nobis harum animarum damnum intulit. Vinum, Dei donum ad infirmitatis levamen fobriis datum, nunc lafciviæ factum eft inftrumentum intemperantibus.

2. Ebrietas voluntarius ille dæmon per voluptatem in animas infiliens, ebrietas nequitiæ parens, refque virtuti inimica, fortem virum ignavum reddit: pudicum, impudicum; juftitiam non novit, tollit prudentiam. Quemadmodum enim aqua igni eft adverfa: fic immodicum vinum rationem extinguit. Quapropter pigrabar quidquam contra ebrietatem dicere, non quod malum quoddam fit exiguum, aut contemnendum, fed quod fermo nofter nihil effer profuturus. Etenim fi ebrius defipit, & vertigine laborat; fruftra loquitur qui increpat non audientem. Quos igitur alloquemur? fiquidem qui admonitione indiget, ea quæ dicuntur, non aufcultat: temperanti vero & fobrio opus non eft fermonis auxilio, cum ab hoc vitio purus fit & immunis. Quid igitur capiam confilii in præfenti rerum ftatu, fi & fermo inutilis fit, nec filentium tutum? Negligemus curationem? fed periculofa eft negligentia. Dicam ne contra ebrios? fed in emortuas aures infonabimus. Fortaffis igitur ficut in peftilentibus morbis corporum curatores, eos quidem qui fani funt, remediis quibufdam morbum prævenientibus communiunt; iis vero qui morbo jam correpti funt, manus non adhibent: fic etiam nobis media ex parte utilis eft fermo, qui impertiturus fit tutelam & antidotum fanis & integris, non liberationem aut medelam ægrotantibus.

3. Quid differs, o homo, a brutis animantibus? Nonne rationis dono: qua a tuo conditore accepta, creaturæ cujuflibet princeps effectus es & dominus? Quifquis igitur fe ipfe intelligentia ac cognitione privat per ebrietatem, *comparatus eft jumentis infipientibus, & fimilis factus eft illis*. Psal. 48.13. Imo etiam dixerim ego temulentos rationis magis effe expertes quam ipfa pecora: fiquidem quadrupedia omnia & beftiæ, certos ac conftantes ad coitum motus impetufque habent: quorum vero animum temulentia occupat, & quorum corpus calor præter naturam accedens implet, hi omni tempore & omni hora ad impuros turpefque complexus concitantur, atque ad voluptates. Nec hoc modo eos brutos reddit & ftupidos: fed fenfuum etiam everfio temulentum quovis pecore deteriorem efficit. Enimvero quodnam brutum animal videndi audiendique fenfu languefcit ita, ut temulentus? Nonne ignorant familiariffimos, & fæpe ad alienos velut ad familiares ac neceffarius accurrunt? nonne fæpenumero umbras tamquam rivulos, aut convalles tranfiliunt? Rurfus eorum aures fonitu ac ftrepitu quodam quafi æftuantis maris implentur: terra vero furfum erigi videtur, & montes in orbem circumverti. Hi aliquando quidem rident indefinenter: aliquando vero

vero dolent lugentque insolabiliter. Et modo audaces sunt & intrepidi: modo trepidi timidique. His somni quidem graves sunt, & excussu difficiles, prope suffocantes, planeque morti vicini: vigiliæ vero somnis stupidiores. Nam insomnium quoddam est vita ipsorum, qui cum nec vestem habeant, neque quod in crastinum edant, regnant, & exercitibus in ebrietate imperant, construunt urbes, ac pecunias elargiuntur. Visis ejusmodi tantoque errore eorum corda replet vinum. Alii vero in contrarios affectus prolabuntur. Despondent animum, tristes sunt, dolentes, lacrymis se dedentes, formidolosi, & consternatu faciles. Idem vinum pro varia corporum habitudine varios ac diversos affectus in animis parit. In quibus enim, sanguine diffuso, ad superficiem usque effloruerit, eos hilares lætosque & gaudio perfusos reddit: quorum vero habitudinem pondere suo obstruxerit, eos, contracto ac compresso sanguine, ad contrariam affectionem transmovet. Et quid opus est reliquarum perturbationum catervam recensere? indolem morosam, animum exacerbatu facilem, mores querulos, repentinam animi mutationem, clamorem, tumultum, proclivitatem ad omnem dolum, animum iras recondere ac frenare nescium.

4. Quinetiam ipsa in fruendis voluptatibus incontinentia ex vino quasi ex fonte manifeste prorumpit; atque una cum mero irrepit impudicitiæ labes, quæ omnem pecorum in fœminas insaniam, demonstrat procacitate ac lascivia ebriorum minorem esse. Et quidem bruta animalia naturæ terminos non ignorant: ebrii vero in masculo feminam, in femina masculum requirunt. Sed omnia temulentiæ mala ne verbis quidem persequi ac commemorare facile est. Nam pestilentiæ damna quodam temporis intervallo accedunt hominibus, aere suam ipsius corruptionem paulatim in corpora transferente: sed illata a vino detrimenta simul statim irruunt. Postquam enim animam ita perdidere, ut sint omnigenis maculis compuncti, præterea ipsam quoque corporis habitudinem corrumpunt. Etenim non ob immodicas solum voluptates quibus velut furore quodam ad salacitatem concitantur, contabescunt ac diffluunt: sed ob ipsam etiam molem ac tumorem, corpus nimio humore repletum luxumque & vitali vigore solutum circumferunt. Horum lividi sunt oculi, subpallida superficies cutis, spiritus impeditus ac coagmentatus, lingua resoluta, clamor indistinctus, titubantes pedes velut puerorum, spontaneæ superfluitatum egestiones quasi ab inanimatis profluentes. Ob luxum miserabiles, miserabiliores quam qui in mari tempestate jactantur: quos fluctus alii

Incontinentia ex vino oritur.

A aliis succedentes, ac demergentes, ex undis emergere non sinunt. Hunc ad modum horum quoque animæ vino madentes submerguntur. Quapropter ut jactata tempestate navigia cum plus æquo onerantur, onere ejecto necesse est allevari: ita & hi ea quæ ipsos gravant, necessario egerunt. Vix enim vomitu & dejectione ab onere liberantur, tanto miserabiliores infeliciter naviganti-bus, quantum hi quidem ventos & mare & externa impedimenta causantur: illi vero ebrietatis tempestatem sibiipsis sponte asciscunt. B Qui a dæmone obsidetur, miseratione dignus est: ebrius vero eadem perpetiens, ne dignus quidem est cujus misereamur, quandoquidem cum voluntario dæmone colluctatur. Hi præterea quædam ebrietatis pharmaca componunt, operam industriamque in eo ponentes, non ut ne quid mali a vino patiantur, sed ut ipsorum ebrietas jugis sit & assidua. Enimvero, saltem quod ad potandi tempus attinet, exigua eis est dies, brevis itidem nox vel hyberna. Denique hujus mali finis nullus est. Nam ipsum se C merum promovet ad amplius. Non enim levat necessitatem: sed alterius potus necessitatem inevitabilem inducit, exurens inebriatos, semperque desiderium plus bibendi provocans. Sed dum inexplebilem bibendi sitim sibi comparare cogitant, contra atque animo destinarunt, accidit. Nam assiduo deliciarum usu suos sensus languidos reddunt ac retusos. Sicut enim nimius fulgor visum hebetat, & sicut qui ab ingenti sono ac fragore obtunduntur, ob immodicum percussum eo deveniunt, ut nihil omnino D audiant: sic etiam hi præ nimio voluptatis studio imprudentes & incauti voluptatem amittunt. Vinum namque, etsi merum, ipsis est insipidum & aquæ simile: cum vero vinum recens sumitur, videtur tepidum, id etsi recentissimum est, etsi nix ipsa, tamen flammam ex immodico vino intus in ipsis accensam extinguere non potest. *Cui væ? cui tumultus? cui judicia? cui molestiæ & tricæ? cui contritiones supervacuæ? cujus lividi oculi? Nonne immorantium in vino, & explorantium ubi compotationes fiant?* Væ, E lamentationis vox est. Lamentatione quidem digni sunt ebrii, quod ebriosi regnum Dei consequuturi non sint: tumultus vero fit ob turbationem ex vino rationi accedentem; & inde molestiæ, quod amaræ digestiones ex vini voluptate huc illuc repant. Horum namque ligantur pedes, ligantur manus per suscitatas sibi ab ebrietate fluxiones, imo etiam ante hæc infortunia, ipso bibendi tempore, idem quod phrenetici perpetiuntur. Postquam enim fuligine quam vinum exhalans sursum emittit, repletæ sunt cerebri membranæ, caput ut intolera-

Prov. 23. 29.

1. Cor. 6. 10.

bilibus doloribus corripitur, ita super hume- A ros rectum manere non valens, huc illuc super vertebras nutans, jactatur. Tricas autem dicit immoderatam in conviviis ac contentiosam garrulitatem. Denique contritiones inaniter fiunt ebriis, cum erigere se præ ebrietate non queant. Nam evertuntur, atque variis modis cadunt, unde ipsis necesse est inaniter contritiones in corpore habere.

5. Sed quis hæc dixerit vinoobrutis? Nam gravantur capite ex crapula, dormitant, oscitant, offusam oculis caliginem habent, nauseant. Quapropter non audiunt magi- B
Ephes.5.18. stros, qui ipsis undelibet inclamant: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Ac rur-
Prov.20.1. sus, *Luxuriosum vinum, & contumeliosa ebrietas*, quibus contemtis, statim fructum referunt ebrietatis. Nam intumescit corporis moles, humidi sunt oculi, os siccum est & perustum. Ut enim cava dum in se torrentes confluunt, plena esse videntur; sed ubi exundatio præteriit, sica aridaque relinquuntur: ita & ebriosorum os, restagnante vino, plenum quodam modo est, & madidum, sed simul ut paululum effluxit, siccum & humo- C ris expers deprehenditur. Imo cum semper vitietur, & immodico vino obruatur, etiam humorem vitalem amittit. Quæ enim hominis constitutio tam valida, ut temulentiæ malis obsistat? Quibus enim artibus fieri possit, ut corpus semper incalescens, semperque vino madens, non efficiatur evanidum, exoletumque & fluxum? Hinc tremores debilitatesque: siquidem præ immodico vino spiritu in eis præciso atque interrupto, nervorumque exsoluto robore, agitatio ac tremor toti corporis moli accedit. Quid vis Ca- D ini maledictionem tibi ipse asciscere, tremens ac vagabundus per totam vitam? Corpus enim quod naturali fulcro destituitur, circumagi necesse est & contremiscere.

6. Usquequo vinum? usquequo ebrietas? Periculum est ne tandem cœnum lutumque pro homine fias, ita totus admixtus vino es, unaque pariter putruisti, vinum ex quotidiana crapula olens, & hoc corruptum, perinde ut vasa nulli omnino usui idonea.
Esa.5.11. Hos Esaias luget, *Væ qui surgunt mane & siceram persequuntur, qui exspectant vesperam;* E *vinum enim comburet eos. Nam cum cithara & tibiis vinum bibunt, opera autem Domini non respiciunt, & opera manuum ejus non considerant.* Potum omnem qui inebriare potest, solent Hebræi siceram appellare. Itaque qui ineunte die explorant ubi compotationes fiant, & œnopolia ac cauponas collustrant, seque mutuo ad compotandum conjungunt, & omnem animi curam in hæc insumunt, hos propheta deplorat, quod tempus nullum sibi ipsi ad Dei miracula consideranda reservent. Nec enim oculis eorum vacat suspicere in cælum, ejusque pulchritudinem condiscere, & omnem rerum conditarum ornatum expendere, ut recto horum ordine opificem intelligant. Sed statim incipiente die conviviorum suorum loca variis tapetibus ac floridis auleis ornant; atque studium ac diligentiam in poculis apparandis ostendunt, vasa ad refrigerandum vinum, craterasque & phialas velut in pompa aliqua ac conventu publico disponentes, ut vasorum diversitas ipsis satietatem obtegat, & alternatio poculorum ac permutatio eos diu in bibendo detineat. Quinetiam adsunt quidam convivii magistri, ac pincernarum principes & architriclini: imo ordo in confusione, ac dispositio in re incomposita excogitatur, ut quemadmodum sæculi magistratibus ex satellitibus major auctoritas accedit; sic etiam, ebrietati velut reginæ cuidam famulitio tradito, decus ejus ac turpitudinem quam diligentissime contegant. Præterea coronæ, flores, unguenta, suffitus, & innumera quædam externa oblectamenta perditos diutius occupant. Deinde convivio longius progrediente, oriuntur de ampliore potu certamina contentionesque & lites, dum se mutuo ebrietate superare conantur. Atque certaminum horum præfectus diabolus est, & victoriæ præmium peccatum. Nam qui plus exhaurit meri, is ab aliis reportat victoriam. Revera *gloria in confusione ipsorum*. Conten- Philip.3.19.
dunt enim inter se, ac se ipsi ulciscuntur. Quæ oratio, eorum quæ fiunt, assequi possit turpitudinem? Omnia sunt insipientia referta, omnia confusione: victi victoresque ebrii sunt, derident ministri. Labat manus, os non suscipit, venter disrumpitur, nec tamen malum mitescit. Miserum corpus naturali vigore exsolutum undelibet diffluit, haud sustinens immodici potus violentiam.

7. Miserabile Christianorum oculis spectaculum. Vir ætate florens, validus corpore, inter militares ordines clarus, aliorum manibus domum deportatur, quod erigere se non queat, neque suis ipsius pedibus abire. Vir qui terrori hostibus esse debuerat, pueris in foro ridendi occasionem præbet; sine ferro prostratus est, sine hostibus enectus. Vir armiger in ipso ætatis flore consistens a vino consumtus est & confectus, quidquid hostes voluerint perpeti paratus. Ebrietas rationis pernicies, roboris lues, senectus immatura, exigui temporis mors. Quid enim aliud sunt temulenti nisi idola gentium? *Oculos habent, & non vident: aures ha-* Psal.113.5.
bent, & non audiunt: manus resolutæ sunt, pedes emortui. Ecquis hæc machinatus est? quis auctor est horum malorum? quis hoc insaniæ pharmacum nobis admiscuit? O homo, convivium aciem effecisti. Juvenes ejicis ductos manu tamquam vulneratos e

præ-

Digitized by Google

prælio, juventutis florem vino enecasti. Ac tamen in animis corruptionem susceperunt. Hæc & de viris a me dicta sint. Aspexit nequiter, nequiter conspectus est. *Qui aspexerit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est.* (Matth. 5. 28.) Si ob fortuitos casus tantum periculum impendet obiter conspicientibus, quantum futurum est ob occursus qui de industria fiunt, ut videant mulieres præ ebrietate se indecore gerentes, suosque gestus componentes ad lasciviam, & cantilenas molles canentes, quæ vel auditæ solum, omne voluptatis œstrum lascivientibus ingerere possunt? Quid dicent, aut quid causabuntur, qui ex ejusmodi spectaculis ingens malorum examen sibi collegere? Nonne se ideo aspexisse, ut concupiscentiam excitarent? Obnoxii igitur sunt judicio adulterii secundum inevitabilem Domini sententiam. Quomodo vos Pentecoste excipiet, qui in Pascha fuistis ita contumeliosi? In Pentecoste Spiritus sancti adventus manifestus fuit & notus omnibus: tu vero in antecessum temet adversarii spiritus habitaculum effecisti, & templum factus es idolorum, cum debuisses templum Dei fieri per Spiritus sancti inhabitationem. (Rom. 8. 11.) Accersivisti exsecrationem prophetæ, in Dei persona dicentis: *Convertam solemnitates eorum in luctum.* (Amos 8. 10.) Quomodo servis imperabitis, cum vos quasi mancipia stolidis ac exitiosis cupiditatibus inserviatis? Quomodo castigabitis liberos, cum vos incastigatam vitam atque incompositam vivatis? Quid igitur? Num vos in his relinquam? Sed vereor ne forte qui immoriger est, fiat inde impudentior: qui vero compunctus est, tristitia abundantiore absorbeatur. Nam, (2. Cor. 2. 7.) inquit, *Medela sedabit peccata magna.* (Eccli. 10. 4.) Jejunio curetur ebrietas: psalmo, cantilena obscena: lacrymæ sint risus remedium: pro saltatione genu flectatur: pro manuum plausu pectus percutiatur: pro vestitus ornatu ostendatur humilitas. In primis redimat te a peccato eleemosyna. Nam *pretium redemptionis viri, sunt suæ ipsius divitiæ.* (Dan. 4. 24. Prov. 13. 8.) Plures eorum, qui in ærumnis versantur, fac habeas socios precationis, si forte nequitiæ consilium tibi remittatur. Quando sedit populus ad edendum & bibendum, & surrexerunt (Exod. 32. 6.) ad ludendum (ludus autem ipsorum idololatria erat): tunc Levitæ in suos fratres armati, manus suas in sacerdotium consecrarunt. Itaque & vobis qui Dominum timetis, quotquot nunc de actionum improbatarum turpitudine doluistis, illud præcipimus: Si videritis quos stultitiæ gestorum suorum pœniteat, eorum misereamini tamquam vestrorum membrorum ægrotantium: sin pervicaces ac vestram pro ipsis mœstitiam spernentes, *exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tangatis:* (2. Cor. 6. 17.) ut sic illi quidem pudore affecti, suam ipsorum pravitatem cogno-

vocas quidem veluti amicum ad cœnam, ejicis autem mortuum, extincta a vino illius vita. Cum autem vino exsatiati esse putantur, tum bibere incipiunt, & pecudum more bibunt quasi a fonte sponte manante, & scatebras numero æquales accumbentibus ministrante. Nam procedente jam convivio, adolescens habens egregios humeros, nondum ebrius, prægrandem vini refrigerati phialam afferens, huc ingreditur: qui depulso ipsorum pocillatore, stans in medio, per obliquos tubos parem compotoribus distribuit ebrietatem. Novus hic est rei modum nullum habentis modus, ut data pari portione inter se mutuo luxurient, nec possit alter quisquam alterum bibendo superare. Nam distributis inter se tubis, & sibi quisque obversum tubum suscipientes, tanquam ex quodam lacu more boum uno spiritu bibunt, tantum gutture attrahere festinantes, quantum sibi desuper vas refrigeratorium per argenteas fistulas demittit. Respice ad tuum miserum ventrem: disce suscipientis vasis magnitudinem, videlicet quod cotylæ unius cavo circumscribatur. Ad trullam ne respicias, eam exhausturus, sed ad tuum ipsius ventrem, quod jamdudum expletus sit. Quapropter, (Esa. 5. 11.) *Væ qui surgunt mane, & siceram persequuntur, qui expectant vesperam*, & diem in ebrietate transigunt, sic ut nullum sibi dent tempus ad opera Domini inspicienda, neque ad opera manuum ejus consideranda. *Vinum enim eos comburet*, quod vini calor carni accedens, igniculus fiat ignitorum inimici jaculorum. Vinum enim rationem demergit & mentem: vitiosos vero affectus ac libidines quasi quoddam apum examen exsuscitat. Quis enim currus, ab equuleis tractus, adeo temere fertur, auriga excusso? Quodnam navigium gubernatore destitutum, a fluctibus huc illuc exagitatum, non tutius est temulento?

8. Per ejusmodi mala, viri simul & mulieres, constitutis choris communibus, animabusque vinoso dæmoni traditis, se mutuo libidinum spiculis consauciarunt. Risus utrimque, cantilenæ obscenæ, meretricii gestus ad libidinem provocantes. Rides, dic mihi, ac gaudes gaudium impudicum, cum lacrymari ob præterita & ingemiscere oporteret? Canis meretricias cantilenas, psalmis & hymnis, quos didicisti, ablegatis. Moves pedes, & more insanientium exsilis, ducisque quas non deberes choreas, cum genua flexa oportuisset ad adorandum? Utras lugebo? puellas ne nuptiarum inexpertas, an connubii jugo subditas? Illæ quidem amissa virginitate reversæ sunt, hæ vero pudicitiam maritis haud retulerunt. Nam si quæ forte peccatum vitarunt corpore, omnino

cognoscant: vos vero mercedem æmulatio- Num. 25. 11. nis Phinees recipiatis, justo judicio Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XV. DE FIDE.

1. DEi quidem jugiter meminisse, res pia est, & qua Dei amans animus numquam exsatiatur: quæ vero sunt Dei, sermone prosequi audax cœptum fuerit; cum mens nostra longo intervallo a rerum dignitate absit, rursusque sermo obscure ac imperfecte intellecta exprimat. Itaque si intelligentiam nostram longe superet rerum magnitudo, sermo autem ab ipsa intelligentia superetur, quomodo silere necesse non fuerit, ne forte Theologiæ dignitas ex verborum tenuitate periclitari videatur? Dei quidem gloria afficiendi cupido quibusvis ratione præditis insita est natura: sed rei prodignitate tractandæ impares sunt ex æquo omnes. Quamquam autem pietatis studio alter alteri præstamus: nemo tamen ita cæcutit, seque ita seducit, ut ad summum comprehensionis apicem pervenisse se existimet. Imo quanto magis videbitur cognitione ac scientia proficere, tanto amplius suam imbecillitatem sentiet. Talis erat Abraham, talis erat Moyses: quibus cum licuit Deum videre, quantum videre homini fas est, tunc Gen. 18. 27. maxime uterque humilem se præstitit. Abraham quidem nominat semet terram ac cine- Exod. 4. 10. rem: Moyses vero se dicit hominem voce gracili & lingua tarda. Videbat enim eam esse linguæ suæ debilitatem, quæ rerum intellectarum magnitudini enarrandæ inservire non posset. Sed quia auris omnis nunc aperta est ad Theologiam audiendam, nec ecclesia satiatur ejusmodi auditionibus, con- Eccle. 1. 8. firmans quod ab Ecclesiaste dictum est: *Non implebitur auris auditu*, dicere pro virili necesse est. Dicemus autem, non quantus est Deus, sed quantum possumus nos assequi. Nec enim quoniam medium hunc inter cælum & terram locum oculis totum collustrare non possumus, continuo, certe quoad ejus fieri potest, conspicere nolumus: sic etiam nunc paucis verbis pietati faciamus satis, sed in toto sermone victoriam dignitati naturæ atque amplitudini concedamus. Neque enim linguæ angelorum, quæcumque illæ sunt, neque archangelorum, eæque cum tota simul rationali natura coactæ, ad minimam partem pertingere poterunt, nedum toti explicandæ pares sint. Tu vero si quid voles de Deo dicere, aut audire; dimitte corpus tuum, dimitte corporeos sensus, relinque terram, relinque mare, aerem infra teipsum colloca, prætergredere ætates, temporum constitutos ordines, terræ ornamenta: supra æthera tollere, transcende stellas, omnia quæcumque in eis admirationi sunt, earum ornatum, magnitudinem, quidquid ex eis orbis universus capit utilitatis, rectum ordinem, splendorem, situm, motum, quomodo inter se conjungantur, aut sejungantur a se invicem. Omnia mente ac ratione prætergressos, transvolans cælum, illoque effectus excelsior, cogitatione sola pulcherrima quæque circumspice, exercitus cælestes, choros angelorum, archangelorum dignitates, gloriam dominationum, thronorum sedes, virtutes, principatus, potestates. Prætermissis omnibus, emergente ratione supra omnem creaturam, mente ultra hæc erecta, contemplare divinam naturam: stantem, immutabilem, varietatis expertem, affectionum vacuam, simplicem, compositioni nulli obnoxiam, indivisibilem, lucem inaccessam, potentiam ineffabilem, magnitudinem finibus nullis 1. Tim. 6. 16. circumscriptam, gloriam supermicantem, bonitatem desiderabilem, pulcritudinem singularem, qua quidem animus fauciatus vehementer percellatur, sed quæ pro dignitate verbis explicari non possit.

2. Illic Pater & Filius & Spiritus sanctus, increata natura, dominica majestas, naturalis bonitas. Pater omniom principium, eorum quæ existunt causa, radix viventium. Unde prodiit vitæ fons, sapientia, virtus, Dei invisibilis in omnibus simillima imago, Col. 1. 15. Filius ex Patre genitus, vivens Verbum, Deus existens, & existens apud Deum: exi- Joan. 1. 1. stens, non adventitius: existens ante sæcula, non postea acquisitus: Filius, non possessio: opifex, non opificium: creator, non creatura: omnia existens, quæcumque est Pater, Filius, inquam, & Pater. Observa mihi has proprietates. Manens igitur in eo quod est Filius, omnia est quæcumque est Pater, secundum ipsius Domini vocem, dicentis: *Omnia quæcumque habet Pater, mea* Joan. 16. 15. *sunt*. Revera enim omnia quæ archetypo exemplari adsunt, imaginis sunt. *Vidimus* Joan. 1. 14. enim, inquit evangelista, *gloriam ejus gloriam quasi Unigeniti a Patre*: hoc est, non ex dono & munere data ei sunt miracula, sed ex naturæ communione Filius habet Paternę divinitatis majestatem. Nam accipere, commune est & creaturæ: habere autem ex natura, proprium est Geniti. Itaque ut Filius, naturaliter possidet quæ sunt Patris: ut Unigenitus, omnia in seipso comprehendit, cum nihil quidquam cum altero dividatur. Ex ipsa igitur Filii appellatione discimus naturæ esse consortem, non jussu creatum, sed sine ullo intervallo ex substantia splendentem, sine ullo temporis spatio cum Patre conjunctum, æqualem in bonitate, æqualem

lem in potestate, consortem majestatis. Ecquid enim, nisi sigillum & imago, ostendens in se Patrem totum? Quæcumque autem postea, hominum dispensans salutem, quam nobis per carnem conspicuus effectus exhibuit, ita tibi ex corporis constitutione edisserit, ut dicat missum se esse, & nihil a seipso facere posse, & accepisse se mandatum & alia id genus, ne ullam tibi occasionem præbeant ad imminuendam Unigeniti divinitatem. Nam humilis ille ad tuam infirmitatem accessus, dignitatem potentis minuere non debet: sed naturam intellige congruenter Deo convenienterque, verba vero humiliora de Incarnatione accipe. De quibus si vellemus nunc accurate tractare, incauti ac imprudentes multam, imo infinitam verborum copiam ad susceptum argumentum aggereremus.

3. Sed ad propositum revertamur. Mens quæ a terrenis affectionibus pura esse potuerit, omnemque intelligibilem creaturam relinquere, & quasi piscis aliquis e profundo ad summam superficiem enatare, jam in creationis puritate constituta, illic videbit Spiritum sanctum, ubi Filius est, & ubi Pater: qui & ipse omnia coessentialiter secundum naturam habet, bonitatem, rectitudinem, sanctimoniam, vitam. Nam, inquit, *Spiritus tuus bonus*. Ac rursus, *Spiritum rectum*. Rursusque, *Spiritum sanctum*. Quin & Apostolus: *Lex Spiritus vitæ*. Horum nihil ascititium ei, nec quidquam postea adventitium adest. Sed quemadmodum calefactio separari ab igne non potest, nec splendor a luce: sic nec a Spiritu sanctificatio, vivificatio, bonitas, rectitudo. Illic igitur Spiritus consistit, illic in beata natura; non cum multitudine numeratur, sed in Trinitate conspicitur, solitarie enuntiatur, non in turmis ac cœtibus comprehenditur. Ut enim Pater unus est, & Filius unus: sic unus etiam Spiritus sanctus. At vero administri spiritus in singulis ordinibus multitudinem, quæ vix numerari potest, nobis exhibent. Quod igitur supra creaturam est, id in creatura ne quæras: ne cum sanctificatis deprimas quod sanctificat. Ille replet angelos, replet archangelos, sanctificat potestates, vivificat omnia. Ille in omnem creaturam divisus, cum aliter alius particeps ejus fiat, nihil tamen a participantibus minuitur. Omnibus quidem gratiam suam largitur, non tamen insumitur in participantes, sed & qui acceperunt, replentur, & ipsi nihil quidquam deest. Et quemadmodum sol cum corpora illustrat, & ab eis varie participatur, nihil minuitur a participantibus: ita etiam Spiritus gratiam suam omnibus impartiens, integer manet & indivisus. Omnibus lumen dat ad assequendam Dei notitiam, afflat

Psal. 142. 10. Psal. 50. 12. & 13. Rom. 8. 2.

A prophetas, legislatores sapientiam docet, sacerdotes consecrat, corroborat reges, justos perficit, prudentes cohonestat, operatur dona sanationum, vivificat mortuos, solvit compeditos, alienos adoptat in filios. Hæc operatur per supernam generationem. Si publicanum credentem nactus fuerit, reddit evangelistam: si inciderit in piscatorem, theologum facit: si persequutorem pœnitentem offenderit, efficit apostolum gentium, præconem fidei, vas electionis. Per ipsum debiles evadunt fortes, pauperes di-
B tescunt, idiotæ & sermonis rudes sapientia sapientibus præstant. Paulus infirmus; & tamen ob Spiritus præsentiam, corporis ipsius sudaria sanitatem afferebant suscipientibus. Petrus erat & ipse corpore infirmo circumdatus: sed per inhabitantem Spiritus gratiam, umbra e corpore prolapsa morbos ægrotantium fugabat. Pauperes Petrus & Joannes (non enim eis erat argentum, neque aurum): sed tamen largiebantur sanitatem multis nummis aureis præstantiorem. Nam claudus ille a multis accepto auro, erat
C adhuc mendicus: sed recepto a Petro beneficio, saliens quasi cervus, Deumque laudans, mendicare desiit. Non noverat Joannes mundi sapientiam, tamen per Spiritus potentiam protulit verba, quæ sapientia nulla potest contueri. Ille & in cælo consistit, & terram replet, & ubique adest, nec usquam continetur. Totus in unoquoque inhabitat, & totus cum Deo est. Dona ministrat non ministri more: sed sua ipsius auctoritate partitur munera. *Dividit* enim, inquit, *peculiariter unicuique prout vult*. Mit-
D titur quidem in dispensatoris & œconomi modum: sed agit propria potestate. Precemur illum, ut animis nostris adsit, nec ullo tempore nos deserat, per gratiam Domini nostri Jesu Christi: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

Matth. 9. 9. Matth. 4. 19. Act. 9. 15. Act. 19. 12. Act. 5. 15. Ibid. 3. 6. 1. Cor. 12. 11.

HOMILIA XVI. IN ILLUD, *In principio erat verbum*.

Joan. 1. 1.

1. Omnis quidem evangeliorum vox reliquis documentis a Spiritu traditis
E magnificentior est & præstantior, quod in his per servos prophetas loquutus sit ad nos, in Evangeliis vero Dominus ipse per se nos alloquutus sit. Sed qui inter ipsos evangelicos præcones vocalissimus est, quique auditu omni majora, & intelligentia omni altiora loquutus est, Joannes est, ille tonitrui filius, cujus audivimus exordium, quod ex Evangelii libro modo lectum est: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Novi multos ex iis etiam qui a veritatis doctrina alieni sunt,

qui-

quique de sapientia mundana gloriantur, hæc & admiratos esse, & scriptis suis inserere ausos fuisse. Fur est enim diabolus; ac nostra, cum fabularum narrator sit, ad suos vates effert. Quod si carnalis sapientia verborum vim tantopere est admirata, quid nos Spiritus discipuli faciemus? Obiterne audiemus, & exiguam quamdam vim in eis inesse existimabimus? Ecquis ita stupidus fuerit, qui tantam sententiæ pulcritudinem tamque incomprehensibilem dogmatum altitudinem non miretur; nec veram eorum comprehensionem concupiscat. At enim admirari pulcra difficile non est : sed ea quæ admirationi fuere perfecte intelligere, hoc arduum est atque perdifficile. Nam & solem hunc sensibilem nemo est qui non laudet : quandoquidem ejus magnitudine & pulcritudine & radiorum æqualitate & splendida luce magnopere delectatur. Attamen si in ipsius orbem oculorum obtutus figere vehementius contenderit, non solum exoptata visurus non est: sed visus etiam integritatem corrumpet. Tale aliquid arbitror accidere menti ei, quæ accuratius scrutari conatur hæc verba : *In principio erat Verbum*. Quis quæ ad principium spectant, ut par est, intelliget? Quænam verborum vis inveniatur, quæ pro rei dignitate possit cogitata exprimere? Traditurus nobis Joannes quæ ad theologiam Filii Dei attinent, nullum aliud orationis exordium nisi principium universorum prætulit. Spiritus sanctus noverat qui essent adorturi Unigeniti gloriam : præviderat qui essent nobis objecturi sophismata, quæ ipsi ad subvertendos auditores excogitassent. Nimirum, Si genitus est, non erat: &, antequam gigneretur, non erat: item, ex non existentibus subsistentiam accepit. Linguæ enim per verba suasoria exacutæ magis quam anceps quivis gladius, loquuntur talia. Ne igitur similia cuiquam dicere liceat, Spiritus sanctus hæc in evangelio occupans dixit : *In principio*, inquit, *erat Verbum*. Hanc vocem si tenueris, nihil a maleficis illis patieris mali. Nam si ille dixerit, Si genitus est, non erat : tu dicito, *In principio erat*. Sed, inquit, priusquam genitus esset, quomodo erat? tu ne dimittas illud, *Erat* : ne dereliqueris illud, *In principio*. Principii summitas non apprehenditur: quod extra & ultra principium sit, non invenitur. Ne quis te decipiat varia vocis significatione. Nam rerum multarum multa sunt principia in hac vita : sed unum est principium supra omnia, quod ultra est. Nam, inquit Parœmia, *Principium viæ bonæ*. (Prov. 16.5.) Sed viæ principium est primus motus, unde iter ordimur, cujus prior pars potest reperiri. Et, *Principium sapientiæ timor Domini*. (Psal. 110.) Præjacet autem & huic principio aliud quoddam, cum

A perceptionis artium principium sit prima elementorum institutio. Elementum igitur sapientiæ timor Domini est : sed hoc principio est aliquod antiquius, animæ scilicet status, ejus, qui nondum sapientiam edoctus est, nec Dei timorem adeptus. Principia dicuntur etiam civiles potentatus, videlicet præcelsæ dignitates : sed hæc principia aliquorum sunt principia, & unumquodque eorum aliquo refertur. Etenim lineæ principium punctum est, & superficiei principium linea, & corporis principium superfi- B cies, & orationis compositæ principia, elementa.

2. Non certe ejusmodi est illud principium. Nulli enim alligatum est, servit nulli, cum nullo conspicitur: sed liberum est. Dominum non habet, exsolutum est omni ad aliud relatione, menti insuperabile : quod cogitationibus transcendere non est, ultra quod nihil quidquam reperiri potest. Nam si mentis cogitatione contenderis principium prævertere, comperies id tibi præire, & prius cogitatis occurrere. Sine mentem tuam quan- C tum velit, excurrere, & extendere se ad superiora : deinde post innumeros errores ac multos inanes conatus, eam ad se iterum reversam invenies, quod principium se posterius ac inferius reddere non possit. Principium enim semper cogitato ulterius superiusque esse deprehenditur. *In principio* igitur *erat Verbum*. O rem miram! Ut ex æquo inter se conjunctæ sunt voces omnes! Illud, *erat*, idem valet quod illud, *In principio*. Ubi est blasphemus? ubi adversus Christum pugnans lingua, quæ dicit : Erat aliquando, D cum non esset? Audi evangelium : *In principio erat Verbum*. Quod si in *principio erat*, quando non erat? Ipsorum ne lugebo impietatem, an inscitiam exsecrabor? At antequam gigneretur, non erat. Nosti scilicet quando genitum sit, quo quid prius possis tempori attexere? Etenim illud, *antequam*, vox est temporis, alterum alteri antiquitate præponens. Quomodo autem par fuerit temporis conditorem generationem habere temporis vocibus subjectam? *Erat* igitur *in principio*. Quod si ab hac voce, *Erat*, non E discesseris, blasphemiæ malignæ aditum nullum dabis. Ut enim qui in mari versantur, cum inter duas anchoras fluctuant, tempestatem aspernantur : ita & tu hanc pravam turbationem, quæ vitam hominum per nequitiæ spiritus invasit, quæque multorum fidem exagitat, deridebis, si modo in horum verborum propugnaculo tamquam in portu ac statione animam tuam tenueris.

3. Jam inquirit mens nostra, Quis erat in principio? *Verbum*, inquit. Quale verbum? humanum-ne verbum, an verbum angelorum? Enimvero indicat nobis Apostolus angelis

gelis quoque suam esse linguam, cum ait: 1.Cor.13.1. *Si linguis hominum loquar & angelorum.* Jam vero *verbi* duplex est intelligentia: alterum enim voce profertur, quod posteaquam prolatum est, in aere perit: alterum vero internum est, inque animis nostris insitum, verbum scilicet mentis. Est & aliud verbum, oratio artificiosa. Vide ne te decipiat vox ambigua. Quomodo enim erat in principio verbum humanum, cum homo principium ortus atque originem posterius acceperit? Ante hominem bestiæ, ante hominem pecora, reptilia omnia tum terrestria tum aquatica, volucres cæli, stellæ, sol, luna, herbæ, semina, terra, mare, cælum. Non igitur in principio erat verbum humanum, sed ne angelorum quidem. Nam creatura omnis posterior sæculis est, accepto a conditore exsistendi principio. Verbum autem quod insitum in animo est, & ipsum singulis quæ intellecta sunt, recentius est. Sed verbum prout Deo convenit interpretare. Nam cum de Unigenito ad te loqueretur, Verbum ipsum dixit. Quemadmodum igitur & lucem paulo post dicet, & vitam, & resurrectionem; neque tamen, cum audis lucem, ad sensibilem hanc & oculis visibilem lucem recurris, neque cum vitam audis, communem hanc intelligis, quam bruta etiam animalia vivunt: ita quoque cum Verbum audis, cave incidas mentis imbecillitate in terrenas humilesque cogitationes, sed vocis significationem perscrutare. Cur Verbum? ut perspicuum sit processisse ex mente. Cur Verbum? quia citra passionem genitum est. Cur Verbum? quia imago est Genitoris, totum in seipso Genitorem ostendens, nihil inde separans, & per se perfectum exsistens: quemadmodum & verbum nostrum totius nostræ cogitationis refert imaginem. Etenim quæ in corde cogitavimus, ea verbo proferimus, idque quod loquimur, reconditi in corde conceptus imago est & simulacrum. Nam ex cordis abundantia promitur verbum. Ac quidem cor nostrum est veluti fons quidam: prolatum vero verbum, est veluti rivulus aliquis, qui ex hoc fonte emanat. Tantum igitur est id quod profluit, quantum id quod primum emergit; & quale est id quod occultum est, tale est quoque quod apparet. Verbum igitur dixit, tibi ut ostendat Patris generationem passioni non subjici; teque doceat divinam Filii substantiam perfectam esse, denique ut per hæc æternam Filii cum Patre conjunctionem commonstret. Nam & verbum nostrum, mentis fetus, citra passionem generatur. Neque enim secatur, neque dividitur, neque fluit: sed mens tota in sua natura permanens, verbum totum & absolutum producit; atque id verbum quod procedit, omnem mentis generantis virtutem

A in se complectitur. Postquam igitur tantum ad Unigeniti theologiam ex verbi voce desumseris, quantum pium fuerit, tum quidquid alienum esse ac dissentaneum repereris, id devita, omnique studio prætergredere. *In principio erat Verbum.* Quod si dixisset: *In principio erat Filius*, tibi in mentem una cum Filii appellatione venisset quædam passionis cogitatio. Quoniam enim quæ apud nos generant, tempore generant, & cum passione generant, idcirco hæc occupaturus, *Verbum* dixit, suspiciones absonas in ante-

B cessum corrigens, ut animam tuam illæsam servaret.

4. *Et verbum erat apud Deum.* Rursus *erat*, ob eos qui impie dicunt quod non *erat*. Ubi erat *Verbum?* non in loco: quandoquidem in loco non continentur quæ circumscribi non possunt. Sed ubi erat? *apud Deum.* Neque Pater in loco, neque Filius in ambitu ullo, aut certa circumscriptione comprehenditur: sed infinitus Pater, infinitus est Filius. Quidquid cogitaveris, & quocumque spiritu tuo perrexeris, omne id Deo plenum

C invenies: ubique offendes pariter coextensam Filii hypostasim. *Et Verbum erat apud Deum.* Admirare cujuscumque vocis accuratum delectum. Non dixit: *In Deo erat Verbum:* sed *apud Deum*, ut hypostaseωs proprietatem declararet. Non dixit: *In Deo*, ut ne confundendæ hypostaseωs daret occasionem. Nam prava illa est blasphemia eorum, qui commiscere omnia conantur; dicuntque Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum esse subjectum, atque rei uni nomina diversa adscribi. Impietas pessima,

D nec minus fugienda quam eorum, qui ore blasphemo affirmant Filium Dei Deo & Patri secundum substantiam dissimilem esse. *Et Verbum erat apud Deum.* Deinde posteaquam Verbi vocem ad ostendendam generationis apathiam adhibuit, statim & noxam eam quæ ex Verbi nomine accedere poterat, curavit. Atque semet quasi ex blasphemantium calumnia eximens, Quid, inquit, est Verbum? *Deus erat Verbum.* Ne mihi artificiose comminiscare quasdam verborum distinctiones, neve maligno tuo artificio con-

E vitium ullum doctrinæ Spiritus aspergas. Habes sententiam. Subditus esto Domino. *Deus erat Verbum: Hoc erat in principio apud Deum.* Rursus evangelista omnem suam theologiam quam de Unigenito nobis tradidit, paucis verbis in summam redigit. Quodnam hoc? *hoc*, Verbum Deus. Postquam enim ejus tibi conceptum distincte expressit, in tuoque animo per doctrinam quasi insculpsit quæ ignorabas, ac Verbum Christum in tuum cor velut in domum introduxit, ita demum hanc vocem profert, *Hoc.* Quale *hoc?* Foras ne respice, eum, qui per demonstran-

ſtrantem vocem tibi oſtenditur, circumſpecturus: ſed in occultos animæ tuæ receſſus ingredere; & quem didiciſti Deum in principio exſiſtere, procedere velut Verbum, apud Deum verſari, hunc cognoſcens admiranſque, & tuum Dominum in te per doctrinam reſidentem adorans, ſcito quod hic erat in principio: hoc eſt; ſemper apud Deum Patrem ſuum. Has mihi paucas voces ſervate, illas quaſi ſigillum in veſtra memoria imprimentes. Hæ futuræ ſunt murus firmiſſimus adverſus inſidiantium incurſus: hæ animarum ſunt ſalutare munimentum, iis, qui ipſas prætendent ac opponent. Si quis te adorſus dixerit: cum non eſſet, genitus eſt; ſi enim erat, quomodo genitus eſt? Hanc iſtam adverſus gloriam Unigeniti calumniam dæmonum quaſi vocem averſare. Tu autem reverſus confugito ad evangeliorum voces: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Dic quater *erat*, atque hoc eorum convitium, *non erat*, facies irritum. Hæc fidei fundamenta maneant inconcuſſa. Super hæc, Deo dante, ædificabimus & reliqua. Neque enim poſſumus omnia vobis ſimul explanare; ne forte quæ diligenter a vobis collecta ſunt, oratione prolixiore irrita reddamus. Mens enim quæ apprehendendis ſimul omnibus impar eſt, haud aliter ſe habet ac venter, qui ob nimiam ſaturitatem ſumptos cibos concoquere non poteſt. Opto igitur ut hæc & guſtando dulceſcant, & concoquendo proſint. Ego autem vobis ea quæ ſuperſunt, paratus ſum miniſtrare: in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

HOMILIA XVII. IN BARLAAM *Martyrem.*

1. ANtea quidem Sanctorum mors planctu & lacrymis cohoneſtabatur. Joſeph deflevit acriter mortuum Jacob; atque Moyſis mortem Judæi haud parum planxere, multis quoque lacrymis Samuelem condecorarunt: nunc vero exſultamus in Sanctorum obitu. Triſtium namque natura poſt crucem mutata eſt, nec amplius Sanctorum mortem lamentis proſequimur: ſed tripudiis divinis circum illorum ſepulcra choreas ducimus. Somnus enim juſtis mors eſt. Imo potius ad vitam meliorem profectio. Hinc martyres dum mactantur, exſultant. Nam deſiderium vitæ beatioris dolorem cædis enecat. Ad coronas martyr reſpicit, non ad pericula: non horret plagas, ſed palmas numerat: non videt lictores in terra flagris cædentes, ſed angelos e cælo gratulantes animo intuetur: præmia æterna ſpectat, non temporalia pericula. Splendidum & apud nos jam arrhabonem obtinent, cum inter divinas acclamationes omnium plauſu celebrentur, populumque frequentiſſimum e ſepulcris congregent.

Gen. 50. 1. Deut. 34. 8. 1. Reg. 25. 1.

2. Hoc ipſum ſane in forti ac ſtrenuo Barlaam hodie factum eſt. Inſonuit enim bellica martyris tuba, & pietatis milites, ut cernitis, convocavit. Annuntiatus præconio eſt jacens Chriſti athleta, & ſtatim eccleſiæ theatrum ad convolandum impulit. Et quemadmodum fidelium Dominus ajebat: *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet;* mortuus eſt ſtrenuus ille Barlaam, & tamen conventus publicos congregat: conſumtus in ſepulcro eſt, & tamen invitat ad convivium. Nunc tempus nobis eſt exclamandi, *Ubi ſapiens, ubi ſcriba, ubi conquiſitor hujus ſæculi.* Vir agreſtis nobis eſt hodie invictus magiſter pietatis, quem ut prædam captu facilem tyrannus trahebat, ſed expertus, eum agnovit armigerum inſuperabilem: quem deridebat ruſtice loquentem, ſed angelico robore vigentem reformidavit. Nec enim una cum linguæ organo barbarus erat animus, neque una cum ſyllabis mens claudicare videbatur. Sed alter erat Paulus cum Paulo dicens: *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Obtorpuerunt carnifices cædendo: ſed martyr inveniebatur vegetior. Fatiſcebant lacerantium manus, ſed ejus qui lacerabatur animus non flectebatur, flagra compagem exſolverunt nervorum, ſed fidei vigor tenacius adſtringebatur. Perfoſſa latera abſumebantur: ſed mentis philoſophia efflorebat. Enecta erat carnis illius pars major: at quaſi necdum certamina exorſus, vigebat. Cum enim pietatis amor animam occupat, tum ipſa omne pugnarum genus irridet; & quicumque illam rei adamatæ cauſa cædunt, delectant magis quam excruciant. Teſtimonio mihi eſt illud Apoſtolorum deſiderium, quo Judæorum verbera olim ſuavia ipſis & grata reddebantur. *Ibant* enim, inquit, *gaudentes a conſpectu concilii, quod digni habiti eſſent qui pro ejus nomine contumeliam paterentur.* Talis eſt & ille miles qui hodie nobis celebratur. Hic tormenta pro gaudio duxit: hic dum cæderetur, roſis peti ſe tebatur. Impietatis damna tamquam tela fugiebat; judicis iram habebat pro fumi umbra. Satellitum efferatos ordines irridebat, qui ſcilicet ob pericula velut ob coronas tripudiaret. Plagis affectus perinde lætabatur, ac ſi honore afficeretur. Suppliciis acrioribus ita exſultavit, quaſi præmia lautiſſima accepiſſet. Deſpuebat gladios nudos, manus tortorum ſuſtinebat tamquam cera molliores, ſupplicii lignum velut ſalutare oſculabatur, ſeptis carcerum ceu pratis gaudebat,

Joan. 11. 25. 1. Cor. 1. 20. 2. Cor. 11. 6. Act. 5. 41.

bat, excogitatis tormentis veluti variis flo- A ribus oblectabatur. Dexteram habuit igne firmiorem: quod postremum tormentum ei ab inimicis admotum est. Etenim libamen dæmonibus facturi ignem aræ cum imposuissent, adductum Martyrem ante eam sistunt, atque dextram supinam super altare protendere jubentes, manu velut ærea ara abusi sunt, ardente ture in ea maligne imposito. Sperabant enim fore, ut vi ignis devicta manus tus in aram necessario ac velociter excuteret. Heu varias impiorum præstigias! Quoniam, inquiunt, vulneribus innumeris B animum pervicacis illius luctatoris non fleximus, illius certe manum per flammam flectamus. Quoniam artibus diversis animum non concussimus, certe igni admotam dexteram quatiamus. Sed ne illa quidem spes his miseris profuit. Etenim flamma quidem manum perrosit: sed tamen manus permansit flammam quasi cinerem ferens. Non dedit tergum sævienti igni fugitivorum in morem: sed immota perstitit contra flammam strenue dimicans, atque Martyri facultatem

Psal.143.1. dans prophetæ verba proferendi: *Benedictus* C *Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*. Ignis enim cum manu confligebat: sed ignis vincebatur. Flammam inter & dexteram martyris instruebatur lucta: sed dextera novam quamdam luctaminum victoriam habebat: quandoquidem per mediam manum transeunte flamma, manus adhuc ad luctam porrigebatur. O manum igne pertinaciorem! o manum ab igne flecti nesciam! o ignem a manu vinci edoctum! Vi ignis ferrum emollitum cedit: æs paret gnis potentiæ: vinci ab eo- D dem & lapidum durities solet. Nunc vero ignis vehementia quæ domat omnia, extentam martyris dexteram exurens nequaquam flexit.

Psal.72.24. 3. Ob id jure optimo posset martyr ad Dominum clamare: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me*. Quomodo te, o strenue Christi miles, appellabo? Vocabo statuam? sed multum imminuero tuam constantiam. Ignis enim receptam in se statuam emollit: dexteram vero tuam, ut saltem mo- E veri videretur, non adegit. Ferreum ne nominabo? sed hanc similitudinem fortitudine tua reperio inferiorem. Nam tu solus flammæ suasisti, ut ne manum domaret: tu solus habuisti dexteram aræ loco: tu solus ardente dextra dæmonum facies alapis percussisti, & tunc quidem in prunas commutata manu, eorum capita colliquefecisti, nunc vero ea in cineres redacta, ipsorum exercitus calcans excæcas. Quid autem puerili balbutie victorem magnum deprimo? Locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus, atque vocaliores doctorum tubas ad id præconium invitemus. Exsurgite nunc mihi, o præclari athleticorum gestorum pictores. Mutilatam hujus ducis imaginem artibus vestris adornate. Coronatum athletam obscurius a me depictum, solertiæ vestræ coloribus illustrate. Velim abeam victus a vobis, egregia martyris facta pictura repræsentaturis: gaudeam, tali hodie per vestram dexteritatem victoria superatus. Videam manus & ignis inter se luctam a vobis accuratius expressam: videam luctatorem in vestra imagine splendidius depictum. Plorent dæmones, ob martyris victorias per vos hodieque prostrati. Manus ardens & victrix denuo eis ostendatur. Depingatur in tabella & certaminum præfectos Christus, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XVIII. IN GORDIUM *Martyrem*.

1. NAturæ lex est apibus, ab alvearibus non prius abire, quam rex earum volatui præierit. Quoniam igitur & Domini populnm vidi nunc primum ad cælestes flores Martyres exeuntem, quæro ducem. Quis coocitavit magnum hoc examen? quis hibernam mœstitiam verna hilaritate commutavit? Nam nunc primum populus ex urbe tamquam ex alvearibus quibusdam effusus ad suburbanum decus, augustum hoc & perpolcrum martyrum stadium, frequentissimus convenit. Itaque cum nos quoque excitatos ac debilitatis oblitos adduxerit martyris miraculum; age sane & ipsi, voce pro viribus edita, bombilemus quasi circum florem gestorum viri illius, operam & piam & adstantibus gratam navantes. *Dum enim* *Prov.29.2.* *laudatur justus, lætabuntur populi*, dicebat nobis modo sapiens ille Salomon; quamquam apud me ipse addubitabam quidnam sibi vellit hoc ænigma Parœmiastæ. An dicat populum lætari alicujus rhetoris aut oratoris periti, qui orationem ad admirationem audientibus movendam composuerit, sono quodam, eoque eleganti, aureisque circumstrepenti: quod scilicet tum sententiarum inventionem atque dispositionem, tum dictionis pompam atque harmonicum concentum mire probat. Sed certe hoc numquam dixerit, cum nusquam tali dicendi genere olus sit. Nec nos hortatus est ut magnificis verbis & splendidis laudes beatorum prosequamur: qui scilicet pedestrem dictionem loquutionemque ornatu carentem ubique prætulerit. Quid igitur est quod dicit? quod lætantur populi lætitia spirituali, si solum egregia justorum facinora revocent in memoriam: quandoquidem iis quæ audiunt, ad æmu-

æmulationem imitationemque honorum inducuntur. Nam virorum qui bene in republica versati sunt historia, quasi quamdam lucem salutem consequuturis affert ad viam vitæ dirigendam. Quapropter simul atque narrante ipso Spiritu, vitam Moysis audivimus, statim fuimus æmulati virtutem viri, illaque morum mansuetudo unicuique optanda visa est atque laudanda. Et quidem ex verborum amplificatione reliquorum hominum conflantur elogia: sed quod ad justos attinet, gestarum a se rerum veritas satis fuerit ad egregiam eorum veritatem demonstrandam. Quare cum vitas eorum qui pietate claruerunt, enarramus, primum per servos Dominum afficimus gloria: deinde justos testimonio eorum quæ nobis nota sunt laudamus, postremo populum recte factorum auditione exhilaramus. Est enim hortamentum ad castitatem vita Josephi: incitamentum vero ad fortitudinem historia Sampsonis est.

Num. 12. 1.

Gen. 39. 8.

Jud. 14. &c.

2. Divina igitur schola legem non novit præconiorum: sed gestorum testimonium loco præconiorum habet; quippe quod & sanctis ad laudem sufficiat, & contendentibus ad virtutem satis impertiat utilitatis. Præconiorum namque lex est patriam investigare, genus ex alto repetere, & educationem referre: sed lex nostra propinquorum præterita mentione, ex iis quæ cuique propria sunt, elogium ac laudationem complet. Quid enim ego inde splendidior sum & illustrior, si quando urbs gravia magnaque certamina sustinuit, ac fusis hostibus tropæa clara erexit? Quid tum si habet situm ita opportunum, ut & in hieme & in æstate commoda sit? Quod si etiam eadem & virorum ferax sit, & alendis pecoribus idonea, quid mihi ex iis emolumenti? Sed & equorum gregibus omnes quæ sub sole sunt regiones superat. Quid hæc tandem possunt nos ad virtutem hominibus convenientem promovere? An non etiam si de vicini cujuspiam montis cacuminibus disserimus quomodo nubes transcendant, & quam longissime porrigantur in aerem, nos ipsos decipiemus tum, cum ex his laudes viris tribuerimus? Maximo omnium ridiculum est, spreto a justis orbe toto, nos ex paucis eorum quæ contemserunt, laudes eorum celebrare. Recordatio igitur satis fuerit perpetuæ utilitati percipiendæ. Nec enim jam opus illis est, ut quidpiam ipsis ad commendationem accedat: sed nobis in hac vita commorantibus ad eos imitandos necessaria recordatio est. Quemadmodum enim ignem naturaliter comitatur illustratio, & unguentum bonus odor: ita quoque bona opera utilitas necessario sequitur. Quamquam ne hoc quidem parvi momenti est, veritatem eorum quæ tunc gesta A suot diligenter assequi. Nam tenuis quædam fama, qua viri illius in certaminibus præclara facinora conservantur, ad nos usque pervenit. Atque quodammodo videmur nos pictoribus consimiles esse. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, plurimum, ut constat, desciscunt ab archetypis: sic & periculum non exiguum est, ne nos qui res ipsas non conspeximus, imminuamus veritatem. At quando adest dies memoriam referens Martyris, qui splendide in suis pro Christo testimoniis decertavit, dicamus quæ-B cumque novimus. Hic natus est ex hac urbe; unde etiam eo magis illum diligimus quod proprium nobis ornamentum sit. Quemadmodum enim feraces arbores eos quos nutriunt fructus propriæ terræ ferunt acceptos: sic etiam hic ex nostræ terræ sinu egressus, & ad summam gloriæ altitudinem evectus, patriæ quæ se produxit ac educavit, proprios pietatis fructus dedit fruendos. Boni quidem sunt externi etiam fructus, si & suaves fuerint, & alimento abundantes; sed tamen externis multo jucundiores sunt nostrates ac C vernaculi, qui, quod ad nos attineant, præter suavitatem videntur adhuc decus quoddam nobis & ornamentum conferre. Erat autem militiæ adscriptus, in qua locum insignem tenuit; ita ut militibus centum esset præfectus, corporisque robore & animi fortitudine inter militares ordines clareret. Cum igitur tyrannus qui tunc imperabat, amaritudinem animi atque crudelitatem usque ad Ecclesiæ bellum extenderet, tolleretque adversus pietatem manum Deo infensam, & denuntiaretur ubique ac ediceretur D in omni foro & in omni loco insigni, ut ne adoraretur Christus, alioquin morte multarentur cultores; cumque præceptum esset, ut omnes adorarent idola, haberentque pro diis lapides & ligna artis cælatura conformata, alioquin si qui dicto audientes non essent, perferrent intolerabilia; cum denique confunderetur turbareturque civitas tota, piique essent prædæ expositi, diriperentur pecuniæ, plagis dilaniarentur corpora Christianorum, traherentur mulieres per mediam civitatem, tum juventus non concita-E bat misericordiam, nulla senectutis reverentia erat, sed qui nihil admiserant mali, maleficorum subibant supplicia. Angusti erant carceres, desertæ erant domus opulentæ, solitudines refertæ profugis. Crimen autem hæc tolerantium erat pietas. Et pater prodebat filium, & patrem filius indicabat: fratres in fratres furebant, & servi in dominos suos insurgebant. Atque dira quædam nox genus hominum ita invaserat, ut omnes, diabolo ad insaniam adigente, se invicem ignorarent. Diruebantur ædes precationis manibus impiorum, evertebantur altaria,

Patria Martyris Gordii.

nec

nec erat oblatio ulla, neque suffitus, non locus sacrificandi: sed tristitia ingens velut nebula quædam occupabat omnia, fugabantur numinis cultores, omnis chorus pietatis erat consternatus: sed dæmones tripudiabant, nidoribus ac sanguine omnia coinquinantes. Tunc strenuus ille vir, antevertens judiciorum necessitatem, abjecto cingulo exterris erat. Spreto igitur magistratu, spreta gloria, spretis divitiis omnis generis, propinquis, amicis, famulis, deliciis vitæ, reliquis, quorum studio homines tenentur, ad profundissimas ac hominibus imperviat solitudines confugit, actam cum bestiis vitam societate idololatrarum ducens mansuetiorem, imitatus zelotem Eliam, qui cum idololatriam videret Sidoniæ invalescentem, in montem Choreb profugit, degebatque in spelunca, conquirens Deum, donec vidit opcatissimum quantum homini fas est Deum videre.

3. Reg. 16. 31. & 19. 8.

3. Talis igitur erat & Gordius, qui fugit tomultus civiles, turbam forensem, magistratuum fastum, tribunalia, calumniatores, vendentes, ementes, jurantes, mentientes, verborum turpitudinem, facetias & reliqoa omnia, quæ populosæ urbes secum trahunt ita, ut cymbæ a magnis navibus trahuntur: qui cum purgasset aures, purgasset oculos, corque ante omnia purgasset, ut posset Deum videre, ac beatus efficeretur, vidit ex revelatione, didicit mysteria non ab hominibus, neque per homines, sed magno usus præceptore Spiritu veritatis. Unde cum vitam reputasset, quam inutilis sit, quam vana, quam omni somnio & umbra fragilior, exstimulatus est vehementius ad supernam vocationem concupiscendam. Ac veluti athleta, jam se jejuniis, vigiliis, precatiooibus, assiduaque & indefinenti oraculorum Spiritus meditatione satis exercitatum esse, atque ad certamen unctum, animadvertens, illam ipsam diem in qua tota plane civitas, dæmonis bellum amantis diem festum celebratura, certamenque equestre spectatura, theatrum occuparat, observavit. Cum igitur collectus fuisset in eminentem locum populus omnis, non Judæus aberat, non Græcus: imo vero erat eis admixta multitudo magna Christianorum, qui incaute viventes, & una cum concilio vanitatis sedentes, nec congressus male agentium declinantes, celeritatem equorum & aurigarum peritiam tunc ipsi quoque spectabant. Sed & servos heri dimiserant, & pueri e literariis ludis accurrebant spectatum, & aderant pariter feminæ quotquot plebeiæ erant & obscuræ. Refertum autem erat stadium, jamque ad equestre certamen conspiciendum intenti erant omnes. Tunc igitur generosus ille vir magnique animi & magnæ constan-

A tiæ, desoper ex montibus in theatrum descendens, non extimuit populum, non attendit quot adversariorum manibus se objiceret: sed intrepido corde & elato animo, veluti saxa crebra aut arbores multas, eos qui in stadio sedebant, prætergressus, in medio constitit, confirmans illam sententiam: *Justus ut leo confidit*. Atque animo erat adeo intrepido, ut, in conspicuo theatri loco constitutus, vocem illam quam quidam etiamnum superstites audierunt, firma cum fiducia ac clamore emiserit: *Inventus* B *sum a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant*. Quibos verbis significavit non fuisse se vi ad pericula adductum, sed ultro obtulisse se certamini, imitatum Dominum, qui cum per noctis tenebras a Judæis minime cognosceretur, se ipse prodidit.

Prov. 28. 1.

Esa. 65. 1.

4. Mox igitur theatrum inopinato spectaculo in se convertit, vir com esset horrendo aspectu, cujus ob diutinam in montibus moram caput sqoalidum erat, barba promissa, vestitus sordidus, totum corpus aridum: qui C baculum gestabat, ac pera erat indotus; in quibus omnibus gratia quædam, qua intus illustrabator, elucebat. Sed simul atque cognitus fuit, quis esset, statim permixtus quidam clamor excitatus est ab omnibus, domesticis quidem fidei præ gaodio plaudentibus, adversariis vero veritatis judicem ad eum de medio tollendum provocantibus, eumdemque in antecessum morti addicentibus. Itaque clamore ac tomultu plena erant omnia, neglecti sunt equi, neglecti aurigæ, curruum ostentatio strepitus inanis erat. D Nullius enim oculus ad aliud nisi ad videndum Gordium erat intentus, nec aoris ulla aliud nisi illios verba audire volebat. Atque confusus quidam rumor veluti aura theatrum totum pervadens, strepitum circi superabat. Ubi vero silentium per præcones populo imperatum est, conquieverunt tibiæ, consiluerunt varia musicorum instrumenta, audiebatur Gordius, spectabatur Gordius, statimque adducebatur ad præsidem illic sedentem certamenque disponentem. Interea igi·ur miti voce ac leni, quis & onde esset in- E terrogabatur. Ubi autem dixit patriam, genus, gradum obtentæ dignitatis, causam fugæ, reditum: adsum, inquit, mandatorum vestrorum contemtum simul & fidem in Deum in quo spem reposui, factis ostensurus: audivi enim, inquit, te multos crudelitate superare. Quamobrem id tempos tamquam explendo meo voto idoneum elegi. His verbis præsidis ira instar ignis accensa, totum viri furorem in semet concitavit. Jam, inquit, voca lictores. Ubi laminæ plumbeæ? obi flagra? extendatur in rota, torqueatur in equuleo, afferantur suppliciorum instrumen-

Digitized by Google

menta, bestiæ, ignis, gladius, crux, fossa A paretur. At enim, inquit, quid habet lucri sceleftus ille, cum semel tantum moriatur? Imo respondit statim Gordius, quantum damnum patior, quod sæpe pro Christo mori non possim! Præses autem præter feritatem naturalem, sævior adhuc evadebat, respiciens ad viri dignitatem, cujus magnam animi sublimitatem suum ipsius dedecus putaret. Et quo magis videbat animum illius imperterritum, eo magis efferebatur, magisque viri constantiam excogitandis cruciatibus superare contendebat. B Hæc Præses.

5. Martyr vero conjectis in Deum oculis, animam suam demulcebat his sacrorum Psal-

Psal. 117. 6. morum verbis: *Dominus mihi adjutor, & non*

Psal. 22. 4. *timebo quid faciet mihi homo.* Et illud: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es*, & ejusdem generis alia, quibus ad fortitudinem excitamur, quæ e sacris eloquiis didicerat. Sed tantum abfuit ut minis cederet, aut perterreretur, ut etiam provocaret in semetipsum supplicia. Quid cunctamini, inquit, quid statis? Lanietur corpus, torqueantur C membra; perferant quoscumque volueritis cruciatus. Spem beatam mihi ne invideatis. Nam quanto magis tormenta augebitis, tanto majus mihi præmium comparabitis. Convenit nobis de his cum Domino: pro vibicibus in corpore eminentibus, in resurrectione amictu lucido induemur: pro ignominia, coronæ: pro carcere, paradisus: si condemnamur cum maleficis, vivemus cum angelis. Multa in me ferite, ut metam messem multiplicem. Cum autem non possent eum terroribus expugnare, resque fieri non pos- D set; mutato consilio blanditiis aggrediebantur. Tale est enim artificium diaboli, timidum perterrefacit, fortem emollit. Ejusmodi erant tunc quoque malefici præsidis versutiæ. Nam posteaquam vidit eum minis nihil cedere, dolis ipsum atque illecebris circumvenire conatur. Pollicebatur munera. Alia dabat, alia ab Imperatore tribuenda esse promittebat, locum in militia illustrem, largitionem pecuniarum, quidquid velit.

6. Sed cum frustra tentaretur (auditis enim his pollicitationibus, vir beatus præsi- E dis dementiam irrisit, si quid quod cum regno cælorum comparari possit, daturum se arbitraretur): tum iræ impotens erat, & gladium distringebat, & lictorem ponebat ob oculos, & per manum & per linguam cædem se contaminans, virum beatum morti addixit. Interea ad hunc locum transivit theatrum omne; & quotquot reliqui erant incolæ, pro mœnibus effusi, magnum illud & palæstricum spectaculum cernebant: quod erat & angelis & creaturæ omni admirandum, luctuosum diabolo, dæmonibus formidandum. Vacua civibus effecta est civitas, multitudine acervatim fluminis instar in hunc locum transcurrente. Non fuit mulier, quæ a spectaculo abesse voluerit, non vir obscurus, aut illustris abfuit. Custodias custodes domorum deserebant: apertæ erant mercatorum tabernæ: jacebant in foro res venales: una omnium erat custodia ac securitas, exiisse omnes æqualiter, & ne unum quidem maleficum in urbe remansisse. Relinquebant servi dominorum ministeria; & quodcumque peregrinorum aut indigenarum erat, omne id hoc in loco ad virum conspiciendum adstabat. Tunc etiam virgo marium sustinere aspectum ausa est, senexque & infirmus, illata vi debilitati, erant extra muros. Jam igitur virum beatum morte ad vitam properantem circumstantes amici cum gemitibus amplectebantur, ac extremam salutem dicebant, atque effusis ferventibus lacrymis, precabantur ne semet traderet igni, ne suam absumeret juventutem, ne jucundum hunc solem derelinqueret. Alii consiliis ad persuadendum idoneis eum decipere nitebantur: Nega verbo solo; in animo vero, ut voles, serva fidem. Utique non attendit Deus linguam, sed loquentis mentem. Ita enim tibi licebit & judicem mitigare, & Deum propitium reddere. Malum consilium amicorum.

7. At ille inflexibilis erat & indomitus, nec ullo tentationum impetu vulnerari poterat. Comparaveris animi ipsius immotam constantiam domui sapientis, quam neque ventorum vis intoleranda, neque vehemens imber ex nubibus erumpens, neque torrentes diffusi queunt concutere, ob petræ firmitatem. Ejusmodi erat vir ille, fidei quæ in Christum est fulcimentum inconcussum conservans. Et vero spiritualibus oculis circumcurrentem diabolum cum cerneret; concitantem alium ad lugendum, adjuvantem alium ad persuadendum, plorantibus quidem illud Domini verbum dixit, *Nolite flere super me*: sed flete super hostes Dei, qui in Luc. 23. 28. pietatis cultores talia audent, quique per hanc flammam quam ad nos comburendos accendunt, gehennæ ignem sibimet parant. *Desinite flere, & cor meum affligere.* Ego Act. 21. 13. enim non semel solum mori paratus sum pro nomine Domini Jesu, sed & millies, id si fieri posset. Aliis vero qui ut lingua negaret, suadebant, respondit, linguam quæ a Christo creata erat, quidquam in conditorem loqui non posse. Corde enim credimus ad justi- Rom. 10. 10. tiam, ore vero confitemur ad salutem. Num militaris ordinis desperata salus est? nullus ne Centurio pius? Recordor primum Centurio- Matth. 27. 54. nis ejus, qui Christi cruci adstans, ex miraculis cognita ejus potentia, fervente adhuc Judæorum scelere, eorum non extimuit iram, neque metu veritatem reticuit: sed confes-

sus

fur est, nec negavit eum vere esse filium Dei. A

Matth. 8. 8. Novi & alium Centurionem, qui Dominum, cum adhuc in carne commoraretur, cognovit Deum esse potestatumque regem, & jussu solo per administros spiritus opem egentibus conferre posse: quem & fide Israelem universum
Act. 10. superasse Dominus pronuntiavit. Nonne & Cornelius, cum Centurio esset, promeruit ut angelum videret, ac postremo per Petrum salutem adipisceretur? quippe eleemosynæ ejus & preces exauditæ sunt apud Deum. Illorum volo esse discipulus. Quomodo igitur negabo Deum meum, quem a B puero adoravi? Nonne horrescet cælum desuper? Nonne obscurabuntur mea causa sidera? Num tellus aliquo modo me sustine-
Gal. 6. 7. bit? *Nolite errare: Deus non irridetur.* Ex
Luc. 19. 22. ore nostro nos judicat: ex verbis justificat,
Matth. 12. 37. exque verbis condemnat. Annon legistis tremendam hanc Domini comminationem?
Matth. 10. 33. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.*

8. Cur autem hæc simulem suadetis? ut mihi quidpiam ex tali arte comparem? ut paucos dies lucrifaciam? at jacturam faciam C totius æternitatis: ut effugiam carnis dolores? sed nequaquam videbo bona justorum. Perire solerter, & astute ac dolose æternum sibi supplicium accersere, manifesta fuerit dementia. Sed & vobis do consilium. Si male sentitis, mutata sententia pietatem discite: sin autem simulatis, tempori ut
Ephes. 4. 25. serviatis, *deponentes mendacium, loquimini veritatem.* Dicite *quod Dominus Jesus Chri-*
Phil. 2. 11. & 10. *stus in gloria est Dei Patris.* Nam emittet hanc vocem lingua omnis tum, cum *in nomine Jesu omne genu flectetur, cælestium terre-* D *striumque ac infernorum.* Mortales sunt homines omnes: sed martyres pauci. Ne exspectemus ut mortui simus: sed è vita ad vitam transeamus. Quid naturalem mortem præstolamini? infructuosa est, quæstus nullius, communis pecorum hominumque. Quisquis enim nascendo in vitam introivit, aut fuit tempore absumtus, aut morbo dissolutus, aut violento quodam ac inevitabili casu abreptus. Cum igitur mori omnino oporteat, vitam nobis per mortem comparemus. Spontaneum facite quod est coactum. E Vita ne parcite, qua necesse est privari. Sane etsi terrena pariter essent in perpetuum permansura, nihilominus danda opera esset, ut ea cælestibus permutaremus: sed si brevi tempore durant, & dignitate ita imparia sunt, ingens insania fuerit, ob horum studium beatitudines in spe repositas amittere. Hæc cum dixisset, crucisque signo se circumscripsisset, ibat ad ictum, nihil immutato colore, nihil alterata faciei alacritate. Nam ita animo affectus erat, non quasi inventurus fuisset lictorem, sed quasi fuisset se manibus angelorum concrediturus qui statim eum recens jugulatum assumentes, ad beatam vitam velut Lazarum transferrent. Quis populi illius enarrabit clamorem? Quodnam tonitruum fragorem tantum ex nubibus in terram demisit, quantus tunc e terra in cælum ascendit? Hoc est stadium coronati illius athletæ. Hæc dies admirandum illud spectaculum conspexit, quod non obscuravit tempus, non dissolvit consuetudo, non vicit posteriorum eventuum magnitudo. Quemadmodum enim solem semper intuentes, semper admiramur: ita quoque viri illius memoriam semper recentem habemus. Nam *in memoria æterna erit justus,* Psal. 111. 7.
& apud incolas terræ, dum terra erit, & in cælis, & apud judicem justum, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XIX. IN SANCTOS quadraginta Martyres.

1. Quæ satietas in recolenda Martyrum memoria esse possit, ei, qui Martyres amore prosequatur, cum honor quem conservis bonis deferimus, nostræ erga communem Dominum benevolentiæ specimen sit & monumentum? Etenim obscurum non est eum qui strenuos viros commendarit, ipsos in similibus occasionibus imitaturum esse. Lauda sincere eum qui Martyrium pertulit, ut efficiare Martyr voluntate, ac demum fine persequutione, fine igne, fine verberibus eamdem atque illi mercedem consequare. Nobis autem non unus ad venerationem proponitur, non duo dumtaxat, non ad decem usque beatorum se numerus extendit: sed viri quadraginta, quasi animam unam in diversis corporibus habentes, in una fidei conspiratione ac concordia, unam in cruciatibus tolerantiam, unamque pro veritate constantiam ostenderunt. Omnes inter se consimiles, pares sententia, pares certamine. Quamobrem & gloriæ coronas pares promeruere. Qua igitur oratione possunt pro merito laudari? Ne quadraginta quidem linguæ satis fuerint tot virorum virtuti celebrandæ. Et vero si vel unum cultu & observantia prosequeremur, is utique eloquentiæ nostræ vim superaret, nedum multitudo tanta, phalanx militaris, agmen inexpugnabile, quod ut in bellis vincere, ita laudibus assequi nemo potest.

2. Age jam, illos in medium recolenda eorum memoria adducentes, communem utilitatem ex eis capiendam adstantibus proponamus, exhibita omnibus velut in tabella horum virorum fortitudine. Nam & res in bello fortiter gestas sæpe tum oratores, tum pictores exprimunt, illi quidem eas sermone

ne ornantes, hi vero ipsas depingentes in tabellis, & utrique non paucos ad fortitudinem excitarunt. Quæ enim historiæ sermo per auditum exhibet, ea ob oculos ponit silens pictura per imitationem. Hunc ad modum & nos adstantibus in memoriam revocemus virorum virtutem, eorumque gestis velut in conspectum adductis, qui generosiores sunt, animoque ipsis conjunctiores, eos ad æmulationem exstimulemus. Nam congregatos exhortari ad virtutem, hæc est Martyrum laus. Neque enim habiti de Sanctis sermones præconiorum legibus dignantur B servire. Nam qui laudant, ex mundanis causis laudum originem sumunt: quibus vero mundus crucifixus est, quomodo quidquam ex iis quæ in mundo sunt, eorum claritati atque commendationi locum ullum præbere poterit? Non una erat Sanctis patria: siquidem alius aliunde venerat. Quid igitur? Ipsos ne extorres dicemus, an orbis cives? Quemadmodum enim in symbolorum collationibus ea quæ ab unoquoque collata sunt, conferentium fiunt communia: ita quoque in his beatis uniuscujusque patria C communis est omnium, omnesque undecumque profecti, alter cum altero patriam communicant. Imo vero quid attinet terrenas patrias investigare; cum nosse quæ nunc eis civitas sit, liceat? Civitas igitur martyrum, civitas est Dei: cujus opifex & artifex Deus, superna Jerusalem, libera, mater Pauli, & eorum, qui ei sunt consimiles. Et vero hominum quidem genus, aliud alius: sed genus spirituale, unum omnium. Communis enim ipsorum pater Deus, & fratres omnes, non ab uno & ab una geniti, sed ex Spiritus D adoptione in concordiam inter se per charitatem convenientes. Chorus paratus, magna accessio eorum, qui a sæculo Deum gloria afficiunt, non sigillatim congregati, sed acervatim translati. Quis vero translationis modus? Hi magnitudine corporis, & ætatis vigore ac robore omnibus suis æqualibus præstantes, in militares catalogos relati sunt; atque ob experientiam bellicam animique fortitudinem, jam primos honores apud imperatores obtinebant, quod ob virtutem celeberrimi essent apud omnes.

Hebr. 12. 22. & 11. 10.

3. Postquam autem promulgatum est impium illud scelestumque edictum, ut ne quis confiteretur Christum, alioqui subeunda pericula essent, tum nullum non intentabatur genus suppliciorum, atque judices iniquitatis accendebantur multa ira ac ferina in hos pietatis cultores. Insidiæ ac doli eis tendebantur, studiosiusque exquirebantur varia tormentorum genera. Tortores implacabiles erant, ignis paratus, gladius acuebatur, crux defixa, fossa, rota, flagella. Alii conjiciebant se in fugam, alii succumbebant, A alii fluctuabant. Quidam vero ante experimentum minis solis absterriti sunt. Alii cruciatibus jam non longe dissitis, vertigine laborarunt: alii aggressi certamina, deinde ad finem usque laborum perseverare haud valentes, in mediu fere certamine despondentes animum, non secus atque hi qui in mari tempestate jactantur, etiam partas jam patientiæ merces naufragio amiserunt. Tunc igitur invicti illi ac strenui Christi milites prodeuntes in medium, ostendente præfecto imperatoris litteras, ac obedientiam exigente, libera voce, confidenter fortiterque, nihil tormentorum aspectu perterrefacti, neque minas formidantes, esse se Christianos confessi sunt O beatas linguas, quæ sacram illam vocem emiserunt, quam cum aer recepit, sanctificatus est: qua audita plausum excitarunt angeli, diabolus vero una cum dæmonibus sauciatus est: quam denique Dominus inscripsit in cælis.

4. Itaque unusquisque eorum in medium prodiens, dixit: Christianus sum. Et quemadmodum in stadiis, ad certamen qui accedunt, simul dicunt nomina sua, & ad certaminis locum transeunt: ita & hi quoque tunc ea quæ sibi ortus indiderat nomina abjicientes, a communi Salvatore suum quisque nomen desumsere, idque fecere singuli, adeo ut sequens priori semet adjungeret. Ex quo factum est omnium nomen unum: quippe jam non erat talis aut talis, sed Christiani vocabantur omnes. Quid igitur tunc præfectus? Nam callidus erat & varius, tum ut seduceret blanditiis, tum ut minis subverteret. Primum quidem blanditiis pelliciebat, firmitatem pietatis atque constantiam frangere conatus. Juventutem vestram ne prodatis, neve cum morte intempestiva hujus vitæ jucunditatem commutetis. Nam ab re fuerit eos qui in bellis fortiter agere consueverunt, maleficorum morte interire. Ad hæc pollicebatur pecunias. Rursus dabat honores ab imperatore, dignitatumque distributiones, atque sexcentis ipsos versutiis expugnare nitebatur. Cum autem nihil emollirentur hoc tentamine, transit ad aliud artificii genus. Plagas eis mortemque & sup- E pliciorum intolerabilium periculum intentat. Et hic quidem talia, Martyres vero qualia? Quid, inquiunt, offerendis muneribus tuis, o hostis Dei, inescas nos, ut secedamus a Deo vivente, & exitiosis dæmonibus inserviamus. Quid tantum dederis, quantum conaris auferre? Odi munus, quo damnum inferatur: non suscipio honorem dedecoris parentem. Pecunias das hic permansuras, gloriam marcescentem. Notum me facturus es imperatori, sed a vero rege abalienas. Quid parce pauca ex mundanis rebus polliceris? Mundus totus a nobis con-

tem-

temptus est. Res visibiles cum ea spe quæ nobis in votis est, non queunt comparari. Vides hoc cælum ut pulcrum aspectu, ut magnum? vides terram, quanta sit, & quæ in ea sunt admirationi? Nihil horum adæquat justorum beatitudinem: siquidem hæc prætereunt, nostra vero manent. Concupisco donum unum, coronam justitiæ: gloriæ unius impotenti desiderio teneor, ejus, quæ est in regno cælorum. Honorem supernum ambio: gehennæ metuo supplicium. Ignis ille extimescendus mihi est: quem vero vos comminamini, is conservus est. Contemtores idolorum novit revereri. Jacula puerorum puto plagas vestras. Corpus enim cædis, quod, si diutius restiterit, coronam splendidiorem consequetur: sin autem citius defecerit, liberabitur judicibus tam violentis, qui cum famulatum corporum vobis sumseritis, adhuc etiam contenditis animis dominari. Qui, nisi Deo nostro præferamini, sævitis quasi extrema ignominia a nobis affecti; atque horrenda hæc supplicia intentatis, crimen nobis objectantes pietatem. At offendetis non timidos, neque vitæ cupidos, neque qui facile perterreantur, idque pro Dei dilectione. Nos enim & rotari, & torqueri equuleo, & comburi, & omne tormentorum genus perferre parati sumus.

5. Hæc autem cum audisset superbus ille ac barbarus, haud ferens virorum dicendi libertatem, ira ejus supra modum effervescente, reputabat secum quodnam artificium excogitaret, ut mortem & longam & amaram simul eis strueret. Invenit tandem ejusmodi artificium, sed attendite quam acerbum & grave. Cum enim considerasset regionis naturam, quod frigida esset, & anni tempus, quod hibernum, observata nocte in qua maxime malum augebatur, præsertim cum boreas in ipsa tunc spiraret, denudatos omnes jussit sub dio in media civitate congelatos mori. Scitis autem omnino vos, qui hiemem experti estis, quam intolerabile sit illud tormenti genus. Neque enim fieri potest ut id aliis notum sit, nisi quibus post ipsam experientiam suppetunt eorum de quibus loquimur exempla. Corpus enim quod frigori exponitur, primum quidem totum lividum est, sanguine congelato: exinde agitatur ac effervescit, dentibus in se impingentibus, retractis nervis, & mole omni præter voluntatem contracta. Quin & acutus quidam cruciatus, & dolor inenarrabilis ad ipsas usque medullas perveniens, sensu intolerabili algentes afficit. Tum mutilatur, extremis partibus quasi ab igne concrematis. Calor enim ab extremitatibus corporis fugatus, & ad interiora confugiens, partes a quibus abscedit, relinquit mortuas: eas vero ad quas contruditur, excruciat, morte paulatim per congelationem accedente. Tunc igitur ea in illos lata sententia est, ut sub dio pernoctarent, cum stagnum, circum quod condita erat civitas, in qua Sancti decertabant, esset velut quædam planities equitabilis, glacie illud transmutante, cumque id ex frigore ad continentis naturam redactum, super dorsum iter accolarum pedibus tutum præberet, præterea que fluvii qui jugiter fluebant, glacie constricti, desiissent manare, & aquarum natura mollior in lapidum duritiem conversa esset, cum denique acres boreæ flatus animantia omnia urgerent ad mortem.

6. Tunc igitur audito edicto (& mihi hic consideres velim virorum insuperabilem constantiam), unusquisque postrema etiam tunica læte abjecta, per frigus ad mortem progrediebatur, alter alterum quasi ad spolia diripienda cohortatus. Neque enim, inquiunt, vestem exuimus: sed veterem hominem, qui secundum desideria erroris corrumpitur, deponimus. (Ephes. 4. 22) Gratias tibi agimus, Domine, quod una cum hoc amictu abjiciamus peccatum. Quoniam propter serpentem induti fuimus, exuamur propter Christum. (Gen. 3. 21.) Vestes tenacius ne retineamus, ob paradisum, quem amisimus. Quid retribuemus Domino? (Psal. 115. 12.) Exutus est quoque Dominus noster. (Matth. 27. 28.) Quid magnum servo, ea quæ Dominus perpessus est, perpeti? Imo vero nos sumus, qui ipsum Dominum exuimus. Militum enim est illud scelus, illi exuerunt, diviseruntque vestes. Quamobrem nostram accusationem literis proditam per nos ipsos deleamus. Acris est hiems, at dulcis paradisus: congelatio aspera, sed jucunda requies. Paululum exspectemus, & nos sinus patriarchæ confovebit. Unam noctem æternitate tota mutemus. Exuratur pes, ut perpetuo cum angelis tripudiet: diffluat manus, ut sese ad Dominum attollendi fiduciam habeat. Quot e nostris commilitonibus in acie ceciderunt, imperatori mortali servata fide? nos vero vitam istam pro fide in verum regem non projiciemus? Quot mortem maleficorum pertulerunt, in sceleribus deprehensi? nos vero pro justitia mortem non sustinebimus? Ne declinemus, o commilitones, terga ne demus diabolo. Carnes sunt, ne pepercerimus; cum mori omnino necesse sit, moriamur ut vivamus. *Fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo Domine*; (Dan. 3. 40.) suscipiamurque velut hostia vivens, accepta tibi, hoc isto frigore holocaustum effecti, (Rom. 12. 1.) oblatio pulcra, novum holocaustum, frigore non igni consumtum. Hos sermones consolatorios inter se conferentes, & alter alterum exhortantes, actis velut in bello excubiis quibusdam, noctem transmittebant,

ferentes præsentia strenue, speratis gaudentes, deridentes hostem. Unum autem erat omnium votum. Quadraginta ingressi sumus in stadium, quadraginta coronemur, o Domine. Ne unus quidem desit huic numero. Venerabilis est hic numerus, quem *Matth. 4. 2.* quadraginta dierum jejunio honorasti, per *Exod. 34. 28.* quem lex ingressa est in mundum. Elias cum *3. Reg. 19. 8.* Dominum per quadraginta dies in jejunio conquisisset, ipsum vidit. Et hæc quidem erat illorum precatio: sed unus ex eorum numero cruciatui succumbens, ineffabilem luctum, deserto ordine, Sanctis dereliquit. Verum non sivit Dominus eorum preces irritas esse atque inefficaces. Nam cui martyrum concredita custodia erat, is non longe e quodam gymnasio, dum se calefaceret, rei exitum observabat, milites eos qui ad ipsum confugerent suscipere paratus. Nam & hoc quoque excogitatum fuerat, ut in propinquo balneum esset, quo remedium promptum sententiam mutantibus denuntiaretur. Sed quod maligne adversariis excogitatum est, videlicet, ut talem certaminis locum adinvenirent, in quo paratum levamen robur decertantium atque constantiam labefacturum esset: hoc martyrum patientiam splendidiorem reddidit. Non enim is cui necessaria desunt, tolerans est: sed is, qui inter bonorum fruendorum copiam in malis ferendis perseverat.

7. Cum autem hi decertarent, ille vero eventum observaret, spectaculum mirum vidit, virtutes quasdam e cælis descendentes; & velut a rege munera magna militibus distribuentes: quæ aliis quidem omnibus dona dispertiebant, sed tamen unum reliquerunt non donatum, judicantes indignum cælestibus honoribus: qui statim animo ob dolorem concidens, transfugit ad adversarios. Miserabile spectaculum justis; miles transfuga, vir strenuissimus captus, direpta a lupo ovis Christi: atque illud miserabilius quod & æternam vitam amisit, & ne hac quidem fruitus est, carne ipsius ad caloris accessum statim exsoluta. Et hic quidem vitæ amans, frustra admisso scelere, cecidit: sed lictor ut vidit eum abscessisse, & ad balneum accurrisse, semet substituit in locum desertoris, & indumentis abjectis se ipse nudis admiscuit, idem quod Sancti clamans, *Christianus sum.* Atque repentina hac mutatione adstantes obstupefaciens, ut numerum complevit, ita illorum de emollito transfuga mœrorem accessione sua delinivit, imitatus eos qui in acie versantur, qui uno aliquo in prima acie cadente, confestim replent phalangem, ut ne inter ipsos ordinum densitas defectu illius interrumpatur. Fecit igitur & ipse quiddam non dissimile. Vidit cælestia miracula, agnovit veritatem, confugit ad Dominum, annumeratus est inter martyres. Discipulorum renovavit facta. Abiit Judas, & ei subrogatus est Matthias. *Act. 1. 26.* Imitator effectus est Pauli, heri persequutor, hodie evangelii præco. *Ibidem 9. 20.* Habuit & ipse ex supernis vocationem, *non ab hominibus, neque per hominem.* Credidit in nomine Domini nostri Jesu Christi: *Gal. 1. 1.* baptizatus est in ipsum, non ab alio, sed a propria fide, non in aqua, sed in proprio sanguine.

8. Ita demum ineunte die, adhuc spirantes igni traditi sunt, atque reliquiæ ignis in fluvium projectæ fuere, ut beatorum certamen per omnem creaturam transiret. Decertarunt in terra, tolerantiam ostenderunt in aere, traditi igni sunt, aqua ipsos excepit. Illorum est vox illa: *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* *Psal. 65. 12.* Hi sunt qui regionem nostram obtinentes, veluti densæ quædam turres ipsam adversus hostium incursum tuto communiunt, non in uno loco seipsos concludentes, sed multis locis jam hospitio excepti, regionesque multas adornantes. Et quod mirum est, non singulatim divisi accedunt ad suscipientes, sed inter se commixti conjunctim tripudiant. O rem miram! neque numero pauciores sunt, neque plures. Eos in centum si divideris, proprium numerum non excedunt: si in unum collegeris, nihilominus tamen quadraginta permanent, nun aliter atque ignis natura. Nam & ille ad accendentem transit, & totus est apud habentem: sic etiam quadraginta, & omnes simul sunt, & omnes apud singulos sunt. Beneficientia uberrima, donum quod non absumitur, paratum auxilium Christianis, ecclesia martyrum, exercitus tropæa gestantium, chorus laudes divinas celebrantium. Quantum impendisses laboris, ut reperires unum aliquem, qui pro te Dominum exoraret? Sunt quadraginta, precationem concordem sursum emittentes. Ubi duo aut tres congregati sunt in nomine Domini, illic est in medio ipsorum. *Matth. 18. 20.* Ubi vero quadraginta fuerint, quis de Dei præsentia ambigat? Qui angustia aliqua premitur, ad quadraginta martyres confugit, qui lætatur, recurrit ad eosdem: ille quidem ut a malis liberetur, hic vero, ut res sibi secundæ esse pergant. Hic mulier pia pro liberis orans deprehenditur: peregrinanti marito reditum, infirmo salutem petit. *Invocantur Martyres.* Fiant cum martyribus preces vestræ. Adolescentes imitentur æquales suos: patres talium filiorum patres esse exoptent: matres matris bonæ edifcant exemplum. Mater unius illorum beatorum, cum vidisset alios jam frigore consumto, suum vero filium adhuc spirantem, tum ob robur, tum ob animum in ferendis malis acrem, cumque eum lictores, quod forte consilium mutare

potuisset, relinquerent, ipsa suis ipsius manibus sublatum imposuit currui, in quo reliqui simul jacentes ad rogum ferebantur, vere martyris mater. Non enim ignave flevit, nec quidquam humile, aut illo temporis articulo indignum loquuta est. Sed abi, inquit, o fili, viam bonam cum æqualibus, cum contubernalibus: ne disjungaris a chorea: ne reliquis serius Domino sistaris. Revera radicis bonæ bonum germen. Ostendit generosa mater, quod eum pietatis dogmatibus magis quam lacte enutriverit. Atque is quidem sic educatus, sic a pia matre deductus est: diabolus vero pudore affectus abiit. Nam commota in illos creatura omni, omnia invenit horumce virorum virtute superata, noctem vento graviagitatam, regionem frigidam, tempestatem anni, corporum nuditatem. O chorus sanctus, o sacer ordo, o confertissimum & infractum agmen, o communes generis humani custodes, boni curarum socii, precum fautores, legati potentissimi, stellæ orbis terrarum, ecclesiarum flores. Non vos terra operuit, sed cælum suscepit: apertæ sunt vobis paradisi portæ. Dignum spectaculum exercitu angelorum, dignum patriarchis, prophetis, justis, viri, qui in ipso juventutis flore contempta vita, præ parentibus, præ liberis Dominum dilexerunt. Ætatem illam dum agerent, in qua spes vivendi habetur, aspernati sunt temporariam vitam, ut Deum glorificarent in suis ipsorum membris, spectaculum mundo angelisque & hominibus effecti. (1. Cor. 4. 9.) Erexerunt collapsos, ambigentes confirmarunt, piis religiosisque desiderium altero tanto majus reliquere. Omnes uno tropæo pro pietate erecto, una etiam justitiæ corona exornati sunt, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XX. DE HUMILITATE.

1. Utinam homo mansisset in ea quam apud Deum habebat gloria, habuisset sublimitatem non fictam, sed veram, potentia Dei nobilitatus, sapientia divina illustratus, vita æterna illiusque bonis oblectatus. Sed ubi divinæ gloriæ desiderium transmutavit, & majorem sperans, & accipere festinans quod assequi nequibat, amisit quod habere poterat: maxima salus homini, morbique medela, & reditus ad primum statum, est humilem esse, nulliusque gloriæ apparatum a se comminisci, sed a Deo quærere. Ita enim erratum corriget, ita morbo medebitur, ita ad præceptum sacrum quod deseruit recurret. Postquam autem diabolus spe falsæ gloriæ hominem dejecit, non

A cessat eum iisdem irritamentis provocare, & innumera ad hoc machinamenta comminisci. Et quidem divitiarum copiam ceu magnum quiddam ei ostendit ut inde efferatur, illicque studium ponat: quod tamen nihil confert ad gloriam, imo potius in magnum periculum adducit. Nam pecuniarum comparatio avaritiæ quidem materia est, nec tamen earum possessio ad existimationem bonam quidquam facit: imo vero vane excæcat, frustra extollit, morbum inflammationi cuipiam non dissimilem in animа

B producit. Tumor enim corporum inflammatorum nec sanus est, nec utilis: sed morbosus & noxius, periculi origo, & causa interitus. Tale quid & in anima facit superbia. Etenim non e pecuniis solum nascitur elatio; nec solum ob pecunias magnifico victu & amictu superbiunt homines, mensas instruentes sumptuosiores quam necessitas exigat, easdemque delicatas, induentes vestes non necessarias, ædes amplas exstruentes, ornantesque vario cultu, ingentem famulorum subsequentium turmam, innu-

C merorumque adulatorum globum post se trahentes: verum etiam ob dignitates quas per suffragia obtinuere, ultra quam natura finit, efferuntur. Plebs dignitatem si dederit, si quo jure præsidendi cohonestaverit, si decreverit præstantissimum quemdam honorem, & hic certe quasi humanam naturam transcendentes, tantum non ipsis nubibus insidere se arbitrantur, homines subjectos pro scabello ducentes, seque attollentes in ipsos collatæ sibi dignitatis auctores, & adversus eos quorum opera eximii quidam viri esse viden-

D tur, insolescentes. Agunt rem dementiæ plenam, cum habeant gloriam somnio debiliorem, circumdenturque splendore nocturnis visis inaniore: qui scilicet populi nutu consletur, & nutu ejusdem dissolvatur. (3. Reg. 12. 4. & 14.) Ejusmodi erat demens ille Salomonis filius, ætate juvenis, mentis prudentia junior, qui cum populo imperium mitius petenti durius comminatus esset, & per minas regnum amisisset, unde regnaturum se augustius sperabat, inde ex dignitate quam habebat, dejectus est. Reddit autem hominem insolen-

E tem & manuum vis, & celeritas pedum, & corporis venustas: quæ a morbis abolentur, & tempore absumuntur; nec animadvertit quod *omnis caro fenum sit, & omnis gloria hominis sicut flos feni. Aruit fenum, & flos decidit.* (Esa. 40. 6.) Talis erat gigantum ob robur ac vires arrogantia (Gen. 6. 4.), talis erat quoque stolidi illius Goliath superbia Deo infensa (Sap. 14. 6.; 1. Reg. 17. 4.). Talis erat & Adonias de pulcritudine gloriabundus (3. Reg. 1. 5.), & Absalom prolixitate comæ superbiens (2. Reg. 14. 25.).

2. Imo vero quod inter alia mortalium bona videtur maximum esse ac constantissi-

mum, sapientia & prudentia, id quoqoe habet vanam elationem, paratque sublimitatem non veram, cum harum rerum habeatur ratio nulla, si Dei desit sapientia. Nam diabolo ipsi male cessit adhibitum in hominem artificium; & quod machinatus est contra hominem, id struxit insciens adversus semetipsum: siquidem non tantum nocuit ei, quem a Deo & a vita æterna abalienaturum se speraverat, quantum se ipse prodidit, transfuga a Deo factus, & morti æternæ addictus. Atque laqueo quem Domino struxit, captus ipse est, crucifixus in ea cruce, in qua crucifixurum se rebatur; & ea morte mortuus qua Dominum speravit a se occisum iri. Quod si mundi princeps, primus ille & maximus & invisibilis sapientiæ mundanæ magister capitur suis ipsius artificiis, & ad insipientiam extremam redigitur: multo magis ejus discipuli atque æmulatores, etiamsi innumeris commentis utantur:
Rom. 1. 22. *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Adhibet artes malas Pharao ad Israelem disperdendum: sed non animadvertit inde irritam fore suam astutiam, unde nihil hujusmodi exspectabat. Et infans ejus jussu ad mortem expositus, clam in domo regia nutritur: qui & illius & gentis totius eversa potentia, esset Israelem incolumem eductu-
Jud. 9. rus. Abimelech vero, homicida ille, Gedeonis spurius filius, qui legitimos septuaginta filios occiderat, hocque ad stabiliendam regni possessionem sapienter excogitatum fuisse putaverat, ut cædis illius adjutores conterit, ita ab ipsis conteritur, ac tandem mulieris manu & lapidis ictu perit. Quin & Judæi omnes consilium sibi exitiosum contra Dominum architectati sunt, cum
Joan. 11. 48. dicerent: *Si siverimus sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Post hoc consilium occidentes Christum, velut gentem ac regionem servaturi, hoc ipso consilio utramque perdidere, tum e regione pulsi, tum a legibus ac cultu Dei abalienati. Et in summa, ex innumeris exemplis discere cuique licet, prærogativam sapientiæ humanæ debilem esse, parvamque & humilem magis quam magnam ac sublimem.

3. Itaque nemo prudens, neque de sapientia sua efferet se, neque de cæteris qoas ante nominavi rebus: sed obtemperabit opti-
1. Reg. 2. 3. mæ admonitioni beatæ Annæ ac Jeremiæ
Jer. 9. 23. prophetæ. *Ne glorietur sapiens in sapientia sua: & ne glorietur fortis in fortitudine sua: & ne glorietur dives in divitiis suis.* Sed quænam est vera gloriatio, & in quo magnus est homo? *In hoc*, inquit, *glorietur qui gloriatur, si cognoscit ac intelligit quod ego sim Dominus.* Hæc est sublimitas hominis, hæc est gloria atque majestas, vere cognoscere quod

A magnum est, eique adhærere, & gloriam a Domino gloriæ conquirere. Ait enim Apostolus: *Qui gloriatur, in Domino glorietur;* 1. Cor. 1. 31.
ubi dicit: *Christus factus est nobis sapientia a* Ibid. v. 30.
Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur in Domino glorietur. Hæc est enim perfecta ac integra in Deo gloriatio, cum quis non ob suam justitiam extollitur, sed novit destitui se quidem vera justitia, verum sola in Christum fide justificatum esse. Atque in hoc gloriatur Paulus, quod justitiam suam con-
B temnat: quærat vero eam, quæ per Chri- Phil. 3. 9.
stum est, quæ ex Deo est, justitiam in fide: ut cognoscat illum, & virtutem resurrectionis ejus, & communionem afflictionum ipsius, conformis factus morti ejus, si quo modo ad resurrectionem mortuorum pertingat. Hic cecidit superbiæ altitudo omnis. Nihil unde gloriari queas, relictum est tibi, o homo, cujus videlicet gloriatio ac spes sita in eo sit, ut mortifices tua omnia, quæras que futuram in Christo vitam: cujus cum habeamus primitias, jam in his sumus, omnino in gra-
C tia ac dono Dei viventes. Et Deus quidem est, *qui operatur in nobis & velle & efficere,* Phil. 2. 13.
pro bona voluntate. Rursus Deus sapientiam 1. Cor. 2. 7.
suam quam in nostram gloriam prædestinavit, revelat per Spiritum suum. Præstat & 10.
Deus vires ac robur in laboribus. *Abundan-* 1. Cor. 15. 10.
tius omnibus laboravi, inquit Paulus, *non ego autem, sed gratia Dei, quæ est mecum.* Eximit Deus de periculis præter omnem humanam spem. *Ipsi*, inquit, *in nobismetipsis res-* 2. Cor. 1. 9.
ponsum mortis habuimus ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos:
D *qui ex tanta morte nos eripuit, & eripit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet.*

4. Quid igitur, dic quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? *Quid* 1. Cor. 4. 7.
enim habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam: sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. *Cum cognoveritis Deum*, inquit, *quin* Gal. 4. 9.
potius cogniti sitis a Deo. Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus
E te per suum adventum apprehendit. *Inse-* Phil. 3. 12.
quor, inquit, *si etiam apprehendam, in quo & apprehensus sum a Christo. Non vos* Joan. 15. 16.
me elegistis, inquit Dominus, *sed ego elegi vos.* An quoniam honore affectus es, gloriaris & misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso, velut Gen. 3. 24.
Saul desertus a Spiritu Dei, velut Israel a ra- 1. Reg. 16. 14.
dice sancta resectus. *Fide*, inquit, *stas: noli* Rom. 11. 17.
altum sapere, sed time. Judicium sequitur & 20.
gratiam; & quomodo datis usus fueris, expendit judex. Quod si ne hoc quidem intel-
ligis,

ligis, fuisse te gratiam consequutum, aut A si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed quoniam animo elatiore lo-
Matth. 26. 33. quutus est, cum dixit: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen numquam scandalizabor*, timiditati humanæ traditus est, ceciditque in inficiationem, lapsu erudiendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere & debilibus, quod B & suam cognovit infirmitatem, & perspicue intellexit quod quemadmodum cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit: qui ei etiam prædixerat quod erat futurum, his verbis: *Simon,*
Luc. 22. 31. *Simon, ecce satanas expetivit, ut cribraret vos sicut triticum. Et ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Ac Petrus quidem sic reprehensus accepit opem merito & C auxilium, ut fastum deponere, & infirmis parcere disceret. Rursus pharisæus ille, impudens & supra modum superbus, non in seipso solum confidens, sed publicano etiam
Luc. 18. 11. & 14. coram Deo convitiatus, justitiæ gloriam ob superbiæ crimen amisit. Sed descendit publicanus justificatus præ eo, quod gloriam Deo sanctam daret, & ne attollere quidem auderet oculos, sed propitiationem solum exposceret: quippe & habitu, & percutiendo pectore, & alia nulla re præter propitiationem quæsita se ipse accusabat. Vide igitur & D cave exemplum gravis damni, ob superbiam. Justitiæ fecit jacturam, quod ultra modum superbiret; amisit mercedem, quod fideret sibi plus æquo; humili postpositus est & peccatori, quod se pluris quam illum faceret, nec Dei exspectaret judicium, sed suum ipsius proferret. Tu vero adversus neminem umquam te efferas, & ne adversus eos quidem qui magni sunt peccatores. Qui multis magnisque peccatis obnoxius est, eum sæpe liberat humilitas. Itaque ne te ipse præaltero justificaveris; ne quando Dei sententia, E etsi tua justificatus, condemnere. *Non ju-*
1. Cor. 4. 4. *dico meipsum*, inquit Paulus. *Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum. Qui autem judicat me, Dominus est.*

5. Perpetrasse te boni aliquid arbitraris? age gratias Deo, ne extolle te contra proxi-
Gal. 6. 4. mum. *Opus suum*, inquit, *probet unusquisque, & tum in semetipso tantum gloriam habebit, & non in alio.* Quid enim proximum juvisti, quod fidem es confessus, aut exsilium perpessus ob Christi nomen, aut jejunii labores constanter pertulisti? Lucrum tuum

est, non alterius. Time ne similiter cadas atque diabolus, qui elatus contra hominem, ab homine prostratus est, & vice scabelli traditus est conculcato. Talis est & Israelitarum casus. Cum enim adversus gentes velut immundas efferrentur, vere immundi facti Esa. 64. 6.
sunt: gentes vero effectæ sunt mundæ. Ac illorum quidem justitia sicut pannus menstruatæ facta est: gentium vero iniquitas impietasque deleta est per fidem. In summa, memineris veri illius proverbii: *Superbis* Prov. 3. 34.
Deus resistit, humilibus vero dat gratiam. Habe in promtu sententiam Domini: *Om-* Luc. 14. 11.
nis qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Ne tuiipsius fias judex iniquus, neque ad gratiam expende: si videare tibi quidquam boni habere, numerata illa re, delictisque oblivioni ultro traditis, neque ob recte facta hodierna insolescas, neque recentium aut veterum malefactorum tibi veniam concedas: sed cum præsens reddiderit te elatum, revoca in memoriam antiquam agendi rationem, sicque stolidus tuus tumor cessabit. Et, si proximum peccantem videris, cave consideres ipsius peccatum solum: sed etiam quæ fecit aut facit recte, cogita; & sæpe eum deprehendes teipso meliorem, expensis rebus omnibus, non una dumtaxat parte examinata. Neque enim Deus hominem in parte expendit: *Ego* enim, Esa. 66. 18.
inquit, *opera & cogitationes eorum venio congregaturus.* Quinetiam cum Josaphat aliquando ob præsens peccatum increparet, meminit quoque recte factorum ipsius, his verbis:
Verumtamen verba bona inventa sunt in te. 2. Paral. 19. 3.

6. Hæc & similia adversus superbiam nobismetipsis semper accinamus, demittentes nos ipsos ut exaltemur, imitantes Dominum, qui de cælo in extremam humilitatem descendit; & vice versa ex humilitate ad decentem altitudinem evectus est. Comperimus enim Domini gesta omnia nos ad humilitatem instruere. Infans cum esset, statim in spelunca, & ne in lecto quidem, sed in præsepi jacuit. In domo fuit fabri lignarii & matris pauperis, matri subditus & illius sponso: docebatur, audiebat quibus sibi opus non erat: interrogabat, sed ita tamen, ut interrogans esset admirationi ob sapientiam. Subdebatur Joanni, & Dominus a servo baptisma accipiebat: insurgentium in se resistebat nulli, neque potestatem ineffabilem qua præditus erat, exercebat: sed concedebat quasi potentioribus, & temporariæ potestati potentiam ei convenientem permittebat. Sistebatur pontificibus in rei habitu: ducebatur ad præsidem, & judicium subibat, & cum potuisset calumniatores redarguere, silentio ferebat calumnias. Conspuebatur a servis vilissimisque mancipiis, morti tradebatur, eique apud homines turpissimæ. Sic omnia

omnia ab ortu ad finem usque ætatem hominis absumsere: sed post tantam humilitatem, gloriam tandem ostendit, ignominiæ socios in societatem gloriæ suæ admittens. Quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes & nudi orbem terrarum percurrerunt, non in sapientia sermonis, non cum sectatorum frequentia, soli, vagi ac desolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidibus petiti, divexati, occisi denique. Hæc nobis sunt paterna documenta & divina. Hæc imitemur, ut nobis per humilitatem accedat gloria æterna, perfectum illud B ac verum Christi donum.

7. Quomodo ergo ad salutarem humilitatem deveniemus, exitiosos superbiæ tumore derelicto? si quid ejusmodi exercuerimus in omnibus, nec quidquam neglexerimus tamquam nullum inde damnum perpessuri. Anima enim studiis similis fit atque exercitationibus, & ad ea quæ efficit, formatur fingiturque. Tibi & habitus, & vestitus, & incessus, & sessio, & victus ratio & lecti apparatus, & domus, & omnis ædium suppellex instructa sit ad tenuitatem. Quin C & sermo, & cantus, & congressus cum proximo, & hæc quoque ad modestiam magis quam ad fastum composita esse videantur. Ne mihi in sermone sophisticam jactantiam, aut in cantilenis nimiam vocis suavitatem, aut superbam ac gravem disceptandi rationem ostendas: sed fac reseces in omnibus amplitudinem atque magnificentiam, officiosus in amicum, mitis erga famulum, patiens erga petulantes, humanus erga humiles, consolans afflictos, invisens dolore affectos, neminem omnino contemnens, suavis D in compellando, hilaris in respondendo, comis, præbens omnibus facilem accessum, neque narrans laudes tuas, neque alios ad narrandum subornans, neque admittens inhonestum sermonem, eximias tuas dotes, quoad ejus fieri poterit, obtegens. Contra, *Prov. 18. 17.* ob peccata te ipse accusa; & ne exspectes aliorum reprehensionem, ut justum initio sermonis seipsum accusantem imitere, ut *Job 31. 34.* Jobo similis sis, quem non puduit ejus quæ in civitate erat multitudinis: sed erratum suum coram ipsis evulgavit. Ne sis in objur- E gando gravis, neque cito, neque animo commoto redarguas (hoc enim respicit arrogantiam quamdam) neque ob res parvi momenti condemnes, tamquam si ipse perfecte justus existas. Complectere delinquentes, ac spiritualiter ipsos instaura, uti monet Apo- *Gal. 6. 1.* stolus, *considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Tantum studii in eo ponito ut ne apud homines gloria afficiare, quantum cæteri ut gloriam adipiscantur, si quidem memineris Christi, qui dicit mercedem apud Deum amitti, cum quis sponte claritatem apud A homines atque splendorem sibi comparat, bonumque idcirco facit ut conspiciatur ab hominibus. *Recipiunt* enim, inquit, *mercedem suam.* *Matth. 6. 2.* Itaque ne tibi ipse damnum afferas, claritatem volens apud homines obtinere. Quandoquidem Deus est spectator magnus; ambias gloriam consequi apud Deum: splendidam quippe mercedem retribuit. At adeptus es præclaram dignitatem, hominesque colunt te atque observant, & gloriam dant? Esto subditis similis, *non velut dominium,* *1. Petr. 5. 3.* inquit, *in cleris exercens*, neque te geras more mundanorum principum. Nam qui vult primus esse, eum omnium servum *Marc. 10. 44.* esse Dominus jussit. Sed, ut verbo dicam, persequere humilitatem ita, ut ejus amatorem decet. Ama illam, & gloria te afficiet. Sic iter es rite facturus ad veram gloriam, quæ est in angelis, & apud Deum. Confitebitur *Luc. 12. 8.* autem te Christus tamqoam discipulum suum, coram angelis; tibique dabit gloriam, si humilitatem imiteris ipsius, qui dixit: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris:* *Matth. 11. 29.* cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XXI.

Quod rebus mundanis adhærendum non sit, & de incendio extra ecclesiam facto.

1. EGo quidem, dilectissimi, putabam fore, ut, dum frequenter sermonis stimulos vehementius admoveo, vobis vide- D rer molestus esse & morosus, tamquam qui nimiam quamdam dicendi libertatem ostendam, quæ neque hospitem deceat, neque virum similibus vitiis obnoxium: vos tamen fuistis reprehensionibus ad benevolentiam provocati, & plagas a lingua nostra inflictas fomitem majoris studii fecistis. Nec mirum quidquam est & insolens. Estis enim in rebus spiritus sapientes. *Argue* autem *sapientem, & diliget te*, *Prov. 9. 8.* inquit alicubi in suis scriptis Salomon. Quapropter, fratres, etiam nunc exhortatione eadem utor, volens vos, quo- E ad ejus facere potero, a diaboli retibus abducere. Nam magnum ac varium bellum nobis, dilectissimi, quotidie infert hostis veritatis. Infert autem, uti scitis, dum cupiditates nostras jacula adversum nos efficit, semperque vires a nobis ad nos lædendos mutuatur. Quoniam enim magnam potentiæ illius partem indissolubilibus legibus Dominus colligavit, nec sivit ipsum impetu suo humanum genus e terra simul delere, jam invidus ille per nostram insipientiam a nobis furtim reportat victoriam. Et quemadmodum improbi homines atque avari, quorum ope-

opera ac propositum est ex alienis ditescere, sed quibus non suppetit potentia ut violentiam apertam exerceant, vias insidiose occupare solent, & si viderint in eis locum quempiam, aut vallibus profundis diffractum, aut arborum densitate umbrosum, eo recipientes se, & longe ante ejusmodi tegumentis, quominus viatores prævideant, impedientes, confertim & ex improviso in illos insiliunt, ne quisquam periculi laqueos priusquam in illos inciderit, possit videre: sic ille qui nobis ab initio infensus est & hostis, voluptatum mundanarum umbras sobiens, quæ in hujus vitæ via ad occultandum prædonem & ad dandas insidiatori latebras idoneæ esse solent, inde inopinato interitus laqueos nobis subjicit. Itaque si modo velimus substratam vitæ viam tuto percurrere, atque animam simul & corpus vulnerum turpitudine immunia offerre Christo, coronasque ob victoriam accipere, oportet nos animi oculos semper undecumque vigilantes circumagere, & res omnes jucundas habere suspectas, ac statim præterire, & ad nullam animum appellere, ne si aurum quidem videatur fuse sparsum, quod in cupientium manus venire paratum sit. (*Divitiæ* enim, inquit, *si affluant, nolite cor apponere*), neque si proferat terra delicias omnes ac sumptuosa tabernacula (nam *nostra conversatio in cælo est, unde etiam Salvatorem exspectamus Christum*), neque si choreæ, & comessationes, & ebrietates, & mensæ tibiarum modulis resonantes proponantur (*vanitas enim*, inquit, *vanitatum, omnia vanitas*), neque si offerantur corpora formosa, in quibus animæ pravæ inhabitent: (*a facie* enim *mulieris velut a facie serpentis fuge*, inquit Sapiens), neque si potentatus dominatusque, ac satellitum aut adulatorum turmas exspectare liceat, neque si promittatur altus thronus atque splendidus, gentes ac civitates voluntariæ servituti subjiciens: *omnis* enim *caro fenum, & omnis gloria hominis quasi flos feni. Aruit fenum, & flos cecidit.* Etenim sub his omnibus adeo jucundis communis ille hostis latitat, exspectans num quando rebus conspectis illecti, via recta derelicta, nos ipsos in illius insidias conjiciamus. Quinetiam metuendum valde est, nequando ad hæc incaute accurrentes, nihilque noxii in fruenda illa jucunditate inesse rati, doli hamum deglutiamus in primo gustu occultatum: deinde, ne ab hoc tracti, partim libentes, partim inviti his rebus alligemur, inscientesque a voluptatibus ad horrendum latronis hospitium trahamur, ad mortem scilicet.

Psal. 61. 11.
Phil. 3. 20.
Eccl. 1. 2.
Eccl. 21. 2.
Esa. 40. 6.

2. Quare necessarium est & utile omnibus, fratres, nos more viatorum aut cursorum succinctos, & undelibet levitatem animabus nostris ad cursum hunc perficiendum conciliantes, ad viæ finem recta festinare. Nec quisquam fingere me nomina nova suspicetur, quod humanam vitam viam nunc vocavi; cum & David propheta sic vitam nominaverit: qui nunc quidem alicubi ita dicit, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*: nunc vero ad Dominum suum clamat, *Viam iniquitatis amove a me, & lege tua miserere mei*. Rursus alicubi Dei adversum eos qui sibi infesti erant, celerem opem collaudans & ad lyram hilare aptans, dicebat: *Et quis Deus præter Deum nostrum. Deus qui præcingit me virtute, & posuit immaculatam viam meam*: ratus nec immerito, vitam quam homines ubicumque terrarum degunt, sive egregiam, sive pravam, ita esse appellandam. Quemadmodum enim qui aliquod iter haud remisse susceptum conficiunt, gressus pedum ad cursum peragendum certatim ulterius promoventes, jugiterque gressum humi prius fixum veloci alterius translatione posteriorem reddentes, pertingunt facile ad viæ finem: ita qui in vitam a conditore introducti sunt, statim in ipso initio particulas temporis ingredientes, ac priorem semper posteriorem relinquentes, ad vitæ terminum perveniunt. Annon etiam præsens vita vobis videtur continua quædam & porrecta via esse, & iter ætatibus quasi quibusdam mansionibus interstinctum: quod ut professionis initium partum maternum unicuique exhibet, ita cursus finem tentoria sepulcrorum ostendit. Atque huc omnes conducit, alios citius, serius alios, & hos quidem per omnia temporis intervalla profectos, illos vero ne in primis quidem vitæ stationibus commoratos. Et alias quidem vias quæ ex urbe ad urbem ducunt, licet declinare, & per eas non proficisci, si quis ita volet: hæc vero, etiamsi nos differre cursum voluerimus, eos qui in se incedunt viatores violenter apprehensos ad destinatam a Domino metam trahit. Nec fieri potest, dilectissimi, ut is qui semel extra portam ad hanc vitam deducentem egressus est, idque iter inivit, non etiam ad illius terminum perveniat: sed unusquisque nostrum ubi e materno sinu exivit, statim temporis fluento illigatus rapitur, semper a tergo diem quam vixit relinquens, nec umquam ad hesternam, etiamsi velit, reverti valens. Nos autem lætamur cum progredimur ulterius, & permutata ætate quasi non nihil acquirentes, gaudemus; ac beatum quiddam ducimus, cum quis ex puero vir, & ex viro senex factus est. Sed fugit nos tantum vitæ spatium a nobis amitti, quantum viximus, sicque inscientibus nobis vita absumitur, quamquam semper ipsam ex eo quod ante actum est, quodque jam præterfluxit, metiamur: neque

Psal. 118. v. 1 & 29.
Psal. 17. 32.
Via vita est.

neque cogitamus quam incertum sit, quantum nobis temporis ad hunc cursum impertire velit qui nos ad hoc iter perficiendum misit, & quando cuilibet cursori sit introitus portas aperturus, & quod oporteat nos quotidie ad profectionem hinc faciendam præparatos esse, & Domini nutum oculis fixis Luc. 12. 35. exspectare. Sint enim, inquit, *lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei.*

3. Neque diligenter considerare volumus, quæ sarcinæ leves sint nobis ad hunc cursum, & tales, ut cum colligentibus transferri possint, reddantque, cum possidentium sint propriæ, futuram vitam perquam hilarem: quæ vero graves sint & molestæ, atque humi defixæ, & ejusmodi, ut suapte natura hominum propriæ numquam esse possint, nec possessores suos per angustam illam portam subsequi permittantur. Sed tamen reliquimus quæ colligenda erant: quæ vero contemnere par fuerat, collegimus. Et quæ nobiscum copulari, vereque esse possunt ornamentum animæ simul & corpori conveniens, his ne attendimus quidem: quæ vero perpetuo aliena manent, solam nobis infamiam inurentia ea coacervare nitimur; inanem operam sumentes, atque ejusmodi suscipientes laborem, perinde ut si quispiam se ipsum seducens in pertusum dolium infundere voluerit. Notum enim ac perspectum vel pueris omnibus esse opinor, nihil eorum quæ in vita jucunda sunt, & quorum gratia plerique insaniunt, vere nostrum esse, aut ex se esse posse: sed constare, ipsa omnibus pariter extranea esse, tum iis qui eis frui videntur, tum iis qui ne illa quidem attingunt. Nec enim si qui in vita plurimum auri congesserint, id ipsorum proprium perpetuo manet: sed etsi undecumque constrictum, aot fugit a viventibus adhuc, transiens ad potentiores, aut jam morti proximos deserit, nec vult una cum iis qui ipsum compararunt, peregre proficisci. Sed hi quidem ab eo, qui vi animas a misera hac carne separat, ad ineluctabilem migrationem tracti, frequenter convertentes se ad pecunias, sudores quos a juventute ob eas emisere, deplorant: divitiæ vero in alienas manus commigrant, posteaquam solum illis colligendi laborem atque avaritiæ crimen adsciverint. Neque si quis innumera terræ jugera possideat, & magnificas ædes, & animantium greges omnis generis, fueritque humano omni potentatu septus, his perpetuo fruitur, sed ab ipsis ad breve tempus accepto nomine, aliis iterum opes cedit, ipsum vero exigua tellus recondit. Imo etiam sæpe ante sepulturam, & antequam hinc discedat, videbit sua bona

A ad alios, eosque fortasse inimicos transire. An ignoramus quam multi agri, quam multæ ædes, quam multæ gentes ac civitates, etiam adhuc viventibus qui ea possederant, aliorum dominorum nomina prioribus exutis induerint? & quemadmodum ii qui olim servituti addicebantur, conscenderint principatus thronum, qui vero domini herique vocabantur, si cum subditis sederent bene secum actum arbitrati sint, ac succubuerint suis ipsorum servis, rebus, velut in tesserarum circumactu, derepente transmutatis?

B 4. Jam vero ea quæ nobis ad cibum ac potum excogitata sunt, & quidquid petulantes divitiæ ultra necessitatem ad ingrati nihilque continentis ventris obsequium adinvenere, quando nostra sunt, etiamsi perpetuo infunduntur? Quæ ubi gustum in transitu dumtaxat modica quadam voluptate affecerint, mox tamquam molesta ac superflua ægre ferimus, festinanterque foras ejicimus, ut in summum vitæ discrimen venientes, si in visceribus diu permanerent. Mortem enim non paucis intulit satietas, fuitque in C causa, cur nihil amplius degustarent. Lasciva denique cubilia, impurique complexus, & omnia rabiosæ atque insanientis animæ opera, nonne naturæ sunt detrimentum plane evidens, & pernicies clara, & dotum quæ cuique vere propriæ sunt abalienatio ac imminutio, cum corpus tenetur in complexibus, & alimento congruentissimo atque ad conservanda membra accommodatissimo spolietur? Itaque unumquemque illorum qui cubilibus impudicis volutantur, statim post facinus, cum œstrum elanguit carnis, D mensque detestabili fine obtento eorum quæ tentavit, recollegit sese tamquam ex ebrietate aut tempestate quadam, &, ubinam sit, considerandi otium nacta est, incontinentiæ suæ valde admodum pœnitet. Sentit enim corpus & imbecillius factum esse, & ad munera necessaria obeunda pigrum ac prorsus debiles. Hoc igitur cum ipsi quoque pædotribæ intelligerent, continentiæ legem in palæstris sanxerunt, adolescentium corpora a voluptatibus tuta servantem, eisque certantibus ne aspicere quidem elegantes E formas permittentem; si vellent capita sua coronis exornare, quod incontinentia risum in luctatione afferat, non coronam.

5. Hæc quidem tamquam aliena omnino atque inania, & quæ nullius propria esse possint, operæ pretium est clausis oculis præterire: eorum vero quæ vere nostra sunt, convenit curam multam habere. Quid autem vere nostrum est? Anima, qua vivimus, quæ tenuis est ac intelligens, cuique nihil eorum quæ gravant opus est, & corpus quod ei pro vehiculo ad transigendam vitam a conditore datum est. Hoc enim homo est, mens accom-

com-

commodæ ac congruenti carni illigata. Hoc A a sapientissimo universorum opifice in utero materno formatur: hoc in lucem ex tenebrosis illis thalamis educit pariendi tempus: hoc, rebus terrenis ut imperaret, constitutum est: huic substrata creatura est ad virtutis exercitium: huic posita lex est, ut pro viribus imitetur conditorem, atque disciplinam cælestem in terris adumbret. Hoc abscedit hinc evocatum. Hoc ad Dei qui ipsum misit, tribunal sistitur: hoc in judicium vocatur: hoc eorum quæ per vitam patravit, debitam mercedem recipit. At- B que virtutes quoque possessiones nostras fieri deprehenderit quis, ubi fuerint cum natura diligenter contextæ, & neque laborantes nos in terra volunt deserere, nisi vitiis introductis eas per vim sponte fugaverimus, & ad futuram vitam festinantes præcurrunt, & collocant inter angelos suum possessorem, & sub conditoris oculis æternum fulgent. Divitiæ vero & potentatus, & claritudo, & deliciæ, & omnis ejusmodi turba quotidie per nostram insipientiam augescens, neque introivit nobiscum in vitam, neque cum C illis umquam abiit: sed in unoquoque homine fixum & ratum manet, quod olim a justo dictum est: *Nudus egressus sum ex utero matris meæ, nudus etiam revertar.* (Job 1. 21.)

6. Itaque qui sibi optime consulit, curabit animam quam maxime, hocque modis omnibus & sincerum & genuinum servare conabitur: carnis vero, sive fame conficiatur, sive cum frigore aut calore luctetur, sive a morbis excrucietur, sive violentum quid ab aliquibus perpetiatur, rationem parvam habebit, illud Pauli in singulis adversitati- D bus proferens, ac dicens: *Licet exterior homo noster corrumpatur, interior tamen renovatur de die in diem.* (2. Cor. 4. 16.) Et ubi venire se in vitæ periculum viderit, haudquaquam apparebit timidus: sed sibi ipse confidenter dictu- rus est: *Scimus quod si terrestris nostra domus hujus tabernaculi dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus: domum non manufactam, æternam in cælis.* (2. Cor. 5. 1.) Si quis tamen voluerit corpus etiam commiserari, tamquam quod una possessio sit, quæ animæ necessaria est, eique ad vitam in terra degendam suppetias fert, exi- E guam necessitatum ejus curam suscipiet, ut illud & contineat tantum, & per mediocrem curam sanum conservet ad animæ ministerium, non ita autem ut ipsum satietate lascivire sinat. Quod si viderit illud plurium desiderio incendi, idque citra necessitatem, ei reclamabit, præscribens illud Pauli: *Nihil intulimus in hunc mundum; conspicuum est quod neque auferre quidquam possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus.* (1. Tim. 6. 7.) Etenim si hæc perpetuo corpori occinat, inclametque, illud & morige-

rum, & semper ad profectionem cælestem expeditum reddet, eritque auxilio majori ad ea quæ proposita sunt obeunda munia: sin autem insolens ac protervum esse permiserit, & quibusvis quotidie tamquam immanem quamdam bestiam oppleri, tum demum ipsius pondere ad terram violenter vergente attractus, jacebit inaniter ingemiscens. Quin & ad Dominum adductus, & terreni illius itineris sibi commissi fructum rogatus, nec reddere valens, plurimum lamentabitur, & in perpetuis tenebris habitabit, delicias, eorumque fallaciam non parum incusans, quibus salutis tempus sibi ademtum est. Sed nihil tunc utilitatis ex lacrymis capiet. *In inferno* enim *quis confitebitur tibi*, inquit David. (Psal. 6. 6.)

7. Caveamus igitur quam celerrime fieri poterit, ne nos ipsi sponte suffocemus. Qood si quispiam jam olim inescatus, aut divitiarum pulverem inique apud se coacervavit, earumque curis illigavit animum, aut lasciviæ scelus quod vix elui potest, naturæ adjunxit, aut criminibus aliis semet exsatiavit; is, dum adhuc tempus est, antequam ad integrum exitium perveniat, deponat majorem sarcinarum partem, & priusquam navis submergatur, mercium indecore congestarum faciat jacturam, atque operarios marinos imitetur. Illi enim etiamsi necessariorum aliquid in navi vehant, tamen si ex pelago insurgat in se effervescens quædam tempestas, & navem pondere pressam minetur obruere, quam velocissime possunt, onus magna ex parte allevant, ac merces indiscriminatim jaciunt in mare, ut navim reddant fluctibus superiorem, & animabus solis atque corporibus, si modo fieri possit, vitandi periculi locum præbeant. Imo etiam hæc apud nos & statuere & exsequi longe magis nobis quam illis convenit. Illi enim quidquid tandem ejecerint, illico amittunt, & de cætero incidunt inviti in paupertatem: nos vero quo citius pravum hoc onus projecerimus, eo ampliores præstantioresque divitias animabus nostris accumulabimus. Scortatio namque & quæcumque talia sunt, ejecta pereunt, &, eo deveniunt ut ne sint quidem amplius, cum lacrymis deleantur: sanctimonia vero & justitia in illorum postea locum transeunt, res leves, & quæ fluctibus nullis queant obvolvi. Neque vero pecuniæ probe ejectæ pereunt effundentibus ac projicientibus: sed quasi in alias quasdam onerarias naves tutiores, pauperum videlicet ventres, exportatæ conservantur, & ad portus perveniunt, custodiunturque jacientibus, quibus ornamento sunt, non periculo.

(Imitandi sunt qui navigant.)

8. Statuamus igitur de nobismetipsis, dilectissimi, humanius quiddam, & divitiarum onus, si modo nobis prodesse plane velimus,

dem ego, vos vero exequamini. Sunt qui erepti fuere ex ignis potentia a conditore, nec ullum eis de cætero vitæ subsidium superest, sed animam solam & corpus periculo subduxere. Nos ergo quotquot adversitatem illam experti non sumus, facultates nostras illis communes faciamus. Amplectamur fratres vix servatos, dicamus quisque cuique: *Mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est;* atque corpus nostro affine contegamus. Opponamus vi inimici atque injuriis nostram consolationem, ue etiam cum nocuit ille, magnum nullum detrimentum intulisse videatur, nec quemquam ostendat quem pugnando vicerit, sed, disperditis fratrum facultatibus, liberalitate nostra victus comperiatur.

Luc. 15. 24.

10. Vos autem, fratres, qui hoc periculum evasistis, ne multum doleatis de his quæ acciderunt malis, neque mente commoveamini: sed mœroris excutite caliginem, ac generosius quiddam cogitantes animas vestras corroborate; & quod accidit, id in coronarum occasionem vertite. Nam si inconcussi persliteritis, haud secus ac egregium aurum ex igne resplendentes, & fide probatiores deprehendemini, & majori pudore estis adversarium affecturi, qui suis insidiis ne lacrymam quidem ciere vobis potuerit. Patientiam Jobi vobis in memoriam revocate. Dicite vobis ipsi, quæ ille: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita & factum est.* Nec quisquam his quæ sibi contigere, adducatur ut cogitet ac dicat res nostras providentia nulla gubernari; neque Domini administrationem ac judicium incuset: sed in athletam illum intueatur, ipsumque sibi cogitationum meliorum consiliarium adhibeat. Reputet omnia ex ordine certamina, in quibus ille victor exstitit, & quot jaculi a diabolo petitus lethalem nullam plagam acceperit. Evertit quidem illius domesticam prosperitatem, eumdemque alternis adversitatum nuntiis obruere statuerat. Cum enim prior cladem aliquam adhuc annuntiaret, nuntius alter rerum deteriorum tristitiam afferens veniebat: malaque connectebantur inter se, & calamitates undarum incursum imitabantur, atque priusquam priores lacrymæ sedarentur, aliarum afferebatur occasio: sed justus tempestatis excepto impetu, & undarum vi in spumam commutata, velut scopulus stabat emittebatque ad Dominum gratam illam vocem: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita & factum est.* Nec quidquam eorum quæ accidebant, lacrymis dignum duxit. Ubi vero advenit qui narraret quemadmodum filiis & filiabus convivantibus, violentus quidam ventus oblectationis domum conquassasset, tunc solum scidit vestem, ostendens condolentem naturam, atque iis agendis declarans patrem esse se liberorum amantem. Attamen etiam tunc terminum ac modum imponens dolori, & piis illis vocibus quod evenerat ornans dicebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita & factum est*, tantum non clamans in hunc modum: Pater vocatus sum dum voluit qui me patrem effecit. Statuit rursus sobolis mihi coronam auferre, haud repugno quominus sua auferat. Obtineat quod Domino visum est: ipse est generis conditor, ego organum. Quid necesse est, servus cum sim, dolere me frustra, ac de sententia quam nequeo irritam facere, cunqueri? Verbis ejusmodi quasi jaculis justus ille diabolum confodit.

Job 1. 21.

11. Postquam autem iterum inimicus eum vidit esse victorem, nec ulla harum ærumnarum concuti posse, tentationis admovit machinamentum carni ipsi, & corpore infandis vulneribus percusso effecit, ut ex eo vermium fontes scaturirent, virumque ex regio throno deturbatum in sterquilinio collocavit. Ille vero vel talibus angustiis lacessitus, permansit immotus; & lacerato corpore, pietatis thesaurum in recondito animæ recessu inviolatum servabat. Cum igitur non haberet quod jam faceret hostis, insidiarum veterum recordatur; atque ad impium ac blasphemum consilium uxoris animum pertrahens, opera illius aggrediebatur athletam concutere. Ac illa quidem temporis diuturnitati cedens, justo adstitit, humi prona, manus super iis quæ videbat complodens, pietatis ei fructus exprobrans, hinc veterem rei familiaris opulentiam recensens, illinc mala præsentia commonstrans, & qualem ex qualibus sortitus esset vitam, & quam pro multis sacrificiis mercedem a Domino recepisset. Et semper verba pusillo quidem mulierum animo digna proferebat: sed talia tamen, quæ virum omnem perturbare, & animum vel fortem subvertere possent. Vaga, inquiebat, & ancilla oberro, regina servio, & ad meorum famulorum manus respicere coacta sum, & quæ multos olim nutrivi, bene nunc mecum agi existimo si enutriar ex alienis. Addebat melius esse ac utilius si de terra se ipse exscinderet, impiis verbis utendo, & gladium iræ conditoris exacuendo, quam si malorum tolerantia sibi ipsi & uxori certaminum laborem prorogет. Ille vero his verbis magis quam ullo malorum priorum offensus, & vultum ira replente, ad uxorem velut hostem conversus; quid dicir? Quare tamquam una de stultis mulieribus loquuta es? Depone, o mulier, inquit, illud consilium. Quousque dictis tuis dedecorabis vitam communem? violasti, quod Deus avertisset, conversationem Job 2. 10.

meam atque societatem, & tuis istis verbis vitam meam etiam calumnia aspersisti. Videor nunc mihi dimidia ex parte impie egisse: siquidem unum quidem corpus utrosque nos nuptiæ præstiterunt, sed tu prolapsa es in blasphemiam. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Redigas tibi in memoriam præterita bona. Compensa bona malis. Nullius hominis vita beata est omnino. Semper felicem esse, solius Dei est. Tu igitur si ob præsentia dolore afficeris, ex præteritis te ipsa consolate. Nunc lacrymaris, at prius risisti: nunc pauper es, at prius fuisti dives: bibisti limpidum vitæ laticem, jam turbidum bibens animo æquo patiare. Ne fluviorum quidem fluenta perpetuo apparent pura. Est autem fluvius vita nostra, ut nosti, continue fluens, ac fluctibus alternatim sibi succedentibus referta. Etenim jam pars præterfluxit, pars adhuc transit: pars jam emersit e fontibus, pars vero emersura est, & ad commune mortis mare festinamus omnes. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Cogimus ne judicem nobis perpetuo paria suppeditare? Docemus ne Dominum, quomodo debeat vitam nostram moderari? Decreta sua penes ipsum sunt. Res nostras pro suo arbitratu regit. Est enim sapiens; & quod utile est, id suis servis admetitur.

Ibidem.

12. Cave curiosius perscruteris Domini judicium. Æqui bonique fac solum quæ ab illius sapientia dispensantur. Quidquid dederit tibi, cum gaudio accipe. Ostende in adversis, exstitisse te lætitia pristina dignam. His dicendis repulit. Job & hunc diaboli assultum, & integrum ei Pudorem de illata clade incussit. Quid igitur hinc evenit? Fugit iterum ab illo morbus, tamquam qui accessisset frustra, nec quidquam amplius effecisset. Reversa caro in alteram pubertatem reviruit: floruit rursus vita bonis omnibus, & duplicatæ divitiæ undecumque in domum confluxerunt, ut quasi nihil amisisset, unam partem haberet, pars vero altera justo esset patientiæ merces. Sed cur & equos, & mulos, & camelos, & oves, & agros & omnes opulentiæ delicias duplo recepit, liberorum vero numerus mortuis par prodiit? quoniam bruta animalia & caducæ omnes divitiæ penitus interierant: liberi vero licet mortui, optima sui parte vivebant. Itaque aliis filiis filiabusque iterum a conditore ornatus, etiam hanc possessionem habebat duplicatam. Alii enim parentibus in vita afferebant lætitiam: alii, qui scilicet præivissent, genitorem exspectabant, omnes Job circumstaturi, ubi humanæ vitæ judex congregaverit Ecclesiam universalem, ubi tuba adventum Regis denuntians, edito in sepulcris sonitu vehementiore, corporum depositum reposcet. Tunc & nunc qui videntur mortui esse, viventibus citius sistentur opifici universorum. Idcirco, opinor, cum reliquas opes geminatas ei admensus fuisset, liberos tamen numero pares ei sufficere judicavit. Vides quot & quanta justus ille Job per patientiam sibi congesserit bona! & tu igitur si quid tibi molesti ex hesterno igne qui dæmonum insidiis incensus est, accidit, id patienter ferto, & quam damnum intulit tristitiam cogitationibus melioribus consopito. Et juxta id quod scriptum est, *jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Ipsum decet gloria in sæcula sæculorum, Amen. Psal. 54. 23.

AD ADOLESCENTES, QUOMODO possint ex Gentilium libris fructum capere.

1. Invitant me multa, ut dem vobis, adolescentes, consilium de iis quæ optima judico, quæque vobis morem gesturis profutura esse existimavi. Cum enim id ætatis sim, fuerimque jam exercitatus multis rebus, & mutationem illam, qua omnia docentur, satis superque in utramque partem sim expertus, hinc factus sum rerum humanarum peritus, sic ut vitam tecens instituentibus quasi viam tutissimam ostendere possim. Præterea statim post parentes necessitudine naturæ & propinquitate vobis ita conjunctus sum, ut ego non minori vos benevolentia prosequar, quam vestri patres: vos vero, nisi forte mea de vobis existimatio me decipiat, arbitror, si me respicitis, parentes minime desideraturos. Itaque si animo alacri verba mea exceperitis, inter eos qui ab Hesiodo laudantur, secundum locum obtinebitis: sin minus, ut ego nihil molesti dicam, ita vos carminum illorum reminiscamini, in quibus ait ille: Optimum quidem esse eum qui ex seipso ea quæ decent perspicit, bonum vero eum qui demonstrata ab aliis sequitur, eum denique qui ad neutrum idoneus est, ad omnia inutilem esse.

2. Neque vero miremini, si vobis quotidie ad præceptores euntibus, & cum veteribus viris, iisque præstantissimis consuescentibus, per ea quæ reliquerunt scripta, dicam me ex meipso conducibilius quiddam adinvenisse. Accedo igitur id vobis consilii daturus, ut ne semel vestri animi gubernaculum his viris permittentes quasi navigii alicujus, quacumque duxerint, hac sequamini: sed quidquid in eis utile fuerit carpentes, cognoscatis quid etiam contemni oporteat. Quæ igitur sint hæc, quoque modo discernamus, hoc jam docebo, inde exorsus. Nos, adolescentes, humanam hanc vitam nihil omnino esse arbitramur, nec quidquam bonum omnino puta-

putamus, aut nominamus, quod utilitatis nobis aliquid solum in hoc ævo afferat. Non avorum splendorem, non vires corporis, non pulchritudinem, non magnitudinem, non honores delatos ab omnibus hominibus, non regnum ipsum, non quidquid humanum dici potest, magnum nobis videtur, imo ne votis quidem dignum censemus, neque habentes respicimus: sed spe procedimus longius, & ad alteram vitam comparandam facimus omnia. Quæ igitur prodesse nobis possunt ad illam acquirendam, ea & amplecti, & totis viribus prosequi oportere dicimus: quæ vero ad eam non attinent, velut pretii nullius digna contemnere. Quæ autem hæc vita sit, & ubi, & quomodo nobis ducenda, ut fuerit longius exponere quam præsens institutum sinat, ita fuerit auditorum majorum quam vos estis, audire. Tantum dicam, atque ex hoc fortasse vobis satis ostendero, quod si quispiam omnem simul ex quo homines nati sunt felicitatem sermone complexus, in unum coacervaverit, eam tamen comperiet ne minimæ quidem bonorum illorum parti æquiparandam esse: sed omnia præsentis vitæ bona plus a minimo futurorum dignitate distare, quam a rebus veris umbra & somnium. Imo vero ut exemplo magis idoneo utar, quanto anima omnibus præstat corpori, tanta est & utriusque vitæ differentia. Ad hanc autem deducunt sermones sacri, per arcana nos erudientes. Sed dum per ætatem non licet intelligentiæ eorum altitudinem audire & assequi, interim in aliis scriptis non omnino diversis quasi in umbris quibusdam & speculis in antecessum animi intuitu exercemur, eos, qui in militari disciplina exercentur, imitati: qui ubi in manuum motu atque saltationibus experientiam adepti fuerint, in certaminibus ex hac ipsa ludicra disciplina fructum percipiunt. Et certe putandum est certamen certaminum omnium maximum nobis propositum esse, pro quo agenda nobis sunt omnia & laborandum pro viribus ut ad id præparemur, atque poetis, & historicis & rhetoribus, & hominibus omnibus utendum, unde utilitas aliqua ad animam curandam accessura sit. Quemadmodum enim infectores quidquid tingendum est prius curis quibusdam præparant, & ita demum colorem sive purpureum sive quempiam alium inducunt: eodem modo & nos quoque, si indelebilis in nobis honesti gloria omni tempore permansura est, his externis ante initiati, deinde sacras & arcanas doctrinas ediscemus: & solem velut in aqua videre assueti, sic luci ipsi oculos admovebimus. Quod si mutua quædam convenientia intersit inter doctrinas, earum nobis cognitio valde utilis fuerit: sin minus, certe earum inter se collatarum di-

A scrimen internosse, ad potiorem firmandam non parum contulerit. Sed cuinam rei comparata doctrina utraque, possis imaginem assequi? Certe quemadmodum arboris propria virtus est, tempestivo fructu scatere, & tamen folia etiam circum ramos exagitata aliquid eis ornamenti conciliant: ita & animę quoque primarios fructus est veritas ipsa, sed tamen haud ingratus est externæ sapientiæ amictus, tamquam si folia quædam fructui & umbraculum & aspectum non inamœnum præbeant. Dicitur igitur & Moyses il-

B le perquam eximius, cujus nomen apud omnes homines ob sapientiam maximum est, *Act. 7. 22.*
exercitato in Ægyptiorum disciplinis animo, ita ad ejus *qui est* contemplationem devenisse. Similiter autem posterioribus quoque temporibus sapientem Danielem sapientiam *Dan. 1. 4.*
Chaldæorum in Babylone edoctum, ita demum doctrinas sacras attigisse tradunt. Sed quod externæ hæ disciplinæ non sint animabus inutiles, sat dictum est: consequens est ut jam dicamus, quomodo ipsarum participes fieri vos oporteat. Primum quidem re-

C bus omnibus quæ a poetis dicuntur, ut hinc initium sumam, varia cum dicant, nequaquam ordine adjiciendus animus est: sed ubi facta aut dicta virorum bonorum vobis narraverint, eos & diligere & imitari operæ pretium est, & quam maxime nitendum ut tales efficiamur: sed cum ad flagitiosos homines devenerint, tunc obturatis auribus cavendum ne imitemur, non minus quam Ulyssem ajunt illi Sirenum cantus cavisse. Nam sermonibus pravis assuescere, quædam via est ad ipsa facta. Quapropter custodia omni

D servanda anima est, ne per sermonum voluptatem quidquam vitiosum imprudentes suscipiamus, perinde ut quis melle admixto sumunt venena. Non igitur poetas laudabimus, cum conviciantur, cavillanturque: non cum amasios aut ebrios depingunt: non cum felicitatem affluenti mensa atque cantilenis dissolutis metiuntur. Sed minime omnium, poetis de diis differentibus intenti erimus; & maxime cum de illis tamquam de multis, iisque ne inter se quidem consentientibus habuerint sermonem. Frater enim ad-

E versus fratrem apud illos seditionem concitat atque discordiam, & pater adversus liberos, hisque rursus adversus parentes implacabile bellum est. Adulteria autem deorum amoresque & apertos complexus, & maxime congressus Jovis, qui, ut ipsi dicunt, princeps est omnium & supremus (quæ si quis dicat vel de brutis animalibus, erubuerit), actoribus scenicis relinquamus.

3. Eadem certe & de historicis dicere habeo, præsertim cum ad audientium animum oblectandum historias conscribunt. Nec etiam rhetorum mentiendi artem imitabimur.

mur. Etenim neque in judiciis, neque in aliis A actionibus conveniens nobis fuerit mendacium, qui rectam ac veram vitæ viam amplexi simus, & quibus non litigare lege præceptum sit. Sed illa magis probabimus, in quibus virtutem laudaverint, aut vituperarint vitium. Ut enim reliqui solo florum bono odore aut colore perfruuntur, apes vero mel etiam ex eis excerpere norunt: ita hic quoque, qui non solam ejusmodi librorum jucunditatem ac suavitatem consectantur, iis licet aliquid etiam utilitatis ex illis in animo reponere. Omnino igitur ad apum ex- B emplum, his libris utendum vobis est. Illæ enim neque floribus omnibus ex æquo insidunt, neque etiam ad quos advolarint, eos totos auferre conantur: sed cum ex eis quantum idoneum est ad opus, semel collegere, reliquum dimittunt. Nos quoque si sapimus, ubi quantum nobis congruit, ac veritati affine est, ex his scriptis collegerimus, reliquum prætermittemus. Et quemadmodum in decerpendo roseti flore sentes devitamus: sic & in talibus sermonibus quidquid utile est carpentes, noxium vitemus. Statim igitur C ab initio disciplinas singulas considerare, & ad finem accommodare, operæ pretium est, ut est in Dorico proverbio, *lapidem ad funiculum ducentes*. Et quando per virtutem ad nostram illam vitam pervenire nos oportet, de hac autem multa poetis, multa historicis, multo plura philosophis decantata sunt, ad ejusmodi sermones maxime adjungendus animus est. Nec enim utilitas parva est, familiaritatem quamdam atque consuetudinem virtutis ingenerari adolescentum animis, cum soleant inconcussa permanere ta- D lium documenta, alte in eis ob animorum teneritudinem impressa insculptaque. Ecquid tandem aliud Hesiodum cogitasse putabimus, cum illos versus ab omnibus decantatos composuit, nisi ut adhortaretur adolescentes ad virtutem? Aspera quidem, inquit, primum est & accessu difficilis, multoque sudore ac labore plena, atque ardua via, quæ deducit ad virtutem. Quapropter non est cujusvis ad eam viam accedere, ob acclivitatem: neque ei, qui accessit, facile est ad extremum pervenire. Sed cum se- E mel summum attigerit, intueri licebit quam lævis & pulcra sit, quam facilis & expedita, jucundiorque itinere alio ad vitium ducente: quod statim ob viciniam arripi posse dixit idem ille poeta. Mihi enim videtur, cum hæc litteris proderet, nihil aliud sibi proposuisse, quam ut hortaretur nos ad virtutem, invitaretque omnes ut essent boni, & ne laboribus fracti, ante obtentum finem desistamus. Atque etiam si quis alius similiter virtutem celebravit, ejus sermones velut in idipsum ferentes recipiamus.

4. Jam vero, ut ego a viro quodam qui assequendi mentem poetæ peritus erat, audivi, tota Homeri poesis virtutis laus est; in eoque omnia præter id quod ornandi sermonis gratia adjectum est, huc tendunt, maxime autem ubi Cephalenorum ducem e naufragio nudum servatum exhibuit. Primum quidem narrat reginam eum, simul ut in conspectum venit, reveritam esse, tantum aberat ut pudere eum deberet, quod nudus solusque conspiceretur, cum virtus vestium loco eum exornaret. Deinde a reliquis quoque Phæacibus tanti æstimatum esse, ut relictis deliciis in quibus vivebant, suspicerent illum omnes, æmularenturque, nec ullum tunc in Phæacibus fuisse, qui aliud quidquam optaret magis quam ut Ulysses esset, idque e naufragio servatus. In his enim aiebat ille mentis poetæ interpres, Homerum tantum non clamantem dicere: Habenda est vobis, o homines, virtutis cura, quæ & una cum naufrago enatat, & in terram ejectum nudum felicibus Phæacibus reddit venerabiliorem. Et profecto res sic se habet. Nam possessiones reliquæ non sunt possessorum magis quam quorumlibet aliorum, velut in tesserarum ludo huc & illuc translatæ. Virtus autem ex possessionibus sola est, quæ nequeat auferri, tum vivo tum mortuo adstans. Unde & Solon mihi videtur illud ad divites dicere:

Virtutis laus poesis Homeri.

Sed nos divitiis non commutabimus ullis
Partam virtutem: nam semper firma manebit.
At vero huc illuc humana pecunia transit.

Consimiles autem his sunt & Theognidis versus, in quibus dicit Deum (quemcumque tandem ille Deum dicat) hominibus alio & alio modo trutinam degravare, interdum illos divitiis affluere, interdum nihil habere. Quin & Chius sophista Prodicus alicubi in suis scriptis affinia his in virtutem ac vitium conscripsit: qui & ipse audiendus attento animo est, cum vir sit non contemnendus. Hæc autem dicit, quantum ego viri sententiam memoria teneo, siquidem verba ipsa non memini, nisi quod hæc simpliciter absque metro enarrarit. Nimirum ad Herculem juvenem, & fere eam ætatem quam nunc vos, agentem, & utram viam, hanc ne quæ per labores ad virtutem ducit, an alteram illam facillimam carperet, deliberantem, mulieres duas accessisse, eas autem esse virtutem ac vitium, & ipsas tacentes discrimen quod inter se intererat, habitu ipso confestim declarasse. Unam quidem a comendi arte pulcritudinis comparandæ causa exornari, & deliciis diffluere, omneque voluptatis examen secum copulatum ducere, isthæc ostendere, & plura his adhuc pollicentem

tem

tem conari Herculem ad se trahere: alteram verò macram & squalidam esse, & habere oculos intentos, & talia alius generis proferre, polliceri nihil remissum, nihil jucundum, sed permultos sudores laboresque, ac pericula tota terra marique subeunda: præmium autem horum esse, Deum fieri (ut quidem ille loquitur) denique hanc ipsam Herculem vel morientem sequutum esse. Et fere quotquot sese ob sapientiam spectabiles aliquo modo præstitere, singuli pro viribus, aut minus aut amplius, virtutis laudem in suis scriptis reliquerunt, quibus obtemperandum est, eorumque sermones ipsa vita exprimere conandum. Nam qui philosophiam verbo tenus apud alios manentem, facto confirmarit, sapit solus, reliqui velut umbræ volitant. Hocque mihi videtur esse ejusmodi, tamquam si pictor admirandum quiddam, puta hominis pulcritudinem imitatus sit: hic autem ipse talis vere exsistat, qualem ille in tabulis expressit. Nam magnifice in propatulo virtutem collaudare, & orationes longas de ea habere, privatim vero voluptatem temperantiæ præferre, & quæstum justitiæ anteponere, hoc ego dixerim simile esse actoribus scenicis personas quasdam sustinentibus, qui plerumque velut reges & dynastæ introducuntur, cum neque reges sint, neque dynastæ, & forte omnino ne liberi quidem. Adhæc musicus non lubens tolerarit sibi esse dissonam lyram: neque præfectus chori chorum sibi adstare, qui quam maxime concinnus non sit. A se igitur quisque dissidebit ipse, nec vitam cum verbis contientientem exhibebit: sed lingua quidem juravit, mens vero injurata est, dicet ex Euripide; & videri potius bonus quam esse studebit. Atqui hic est extremus injustitiæ terminus, si qua fides Platoni habenda est, quempiam videri justum qui non sit. Sermones igitur qui rerum honestarum complectuntur præcepta, sic recipiamus. Et quoniam bonæ quoque priscorum hominum actiones aut memoriæ successione ad nos usque conservantur, aut in poetarum aut historicorum monumentis custodiuntur, ne utilitas quidem quæ hinc nasci potest, desit nobis. Verbi gratia, Homo quidam circumforaneus convitiis Periclem consectabatur, hic autem non attendebat, & die tota perstitit uterque, ille quidem permultis probris incessens, hic vero nequaquam curans. Deinde vespere jam facto, tenebrisque obortis vix discedentem Pericles facem præferens deduxit, ne sibi inutilis foret exercitatio philosophiæ. Rursus quidam Euclidi Megarensi iratus, mortem ei minitatus est, ac juravit: hic vicissim juravit facturum utique, ut eum placaret, eumdemque quamvis sibi infestum sedaret. Quam utile fuerit talium exemplorum aliquid in memoriam venire, cum vir jam ab ira detinetur? Nam credendum non est tragœdiæ temere dicenti: *In hostes ira armat manum*: sed longe satius ne irasci quidem omnino. Quod si id facile factu non est, rationem certe velut frenum iræ objicientes, efferri eam ulterius ne permittamus.

5. Sed rursus orationem reducamus ad actionum bonarum exempla. Percutiebat quidam Sophronisci filium Socratem in ipsam faciem, facto sæpius impetu: hic autem nihil repugnavit, sed sivit ebriosum illum iram suam exsatiare, sic ut intumesceret jam ejus vultus præ plagis, essetque saniosus. Ubi autem ille a verberibus destitisset, Socrates quidem nihil aliud fecisse dicitur, quam fronti suæ quasi statuæ inscripsisse auctorem, *Talis faciebat*, seque hoc modo vindicasse. Hæc fere cum tendant eodem ac nostra, operæ pretium esse censeo viros tantos nobis esse imitandos. Illud enim Socratis germanum est præcepto illi, maxillam cædenti præbere oportere & alteram, nedum ulciscamur nos. Periclis autem factum, aut Euclidis, est huic simile, quod persequentes sustinere, & ipsorum iram leniter tolerare oporteat: huic rursus, quod inimicis bene, non male precari debeamus. Quare quisquis in his fuerit prius eruditus, præceptis illis, tamquam quæ fieri non possint, non denegabit amplius fidem. Neque vero præterierim Alexandri factum, qui cum filias Darii captivas haberet, quarum incredibilis pulcritudo fuisse prædicatur, ne aspicere quidem dignatus est: turpe esse judicans, virorum victorem vinci a mulieribus. Hoc spectat eodem atque illud, quod qui aspexerit mulierem libidinose, quamquam adulterium opere non commisit, quoniam tamen concupiscentiam in animum admisit, crimine non vacet. Quin & illud Cliniæ qui unus e Pythagoræ discipulis est, vix crediderim cum nostris institutis fortuito consentire, non consulto ea imitari. Ecquid autem erat, quod fecit ille? Jurejurando cum ei liceret talentorum trium effugere multam, solvere maluit quam jurare, idque cum non esset falso juraturus, præceptum quo nobis jusjurandum interdicitur, ut mihi videtur, edoctus. Sed ad hoc idem quod initio dicebam, rursus revertamur: non omnia ex ordine, sed solum quæ utilia sunt, suscipienda nobis esse. Turpe namque fuerit rejicere nos cibos exitiosos, disciplinarum vero quæ animam nostram nutriunt, rationem nullam habere, sed torrentis in morem quidquid obvium est trahentes, id in animum recondere. Et quidem quomodo rationi consentaneum est, ut nauclerus non temere se ventis permittat, sed ad portum dirigat

rigat

rigat scapham, sagittariusque in scopum intendat, & faber ferrarius aut lignarius finem artis appetat: nos vero inferiores simus opificibus ejusmodi, cum certe res nostras intelligere possumus. Ita ne artificum operi inerit finis quispiam, humanæ vero vitæ scopus nullus est, cujus intuitu omnia facere ac dicere oporteat, eum, qui brutis animalibus omnino similis esse nolit? Aut sic temere instar navigiorum non saburratorum, mente nostra ad animæ gubernacula non sedente, sursum ac deorsum per vitam circumferremur: sed quemadmodum in gymnicis certaminibus, inque musicis, si ita placet, eorum certaminum quorum coronæ proponuntur, exercitationes fiunt, nec quisquam ad luctam exercens se, aut ad pancratium, subinde cithara aut tibia canere meditatur. Non Polydamas certe, sed ille ante certamen in Olympiis currus agitatos retinebat, & inde vires ac robur intendebat. Milo quoque a suo scuto illito non dimovebatur, sed impulsus resistebat, non minus quam statuæ eæ quæ plumbo colligantur. Et uno verbo, exercitatione præparabantur ad certamina. Quod si, pulvere ac gymnasiis relictis, ad sonos modosque Marsyæ aut Olympi Phrygum curiosius attendissent, num statim fuissent coronas ac gloriam assequuti, aut cavissent ne in corpore ridiculi viderentur? Contra, Timotheus cantu dimisso, in palæstris non degebat. Neque enim ita omnibus musica præstitisset, cui scilicet tanta inesset artis peritia, ut & animum per concitatam austeramque harmoniam ad iram excitaret, & rursus demulceret emolliretque per remissam, cum vellet. Hac item arte, cum aliquando Phrygios modos Alexandro incinuisset, incitasse eum dicitur ad arma inter cœnandum: & rursus reduxisse ad convivas, cantu remisso. Vim adeo magnam & in musica, & in gymnicis certaminibus ad finem consequendum exercitatio præbet.

6. Quoniam vero coronarum memini & athletarum, illi laboribus sexcentis super sexcentos exantlatis, & undecumque aucto sibi robore, posteaquam multum gymnicis laboribus desudarunt, plagasque multas in exercitiorum loco accepere, & victum non jucundissimum, sed a magistris exercitiorum præscriptum sumsere, & ne longum faciam, ubi in reliquis ita vixerunt, ut ipsorum vita ante certamen certaminis exercitatio sit, tunc exuunt se ad stadium, nullum non laborem, nullum non periculum adeuntes, ut oleastri, aut apii, aut alterius cujusvis rei similis accipiant coronam, & victores per præconem renuntientur. Nobis autem quibus proposita sunt vitæ præmia, eaque tam & ob multitudinem & ob magnitudinem miranda, ut verbis explicari non possint, si in

A utramque aurem dormimus, & valde licenter vivimus, dabitur ne hæc præmia manu altera arripere? Ita enim & laudanda esset deses vita, & Sardanapalus ille haberetur omnium felicissimus, aut etiam Margites ille, si lubet, quem Homerus ait neque arasse, neque fodisse, neque aliud quidquam eorum quæ in vitæ commodum cedunt, peregisse, si tamen Homeri hæc sint. Nonne potius verus est Pittaci sermo, qui difficile esse dixit bonum esse. Etenim nobis reipsa multos labores perpessis vix tandem licebit B bona illa assequi, quorum antea dicebam nullum exemplum in humanis reperiri. Non igitur incuriose vivendum nobis est, neque spes magnæ otio brevi commutandæ, nisi velimus probra sustinere, pœnasque subire, non hic quidem apud homines (quamquam & hoc parvum non est saltem prudenti ac cordato), sed in judicii locis, sive sub terra, sive ubivis constituta sint. Enimvero a recto decoroque præter animi sententiam qui aberrarit, forte veniam aliquam obtinebit a Deo: qui vero fuerit consulto mala C amplexus, implacabiliter supplicia longe majora perferet. Quid igitur faciemus, dicet aliquis? Quid aliud nisi ut animæ curam geramus, ab omnibus aliis vacantes?

7. Non igitur corpori inserviendum, nisi omnino necesse sit: sed ea quæ potiora sunt, animæ sunt tribuenda, ita ut ipsam ex ea quam cum corporis affectionibus habet communione, tamquam ex carcere per philosophiam eximamus, simulque etiam corpus vitiis atque libidinibus reddamus inexpugnabile. Ventri quidem ministranda sunt D necessaria, non quæ sunt perquam jucunda, velut ii qui quosdam mensarum structores coquosque exquirunt, totamque terram ac mare vestigant, velut moroso hero tributa pendentes, digni miseratione ob ejusmodi occupationem, haud remissius quam qui in inferno versantur, excruciati, plane dissecantes ignem, cribro ferentes aquam, & in pertusum dolium infundentes, laborum finem nullum habentes. Comas autem ac vestimenta plus satis curare, aut, ut ait Diogenes, adversa fortuna utentium est, aut E injustorum. Quare cincinnatum esse & appellari, æque turpe censendum dico, atque scortari, aut alienis nuptiis insidiari. Quid enim ejus qui mente præditus est interest, utrum tenui ac sumptuosa veste induatur, an pallium vile gestet, modo & frigori & calori arcendo satis sit? Et ad hunc modum reliqua quoque ultra necessitatem non sunt excolenda, nec corporis habenda est major cura, quam quantum animæ prosit. Nam comptum esse & corporis amatorem, viro hac illa appellatione vere digno non minus probrosum fuerit, quam alteri cuivis vitio ignave

ve obnoxium esse. Nam omne studium huc conferre ut corpus quam optime se habeat, non hominis est semet cognoscentis, neque intelligentis sapientem illam admonitionem, qua docemur, quod sub aspectum cadit, id hominem non esse, sed requiri sapientiam quamdam præstantiorem, qua quisque nostrum seipsum qualis tandem sit agnoscat. Hoc autem difficilius est mentem non puram habentibus, quam lippienti solem aspicere. Est autem animæ purgatio, ut semel, & quantum vobis satis sit, dicam, voluptates per sensus irrepentes aspernari, non oculos pascere insulsis præstigiatorum ostentationibus, aut corporum stimulum voluptatis immittentium aspectu, non per aures harmoniam corruptam in animam infundere. Vitia enim quæ illiberalis dejectique animi fetus sunt, ex hoc musicæ genere solent oriri. Sed musica altera quæ & melior exsistit, & ad melius perducit, confectaoda nobis est: qua
1. Reg. 16. 23. usus David sacrorum carminum auctor, furorem regis atque insaniam, ut ajunt, sedavit. Ferunt etiam Pythagoram, cum in comessatores temulentos incidisset, jussisse tibicinem comessationi præsidentem, mutata harmonia, Doricos modos eis canere: ipsos autem ita hoc cantu resipuisse, ut, abjectis corollis, pudore suffusi domum reverterentur. Alii vero more Corybantum ad tibiam insaniunt ac debacchantur, ita hoc differt, sanis aut pravis cantilenis aures impleri. Quare eam quæ nunc viget musicam minus quam quidvis turpissimum experiri debetis. Pudet me etiam interdicere, ne suffitus omnis generis, qui olfactui voluptatem afferant, admisceantur aeri, & ne unguentis vos ipsos inficiatis. Quid autem quis dixerit de non perquirendis tactus gustusque voluptatibus, nisi quod eogant eus qui his captandis vacant, ad ventrem & ad ea quæ sub ventre sunt, pecorum more, pronos ac propensos vivere? Uno verbo, totum corpus contemnendum est ei, qui in ipsius voluptatibus quasi in cœno nolit volutari, aut tantum ei indulgendum est, in quantum, inquit Plato, philosophiæ inservit, non lon-
Rom. 13. 14. ge aliter loquutus atque Paulus, qui monet nullam corporis habendam curam ad cupiditatum materiam. Etenim qui corporis, ut se optime habeat, curam gerunt, animam autem illo usuram nullius pretii parvipendunt, quid differunt ab iis qui instrumentis aptandis dant operam, artem vero per hæc operantem negligunt? Quapropter ratione plane contraria corpus castigandum est & cohibendum, haud secus ac impetus cujusdam belluæ; atque ii tumultus qui ab ipso in anima excitantur, ratione veluti flagro compescendi sunt, non autem habenis voluptati omnino laxatis negligenda mens est, adeo

A ut quasi auriga qui ab equis effrenis violenterque agitatis abreptus sit, ducatur. Nec abs re erit Pythagoræ meminisse, qui cum didicisset aliquem ex familiaribus sese & exercitationibus & escis valde admodum saginare, & carnosum reddere: Sic, inquit, non desines graviorem tibimetipsi carcerem exstruere? Unde dicunt & Platonem provenientis a corpore noxæ præscium, insalubrem Atticæ locum Academiam de industria elegisse, ut nimis bonum corporis statum quasi superfluam quamdam vitis feraci-
B tatem amputaret. Ego autem corporis habitudinem summe bonam etiam periculosam esse a medicis audivi.

8. Cum igitur nimia illa corporis cura & corpori ipsi inutilis sit, & animæ officiat, ei submittere se & obsequi manifesta fuerit insania: sed si hoc contemnere studeremus, vix aliud quidquam humanûm esset nobis admirationi. Quid enim jam nobis, si corporis voluptates fastidiamus, opus erit divitiis? Ego quidem non video, nisi, ut in fabulis est draconum, jucundum sit & gratum the-
C sauris defossis invigilare. Multum autem absfuerit, ut qui liberaliter in talibus habere se didicerit, unquam humile quidpiam & turpe facto aut dicto sibi proponat. Quidquid enim superfluum est, & necessitatis modum excedit, sive Lydia arena sit, sive formicarum auriferarum opus, tanto magis aspernabitur, quanto minus indigebit: quippe usum ipsum necessitatibus naturæ metietur, non voluptatibus. Nam qui necessarios terminos excessere, cum jam sibi, more eorum qui in declive feruntur, nihil firmum
D suppetat, ad quod se recipiant, nusquam ulterius abripi intermittunt: sed quo plura compararint, eo magis opus habebunt paribus, aut etiam amplioribus ad cupiditatem explendam, secundum Execestidæ filium Solonem, qui ait:

Divitiis nullum statuunt mortalia finem
Pectora.

In his etiam Theognide magistro utendum est, qui dicit:

Non amo divitias, non opto: at vivere tantum
Exiguo liceat, nihil sit ut inde mali.

E Ego autem in Diogene etiam omnium simul humanarum rerum admiror contemptum, qui pronuntiavit se rege magno ditiorem, quod in vita paucioribus quam ille egeret. Nobis autem, nisi Pythii Mysi adsint talenta, nisi sint terræ tot & tot jugera, nisi pecorum greges innumeri, sufficiet nihil. Sed tamen, opinor, par est divitias absentes non expetere, nec desiderare: si vero adsint, non magis ob ipsarum possessionem jactare se quam ob scientiam dispensandi easdem. Nam præclarum est illud Socratis, qui divitem quemdam virum magnopere de pecuniis su-

perbientem non prius admiraturum se dixit, quam ipsa rei experientia didicisset eum iis uti nosse. Nonne si ob aurum & ebur valde se extulissent Phidias & Polycletus, quorum alter Eleis Jovem, alter Argivis Junonem fecit, essent derisui, quod relicta arte per quam ipsum etiam aurum jucundius pretiosiusque effectum est, gloriam ex opibus alienis captassent. Nos autem qui virtutem humanam ex se non sufficere ad ornatum putamus, rem ne verecundia minore dignam facere videbimur? An divitias quidem despiciemus, & illabentes per sensus voluptates habebimus despicatui, assentationem vero & adulationem prosequemur, & Archilochi vulpeculæ astutiam versutiamque æmulabimur? Atqui nihil est viro prudenti fugiendum magis, quam ad gloriam vivere, eaque quæ vulgo ac multitudini probantur, spectare, & rectam rationem vitæ ducem non statuere, ita ut licet hominibus omnibus contradicere, & ignominiam ac periculum subire honesti causa oporteat, tamen nihil eorum quæ recta judicata sunt, invertere velimus. An enim qui non ita affectus est, ab Ægyptio illo sophista aliquid differre dicemus, qui, cum vellet, planta fiebat & bestia, & ignis & aqua, & res omnes? Nam & ipse modo quidem justitiam laudabit apud eos qui eam colunt: modo vero loquetur pugnantia, ubi injustitiam probari animadverterit: quod solent adulatores efficere. Et quemadmodum polypodem ajunt colorem suum in subjectæ terræ colorem mutare, sic ille suam sententiam ex eorum quibuscum versatur genio mutabit. Hæc quidem etsi perfectius in nostris libris condiscemus, at certe quantum adumbrandæ nunc virtuti satis est, tantum ex documentis externis rudius delineemus. Qui enim diligenter ex quacumque re utilitatem colligunt, iis quasi magnis fluminibus solent undecumque fieri accessiones multæ. Nam quod dictum est, parvum parvo adjungendum esse, id a poeta non magis de argenti augmento quam de qualibet scientia recte dictum fuisse existimandum est. Bias igitur filio ad Ægyptios abeunti, & percontanti quidnam agendo rem ei gratissimam facturus esset? Viaticum, inquit, si paraveris tibi ad senectutem, virtutem viaticum appellans, exiguis eam terminis circumscribens, quippe qui ejus utilitatem humana vita definierit. Ego autem, etiamsi quispiam proferat in medium senectam Tithoni, sive Arganthonii, sive Mathusalæ illius, qui longissimæ apud nos vitæ fuit, qui annos mille minus triginta vixisse dicitur, etiamsi totum ex quo homines conditi sunt tempus dimetiatur, veluti puerilem sententiam ridebo tum, cum ad prolixum illud & nulli senio obnoxium sæculum respi- A ciam, cujus non est finem ullum mente apprehendere, non magis utique quam immortalis animæ interitum assignare. Ad quod ævum possidendum viaticum ut comparetis, hortor vos, lapidem omnem, ut est in proverbio, moventes, unde aliqua vobis utilitas ad hoc assequendum accessura sit. Neque vero quoniam difficilia sunt hæc, & laborem requirunt, segnes ac pigri efficiamur: sed memores ejus qui admonuit vitam optimam ab unoquoque seligendam esse, ac sperare eam consuetudine jucundam B redditum iri, optima aggredi par est. Turpe est enim tempus præsens amittere, & elapsum postea revocare, cum nullum amplius dabitur dolentibus. Ego quidem quæ optima esse censeo, partim nunc dixi, partim vobis per omnem vitam suadebo: vos vero cum tria sint ægritudinum genera, ei quod insanabile est similes ne videamini, neque ostendatis animi morbum morbo eorum qui corpore ægrotant, consimilem. Etenim in valetudine parva qui laborant, ipsi accedunt ad medicos: qui vero morbis majoribus cor- C repti fuere, medicos accersunt ad se, qui autem in aliquem atræ bilis morbum prorsus immedicabilem lapsi sunt, ne accedentes quidem admittunt: quod cavete ne vobis nunc accidat, si eos qui mente ac ratione præditi sunt, fugiatis.

HOMILIA XXIII. IN SANCTUM *martyrem Mamantem*.

1. HAud ignoro panegyricorum eorum D qui in publico conventu fiunt, difficultatem ac pondus. Sed ut hoc scio, ita & debilitatem meam ipse persentio. Causa namque ipsa postulat ut aliquid dicatur dignum iis qui convenere, & spe quam de nobis concipiunt, & rei argumento. Quoniam enim in maxima celebritate hodie referimus martyrum memoriam, mens omnis erecta est, & auris parata, exspectans ut dignum aliquid Martyre illo dicatur, ac ipso illius desiderio concionem cogit. Nam liberi grati magnifica patrum præconia exigunt, nec E paterentur eorum quæ laudanda essent magnitudinem ex dicentis tenuitate periclitari. Quapropter quo major est vestra alacritas, eo periculum majus. Quid igitur sumus facturi? Quomodo rursus explebimus desideria vestra, & ipsi non abibimus re de qua nunc agitur infecta? Adhortabimur animum unumquemque, ut quæ in memoria habuit cum huc accessit, ea secum in mente refricet, abscedatque domesticis alimentis enutritus, & suo ipsius viatico exhilaratus. Memineritis velim Martyris, quotquot eo in somnis fruiti estis. Meminerint omnes,

qui

Digitized by Google

qui hoc in loco constituti, ipsum adjutorem ad precandum babuere: quibus cum operarentur præsto fuit, simul ut nomine vocatus est, quos ex peregrinatione reduxit, quos ex infirmitate erexit, quibus liberos jam vita functos restituit, quibus prorogavit præfinitum vitæ tempus. Collectis omnibus, ex communi symbolo præconium componite. Communieate inter vos, quæ quisque novit impertiat ignoranti: quæ ignorat, ab edocto accipiat. Atque ubi sic ex mutuo symbolo alius alium paveritis, imbecillitati nostræ ignoscite.

Quæ sint Martyrum vera præconia.

2. Hæc enim Martyris sunt præconia, divitiæ spiritualium donorum. Non possumus illum ex profanorum præconiorum lege cohonestare: non possumus parentes & proavos illustres in medium proferre. Turpe est enim alieno ornatu decorari eum qui sua ipsius virtute illustris est. Nam ex consuetudinis legibus talia in paoegyricis usurpant. Alioqui veritatis lex proprias cujusque laudes exposcit. Neque enim equum celerem reddit ejus qui genuit in cursu præstantia: neque canis laudatio est, ex velocissimis prognatum esse. Sed quemadmodum reliquorum animalium virtus in unoquoque consideratur: ita & viri propria laus est, quæ ex propriis ipsius recte factis testimonium habet. Quid ad filium patris claritudo? Sic Martyr ille splendorem non aliunde mutuatus est: sed ipse per vitæ rationem bonæ famæ faculam accendit. A Mamante reliqui, non ab aliis Mamas nobilitatur. Filii qui ab eo pietatem edocti sunt, in ipso glorientur. Ipse enim ex se ipso virtutem ubertim profundit. Non quasi torrens aliquis confluente alieno gloriatur: sed fons est, qui ex suis ipsius finibus decorem effundit. Admiremur virum non alieno ornatu cohonestatum, sed illustratum suo. Vides claros equorum nutritores? Vides alba eorum monumenta, quomodo lapides sint, iique neglecti? Martyris vero memoria, & omnis regio commota est, & civitas tota transtulit se ad celebritatem. Ne divitum quidem cognati excurrunt ad majorum suorum sepulcra: sed omnes ad pietatis locum accedunt. Patrem hunc ducem veritatis, non autem patres corporum auctores appellant. Vides quemadmodum virtus honoretur, non divitiæ? Ita Ecclesia cum eos qui præcessere, honorat, eos qui præsentes sunt, cohortatur. Ne mihi, inquit, studeas divitiis, ne sapientiæ mundi exolescenti, ne gloriæ marcescenti. (1. Cor. 2. 6.) Evanescunt hæc una cum vita: sed cultor sis pietatis. Hæc enim & ad cælum te evehet, hæc & immortalem memoriam ac perennem apud homines claritatem tibi comparabit.

3. Quare si quis pastoris meminit, divi- A tias ne admiretur. Convenimus enim non ut divitem laudemus, cave abieris admirans divitem, sed potius paupertatem cum pietate conjunctam. Pastor nihil magnum, neque exquisitum vitæ genus præ se fert. Nonne iratus irritatori te probri loco diceres: Pastor es? Pastor nihil amplius quotidiano victu possidet, habet peram appensam, clavam gestat & diurnum viaticum, nihil crastinum curat, bestiis infestus, animalibus mansuetissimis cootubernalis, fugiens forum, declinans tribunalia, non agnoscens B sycophantas, mercaturæ imperitus, divitias ignorans, proprium tectum non habens, sed mundi tecto communi degens, noctu suspiciens in cælum, & ex stellis miraculum conditoris cognoscens. Pastor est. Veritatis ne nos pudeat. Fabulatores prophanos ne imitemur, ne contegamus veritatem ornatu verborum. Nuda est veritas, absque patrocinio ipsa semet ostendit. Plura si dicas, deprimis. Magis eam admirabere per præconium. Pastor & pauper, hæc sunt Christiano ornamenta. Gymnasii in quo pietas C tradita est, præfectos si inquisieris, piscatores invenias & publicanos: si discipulos, coriarii sunt pauperes. Dives nullus, ousquam claritudo, interiere una cum mundo hæc omnia. Vide igitur ejus diem celebremus, cujus gratia omnes hilares simus, ob quem immutata civitas sit. Quoniam pastoris meminimus, ne illud nomen contemnas. Audivisti Abelem qui primus placuit, pastorem fuisse. (Gen. 4. 2.) Quis eum imitatus est? magnus ille legislator Moyses, qui conatum Pharaonis & dolum aufugiens, atque contubernalium (Exod. 3. 1. & 4.) D insidias exosus, hic in monte Choreb pastor erat; dumque pasceret, in Dei venit colloquium. Non cum disceptaret judicio, angelum in rubo vidit: sed cum pasceret, colloquio illo cælesti dignus habitus est. Quis post Moysen? Jacob patriarcha, qui in pascendo pro veritate patientiam ostendens, (Gen. 31. 38.) in parva imagine totius suæ vitæ effigiem reliquit. Cui impertivit studium ejusmodi? Davidi. David a pastoritia arte pervenit ad regnum. Sorores enim sunt ars pascendi & ars regnandi, nisi quod altera irrationalium, E altera rationalium præfecturam sibi concreditam habet. Ita illa scientiæ majoris fondamentum est. Quapropter utramque complectens Dominus, & pastor est & rex, pascens expertes rationis, ratione majore præditos sub regni administrationem pertrahens. Vis discere quantæ dignitatis sit pastor? *Dominus pascit me.* (Psal. 22. 1.) Quomodo vero ars pascendi soror est regni? *Quis est iste Rex gloriæ?* (Psal. 23. 8.) Qui illic pastor, hic Rex dicitur. Cave autem existimes ab aliis quidem hoc ei testimonium dari, sed eum hujus nominis pudere. Nam spurios pastores silentio præter-

termittens, verum illud pastoritiæ artis te-
Joan. 10.11. stimonium sibi vindicat. *Ego sum pastor bo-*
Mal. 3.6. *nus*. *Ego sum: & non mutatus sum*. Qua di-
Esa. 44.24. cendi ratione utitur cum magna dicit: *Ego manu mea firmavi terram: ego extendi cælum solus*. Sicut cum & alia magnifica ac digna quæ de Deo dicantur, profert, sic dicit: *Pastor bonus*. Abigit spurios, & veritatem sibi ipse assumit. *Ego sum pastor bonus*. Disce quis sit pastor, & quis sit bonus. Fungi-
Joan. 10.11. tur ipse interpretis munere. *Verus pastor animam suam ponit pro ovibus: mercenarius vero, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, non curat cum lupum venientem videt*.

4. Hic quærit Ecclesia, si pastor Dominus est, quis sit mercenarius pastor? Num diabolus? Et si diabolus est mercenarius pastor, quis sit lupus? Certe quidem lupus est diabolus, bestia illa immanis, rapax, insidiatrix, communis omnium hostis. Habeat igitur appellationem propriam mercenarius pastor. Mercenarios pastores dicebat tunc Dominus, ad eos conversus, qui tunc aderant. Sunt autem etiam nunc, utinam non essent, qui sibi cognomen mercenariorum conciliant. Tunc pontifices indicabantur & Pharisæi, & omnis illa Judaica secta. Illos pastores mercenarios dicebat, qui quæstus non veritatis gratia potestatem pascendi arripuerant. Qui prætextu vano precantur, ut viduarum panem atque orphanorum comedant, ii mercenarii sunt. Utilitati suæ qui inserviunt, quique præsens sectantes, non intendunt in futurum, mercenarii sunt, non pastores. Et nunc mercenarii multi, qui pro misera gloriola vitam suam vendunt, qui & nunc schisma in sanis Domini verbis
Joan. 9.16. explicandis conflant. Hæc enim cum Dominus dixisset, schisma exortum est inter eos.
Ibid. 10.20. 21. Alii dicebant, dæmonium habet: alii, non potest efficere dæmon, ut oculi cæci videant. Vides quam vetus sit dissensionis vitium? Statim autem ventilabrum paleas discernit a frumento. Et quod quidem leve est & instabile, sejungitur ab eo quod vim habet nutriendi: quod vero ad alimentum spirituale idoneum est, agricolis tribuitur. Idcirco schisma exortum est, & alii fic diffidebant, alii sic. Judæorum est scindi: sed Dei Ecclesia quæ inconsutilem tunicam a summo contextam, a militibus sine scissura servatam accepit, quæque Christum induit, vestem
Joan 10.14. ne scindat. *Et cognosco meas, & cognoscunt me meæ*. Rapuit hæc ad suam blasphemiam confirmandam hæreticus. Ecce, inquit, dictum est: *Cognoscunt me meæ, & cognosco meas*. Quid igitur significat illud, cognoscere? essentiam ne intelligere, an metiri magnitudinem? An illa de divinitate intelligere, quæ tu nosse impudenter affirmas? An non ex superioribus modum intelligis cogni-

A tionis? Ecquid in Deo agnoscimus? *Oves* Joan. 10.27.
meæ vocem meam audiunt. Vide quomodo cognoscatur Deus, ex eo quod mandata ipsius audimus, ex eo quod illa audientes conficimus. Cognoscere Deum, est servare Dei præcepta. Num debet esse de Dei essentia disceptatio curiosior? num de rebus quæ mundum transcendunt, quæstio? Num invisibilium intelligentia? *Cognoscunt me meæ, & cognosco meas*. Scire satis tibi est, bonum pastorem esse, animam suam pro ovibus posuisse. Cognitio Dei continetur his finibus.
B Quantus autem sit Deus, & quis modus ejus, & qualis secundum essentiam, talia ut sunt interroganti periculosa, ita ei qui interrogatur inexplicabilia. Silentium autem, talium medela est. *Oves meæ vocem meam audiunt*. Audiunt, inquit, non disceptant. Hoc est, non sunt inobsequentes, non contendunt. Audisti filium, ne tu mihi artificiose disputes de modis generationis, neque quorum causa afferri nequit, ea ad causam adducas: ne per schisma separa quod conjunctum est. Eam ob rem in anteceſſum communivit te
C Evangelista. Audisti pridem, & etiam nunc audis, *In principio erat verbum*, ut ne Filium fetum humanum putes, qui ex non existente productus sit. *Verbum* dixit tibi ob apathiam. Dixit tibi, *Erat*, propterea quod ante omne tempus est. *Principium* dixit, ut Genitum conjungeret cum Genitore. Vidisti quomodo ovicula morigera vocem Domini audiat. *In principio*, & *erat*, & *Verbum*. Neque dicas: Quomodo erat? &, si erat, genitus non est; & si genitus est, non erat. Non est ovicula, quæ talia dicit. Pellis ovilla
D est: sed intus lupus est qui loquitur. Cognoscatur insidiator. *Oves meæ vocem meam audiunt*. Audisti Filium? Intellige similitudinem quam cum Patre habet. Similitudinem dico, ob imbecillitatem corporum valentiorum. Alioqui veritas ita habet (non enim vereor accedere veritati), non sum ad sycophantiam propensus. Identitatem dico, custodiens Patris & Filii proprietatem. In hypostasi Filii, formam intellige paternam, ut mihi perfectam imaginis rationem serves, ut mihi religiose intelligas
E illud, *Ego in Patre, & Pater in me est*. Noli intelligas essentiarum confusionem, sed characterum identitatem. At enim dilecti, res quam maxime contraria esse videtur, quippe quia debilitatem nostram vestra in audiendo obedientia aliquid in medium afferre ac dicere coegit, ut potentia Dei in organi debilitate maxime elucesceret. Forte enim ob eam causam valde abundavit nostra debilitas, ut gloria majore afficeretur qui quod infirmum est corroborat. Qui vero hanc nostram celebritatem reduxit, & præteriti anni votis finem dedit, & succedenti tempo-

ri

Digitized by Google

ri initium largitus est (eadem enim dies præteritum circulum nobis terminat, & rursus insequentis fit initiom) qui igitur congregavit nos, & tribuit usum futuri, conservet nos in semetipso illæsos, inoffensos, a lupi raptu securos : ecclesiam haoc quæ magis martyrum torribus munitur custodiat inconcussam : insidias omoes, & hæretici furoris assultum avertat. Præterea in tranquillitate nobis præstet, ut discamus oracula divina, datamque Spiritus gratiam doceamus : quia ipsi gloria & imperiom cum sancto Spiritu nuoc & in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA XXIV.

CONTRA SABELLIANOS, & Arium & Anomœos.

1. Pugnat Judaismus cum Hellenismo, & uterque cum Christianismo, quemadmodum Ægyptii & Assyrii & sibi invicem, & Israeli erant iofensi. Ita quoque in vitio comperimus timiditatem atque audaciam & inter se pugnare, & fortitudini adversari. Talis quædam pugna etiam adversos rectam confessiooem utrimque mota est, hinc a Sabellio, illioc ab iis qui prædicant inæqualitatem. Nos vero sicut ethnicos fugimus, & improbum simulacrorum cultum sumus aversati, & deorum multitudinem quam inducunt impiam esse judicavimus : sic quoque Judæorum Filium Dei negantium refugimus blasphemiam, veriti scilicet minas illas : *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.* (Matth. 10. 33.) Fugiamus igitur, ut par est, eos etiam qui his cognata dogmata cootra veritatis doctrinam excogitant. Postquam enim callidus ille ad nocendum diabolus Christianos vidit a Judæis ac Gentilibus abalienari, statimque infensos nos illis esse nominum causa; imposito utrisque nomine nostro, sic rursus Judaicam inficiationem ac Gentilem deorum multitudinem introducere cooatur. Qui enim Unigenitum dicunt opus Dei esse atque facturam, deinde adorant, & velut Deum profiteotur, ii dum colunt creaturam non creatorem, aperte Gentilium errores introducuot: qui vero Deum ex Deo negant, & nomine quidem Filium confitentur, sed reipsa & vere subsistentiam ejus abolent, ii rursus Judaismum renovant. Cum eoim Verbum confitentur, ipsum comparant cum eo quod in mente concipitur verbo, comque sapientiam dicunt, consimilem esse dicunt habitui qui in anima manet eruditorum. Et idcirco unam personam Patris & Filii profitentur, quod homo quoque unus dicitur non divisus, ob verbum quod in ipso est & obsapientiam. Atqui Evangelista statim ab initio clamat : *Et Deus erat Verbum*, (Joan. 1. 1.) subsistentiam propriam dans Filio. Etenim si in corde erat Verbum, quomodo Deus intelligi potuit? Rursus quomodo erat apud Deum? Nam neque verbum quod in homine est, homo est, neque apud ipsum esse dicitur, sed io ipso. Neqoe enim vivens est, neque subsistens : sed Dei Verbum, vita est & veritas. (Joan. 14. 6.) Et nostrum quidem verbum simul atque prolatom est, amplius non est : sed de Dei Verbo quid dicit Psalmus? *In æternum, Domine, Verbum suum permanet in cælo.* (Psal. 118. 89.)

2. Atque hinc quidem hoc bellum infertor: illinc vero quod & quale certamen est contra veritatem? Substantiam quidem concedunt, propriamque Filii personam esse, & Patris propriam confitentur: sed naturæ inducunt inæqualitatem. Et Filii nomen voce tenus concedunt, sed reipsa ipsum demittunt ad creaturam, haud verentes vocem Domini, se ei qui Patrem videre gestiebat, præmonstrantis. *Qui enim*, inquit, *vidit me, vidit Patrem.* (Joan. 14. 9.) Hæc autem vox, si quis recte judicat, utrorumque obturat blasphemias. Neque enim seipsum Patrem esse dicit, qui scilicet persoaas aperte distinguat, his verbis: *Qui vidit me.* Hinc namque osteodit propriam suam personam. Cum vero subjungit : *Vidit Patrem*, respicit ad pateroam personam, ac distinguit a semetipso maoifeste. Quod idem facit quoque, ubi ait: *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis.* (Joan. 14. 7.) Non enim personarum confusionem indicant hæc, sed deitatis similitudinem exhibent discriminis cujusvis expertem. Audiant autem hæc ipsa verba & adversarii, quod qui Filii consortio dignatus est, is Patre privatus non sit. Nec enim diversum Genitor genuit, sed talem qualis ipse est. Audi Anomœe, *Ego & Pater unum sumus.* (Joan. 10. 30.) Audi & tu Sabelli, *Ego exivi a Patre, & ad ipsum vado.* (Ibidem 16. 28.) Et uterque ex evangelica doctrina proprium vulnus curet. Et tu quidem unitatem sume ex absolutissima naturæ similitudine: to vero illud, *Ab eo exivi & ad ipsum vado*, ad personarum diversitatem referas. Conveniat igitur de his inter nos, agamusqoe pacem, & a longo contra pietatem bello desistamus, acutis illis impietatis armis abjectis, & hastis in aratra, gladiis vero in falces conflatis. (Esa. 2. 4.) Neque tu dicas *solum:* sed sequere eum, qui dicit : *Non sum solus, quia qui misit me Pater, mecum est.* (Joan. 8. 16. & 14. & 17. & 18.) Alius igitur est Pater qui misit, alius qui missus est Filius. Ac rursus: *Ego*, inquit, *testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.* Et, *in lege vestra*, inquit, *scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est.* (Deut. 17. 6.) Numera, si lubet, personas. *Ego*, inquit, *sum*

qui

qui testimonium perhibeo. Unus. *Et testimonium perhibet de me qui misit me.* En duo. Nec ego sic audacter numero, sed Dominus ipse docuit, cum dixit: *In lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum sit*. Tu vero qui alio impietatis genere adversus Deum pugnas, qui Filium dicis Deo natura dissimilem, qui æqualitatem non concedis, qui inducis vitæ intervallum, (Col. 1. 15.) reverere Paulum dicentem: *Qui est imago Dei invisibilis*, hocque largiare imagini viventi, ut vitæ archetypæ per omnia similis sit. Confitere Patrem esse Filii, non creaturæ opificem. Et in vera Patris confessione, sine eum qui genitus est, ipsi dignitate parem esse, revocans in memoriam illud Evan- (Joan. 5. 18.) gelistæ testimonium: *Deum Patrem suum dicebat, faciens se æqualem Deo*. Æqualitas autem illa quam cum Patre habet, intelligitur esse secundum naturam, non secundum magnitudinis corporeæ mensuram. Quomo- (Phil. 2. 6.) do autem non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, si, ut tu blasphemas, numquam æqualis fuit? Quomodo rursus in Dei forma erat, qui, ut tu dicis, numquam similis fuit?

3. Talis quidem utrimque pugna nobis est, veritas vero quæ? Neque tu reformides personas confiteri: sed dic Patrem, dic & Filium, non rei uni nomina duo attribuens, sed ex utraque appellatione significationem propriam discens. Nam ingens improbitas est non suscipere documenta Domini, qui nobis perspicue aliam personam ab alia di- (Joan. 14. 16.) stinguit. *Si enim abiero*, inquit, *rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis*. Itaque Filius est qui rogat, Pater est qui rogatur, Paracletus vero qui mittitur. Nonne ergo aperte impudens es, qui cum audias, *Ego* de Filio, *Ille* de Patre, *Alius* de Spiritu sancto, misces tamen omnia omniaque confundis, & rei uni tribuis appellationes omnes. Vicissim neque tu ad stabiliendum impietatem sumito secretionem personarum. Etsi enim duo sunt numero, tamen natura non sunt disjuncti: neque qui duo dicit, alienationem inducit. Unus Deus & Pater, unus Deus & Filius, non Dii duo, cum Filius identitatem habeat cum Patre. Non enim aliam in Patre intueor divinitatem, aliam in Filio, neque aliam naturam illam, & aliam hanc. Quamobrem perspicua ut sit tibi personarum proprietas, numera separatim Patrem, & separatim Filium: sed ne scindaris in multitudinem deorum, unam in utroque essentiam confiteare. Ita & Sabellius cadit, & Anomœus conteretur.

4. Sed cum essentiam unam dico, cave intelligas duo ex uno divisa, sed ex principio Patre Filium subsistentem, non Patrem & Filium ex una superiore essentia emergen-

A tes. Non enim fratres dicimus, sed Patrem & Filium confitemur. At essentiæ identitas est, quia ex Patre Filius, non præcepto factus, sed ex natura genitus, non dissectus a Patre, sed eo manente perfecto perfectus illucescens. Et mihi, quotquot aut non perfecte dicta assequuti estis, aut calumniandi causa nos circumstatis, non quærentes ut ex nobis aliquid capiatis emolumenti, sed observantes ut aliquid eorum quæ dicimus carpatis, ne circumcursantes dixeritis: Prædicat Deos duos, deorum multitudinem an-

B nuntiat. Non sunt Dii duo, neque enim sunt duo Patres. Principia duo qui inducit, Deos duos prædicat. Talis autem est Marcion, & si quis illi similis sit impietate. Ac rursus, qui Genitum alterius essentiæ a Genitore esse dicit, is quoque dicit Deos duos, ob essentiæ dissimilitudinem multitudinem Deorum inducens. Etenim si una est divinitas ingenita, una vero genita, tu es qui Deorum prædicas multitudinem, cum Ingenitum Genito contrarium dicas, statuasque essentias etiam plane contrarias: siquidem

C essentia Patris esset ingeneratio, essentia vero Filii, generatio. Quare non duos modo Deos, sed eos etiam inter se pugnantes dicis: & quod gravissimum est, non tribuis pugnam proposito animi, sed naturali dissidio, quod non possit umquam ad pacificam concordiam venire. At veritatis doctrina ea quæ utrimque inter se pugnant, declinavit. Ubi enim unum est principium, & unum quod ex ipso est, ubi rursus unum est exemplar, & imago una, unitatis ratio haud quaquam labefa-

D ctatur. Quapropter Filius ex Patre per modum generationis exsistens, & naturaliter in semetipso Patrem exprimens, ut imago quidem, integerrimam absolutissimamque habet similitudinem, ut genitura vero consubstantialitatem servat. Neque enim qui in foro imaginem regiam intuetur, & regem dicit eum qui in tabula est, confitetur reges duos, imaginem, & eum cujus imago est: neque si dixerit: Hic est rex, ostendens videlicet eum qui in tabula pictus est, continuo exemplar ipsum appellatione regis privat. Imo vero, dum hoc confitetur, ei dignita-

E tem firmavit. Nam si imago rex est, profecto jure potiore par est regem esse eum, qui imagini ut sit causa est. Atqui hic ligna, & cera, & pictoris ars corruptibilem imaginem efficit, effigiem scilicet rei corruptibilis, & ejus qui effictus est artificiosum simulacrum: illic vero ubi audieris imaginem, splendorem gloriæ intellige. Quisnam autem splendor, & quæ gloria? Apostolus ipse statim interpretatus est, cum subjunxit: *Et character hypostaseos*. (Hebr. 1. 3.) Idem igitur est hypostasis quod gloria, & character quod splendor. Quare perfecta manente & nihil imminuta gloria,

per-

perfectus procedit splendor. Atque sic imaginis ratio ut Deum decet accepta, & divinitatis nobis unitatem exhibet. Hic enim in illo, & ille in hoc. Nam & hic talis est, qualis ille, & ille qualis hic. Ita uniuntur duo propterea quod non differant, nec Filius secundum aliam speciem & extraneum characterem intelligatur. Rursus igitur dico: Unus & unus, sed natura indivisa est, & perfectio imperfectionem omnem excludens. Unus igitur Deus, quandoquidem per utrumque species una consideratur, quæ integre in utroque ostenditur. Sed jamdiu sermonem nostrum moleste ferre vos video, & tantum non audire me puto, quod confessis immorans quæstiones valde decantatas non attingam. Omnium enim aures arrectæ nunc sunt, ut de Spiritu sancto aliquid audiant. Ego vero velim maxime, sicut traditum simpliciter accepi, sicut ingenue & candide assensus sum, sic & auditoribus tradere, ut non eorumdem mihi sit semper reddenda ratio, sed ut confessione una persuasos habeam discipulos. Quoniam autem circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis, necesse nobis est velut in judicio iis quæ objiciuntur respondere, semperque interrogari, & semper quæ accepimus dicere. Adhortamur autem vos, ut ne omnino quod vobis placet, ex nobis audire quæratis, sed quod Domino acceptum est, & consonum Scripturis, nec contrarium Patribus. Itaque quæ dicebamus de Filio, propriam videlicet ipsius personam confiteri oportere, eadem habemus & de Spiritu sancto dicere. Non enim ideo Spiritus idem est qui Pater, quod scriptum sit: *Spiritus est Deus*. [Joan. 4. 24.] Neque rursus Filii & Spiritus persona una est, eo quod dictum sit: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Christus autem in vobis est*. [Rom. 8. 9. & 10.] Etenim hinc decepti non nulli, Spiritum & Christum eumdem esse opinati sunt. Sed quid dicimus? hinc commonstrari naturæ conjunctionem necessitudinemque, non personarum confusionem. Est namque Pater habens *esse* perfectum, nec ullius indigens, radix ac fons Filii & Spiritus sancti. Est & Filius in plena divinitate vivens Verbum & proles Patris, quæ eget nullius. Quin & plenus est Spiritus, non pars alterius, sed perfectus & integer in seipso consideratur. Et conjunctus quidem est Patri Filius inseparabiliter, conjunctus quoque Filio est Spiritus. Nihil enim est quod dirimat, nihil quod sempiternam illam conjunctionem intercidat. Nullum enim inter illos sæculum intercurrit, nec potest animus noster separationem ullam excogitare, adeo ut aut Unigenitus non sit semper cum Patre, aut Spiritus sanctus non semper exsistat cum Filio.

5. Ubicumque igitur Trinitatem conjunximus, noli velut unius rei indivisæ partes tres animo tibi fingere (impia est enim hæc cogitatio) sed trium incorporeorum perfectorum essentiam communem atque individuam intellige. Ubi enim est Spiritus sancti præsentia, illic & Christus præsens est: ubi vero Christus, illic utique & Pater adest. *An nescitis quod corpora vestra templum sunt habitantis in vobis Spiritus sancti?* [1. Cor. 6. 19.] *Et si quis templum Dei profanat, hunc perdet Deus*. [1. Cor. 3. 17.] Quamobrem cum per Spiritum sanctificamur, suscipimus Christum in interiore nostro homine habitantem, & una cum Christo Patrem communiter apud dignos manentem. Hanc autem conjunctionem declarat & baptismatis traditio, & fidei confessio. Etenim si alienus esset natura Spiritus, quomodo simul annumeraretur? Et si temporum processu postea accessisset Patri ac Filio, qua ratione æternæ naturæ conjungeretur? Qui enim separant a Patre & Filio & inter creaturas numerant Spiritum, ut baptismum imperfectum, ita faciunt confessionem fidei imperfectam. Neque enim Trinitas, Spiritu subtracto Trinitas manet. Et rursus, si una aliqua creatura adjuncta fuerit, nulla non creatura cum Patre & Filio annumerabitur. Ecquid enim prohibet dicere, credimus in Patrem & Filium & in creaturam omnem? Si enim pium est credere in partem creaturæ, profecto longe religiosius fuerit creaturam omnem ad hanc confessionem adhibere. Quod si credas in omnem creaturam, non in angelos & administros spiritus credes solum, sed etiam si quæ sunt adversariæ potestates, cum & ipsæ pars sint creaturæ, atque in professione fidei cum eis pacificere. Sic ea quæ in Spiritum est blasphemia, in impios ac nefandos sermones te conducit. Nam ubi primum de Spiritu quæ non oportet dixeris, hoc tibi exploratum sit & cognitum ex Spiritus derelictione. Sicut enim qui claufit oculos, domesticas in se habet tenebras: ita qui secessit a Spiritu, is ab illuminante semotus, animi cæcitate confunditur.

6. At ne separes a Patre & Filio Spiritum sanctum, absterreat te Traditio. Sic Dominus docuit, prædicavere Apostoli, Patres conservavere, confirmavere Martyres. Satis habeas loqui ita, ut edoctus es. Et cave arguta illa & captiosa objicias mihi: Ingenitus est, aut genitus. Quod si ingenitus est, Pater est: sin autem genitus, Filius est: si denique neutrum horum, creatura est. Ego autem cum Patre quidem Spiritum novi, at novi non esse Patrem: item, illum cum Filio accepi, sed non accepi Filium fuisse appellatum. Atqui conjunctionem quidem quam cum Patre habet intelligo, ex eo, quod ex Patre procedit: eam vero quam habet

cum

Rom. 8. 9. cum Filio, quoniam audio: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Etenim si Christo conjunctus non est, quomodo Joan. 14. 17. cum Christo conjungit? Sed & Spiritum Ibidem 6. veritatis dici audio. Veritas autem Dominus Rom. 8. 15. est. Cum autem audio Spiritum adoptionis, recordor ejus quam natura habet cum Filio & Patre unitatis. Quomodo enim adoptaret quod extraneum est? Quomodo rursus conciliaret conjungeretque quod alienum est? Sic itaque neque sum verborum architectus, neque majestatem *Spiritus* reprobo: sed eos qui creaturam appellare audent, deploro defleoque, quod sophismate exili & paralogismo fucato in barathrum detrudant semetipsus. Nam, inquiunt, tria hæc mens nostra percipit; nec quidquam est in rerum natura, quod non in hanc rerum divisionem cadat. Aut enim, inquiunt, ingenitus est, aut genitus, aut creatus: at neque primum, neque secundum, igitur tertium. Istud vestrum *igitur*, maledictioni æternæ vos reddet obnoxios. Es ne perscrutatus omnia? omnia ne ratiocinatione tua subjecisti divisioni? nihil inexploratum reliquisti? omnia mente tua complexus es? omnia tua cogitatione comprehendisti? nosti quæ sub terra? nosti quæ in profundo? dæmonum jactantia hæc est:

Mensura est pelagi, & numerus mihi notus arenæ.

Quod si multa ignoras, & infinito plura sunt quæ ignoras quam quæ nosti, cur non etiam cum omnibus fateris citra pudorem tuam istam de modo quo Spiritus sanctus existit ignorantiam, cum hæc nihil habeat periculi? Mihi autem non vacat quidem cogitationum tuarum vanitatem redarguere, neque quam multa in rebus sint quæ mentis tuæ perceptionem fugiant, ostendere; ta- Matth. 12. 31. men illud vestros libenter rogarim, & fidenter affirmo fore, ut pœniteat te aliquando impiæ hujus astutiæ, qua Spiritum sanctum creaturam dicis. An non times peccatum, cujus nulla est venia? Aut putas te proferre posse blasphemiam quampiam, quæ hanc superet impietate? Nam ex una hac voce gravissima quæque impendent, alienatio a Deo secundum naturam ipsam, servitutis humilitas, servilia munia, privatio sanctimoniæ, cum ea desit quæ naturæ congruit, accidetque Spiritui ipsi, ut eodem modo ex gratiæ distributione particeps fiat sanctimoniæ, quo eam & reliqua quæ sanctificata sunt, 1 Cor. 12. 7. habent. Et sicut datur nobis manifestatio Spiritus ad utilitatem, & sicut cuilibet pro modo ac ratione fidei admetitur, ita & Spiritus ipse sanctimoniæ particeps erit, si vere, uti Pneumatomachi existimant, creatus est.

7. Sed ne finamus, stultitiam eorum qui se omnia mente sua comprehendisse putant, confutatione carere. Nobis igitur respondeant. Quid tandem est sensibilis hujus solis essentia? Unum ne ex quatuor elementis, an compositus est ex quatuor? Atqui neque terra est, neque aer, neque aqua, neque ignis. Hæc enim rectum motum habent; aliis sursum, aliis deorsum vergentibus. Terra enim & aqua deorsum feruntur propter gravitatem, aer vero & ignis sursum versus moventur ob levitatem, sol autem in orbem movetur. Non igitur unum ex quatuor est. Imo ne compositus quidem ex illis est, cum ea quæ composita sunt, ut pote ex contrariis constantia, satiscant, iis quorum contrarius motus est se invicem alio pertrahentibus. At vero solis motus indefessus est, ob idque irrequietus. Quare compositus non est. Atqui quidquid in corporibus numeratur, id aut simplex est, aut compositum. Sol autem neque est corpus simplex; non enim in rectum movetur: neque compositum, non enim satiscit ex motu. Non est igitur sol. Tales sunt argutæ vestræ divisiones, quæ derisui sunt oculos habentibus. Rursus quomodo videmus nos homines? sic ne, ut suscipiamus formas rerum visibilium, an ita ut virtutem quamdam ex nobis ipsis emittamus? Atqui neque suscipimus rerum visibilium imagines: qui enim fieri potest ut in exiguo pupillæ meatu cæli hemisphærium imprimatur? neque ex nobis quidquam emittimus; quomodo enim rursus id quod emittitur satis fuerit, ut ad tantam cæli vastitatem expandatur? Quod si neque recipimus visibilium imagines, neque virtutem ullam ex nobis ipsis emitrimus, non igitur videmus. Quid igitur? Coarguam ne vestros syllogismos, an vobis huc optabo, vera ut concludatis? Quid ab hujusmodi argumentis differt artificiosa vestra de Spiritu loquendi ratio, quam apud miseras mulierculas aut affines mulieribus eunuchos jactatis? Caveaudias infesto animo & calumnioso. Spiritus si ex Deo est, quomodo ad creaturam demittis? Non enim illud es dicturus, ex Deo omnia esse. Quemadmodum enim Christus Dei dicitur, nec tamen creatura est sicut nos, (*Nos enim Christi, Christus vero Dei,*) 1. Cor. 3. 23. sed aliter nos Christi dicimur, velut servi Domini, aliter Christus Dei dicitur, velut Filius Patris: ita & Spiritus non, quoniam omnia ex Deo sunt, & ipse, ut omnia, ex Deo est. Neque enim quoniam & administri Hebr. 1. 14. spiritus sunt, continuo similis illis est & Spiritus sanctus, ob appellationem. Nam unus est vere Spiritus. Ut enim multi sunt Filii, unus autem verus Filius: ita etiamsi omnia dicantur ex Deo, proprie tamen Filius ex Deo, & Spiritus ex Deo est. Nam & Filius

a Pa-

a Patre exivit, & Spiritus ex Patre procedit. A
At Filius quidem ex Patre per generatio-
nem, Spiritus vero ex Deo, arcano modo
atque ineffabili. Vide igitur quantum fuerit
periculum gloriam Paracleti extenuare. Fi-
lius delatum sibi honorem, spreto Spiritu,
Joan. 16. 14. non recipit. *Ille* enim, inquit, *me glorifi-*
cabit, non ut servus cum creaturis. Etenim
si cum omnibus glorificaret, non esset dictum:
Ille. Nunc vero illa ad unum relatio glorifi-
cationem præstantiorem quam quæ ab aliis
Luc. 2. 14. exhibetur, indicat. Nec enim sicut qui di-
Joan. 17. 4. cebant, *Gloria in altissimis Deo*, sed sicut B
qui dixit, *Pater, glorificavi te, opus consum-*
Joan. 12. 28. *mavi quod dedisti*. Et sicut Pater glorificat
Filium, dicens; *Et glorificavi te, & iterum*
glorificabo: sic & Filius Spiritum in suam &
Patris societatem admittit. Alioquin osten-
dat mihi aliquis gloriam hac majorem, &
concedo nihil nisi verum dici ab adversariis.

Qui vos spernit, me spernit. Quare? propter Luc. 10. 16.
Spiritum videlicet in ipsis inhabitantem.
Itaque qui non honorat Spiritum, Filium
non honorat: *Filium vero qui non honorat*, Joan. 5. 23.
Patrem non honorat. Sic igitur perfidia quæ
admittitur in unum aliquod eorum quæ cre-
denda sunt, inficiatio est totius deitatis. Spi-
ritus si creatus est, non est divinus. Atqui
Spiritus, inquit, *divinus qui fecit me*. Et, Job. 33. 4.
replevit, inquit, *Deus Beseleel Spiritu divi-* Exo. 35. 31.
no sapientiæ & prudentiæ. Itaque ad utrum
reperis divinum accedere? Ad creaturam,
an ad deitatem? Quod si ad creaturam, et-
iam Patrem Domini nostri Jesu Christi crea-
turam dices. Nam de eo scriptum est: *Sem-* Rom. 1. 20.
piterna quoque ejus virtus, & Divinitas. Si
vero ad deitatem, blasphemiæ imposito fine,
Spiritus agnosce majestatem. Adeo insipiens
es, ut ne ab ipsa quidem voce ad dignas Spi-
ritu notiones deducare.



MONITUM

Multa hodie nomine Asceticorum comprehendi solent, præfationes, sermones quidam peculiares: libellus de fide, alius libellus de judicio Dei, Moralia, Regulæ majores, Regulæ minores, Constitutiones monasticæ: sed olim non omnia hæc in Asceticis comprehendebantur. Ita igitur Photii ætate, Basilii opus ἀσκητικὸν restringebatur, ut solum duos de judicio ac de fide libellos, moralia, regulas tum majores tum minores proprie complecteretur. Ut autem reliqua fere omnia Basilii opera in dubium revocantur: ita quoque maxima pars Asceticorum quibusdam νόθως suspecta est. Quoniam tamen antiqui scriptores Basilium auctorem faciunt Asceticorum, vel morosiores Critici saltem aliquam eorum partem facile ei tribuunt: sed ita tamen, ut quidquid præcipuum est, omne id ejus esse negent. Nec hi quidem inter se consentiunt.. Alii enim satis habent regulas breviores Basilio magno abjudicare. Alii iniquiores ei abjudicant regulas minores simul & majores, & moralia, & libellos de Dei judicio ac de vera fide. Cum autem singulorum opiniones explicare, easque aut confutare aut approbare nimis longum sit, more nostro de his rebus in præfatione disputabimus.

Pauca quoque de libris antiquis dicere libet. Multos, eosque & optimos & vetustissimos in iis quas invisere licuit bibliothecis invenimus, in Regia, in Colbertina & in Coislinia-na. Neque vero ex his solum bibliothecis novæ nostræ editioni ornamenta quæsivimus: sed exteras etiam non duximus negligendas esse. Scripsi igitur Messanam, quo simul ut pervenerunt litteræ meæ, eruditissimi & humanissimi viri D. Gregorius Arena Prior, & D. Dionysius Spagnoli linguæ græcæ Lector, Monachi ordinis S. Basilii magni, ambo non minus bonarum litterarum juvandarum, quam gloriæ sanctissimi sui Patris amplificandæ studiosi, amplissimam ac celeberrimam suam bibliothecam diligentissime scrutari cœperunt: in qua, quod ad rem pertinet, invenere brevem lucubratiunculam ineditam, cui titulus est, πῶς δεῖ εἶναι τὸν μοναχὸν, & additamenta quædam in Moralia. Præter hæc, aliam orationem ad me transmittendam curarunt ii, quos modo dixi, doctissimi viri: de qua commodius multo alibi dicemus.

Omnia autem fere ut in impressis libris: at regulæ in aliis codicibus alio ordine disponuntur. Nec prætereundum silentio, quasdam ex regulis brevioribus in aliquibus codicibus deesse: sed præterquam quod hæ pauca sunt, in ipsis nihil est magni, aut quod alicujus sit momenti. Ad regulas quidem quod attinet, eas eodem ordine quo jam vulgatæ sunt in editione Parisiensi, edendas curabimus: sed libellos de Dei judicio ac de vera fide aliter disponemus. Ita enim hæc duo opuscula locantur in ea quam mox dixi editione, ut primum locum obtineat libellus de vera fide, secundum libellus de judicio Dei: quod non minus adversatur ipsius auctoris consilio, quam veterum librorum auctoritati, in quibus hos duos sermones inverso ordine, eoque vero & proprio, collocari constat. Arbitror autem operarum culpa factum esse, ut ii, quos nominavi, libelli in editione Parisiensi loco positi sint non suo: eoque magis, quod ipsos in editione Veneta eodem quo in veteribus libris ordine disponi videamus.

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI ASCETICA.

PRÆVIA INSTITUTIO ASCETICA. A

1. PRæclara quidem sunt regis edicta, quæ ad subjectos regendos circumscribuntur: sed tamen mandata quæ militibus dantur observanda, majora sunt & augustiora. Itaque tamquam si militaria mandata nobis denuntiarentur, attendat quisquis supernæ ac magnæ dignitatis cupidus est, Christoque semper adstare vult, cum audit magnam illam vocem: B *Si quis mihi ministrat me sequatur.* Et, *ubi ego sum, illic & minister meus sit.* (Joan. 12. 26.) Ubi est Christus rex? in cælo videlicet. Huc tibi, o miles, dirigendus est cursus. Obliviscere omnis quietis terrenæ. Nullus miles domum construit, aut agros acquirit, aut sese variis mercaturis quibus pecuniæ comparantur, immiscet. *Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui se in militiam delegit, placeat.* (2. Tim. 2. 4.) Habet miles regia alimenta; non ei opus est sibi parare victum, neque in eo exquirendo sese occupare. Ubique pa- C tent sibi subjectorum domus ex regis edicto. Non necesse est ut operam det in exstruendis ædificiis: ponitur in plateis tabernaculum: sumitur cibos necessitate cogente: potus aqua est, tantumque ei dormire licet, quantum natura dedit. Itinera autem ac vigiliæ multæ; tolerantia adversus æstum & frigus, certamina contra hostes, pericula extrema, & plerumque, si ita contigerit, mors ipsa, sed mors gloriosa, honoresque ac regia munera. Laboriosa in bellis vita, splendida in pace. Præmium est recte factorum ac coro- D na, ei, qui ejusmodi vitam in præclaris rebus gerendis egregie transegerit, principatum accipere, amicum appellari regis, regi cominus adstare, jungi dextram dextræ, manu regia cohonestari, præfecturam obtinere apud subditos, atque pro externis amicis quibuscumque voluerint, apud regem deprecari.

2. Age igitur Christi miles; exempla pauca ex humanis rebus mutuatus, de æternis bonis cogita. Propone tibi vitæ genus, quod domo atque civitate & opibus destituatur. Esto liber, & a mundanis omnibus curis solutus: ne vinciat te uxoris desiderium, aut sollicitudo de sobole. Hoc enim fieri non potest in militia divina. *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo.* (2. Cor. 10. 4.) Non vincit te corporis natura, neque strangulat te invitum, non captivum pro libero efficit. Noli in terra relinquere liberos, sed eos sursum deducere ad cælum: non corporalibus nuptiis adglutinari, sed ambire spirituales, dominium in animas habere, ac spiritualiter filios procreare. Imitare cælestem sponsum, hostium invisibilium assultus reprime, contra principatus & potestates bellum gere, sic ut expellas ipsas, primum quidem ex animo tuo, ut nullam in te habeant partem: deinde ab iis qui ad te confugiunt, teque ducem sibi ac propugnatorem constituunt, ut ipsi tuis sermonibus incolumes serventur. Subverte ratiocinationes adversus Christi fidem insurgentes: impiam ac pravam ratiocinationem per piam doctrinam impugna. *Consilia enim*, inquit, *destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.* (2. Cor. 10. 5.) Et maxime quidem in magni regis manu, quæ adversarios terret ac fugat ubi semel apparuerit, posita fiducia sit: cum vero voluerit probum te ac bonum etiam per pericula reddi, suasque copias cum adversariorum copiis committere decreverit, tunc te acie instructum nullus frangat labor, animus maneat in periculis immotus, & e terra ad terram, atque e mari ad mare alacriter transmigra. Cum enim, inquit, persequontur vos, fugite ex civitate in civitatem. (Matth. 10. 23.) Et ubi oportuerit ad judicium vocari, adstare ante magistratus, populorum assultus perferre, horrendum carnificis intueri aspectum, audire vocem asperam, instrumentorum ad puniendum destinatorum gravem conspectum tolerare, tor-

menta experiri, & usque ad mortem decertare, propter hæc omnia ne diffidas, ob oculos habens Christum qui his tua causa fuit obnoxius, sitque compertum tibi, te in istis ob Christum versari oportere, teque in ipsis esse victurum. Regem enim victorem sequeris, qui te suæ victoriæ vult esse participem. Neque enim victus es, etsi mortuus: imo vero tunc integerrimam reportasti victoriam: quippe qui veritatem immutabilem ad finem usque tibi ipsi servaveris, ac inconcussam retinueris loquendi pro veritate fiduciam.

3. Et quidem ab interitu ad æternam vitam, ab hominum ignominia ad Dei gloriam, a mundi adversitatibus atque suppliciis ad æternam requiem quæ tibi cum angelis communis futura est, proficiscere. Terra te civem non suscepit, at cælum suscipiet. Mundus persequutus est: sed tollent te angeli, ut sistant te coram Christo. Quin & amicus appellabere, esque auditurus jucundissimam illam laudem: *Macte animo serve bone & fidelis*, miles generose, Dominique imitator, ac regis sectator, ego te meis donis remunerabor: ego tuos audiam sermones, quoniam tu etiam audivisti meos. Petes fratrum qui vexantur salutem; atque sociis fidei ac sacræ charitatis discipulis bonorum a rege communicationem impetrabis, præterea que tripudiabis tripudia sempiterna, geses coronam inter angelos, atque creaturis sub rege imperans, una cum beatorum choro in æternum beatus vives. Quod si te adhuc in mundo post certamina etiam relinquere volet, ut plura & varia ineas certamina, multosque cum a visibilibus tum ab invisibilibus bellis salvos & incolumes serves, gloria tua etiam in terra magna erit, & in pretio eris apud amicos, qui te tutorem adjutoremque ac bonum legatum invenerint. Hi nutrient te tamquam strenuum militem: hi colent te veluti virum fortissimum ac generosissimum: hi salutabunt te amice & comiter, teque uti Dei angelum cum gaudio suscipient, quemadmodum Paulus ait, velut Christum Jesum. Gal. 4. 14. Hæc & ejusdem generis alia divinæ militiæ exempla sunt. Neque vero ad solos viros spectat oratio. Militat enim apud Christum & muliebre genus, ob animi fortitudinem ad militiam delectum, nec ob corporis imbecillitatem rejectum, cum fœminæ complures non minus fortiter quam ipsi viri sese gesserint. Imo etiam non desunt quæ gloriam longe majorem consequutæ sint. Ex his sunt quæ virginalem chorum componunt. Ex his sunt quæ confessionis certaminibus, & martyrii victoriis clarent. Quin Dominum ipsum etiam dum inter nos versaretur, sequebantur non viri solum, sed & mulieres quoque, & per utrosque ministeriam Servatoris perficiebatur. Cum igitur talia & tam eximia præmia militiæ Christi destinentur, ac seponantur, ejus afficiantur desiderio & patres filiorum, & matres filiarum. Adducant sua pignora, spe æterna læti, cujus sui filii secum futuri sunt participes, atque apud Christum patronos bonosque legatos ac deprecatores habere cupientes. Neque simus pusillo animo in liberos, neque perterreamur, si labore conficiantur: sed de gloria ipsis tribuenda lætemur. Offeramus Domino quæ ab ipso sunt data, ut socii etiam gloriæ filiorum efficiamur, adducentes simul & sistentes nosmetipsos. Certe iis qui hanc animi alacritatem ostenderint, atque ita decertarint, jure ac merito quispiam ex Psalmista dixerit: *Benedicti vos a Domino, qui fecit cælum & terram.* Psal. 113. 15. Et sicut Moses, orabit pro ipsis: *Benedic Domine operibus illorum: frange supercilium eorum qui illis adversantur.* Deut. 33. 11. Viriliter agite tamquam generosi, generosoque cursu ad sempiternas coronas contendite, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula, Amen.

EJUSDEM SERMO ASCETICUS,

& exhortatio de renuntiatione sæculi, & de perfectione spirituali.

1. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*, Matth. 11. 28. inquit vox ipsa divina. Hæc sive futuram sive præsentem significet requiem, nos certe hortatur, partim ut multarum divitiarum onus abjiciamus, erogando eas pauperibus: partim ut peccatorum multitudinem quæ inde accedit, per liberalitatem & confessionem deponentes, ad cruciferam monachorum vitam accurramus. Quisquis igitur Domino obedire sibi proposuit, festinatque ad pauperem ac quietam vitam, vere admirandus est, beatusque dicendus. Sed adhortor, ut ne inconsideranter hoc faciat, nec sibi fingat aliquod vitæ genus remissum, salutemque sine pugna obtinendam: quin potius antea exerceat sese ac probet ad tolerandas corporis animique molestias: ne si seipsum in inopinata certamina injecerit, ac deinde tentationibus sibi ingruentibus resistere non possit, ad ea unde recesserat, cum pudore & risu recurrat, quippe qui ad sæculum non sine animæ condemnatione revertatur; multisque offendiculum factus, vitam in Christo institutam omnibus suspectam reddat, quasi agi non possit, cujus rei periculum nostis omnes, quotquot Evangelia legitis, in quibus ipsa divina vox dicit: *Expedit ei magis ut mola asinaria imponatur in collo ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.* Matth. 18. 6.

istis. Neque enim solum erit obnoxius desertoris condemnationi: sed etiam exitii eorum qui ab ipso sunt eversi, reos futurus est, etsi stultis quibusdam cogitationibus persuadere sibi videtur, se in sæculo degentem per bona opera numen esse placaturum: quod effici ab ipso non potest. Qui enim in eo vitæ genere, in quo non facilis ad peccatum accessus patet ob assiduam animi attentionem, adversarii luctationes sufferre non potuit, quomodo in vita multis peccatis exposita, cujus ipse sit moderator, virtutem ullam excolere & exercere poterit? Sed ut det aliquis, eum vitam recte moderari posse, tamen Christi derelicti crimen non effugiet, quemadmodum & hi discipuli in evangelio designati, de quibus divinus Evangelista ait: *Multi autem discipulorum abierunt retro, & jam non ambulant cum Jesu, dicentes: Durus est sermo ipsius, quis potest eum audire?* Ea enim de causa benignissimus Deus saluti nostræ providens, vitam hominum divisit in duplex vitæ genus, conjugium dico ac virginitatem, ut qui virginitatis certamen subire non valeret, hic sibi adjungeret uxorem: sic tamen, ut illud sciret, teddendam sibi esse rationem continentiæ, sanctitatisque & ejus cum his sanctis qui in conjugio & in liberorum educatione vitam egerunt, similitudinis. Qualis erat in veteri testamento Abraham, qui unico filio citra dolorem ac molestiam immolato, inde gloriabatur, quod Deum præstitisset: qui etiam, cum ad excipiendos peregrinos paratus esset, fores tabernaculi sui apertas tenebat. Non enim audivit: *Vende quæ habes, & da pauperibus*. Imo Job & alii plurimi, Davidque & Samuel his majora præstitere. Erat quoque ejusmodi Petrus in novo Testamento, ac cæteri Apostoli. Etenim fructus dilectionis in Deum ac proximum ab unoquoque homine repetendi sunt; horumque mandatorum, seu potius omnium, quæcumque violata fuerint, pœnas dabit. Sicut & Dominus in Evangeliis declarat, cum dicit: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus*. Et, *Qui non odit patrem suum & matrem suam, & uxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus*.

Joan. 6. 67.
Ibidem 61.
Matth. 19. 21.
Matth. 10. 37.
Luc. 14. 26.

2. Annon tibi videntur fuisse iis etiam qui uxores duxerunt, evangelia lata? Ecce tibi planum factum est obedientiam quæ evangelio reddenda est, ab omnibus hominibus sive monachis sive conjugatis exigendam esse. Etenim qui conjugio sese implicuerit, ei satis fuerit, si incontinentia, & fœminæ libido, suaque cum ipsa consuetudo sibi condonetur: sed reliqua præcepta æque omnibus sancita periculum afferunt violatoribus. Christus enim cum Patris præcepta annuntiaret, ad eos qui in mundo erant loquebatur. Quod si contigit aliquando, ut ipse seorsum interrogatus discipulis suis responderit, sententiam suam declaravit, his verbis: *Quæ autem vobis dico, omnibus dico*. Ne igitur deses exsistas o tu, qui elegisti uxoris societatem, quasi mundum amplecti penes te sit. Nam pluribus laboribus & custodia majore tibi opus est ad obtinendam salutem: quippe qui in mediis laqueis, mediaque rebellium potestatum ditione sedem delegeris, habeasque ob oculos peccatorum irritamenta, atque ad ea concupiscenda omnes tui sensus quasi loco suo emoti noctuque diuque impellantur. Scias igitur te cum defectore luctationem non evitaturum esse, neque de eo citra multos labores victoriam repottaturum in evangelicis dogmatibus custodiendis. Quomodo enim in ipsa certaminis fossa versans, certamen cum hoste detrectare poteris? quæ utique tota est terra sub cælo contenta: per quam circumire hunc & obambulare tamquam rabiosum canem, quærentem quem devoret, ex Jobi historia edocemur. Itaque si cum adversario inire pugnam recuses, transi in alterum mundum, in quo ipse non sit; tumque licebit tibi cum illo non decertare, atque in dogmatis evangelicis servandis sine periculo iners permanere. Quod si id fieri non potest, eam quæ tibi cum illo futura est pugnam disce festines, artem luctaminum ex Scripturis edoctus; ut ne ex ignorantia ab ipso devictus, æterno igni tradaris. Et hæc quidem adversus eos qui matrimonio juncti præcepta Christi observare secure negligunt, quasi in transcursu dicta sint. Tu vero qui cælestis vivendi ritus amator es, atque angelicæ vitæ negotiator, quique sanctorum Christi discipulorum commilito esse cupis, corrobora teipsum ad res adversas perferendas, & virili animo monachorum cœtum ac senatum adi: ac initio quidem tuæ renuntiationis virum te ostende, ut ne ob eorum qui secundum carnem cognati sunt amorem & affectum deorsum trahare, sed valido & forti animo mortalia cum immortalibus commutes. Ubi vero res quæ ad te pertinent dereliqueris, esto inflexibilis & constans, certoque scias eas præmittere te in cælum: siquidem ipsas in sinu pauperum reconditas eum multa accessione apud Deum es inventurus. Cum autem ab amicis ac familiaribus divelleris, cave conficiaris mœrore nimio, quandoquidem cum Christo qui pro te crucifixus est, conjungeris: quo quid, quæso, a nobis amabilius excogitari potest? Quando autem, Deo juvante, in primo hoc pugilatu tuum adversarium superaveris, nolito te ipsum tamquam vas quoddam ignominiosum projicere. Ex quo enim rebus terrenis remisisti nuntium, jam honorem apud Christum tibi con-

Matt. 13. 37.

conciliasti: sed magnopere cura & provide, ut virum tuæ vitæ rutissimum ducem reperias, probe edoctum conducere eos qui ad Deum pergunt, plenum virtutibus, ejus quæ in Deum est dilectionis testimonium habentem ex suis ipsius operibus, divinarum Scripturarum gnarum, animo sedato præditum, pecuniarum non amantem, a negotiis alienum, quietum, Deo acceptum, diligentem pauperes, non iracundum, injuriarum immemorem, ad eorum qui ipsum adeunt ædificationem multum laborantem, vanæ gloriæ non cupidum, non superbum, nullis assentationibus flectendum, non obnoxium mutationi, nihil Deo præferentem. Et, si quempiam hujusmodi nanciscare, omnem tuam voluntatem exspuens, & foras rejiciens, huic teipsum trade, ut quasi vas sincerum inveniaris, qui scilicet eas quæ in te infunduntur virtutes ad laudem & gloriam tuam serves. Etenim si quidpiam ex iis vitiis quibus antea deditus eras, in teipso reliqueris, tunc bonis quæ in te fuerant immissa, in vappam transmutatis, tamquam vas quoddam nulli usui aptum foras projicicere.

3. Hoc secundum est luctamen, quod cum salutis nostræ hoste ineundum est. Documenta enim magistrorum bonorum bona sunt: malorum autem, mala sunt omnino. Cum enim nobis persuadere non potuerit malus ille adversarius noster, ut in mundi tumultu & exitio permaneremus, suadere conatur, ne vitæ accuratæ dediti simus, neve permittamus nos viro, qui omnia nostra peccata ob oculos nobis ponat, corrigatque: sed ut nos credamus cuipiam honoris amore insanienti, suæque erga suos convictores indulgentiæ obtentu sua ipsius vitia commendanti: ut cum ita nos latenter innumeris vitiis rursus addixerit, nostris ipsis peccati vinculis nos obstringat. Quod si viro te dedas multis virtutibus instructo, bonorum ejus efficieris hæres, erisque apud Deum & apud homines beatissimus: sin autem ob corporis curam exquiras magistrum una tecum ad tua vitia descendentem, aut ut rectius loquar, una tecum corruentem, frustra renuntiationis certamen subiisti, qui te ipse vitæ vitiosis affectibus obnoxiæ mancipaveris, cæcoque ductore usus te ipsum in foveam dederis præcipitem. *Si enim cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent. Sufficit enim discipulo ut sit sicut magister ejus.* Sunt Dei verba, nec umquam excident. Vita tua ex lege athletica est instituenda, sin minus, non coronabere, uti dixit Apostolus: *Et si quis certet, non coronatur, nisi legitime certaverit.*

Matth. 15. 14. Mat. 10. 25. 2. Tim. 2. 5.

4. Si igitur Dei auxilio repereris (prorsus autem si quæras, reperies) bonorum operum doctorem, observa apud te ipsum, ut nihil præter ejus sententiam peragas. Quidquid enim sine ipso efficitur, furtum est & sacrilegium, quod mortem infert, non utilitatem, tametsi tibi videtur esse bonum. Etenim si bonum est, cur fit clanculum, non in aperto? interroga animum tuum te ad prædandum industrie provocantem: siquidem dum bonis non obtemperas, te ad sinistras actiones instruit. Noli eorum qui a bestiis morsi sunt, incantamenta emendare, si non calleas incantandi artem, ne forte postea quam serpentes attraxeris, ab eisque implicarus fueris, nec possis deinde ipsis resistere, immisericorditer ab eis absumare. Ne innitare carnis nobilitati neque honorem exquiras: *Qui enim carnalis est non capit ea quæ sunt spiritus.* Ne tentes quidpiam eorum quæ ex consuetudine vera habentur, adulterare, neque per tuam mollitiem pugnantes decipere, in te vero peccatorum onus congerere, non in strato molliore, non in vestimentis, aut calceamentis, aut in alio ullo habitu, aut in ciborum varietate, aut in mensa quæ instruatur contra atque permittit tuæ renuntiationis tempus, non stando, non sedendo, non manuum operi remissiori & elegantiori incumbendo. Hæc enim omnia non solum si adsunt tibi, sed etiamsi requiruntur, non bonum habebunt exitum. Nam nisi celeriter diabolicas esse insidias noveris, easque excideris ex corde tuo, te ab ea vivendi ratione quæ in Christo instituta est, deturbabunt. Verum ubi in animum tuum induxeris te esse omnium hominum ignominiosissimum, peccatoremque maximum, ac peregrinum & erronem; teque ex misericordia ab iis qui ante te nuntium sæculo remisere, receptum esse, stude omnium esse ultimus & omnium servus. Hæc enim tibi afferent honorem & gloriam veram, non illa. Aures habe apertas ad obediendum, manus vero paratas ad ea quæ audivisti explenda. Sit tibi os taciturnum, & cor circumspectum. Ne vaces vanis sermonibus: sed esto prudens & intelligens ad sacras & salutares scripturas auscultandas. Fabulæ mundanæ si audientur, sint tibi gustatu acerbæ: contra, sermones sanctorum virorum sint tibi ceu favi mellis. Festina eos imitari, qui se ante te in moribus emendandis exercuere: & ne exspectes, dum singula doceare. Contende ut pervenias ad majores virtutes, & minores non negligas. Nullum parvipendas vitium, etsi id quod patratur, minus sit quam ut ullum scandalum pariat: imo vero citius emenda per pœnitentiam, quamvis multi multa admittant delicta & parva & majora, nec tamen pœnitentiam agant. Ne sis alienorum peccatorum judex. Habent enim judicem justum *qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Tu quod tuum est

1. Cor. 2. 14. Rom. 2. 6.

est tene, & pro virili onus tuum leve reddas. Qui enim aggravat suum onus, ipse & portabit illud. Salus pœnitentia est : dementia vero mors est pœnitentiæ.

5. Subducito te a vanis hominibus : at vero quam plurimum te Deo ostende. In publicum prodire, quantum in te est, penitus refugias, ac cordis tui effusiones devita. Egressus es enim e cella tua? deseruisti continentiam, oculos conjecisti in mundum, in mulierem meretricem incidisti, quæ cum & aures tuas illicibus verbis, & oculos tuos vultus pulcritudine, atque delicatis escis gustum incantaverit, te veluti hamo pertrahet ad seipsam. Deinde tuis membris implicata, teque in sinum suum recipiens, tuum istud firmum servandæ continentiæ desiderium emollit, & ita demum te a recta & sancta vivendi ratione sensim submotum in seipsa corrumpit. Quod si forte, Deo auxiliante, retia ejus effugere valeas, redibis quidem ad cellam, sed non idem, fractus potius & languidus, isque, qui omnem virtutis actionem ægre feras, quique non nisi multo tempore ad tuum ipsius habitum reverti possis. Etenim te tuæ cogitationes ad angustias adducent ob utriusque vitæ desiderium, & non nisi multo labore victoriam animæ parere poteris. Itaque si necessitate quapiam urgente contigerit te e cella egredi, tunc Dei timore ceu thorace circummunitus, inserta in manum charitate Christi, oppugnatisque per omnem continentiam incursibus voluptatum, simul ut negotium absolveris, statim revertere, non immorans, sed ad reditum velocibus alis usus, & tamquam innocens quædam columba ad arcam unde emissus fuisti, confugiens, ferens in ore misericordiam Christi, sicque internis cogitationibus persuade, te requiem salutarem in nullo alio loco invenire posse. Juvenis es sive corpore, sive animo, æqualium tuorum consuetudinem declina, ab iisque velut a flamma aufuge. Hostis enim multos quos per ipsos incenderat, æterno igni tradidit, atque spiritualis dilectionis specie illos in horrendum illud quinque civitatum barathrum dejecit : & qui in pelago ab omni vento & tempestate servati fuerant incolumes, eos in portu desidentes una cum navi vectoribusque in profundum submergit. In sedili procul a coævo sede. Cum recubas ad somnum capiendum, indumenta tua non sint vicina illius indumentis : imo potius senem intermedium adhibe. Quando vero tecum loquitur, aut ex adverso psallit, responde ei vultu humi defixo, ne forte oculis in vultus conjectis, a fatore inimico libidinis semen suscipias, ac corruptionis & interitus manipulos metas. In domo, aut in loco, ubi nemo est qui videat opera vestra, ne meditandorum divino-

A rum eloquiorum aut alterius cujuscumque rei vel maxime necessariæ obtentu cum ipso inveniare : nihil enim magis necessarium est quam anima pro qua Christus mortuus est. Subdolæ isti cogitationi quæ rem offendiculo vacare submonet, fidem ne adhibe : sed ob multam experientiam eorum qui lapsi sunt, quique hæc tibi clara & manifesta reddunt, penitus tibi persuadeas idipsum offendiculum esse.

6. Crede meis verbis, quæ ex corde in fratres benevolo prodeunt. Accede ad senes qui
B facilem ad se aditum non præbent : qui Proverbiorum quidem sententiis juvenes ad virtutem cohortantur, nec tamen facie lædunt. *Omni custodia serva cor tuum*. Etenim uti aurum indesinenter diu noctuque observatur a furibus, atque præter exspectationem & te inscio subripitur, cave ne te primi parentis peccato seductum in errorem impellat adversarius, teque cito ex voluptatis paradiso expellat. Qui enim Adamum per escæ furtum vita spoliavit, speraveratque fore, ut Jesum supplantaret, is tibi quoque multo ma-
C gis hanc primam malorum causam propinare non verebitur, venenum efficax id esse non nescius. Nam gulæ vitium non in escarum copia, sed in appetitione & in modico gustatu, vim suam exerere solet. Ergo si brevis alicujus gustatus appetitio potuit subjicere te ingluviei vitio, tibi nullo negotio interitum afferet. Quemadmodum enim aquæ scaturigo in multos ductus divisa facit, ut omnis locus his ductibus circumjacens virescat : ita & gulæ vitium si se in cortuum effuderit, ipsum irrigatis omnibus tuis sensibus, qui
D sunt nequitiæ quasi silva in te consita, animam tuam ferarum habitaculum efficiet. Ego enim vidi multos, qui vitiis mancipati redierunt ad sanitatem : sed ex omnibus ne unum quidem, qui occulte manducaret, aut gulosus esset, emendatum vidi ; imo vero aut vitæ continentis institutum deserunt, atque in mundo corrumpuntur, aut inter continentes occultari conantur, & diaboli fiunt commilitones per voluptatem. Hi enim mendaces sunt, multis juramentis obnoxii, perjuri, contentiosi, ad referiendum para-
E ti, clamosi, & qui negent se comedisse, illiberales, molles, queruli, scrutatores, & qui tenebris gaudeant, omneque vitæ piæ ac sanctæ institutum ultro oppugnent. Etenim, ut gulæ vitium contegant, in malorum incidunt multitudinem : qui quidem specie tenus inter electos, at reipsa inter reprobos numerantur.

7. Ingluvies morti tradidit Adamum, atque per ventris voluptatem mundo exitium intulit. Irridetur Noe, Cham devotus est, primogeniti jura amittit Esau, atque cum Chananæis affinitatem contrahit. Lot filia-

rum

Prov. 4. 23.
Gen. 3. 6.
Gen. 19. 21.
Gen. 25. 33.
Gen. 19. 33.

Digitized by Google

rum maritus fit, ipse fuiipsius gener & socer, pater vir, & avus pater, utrimque naturæ Num. 14. 17. terminos afficiens contumelia. Hæc etiam Israelem impulit ad adorandum simulacrum, eorumque cadavera in deserto prostravit. Hæc & quemdam prophetam qui a Deo ad objurgandum impium regem fuerat missus, feræ bestiæ pabulum effecit: & quem Jeroboam rex cum omni regia potestate ulcisci non 3. Reg. 13. 24. poterat, is ventris suadela captus, miseran- Dan. 5. 19. dam mortem recipit. Daniel vero desideriorum vir subacto & domito ventre, potitus est regno Chaldæorum, idolum evertit, draconem interemit, frenavit leones, prænuntiavit Dei incarnationem, atque mysteria abstrusa interpretatus est. Sancti tres pueri qui ventris voluptate superiores exstitere, ira regis contemta in fornacem hanc horrendam & ardentem Nabuchodonosoris regis jussu succensam intrepidi descendere ausi sunt. Statuam illam quæ pro Deo habebatur, vanam esse ac inertem ostenderunt: & quæ multo tempore a Satana constructa fuerat ad Dei gloriam injuria afficiendam, eam ceu spolium accipientes, eamdem suo Domino attulerunt. Hi fuere auctores, ut ipse infensissimus rex & exercitus omnis, quem adversus Deum instruxerat, Deum cum omni creatura hymnis celebrarent. Et, ut brevi omnia dicam, si ventrem edomas, habitabis paradisum: sed si non edomas, a morte absumeris.

8. Sis fidus virtutum thesaurus, tuique spiritualis patris lingua ceu clavi utere. Hæc aperiat os tuum ad assumendum panem, hæc & ipsum claudat. Ne admittas consiliarium serpentem, qui boni consilii loco prædam te abducere cupit. Vita clandestinæ comesturæ peccatum vel usque ad linguæ gustum. Etenim si in modico evertere te potuerit, lucta te superabit, teque vinculis constringet. Ne præbeas tuas aures quibusvis garrientibus, neve respondeas cuilibet nugatori in iis colloquiis, quæ piæ exercitationis instituto minime conveniant. Auditor fias documentorum bonorum, & horum meditatione serva cor tuum. Avertas a mundanis sermonibus tuas aures, ne forte cœni respersione animam commacules tuam. Ne cures audire aliorum verba, neque caput tuum in medium colloquentium immittas: ne & tu irridearis, & ipsos obtrectatores efficias. Ne sis curiosus, neque omnia intueri velis, ut ne vitiorum saniem in animum tuum introducas. Utiliter vide, utiliter audi, utiliter loquere, utiliter responde. Coram natu majore sedere, ne temere audeas. Quod si id facere jubearis, eamdem atque ille sedem neque occupes, sed huc atque illuc circumspiciens, sellam inferiorem invenire coneris, ut te Deus ob humilitatem gloria afficiat. Interrogatus re-

A sponde decenti ac humili voce: si non interrogaris, tace. Dum alius interrogatur, cohibe os tuum, ne lingua tua excurrens, & a procaci corde impulsa, quempiam vitam asceticam accurate excolentem offendat, teque in criminum vincula conjiciat. Cum autem sedes, non superpones alteri cruri alterum crus tuum: siquidem istuc facere, animi parum attenti atque aliud agentis indicium est. Si sermonem habes cum aliquo qui te sit inferior, aut etiam ab eo aliquid interrogaris, segniter negligenterque non respon-

B debis, quasi fratrem ad Dei contumeliam contemnas. Ait enim Proverbium: *Qui ignominia afficit pauperem, irritat eum qui fecit ipsum.* Prov. 17. 5. Sermo ad consolandum & ad exhortandum aptus præeat reliquis tuis verbis, qui tuam in proximum charitatem confirmet. Ponatur & medius, qui dissimilis non sit, nec sit dispar quoque, qui in fine colloquii habetur, idque cum hilari vultu, ut ei qui tecum colloquitur, lætitiam impertiat. In omnibus quæ præclare à proximo tuo geruntur, lætare, Deoque da gloriam: quan-

C doquidem ejus recte facta tua sunt, sicut & tua illius. Primos accubitus, & primas sedes in congressibus devita, ultimumque locum sectare, ut potius audias: Amice ascende. Sinistra tua se in mensa non inordinate gerat, Luc. 14. 10. neque adversus dextram sibi arroget auctoritatem. Imo potius iners sit & otiosa: sin minus, dexteræ subserviat. Quotiescumque ad preces vocaris, succinat os tuum, operique divino interfis ad extremam usque precationem, ratus te inde non sine magno de-

D trimento recessurum. Etenim si cum cibum capis ad tuum corpus sustentandum, avelli vix potes a mensa, nisi prius vitæ necessariis plene satisfeceris, nec facile quidem id facturus sis absque ingenti necessitate: quanto magis spiritualibus epulis debes adesse, tuumque animum precatione corroborare? Quantum enim differt cælum a terra, & cælestia a terrestribus: tantum a corpore anima differt.

9. Anima cæli est imago, in qua videlicet inhabitat Dominus: caro vero constat e terra, quæ ab hominibus mortalibus, & a bru-

E tis animalibus incolitur. Quare corporis necessitates ad precum horas accommoda, sisque paratus non ei cogitationi obedire, quæ te ab opere divino avellat. Is enim dæmonibus mos est, videlicet æquæ causæ nomine atque simulatione per precum horas nos ad recedendum instigare, ut specioso quodam obtentu a salutari precatione nos abducant. Ne dixeris simulatione usus: heu caput meum: heu ventrem meum, obscuros commentitii doloris testes adhibens, atque quiescendi causa vigiliarum vigorem infringens. Imo potius vaca occultis precibus, quas in Matth. 6. 18. occul-

Digitized by Google

occulto videns Deus, te in aperto remunerabitur. Habe superabundantem quæstum per optimam vivendi rationem, ut divitias reconditas in necessitatis die reperias. Occurrentibus ministerii tui vicibus, verba hortativa & consolatoria cum corporis labore conjunge ad commonstrandum erga eos quibus inservis amorem tuum, ut ministerium tuum fiat gratum, ut pote quod sale conditum sit. Coloss. 4. 6. Opera tibi incumbentia ab alio confici nequaquam sinas, ne merces quoque erepta tibi, alteri tribuatur, teque humiliato, alter divitiis tuis sibi gloriam comparet. Decenter B & sedulo tamquam Christo inserviens imple Jerem. 48. 10. & apud LXX. 31. 10. tui ministerii munia. *Maledictus enim*, inquit, *omnis qui facit opera Domini negligenter*. Time, velut Deo spectante, abusum ex nimietate & contemtu proficiscentem, etiam si ministeria quæ tibi in manibus tuis sunt, vilia esse videantur. Magnum est servitii opus, & per illud acquiritur cælorum regnum. Est enim virtutum sagena, cum in seipsa omnia Dei præcepta ferat. Et primum quidem omnium complectitur humilitatem, quæ parens est virtutis omnis, copiamque affert bono- C rum: tum est illud, Matth. 25. 35. *Esurivi & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & infirmus, & in carcere, & ministrastis mihi*. Et maxime cum officia debita in animo humili citra elationem iramque & murmurationem præstantur. Æmulator esto eorum qui recte vivunt, atque ipsorum actiones in tuo corde inscribe. Opta esse ex paucorum numero. Nam rarum est bonum; ob idque pauci sunt qui ingrediantur in regnum cælorum. Cave putes eos omnes fieri salvos, qui in cella degunt, tum ma- D los, tum bonos. Non enim res ita se habet. Multi quidem accedunt ad sanctum ac pium vitæ genus: sed pauci ejus jugum subeunt. Matth. 11. 12. Violentorum enim est regnum cælorum, & violenti rapiunt illud. Verba hæc evangelii sunt. Violentiam appellavit corporis afflictationem, quam suapte sponte sustinent discipuli Christi, dum suam ipsorum voluntatem corporisque quietem rejiciunt, ac omnia Christi præcepta servant. Igitur si vis rapere Dei regnum, efficiare violentus, cervicem tuam jugo servitutis Christi submitte. Jugum E ejus constringe circa collum tuum, id tuam cervicem premat, fac idem reddas tenue ac leve per laborem virtutis, in jejuniis, in vigiliis, in obedientia, in silentio, in psalmodiis, in precationibus, in lacrymis, in manuum opere, in toleranda afflictione omni, quæ tibi tum ex dæmonibus, tum ex hominibus accedit.

10. Ne tibi temporis progressu persuadeat superba aliqua cogitatio, ut de laboribus remittas, ne forte si ad exitus fores nudus virtutibus deprehensus fueris, extra regni portas inveniare. Ne efferat te cleri gradus: sed potius humiliet. Nam animæ profectus, humilitatis profectus est: defectus vero & ignominia ex animi elatione gignitur. Quanto ad majores sacerdotii gradus appropinquare te contigerit, tantum humilia te ipse, filiorum Aaron veritus exemplum. Cognitio pietatis, cognitio est humilitatis atque mansuetudinis. Humilitas æmulatio est Christi: elatio autem & audacia atque impudentia æmulatio est diaboli. Christum æmulare, non antichristum: Deum, non Dei adversarium: Dominum, non servum: misericordem, non immisericordem: humanum, non inhumanum: eos qui sunt thalami nuptialis, non eos qui tenebrarum. Ne ambias fratribus imperare, ne alienorum peccatorum onera collo tuo imponas. Expende cujusque diei opus, idque cum opere diei præteriti confer, & ita demum melior fieri stude. Profice in virtutibus, ut prope accedas ad angelos. Permane in cella non per dies, non per menses, sed per multorum annorum circuitus, laudans Dominum tuum noctu diuque, Cherubim exemplo atque imitatione. Si sic incœperis, sicque desieris, tum demum arcto itinere per breve exercitationis tuæ tempus confecto, in paradisum cum Dei auxilio ingrediere, in splendore lampadis animæ, cum Christo gaudens in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO EJUSDEM DE ASCETICA disciplina, quomodo monachum ornari oporteat.

1. Oportet monachum in primis nihil in vita possidere. Rursus eum oportet corporis solitudinem, habitus modestiam, vocem moderatam, sermonem ordinatum habere, de cibo & potu tranquillum esse & quietum, silentio comedere, coram senioribus tacere, audire coram sapientioribus, æquales amare, consilium charitate conditum inferioribus dare, a malis carnalibusque ac negotiorum amatoribus secedere, plura cogitare, & pauca loqui, temerarium non esse in sermone, neque plus æquo colloqui, non facilem esse ad risum, verecundia cohonestari: oculos deorsum, animam sursum habere: non contradicere contradictionibus, obedientem esse, manibus laborare, novissimorum assidue meminisse, spe gaudere, afflictionem sufferre, indesinenter orare, in omnibus gratias agere: humilem esse erga omnes, odisse arrogantiam, sobrium esse, corque a pravis cogitationibus purum servare, mandatis exlequendis thesauros in cælo recondere, suas ipsius quotidianas cogitationes actionesque examinare, vitæ nego-

tiis vanisque sermonibus non implicari: non A curiosius inquirere in socordium vitam, sed vitam sanctorum patrum imitari: eum his qui excolunt virtutem gaudere, non ipsis invidere: eos qui patiuntur commiserari, atque una cum ipsis lacrymari: hos valde lugere, neque tamen eos condemnare: a peccato resipiscentem probris non insectari, seipsum numquam justificare: ante omnia coram Deo & hominibus sese peccatorem confiteri, inordinatos admonere: eos qui sunt pusillianimi, consolari: famulari infirmis, pedes sanctorum lavare, hospitalitati & fra- B terno amori diligenter vacare, in pace esse cum domesticis fidei, aversari hominem hæreticum, genuinos & veraces libros legere, apocryphos ne attingere quidem omnino: de Patre & Filio & Spiritu sancto non disceptare, sed trinitatem increatam & consubstantialem libere profiteri & sentire, atque percontatoribus dicere: Oportet baptizari nos ita, ut traditum accepimus: credere autem sicut baptizati sumus: glorificare vero, quemadmodum credidimus. In operibus & sermonibus bonis occupari, omnino non jurare, C non dare fenori pecuniam, non frumentum, non vinum, non oleum ad quæstum majorem faciendum: a crapula, & ebrietate ac sæculi curis abstinere: dolose & fraudulenter cum aliquo non agere, neque omnino adversus quemquam loqui: non detrahere, neque ullo modo obtrectationes libenter auscultare: nihil statim contra quemquam credere: non iræ tyrannide opprimi, non vinci a cupiditatibus, non temere irasci proximo, iram non tenere contra quemquam, malum pro malo non reddere: maledictis potius vexari, D quam vexare; percuti, quam percutere: injuriam pati, quam facere: spoliari, quam spoliare.

2. Et certe ante omnia oportet abstinere monachum a congressu mulierum, & a vini
Eccli. 19. 2. potu: quoniam vinum & mulieres ad apostasiam perducent sapientes: atque in Domini præceptis pro virili exsequendis animum non despondere, sed mercedem laudemque ab ipso exspectare, & æternæ vitæ possessionem desiderare: illud Davidis ob oculos jugiter ha-
Psal. 15. 8. bere, ac dicere: *Providebam Dominum in* E *conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*. Et ut filius quidem debet ex toto corde, & tota fortitudine, & tota mente ac viribus Deum diligere: ut servus vero, eum revereri ac metuere, ipsi obedire, cum timore ac tremore salutem suam operari: fervere spiritu, indutum esse universam Spiritus sancti armaturam, non curre-
1. Cor. 9. 26. re in incertum, pugnare non tamquam qui aerem verberet: superare adversarium in corporis infirmitate, & in paupertate animi: omnia imperata facere, seque inutilem fate-

ri: sancto gloriosoque & metuendo Deo gratias agere: nihil per contentionem ac vanam gloriam efficere, sed propter Deum, & ad placendum ei: *quoniam Deus dissipavit ossa* Psal. 52. 6.
eorum, qui hominibus placent. Omnino non gloriari, neque sui met ipsius laudes prædicare, neque prædicanti alteri aures libenter præbere. Latenter in omnibus servire: nihil ad humanam ostentationem patrare, sed solam quæ a Deo datur laudem quærere: versare animo formidandum & gloriosum ejus adventum, & eum qui hinc fieri debet transitum, recondita justis bona, ignem paratum diabolo & angelis ejus. Sed ante hæc omnia apostolici dicti meminisse: *condignas* Rom. 8. 18.
non esse passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Atque in antecessum cum Davide dicere: custodientibus ejus mandata, retributio multa, merces in- Psal. 18. 12.
gens, coronæ justitiæ, æterna tabernacula, vita finem numquam habitura, gaudium inenarrabile, perpetua & inconcussa mansio apud Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, qui est Deus verus in cælo, faciei ad faciem patefactio, choreæ cum angelis, cum patribus, cum patriarchis, cum prophetis, cum apostolis, cum martyribus & confessoribus, cum iis denique qui Deo ab æterno placuerunt, quibuscum inveniri conemur, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

PROŒMIUM

DE JUDICIO DEI.

1. Optimi Dei benignitate ac humanitate, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, ex Spiritus sancti operatione, a falsa quidem Gentilium traditione ac doctrina liberatus, ab antiqua vero origine & ab initio a Christianis parentibus educatus, vel a puero didici ab ipsis litteras sacras, quæ me ad veritatis cognitionem adduxerunt. Ubi vero ad virilem ætatem perveni, tunc sæpius peregrinatus, & in pluribus, ut credi par est, negotiis versatus, in cæteris quidem artibus & scientiis maximam inter eos qui illarum quasque diligenter excolebant, concordiam animadverti: contra vero, in sola Dei Ecclesia, pro qua Christus mortuus est, & super quam large Spiritum Sanctum effudit, multos vidi & inter se, & in divinis litteris intelligendis valde admodum dissentire. Et quod maxime horrendum est, reperi ipsos Ecclesiæ præfectos in tanta inter se sententiæ ac opinionis diversitate constitui, sicque Domini nostri Jesu Christi mandatis adversari, Deique Ecclesiam tam immisericorditer dilacerare, tamque crudeliter obturbare ejus gregem,

gem, ut, exortis Anomœis, nunc, si umquam alias, in ipsis quoque impleatur illud: *Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* (Act. 20. 30.)

2. Hæc atque ejusdem generis alia cum incurrerer, prætereaque cum dubitarem quæ & unde esset tanti mali causa; primum quidem quasi in profundis tenebris degebam, & tamquam in statera constitutus, modo huc modo illuc propendebam, quod alius aliu aut ad seipsum me traheret, ob diutinam hominum consuetudinem, aut rursus alio propelleret, ob eam quam in divinis Scripturis agnovissem veritatem. Cum autem in eo statu diu permansissem, & eam quam dixi causam diligenter perscrutarer, mihi in mentem venit libri Judicum, qui narrat unumquemque fecisse quod in oculis suis rectum erat, atque etiam causam ejus rei declarat, his verbis: *In diebus illis non erat rex in Israel.* (Jud. 21. 24.) Horum igitur cum mihi in mentem venisset, illud quoque de præsenti rerum statu excogitavi: quod forte dictu quidem horrendum est & mirabile, sed tamen, si intelligatur, verissimum est. Num videlicet inter Ecclesiæ alumnos tanta hæc discordia ac pugna hodieque exoriatur ob unius magni verique & solius universorum regis ac Dei contemtum, cum quisque deserat Domini nostri Jesu Christi doctrinam, & quasdam ratiocinationes ac regulas peculiares suapte auctoritate sibi arroget, malitque adversus Dominum imperare quam a Domino regi. Hoc igitur cum mecum reputassem, cumque de impietatis magnitudine attonitus, ulterius pervestigassem, nihilominus mihi persuasi vel ex iis quæ in vita fiunt rebus, eam, quam superius dixi causam, veram esse & germanam. Videbam enim omnem populorum disciplinam atque consensionem tamdiu perseverare, dum omnes principi uni in communi obtemperant: omnem vero discordiam ac seditionem, itemque multorum principatum ex ducis ac principis defectu proficisci. Vidi autem aliquando ego ipse apum turmam lege quadam naturali conductam, suumque regem servato ordine sequentem. Et multa quidem talia ego conspexi, multaque audivi: verum plura noverunt qui his investigandis operam navarunt, sic ut ex his etiam verum esse ostendatur quod dicimus. Si enim eorum qui ad unum nutum respiciunt, & rege uno utuntur, proprius est ordo rectus atque consensus: sine dubio dissensio omnis & seditio argumento est, non esse qui imperet. Itaque hac eadem ratione, ejusmodi dissensio mutua quæ in nobis reperitur tam adversus Domini præcepta, quam adversus nosmetipsos, indicio sit, nos aut a vero rege secessisse juxta illud, *Tantum qui tenet nunc, teneat, donec abscesserit:* (2 Thess. 2. 7.) aut eum negare secundum illud: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* (Psal. 13.) Cujus rei quasi quoddam signum seu argumentum subjungit illud: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* (Ibidem.)

3. Hic igitur nequitiam eam, quæ apparet, impietatis ejus quæ latenter in animo delitescit, quasi signum esse ostendit Scriptura. At beatus apostolus Paulus corde perditos ad timorem judiciorum Dei vehementius reducturus, id pœnæ loco constituit, ut qui veram Dei cognitionem neglexerint, ita condemnentur. Quid enim dicit? *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, avaritia, nequitia, plenos invidia.* &c. (Rom. 1. 28.) Quamquam Apostolum arbitror non a semetipso excogitasse judicium hoc, (Christum enim in se loquentem habebat) sed inductum illa voce illius, qua dicir, se ideo in parabolis loqui ad turbas, ut ne intelligant divina evangelii mysteria, quoniam priores ipsi oculos suos clauserant, auribusque graviter audierant, & incrassatum erat insipiens cor eorum: ut vice pœnæ in majoribus sufferrent cæcitatem, qui scilicet priores, oculis animi obscuratis, sponte excæcati essent: quod pari veritus David dicebat: *Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte.* (Matth. 13. 11. Psal. 12. 5.) Ex his igitur atque similibus liquere judicabam, in universum quidem reprobam malamque cognitionem per Dei ignorationem ex vitiorum pravitate creari: sed proprie tamen multorum mutuam dissentionem ex eo evenire, quod indignos nos reddamus, qui a Domino regamur. Quod si statuissem aliquando ad ejusmodi vitam considerandam incumbere, neque metiri poteram magnitudinem ejusmodi stuporis vel inconsiderantiæ, vel dementiæ, vel, quæ est malitiæ nimietas, quo alio vocabulo appellem, nescio. Etenim si vel in ipsis brutis animalibus mutuam consensionem non ob aliud conservari deprehendimus, quam qood duci obtemperent: ecquid nos dicere possumus, qui ita inter nos dissidere, & ita Domini præceptis adversarii reperiamur? Nonne nobis putandum est, nunc quidem hæc omnia ad doctrinam & conversionem nostram a benigno Deo proponi: eadem vero in magna illa ac metuenda judicii die ad verecundiam & condemnationem eorum qui eruditi ac emendati non fuerint, ab eo ipso proferenda esse? qui scilicet & jam dixerit, & semper dicat: *Cognovit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui: Israel vero me non cognovit, & populus me non intellexit.* (Esa. 1. 3.) Et alia ejusdem generis multa. Illud quoque, quod ab Apostolo dictum est: *Et sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.* (1. Cor. 12. 26.)

Item illud: *ut non sint schismata in corpore,* A
Ibid. v. 25. *sed idipsum pro invicem sollicita sint membra,*
ut quæ ab una anima inhabitante moveantur.
Quamobrem ita tandem institutum est?
Ego quidem, ob eam causam opinor, ut multo magis ejusmodi & ordo & disciplina servaretur in Dei Ecclesia, ad quam dictum est:
Ibid. v. 27. *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.* Quippe unum & solum verum caput,
quod est Christus, continet ac connectit
unumquodque cum altero ad concordiam.
Apud quos vero non exstat concordia, non
vinculum pacis servatur, non in spiritu leni- B
tas custoditur: imo vero, dissidium, lis,
& æmulatio reperitur. Magnæ quidem audaciæ ac temeritatis fuerit eos qui sunt ejusmodi, membra Christi appellare, aut dicere
ipsos ab eo regi: sed ingenui animi fuerit fidenter affirmare, illic dominari ac regnare
carnis affectum juxta hanc Apostoli vocem,
Rom. 6. 16. qui modo decretorio ait: *Cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis.* Recenset autem perspicue hujusce affe-
1. Cor. 3. 3. ctus proprietates, cum sic loquitur: *Cum enim sint inter vos zelus & contentio, & dissi-* C
dia, nonne carnales estis? Simulque horum
vitiorum exitum gravem esse, nihilque ipsis
esse cum pietate commune asseveranter do-
Rom. 8. 7. cet, his verbis: *Affectus carnis, inimicitia est adversus Deum: legi enim Dei non est subje-*
Matth. 6. 24. *cta: nec enim potest.* Idcirco *nemo,* inquit
Dominus, *potest duobus Dominis servire.*

4. Deinde cum ipse unigenitus Dei filius
Dominus & Deus noster Jesus Christus, per
quem omnia facta sunt, clamet: *Descendi de*
Joh. 6. 38. *cælo non ut faciam voluntatem meam, sed vo-*
Ibid. 6. 28. *luntatem ejus qui misit me, Patris.* Et, *a me* D
Ibid. 12. 49. *ipso facio nihil.* Et, *mandatum accepi quid dicam, & quid loquar:* itemque cum Spiri-
Ibid. 16. 13. tus sanctus magna dona & admiranda distribuat, ac perficiat omnia in omnibus, nihilque a semetipso loquatur, sed quæcumque
audierit a Domino, hæc loquatur; quomodo quæso non longe magis necessarium est,
ut universa Dei Ecclesia in pacis vinculo spiritus unitatem diligenter servare studens,
Act. 4. 32. compleat quod in Actis dictum est: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.*
Nemo enim suam ipsius voluntatem proponebat faciendam: sed omnes simul in uno sancto Spiritu quærebant voluntatem solius Do- E
mini Jesu Christi, qui ait: *Descendi de cælo*
Joh. 6. 38. *non ut faciam voluntatem meam, sed volunta-*
Joh. 17. 20. *tem ejus qui misit me, Patris:* ad quem dicit,
Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint. Cum ita demum ex his & ex pluribus, quæ silentio prætermisi, mihi clare
& evidenter persuasissem concordiam in tota
simul Ecclesia Dei necessariam esse, juxta
Christi voluntatem in sancto Spiritu, contraque, contumaciam quæ in Deum est, maxime si mutuo dissidio conjungatur, pericu-
losam esse & perniciosam: *Qui enim,* inquit, Joh. 3. 36.
contumax est in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super ipsum, illud consequens
esse duxi, ut tandem expenderem quænam
peccata veniam apud Deum obtinere possint,
& ob quæ & ob qualia delicta fiat quis contumaciæ judicio obnoxius. Relectis igitur Scripturis divinis, reperio in veteri ac novo testamento, neque in multitudine neque in
magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscumque tandem præcepti violatione, contumaciam adversus Deum clare judicari, communemque sententiam a
Deo ferri in omnem inobedientiam. Atque
in veteri quidem, lego horrendum illum
ipsius Achar exitum, aut ejus qui sabbato li- Jos. 7.
gna collegerat historiam: quorum neuter Num. 15. 32.
umquam alias deprehenditur in Deum peccasse, aut homini ulli ulla in re sive magna
sive parva injuriam fecisse. Sed tamen alter
quidem ob solam ac primam lignorum collectionem inevitabiles pœnas luit, ne pœnitentiæ quidem invento loco, quandoquidem
Dei jussu confestim a cuncto populo lapidibus
obruitur: alter vero, quod solum sustulisset
aliquid ex donariis & muneribus, iisque nondum in synagogam exportatis, necdum ab
iis qui ad talia recipienda destinabantur, assumptis, non sibi modo, sed uxori etiam &
liberis exitii atque perniciei auctor fuit, prætereaque & ipsi tabernaculo una cum suis
omnibus. Jamque peccati vindicta ignis in
modum populum omnem populatura erat,
idque, cum neque rem nosset, neque peccati conscius esset, nisi statim populus, qui divinam iram senserat, fuisset contritus ob
interfectorum virorum cladem, & nisi Jesus
Nave filius pulvere conspersus procidisset una
cum senioribus, sicque reus per sortem deprehensus, eas quas dixi pœnas dedisset.

5. At fortasse dicet quispiam, de his quidem existimari merito posse, ipsos aliis etiam
sceleribus fuisse obstrictos, ob quæ & in illis
deprehensi sint: sed tamen sacram Scripturam de his solis tamquam gravioribus morteque dignis mentionem fecisse. Sed præterquamquod valde audax est & temerarius
quisquis sacris Scripturis adjicit aliquid aut
demit, numquid quæso & Mariam Moysis
sororem, cujus virtutem nemini fidelium incognitam esse arbitror, de multitudine peccatorum accusabit? Hæc cum solum aliquid
contra Moysem improbando dixisset, idque
ipsum vere (uxorem enim, inquit, Æthio- Num. 12.
pissam sibi adjunxit) tantam experta est Dei
indignationem, ut, ne ipso quidem Moyse
precante, peccati pœna sibi remitteretur.
Cum video ipsum Moysen, Dei famulum,
magnum illum virum, tot ac tantis honoribus

bus

Digitized by Google

bus a Deo insignitum, & sæpe ipsius testimonio ita comprobatum, ut audierit: [Exod. 33. 12.] *Novi te præ omnibus, & invenisti gratiam coram me*, cum igitur hunc video in contradictionis aqua ob nullam aliam rem, nisi quod tantummodo populo ob aquæ penuriam murmuranti dixerat, [Num. 20. 10.] *Num ex hac petra educemus vobis aquam?* hac sola de causa eam comminationem statim sibi ascivisse, fore, ut non ingrederetur in terram promissionis, quæ omnium, quæ Judæis promissa fuerant, tunc summa erat: cum video hunc rogantem, & veniam non obtinentem: cum video pauca illa verba in causa fuisse, cur tot ac tanta recte facta veniam non meruerint, ut plane juxta Apostolum severitatem Dei cerno, [Rom. 11. 22.] ita persuadeo mihi plane verum esse illud: [1. P. 4. 18.] *Si justus vix salvus efficitur, impius & peccator ubi parebit?* & quid hæc commemoro? cum horrendam illam Dei sententiam audio, quæ in eum etiam qui ex ignorantia præceptum unum violat, pronuntiata est, non habeo quomodo pro merito iræ illius magnitudinem extimescam. [Lev. 5. 17.] Scriptum est enim: *Et anima si peccaverit & fecerit unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, & non agnoverit, & deliquerit, & acceperit peccatum, afferet arietem immaculatum de ovibus pretio argenti ob delictum ad sacerdotem. Et exorabit pro eo sacerdos propter ejus ignorantiam quam ignoravit, & ipse non scivit, & remittetur illi. Deliquit enim delictum coram Domino.* Quod si adversus delicta quæ ex ignorantia committuntur, judicium profertur tam severum, ad eaque expianda necessarium est sacrificium, [Job 1. 5.] quod & justus Job pro filiis obtulisse se testatur, ecquid dixerit quis de iis qui scientes delinquunt, aut de his qui dum illi peccant, silentium agunt? & ne indignationem quæ contra istiusmodi homines commovetur, ex solis conjecturis verisimilibus colligere videamur, rursus divinæ Scripturæ necesse est meminisse, cum vel unius historiæ narratione talium judicium ob oculos ponere possit. [1. Reg. 2. 22.] *Et filii*, inquit, *Heli sacerdotis, filii pestilentes.* Cum autem tales essent; propterea quod pater in hos vehementius non inveheretur, tanta ira Dei lenitatem incendit, ut, alienigenis irruptionem facientibus, illi ipsi ejus filii una die in bello interficerentur, superareturque universus populus, non paucis ex eo cadentibus, imo etiam, circa arcam sancti fœderis Dei fierent, quæ ne audita quidem umquam antea fuerant: sic ut arca quam neque Israelitis, neque ipsis sacerdotibus omnibus, neque quovis tempore contingere licebat, quæque non in quovis loco asservabatur, alio aliunde exportata fit ab impiis manibus, & sedis sanctæ loco in simulacrorum delubris collocata fuerit. Ex quibus conjectare fas est, quanto risui ludi- A brioque ipsum etiam Dei nomen alienigenæ illi habuerint. Adhæc litteris proditum est & ipsum Heli miserrimo exitu vitam finisse, postquam hanc comminationem audivisset, fore, ut semen ipsius e sacerdotali dignitate submoveretur; quod & contigit.

6. Tot & tanta acciderunt populo. Talia pertulit pater ob filiorum iniquitatem, qui tamen ob suos ipsius mores nullo umquam crimine accusatus est. Imo etiam neque illorum flagitia tacitus sustinuit: sed multum admonuerat, ut ne amplius in ejusmodi pec- B catis perseverarent. Aiebat enim: *Absit filii: non sunt boni rumores quos audio de vobis.* [1. Reg. 2. 24.] Atque etiam magnitudinem sceleris exaggerans, periculum formidabilius ipsis ob oculos ponebat. *Si enim*, inquit, *peccans peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum. Si vero in Deum peccaverit, quis orabit pro ipso?* [Ibid. v. 25.] Quoniam tamen, ut dixi, id, quod par erat, animi studium in ipsos non ostendit, evenerunt quæ memoravimus. Ejus quidem generis judicia plurima in veteri testamento adversus omnem inobedientiam reperio: cum C vero rursus ad novum devenio, in quo Dominus noster Jesus Christus ne delicta quidem per ignorantiam admissa a pœna exsolvit, sed ita tamen, ut adversus ea quæ scienter patrata sunt, minas majores intendat, his verbis: *Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui & non præparavit seipsum, neque fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis:* [Luc. 12. 47.] quoties igitur ejusmodi sententias ipsius Unigeniti Dei Filii considero, & sanctorum Apostolorum adversus peccantes D indignationem contemplor; cumque eorum qui vel unum quodvis peccatum commisere, calamitates considero, easque tales ac tantas, & quæ minores non sunt quam illæ quas ex veteri retuli, imo potius majores, tum judicii severitatem intelligo. Nam *cui commendarunt multum, plus petent ab eo.* [Ibid. v. 48.] Ecce igitur & jam beatus Paulus & vocationis dignitatem & suam in omne peccatum indignationem ostendens simul, qualia dicit: *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia de-* [2. Cor. 10. 4.] E *struentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi:* non autem id solum, sed *& in promtu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Ubi si quis singula quæ dicta fuere, expendat diligentius, mentem divinæ Scripturæ accuratius nosse poterit, eam videlicet nequaquam permisisse, ut cujusque nostrum anima falsarum quarumdam opinionum erroribus huc illuc errans in peccati lubricum laberetur, quod aliqua quidem peccata puniri, aliqua vero impunita relinqui existimaret. Sed quid dicit?

dicit? *Consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*, quasi omne peccatum ob divini præcepti contemptum altitudo appelletur extollens se adversus scientiam Dei: quod & in Numerorum libro clarius declaratur. Cum enim peccatis quæ voluntaria non sunt, enumeratis, sacrificiisque ad hæc expianda constitutis, jam & de voluntariis idoneas leges populo sancire Deus vellet, sic incipit: *& anima quæ faciet in manu superbiæ* (audaciam eorum qui voluntarie peccant, manum vocans superbiæ: quod Apostolus altitudinem appellat
Num. 15. 30. extollentem se adversus scientiam Dei), *Anima igitur*, inquit, *quæ faciet in manu superbiæ: sive indigena, sive advena fuerit ille, hic Deum exasperabit, & exterminabitur anima illa e medio populi sui. Quoniam verbum Domini contemsit, & mandata ipsius dissipavit: extritione exteretur anima illa: peccatum ipsius in ipsa.*

7. Hic illud observandum, quod nisi extritione extrita fuerit anima illa, peccatum ejus non in ea solum manet, sed ad eos etiam qui bonam æmulationem non ostenderunt, permanat: sicut scriptum est multis locis, sæpeque factitatum. Et ut ex minoribus metuere in majoribus discamus; quali indignatione in Deuteronomio moveatur adversus eos qui sacerdotis vel judicis dicto audientes
Deut. 17. 12. non fuerint, consideremus. Ait igitur: *Et homo qui fecerit in superbia, ita ut non obediat sacerdoti assistenti ad ministrandum in nomine Domini Dei tui, vel judici quicumque fuerit in diebus illis, & morietur homo ille & auferes malum ex Israel. Et omnis populus qui audierit, timebit, & impie non agent ultra.* Ad quæ respicere par est, quo quis, pro rei dignitate commotus, horrore majori corripia-
2 Cor. 10. 5. tur. Deinde dicit: *Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*, omnem intellectum, non hunc, aut illum. *Et in promtu habentes ulcisci*, & hic rursus non hanc aut illam, sed *omnem inobedientiam*. Profecto decepit nos pessima consuetudo: profecto magnorum malorum nobis causa exstitit perversa hominum traditio, quæ videlicet, vitatis aliquibus peccatis, alia indifferenter admiserit, quæque dum se in alia quidem vehementer indignari simulat, velut in homicidium, adulteriumque, & in alia generis ejusdem, aliqua vero ne simplici quidem objurgatione digna judicat, velut iram, aut convitium, aut temulentiam, aut avaritiam, & si qua sunt his similia, adversus quæ omnia etiam alibi Paulus in Christo loquens eamdem sententiam protulit, cum
Rom. 1. 32. dixit: *Qui talia agunt, digni sunt morte.* Ubi vero omnis altitudo quæ se adversus Dei scientiam extollit, destruitur, omnisque intellectus captivus ducitur ad obediendum

A Christo, & omnis inobedientia æqualiter punitur, ibi nihil superest non destructum, nihil remittitur non punitum, nihil a Christi obedientia exclusum relinquitur. Communem enim & maximam impietatem in omni inobedientia sitam esse Apostolus Paulus declaravit, his verbis: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Sed numquid verba hæc sunt solum sine re? Ecce igitur qui in Corintho uxorem patris habebat, qui cum hoc uno excepto, nullius alterius flagitii insimularetur, tamen non
Rom. 2. 23.
1. Cor. 5.
B solum ipse traditur Satanæ ad carnis interitum, donec dignis pœnitentiæ fructibus emendasset peccatum, sed universam simul ecclesiam quod id scelus ulta non esset, conscium ejusdem criminis effecit. *Quid vultis? In virga veniam ad vos?* & paulo post, *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Quid vero Ananias ille, cujus mentio est in Actis? Quodnam aliud malum perpetrasse invenitur præter illud ipsum? Ubi igitur apparet, ipsum ira tanta dignum fuisse? Di-
1. Cor. 4. 21.
1. Cor. 5. 2.
C venditis suis facultatibus, attulit pecunias, easque ante Apostolorum pedes deposuit: sed tamen, quod aliquam pretii partem sepsuisset, propterea eadem hora una cum uxore morte plectitur, ne dignus quidem habitus qui de agenda ob admissum peccatum pœnitentia quidquam audiret, non qui saltem obtineret tempus, quo ob scelus compungi posset, non qui præfinitum spatium acciperet ad agendam pœnitentiam. Porro talis ac tanti judicii exactor, tantæque Dei in peccantem iræ minister beatus ille Petrus, omnibus di-
D scipulis prælatus, cui soli majora data quam aliis sunt testimonia, qui prædicatus est beatus, cui claves regni cælorum concreditæ sunt, cum audit a Domino, *si non lavero te, non habes partem mecum*, quale cor, quæso, & quantumvis lapideum ad metum timoremque judiciorum Dei non inducet? præsertim cum nullius flagitii, nulliusve contemtus significationem ullam dedisset, imo potius egregio honore Dominum affecisset suum; eumdemque esset reveritus ita, ut servum ac discipulum decebat. Cum enim vidisset suum
Joan. 13. 8.
E & universorum Deum ac Dominum, & regem, & herum, & magistrum, & servatorem simulque omnia, in ministri habitu linteo cinctum, & pedes ipsius lavare volentem, mox indignitatis suæ quasi conscius, & ob accedentis dignitatem attonitus, exclamavit: *Domine, tu mihi lavas pedes?* Et iterum: *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Hac de causa tantæ ei intenduntur minæ, ut nisi rursus cognita verborum Domini veritate, contradictionem hanc per obedientiam correxisset; non ejus recte facta præterita, non virtutes quibus præditus erat, non Domini testimo-
Joan. 13. 6.

nia

nia beatum eum ac fortunatum prædicantia, A non dona, non promissa, neque ipsa revelatio ejus benevolentiæ talis ac tantæ, quam in unigenitum Filium Deus & Pater habebat, hanc inobedientiam contumaciamque sanare potuisset.

8. Sed si omnia recensere volo quæ in veteri ac novo testamento nanciscor, fortasse narrantem me tempus deficiet. Jam vero cum & ad ipsas Domini nostri Jesu Christi, quæ in evangelio sunt, voces devenio, & ipsius illius qui judicaturus est vivos & mortuos, verba attendo, quibus major auctori- B tas tribuitur a fidelibus, quam cuivis historiæ, aut alii cuivis argumento, magnam quidem in eis, ut ita dicam, necessitatem intueor Deo in omnibus obediendi: sed nullam omnino, quod ad præcepta attinet, veniam relinqui reperio non pœnitentibus ad inobedientiam expiandam, nisi si quid aliud contra tam apertas clarasque & absolutas sententias audendum sit, aut vel ipsa etiam cogita- Matth. 24. tione comminiscendum. *Cælum*, inquit, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Nullum est hoc loco discrimen, nulla C distinctio, nihil usquam omnino relictum est. Non dixit: hæc aut illa, sed verba mea, omnia simul videlicet non præteribunt. Scri- Psal. 144. 13. ptum est enim: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis:* sive vetet quidvis, sive præcipiat, sive promittat, sive minetur, sive quæ interdicta sunt, agantur, sive quæ jussa sunt, omittantur. Etenim id quod mox de Petro retuli judicium, fuerit ad hoc satis animæ non omnino incredulitatis morbo laboranti, ut bonorum operum prætermissionem perinde atque malorum perpetrationem puniri D compertum habeat ac persuasum: qui cum nihil quod vetitum esset fecisset, nullumque hujusmodi præceptum prætermisisset, quod prætermittentis aut segnitiem argueret aut contemtum, sed ministerium Domini honoremque ab eo delatum recusasset reverentiæ dumtaxat causa, tamen ejusmodi comminationem audivit, quam vitare non potuisset, nisi, ut jam dictum est, celeri ac vehementi emendatione iram prævertisset. Quoniam tamen libuit benigno ac misericordi Deo patienter nobiscum ac leniter agere, sæ- E peque & multis exemplis idipsum nobis commonstrare, ut animus multitudine atque assiduitate vix tandem aliquando commotus & excitatus, diutinam iniquitatis consuetudinem delere posset, nunc eorum dumtaxat facienda mentio est, qui in magna ac horrenda judicii die ad Domini nostri Jesu Christi lævam stabunt: quibus dicturus est is, qui omni judicandi potestate a Patre accepta, venit illuminaturus abscondita tenebrarum, Matth. 25. 41. consiliaque cordium patefacturus: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus*. Quin & causam subjunxit, nequaquam dicens, quia occidistis, aut fornicati estis, aut mentiti dixistis, aut cuipiam intulistis injuriam, aut aliud quidquam saltem minutissimum ex iis quæ prohibita sunt, fecistis. Sed quid? quoniam bona opera neglexistis. *Esurivi enim*, Ibid. v. 42. inquit, *& non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me*. Ubi benignissimi Dei gratia, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad veritatis agnitionem pervenire, docetque hominem scientiam, animadverti hæc atque id genus alia in divinis Scripturis, ubi hujus dissensionis qua multi a se invicem & a Domini nostri Jesu Christi præceptis dissident, causam admodum horrendam novi, ubi formidandum illud judicium quod contra tantam iniquitatem proferendum est, edoctus sum, ubi inobedientiam quamlibet qua omne Dei judicium violatur, æqualiter plecti didici, itemque gnarus & metuendi illius judicii, quod in eos pronuntietur qui cum ipsi non peccassent, tamen quod studium bonum in peccantes non ostendissent, iræ facti sunt participes, idque, cum sæpe admissi peccati ne conscii quidem essent, necessarium duxi, etsi sero, quod semper exspectarem eos, qui idem pietatis certamen suscepissent, nec tantum haberem fiduciæ in me uno, forte tamen non intempestive, ut eos commonefaciam, qui se in hoc pietatis certamine exercent, necessarium igitur putavi, nunc saltem pro viribus secundum omnium communia vota ex divinis Scripturis proferre quæ displicent Deo & in quibus delectatur: ut per Domini nostri Jesu Christi gratiam & Spiritus sancti doctrinam secedentes, tam a voluntatum nostrarum consuetudine quam ab humanarum traditionum observatione, ambulantes vero juxta evangelium beati Dei Jesu Christi Domini nostri, sicque hoc tempore viventes ut ei placeamus, partim iis quæ prohibentur rebus studiosius vitandis, partim iis, quæ approbantur, diligentius exsequendis, digni habeamur qui in futuro immortalitatis sæculo iram fugiamus in contumaciæ filios venturam, talesque existamus, qui æternam vitam & cæleste regnum mereamur, quod a Domino Jesu Christo promissum est omnibus *custodientibus testamentum ejus, & memoria* Psal. 102. 18. *retinentibus mandata ejus, ut faciant ea*. Et quoniam memini Apostoli, qui dicit: *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque* Gal. 5. 6. *præputium: sed fides quæ per charitatem operatur*, consequens simul ac necessarium existimavi, ut sanam fidem ac piam de Patre & Filio & Spiritu sancto sententiam prius exponerem, & ita demum moralia attexerem.

EJUS-

EJUSDEM DE FIDE.

1. DEi optimi gratia cum mihi innotuisset vestræ pietatis mandatum, idque dignum vestra ista in Christo erga Deum dilectione, quo piæ fidei confessionem litteris consignatam a nobis petivistis, primum quidem tenuitatis atque infirmitatis meæ conscius respondere veritus sum : sed simul
Ephes. 4. 2. atque memini Apostoli, qui dixit : *Supportantes invicem in charitate*. Et rursus, *Corde*
Rom. 10. 10. *enim creditur ad justitiam : ore autem confessio fit ad salutem*, rem periculosam duxi, si vobis morem non gererem, silentioque salutarem confessionem præterirem, fiduciam habens per Christum in Deo, sicut scriptum
2 Cor. 3. 5. est : *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis : sed sufficientia nostra ex Deo est*, qui tum quidem illos, nunc vero nos etiam, idque propter vos, idoneos effecit ut ministri essemus novi testamenti, non litteræ, sed spiritus. Id autem fidelis ministri proprium esse scitis utique & vos ipsi, nimirum ut quæ conservis suis dispensanda a benigno domino acceperit, eadem pura & sincera ipsis servet. Quocirca ego quoque, quæ ex divina Scriptura didici, ea ad communem utilitatem ita, ut Deo placet, apponere debeo. Etenim si ipse Dominus, in quo bene
Col. 2. 3. complacitum est Patri, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, qui a Patre accepta potestate omni, omnique ju-
Johan. 12. dicio, ait : *Mandatum dedit mihi quid di-*
Ibid. v. 50. *cam, & quid loquar*. Et iterum : *Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor* ;
Ibid. 16. 13. item si Spiritus sanctus a seipso non loquitur, sed quæcumque audierit ab eo, hæc loquitur; quanto potiori jure id in nomine Domini nostri Jesu Christi sentire & facere pium simul & securum nobis fuerit? Dum igitur adversus hæreses vario tempore exortas pugnandum esset, majorum exempla sequutus, consequens esse existimavi, ut ejus quæ a diabolo seritur impietatis habita ratione, eas quæ inducuntur blasphemias vocabulis contrariis cohiberem, aut etiam everterem : & aliis atque aliis verbis prout ægrotantium utilitas cogebat, uterer, quæ etiamsi sæpe scripta non invenirentur, tamen a pio Scripturæ sensu non abhorrebant: quod Apostolus quoque non raro fecit, qui Græcorum verbis congruenter suo proposito convenienterque uti non fastidivit. Nunc autem communi scopo tam nostro quam vestro convenire putavi, si in sanæ fidei simplicitate sequerer vestræ istius in Christo dilectionis mandatum; eaque dicerem quæ a sacra Scriptura accepissem, sed sic, ut parcus sim in illis nominibus & verbis usurpandis, quæ ipsis litteris & syllabis in di-

A vina Scriptura non reperiuntur, tametsi eam quam Scriptura præfert sententiam servant: quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam & peregrinum sensum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina & a pia fide aliena omnino averser. Est igitur fides assensus haud hæsitans super iis quæ audita sunt, veritatem eorum quæ Dei munere prædicata sunt, persuasissimam habens: quam fidem ostendit Abraham hoc testimonio laudatus : *Non hæsita-* Rom. 4. 20.
vit diffidentia, sed confortatus est fide dans glo-
B *riam Deo : imo plenissime sciens quod is qui promisit, potens est & facere*. Quod si *fidelis* Psal. 144. 13.
est Dominus in omnibus verbis suis, fidelia Psal. 110. 8.
etiam *omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate*, manifestus a fide lapsus est ac superbiæ crimen, si quis aut quidquam eorum quæ scripta sunt reprobet, aut aliquid ex iis quæ scriptis mandata non sunt, introducat, cum Dominus noster Jesus Christus dicat : *Oves meæ vocem* Johan. 10. 27.
meam audiunt. Et Paulo ante dixerat, *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo:* v. 5.
C *quia non noverunt vocem alienorum* : Apostolusque, sumto ex hominibus exemplo, quidpiam in divinis Scripturis addere, aut demere vehementius vetet, his verbis : *Tamen* Gal. 3. 15.
hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat.

2. Omnem itaque vocem ac sententiam a Domini doctrina alienam sic nos semper & nunc fugere statuimus, cum scopus, qui, uti prius dixi, nunc nobis & vobis propositus est, ab argumentis illis a quibus alias alio modo ad aliquid aut scribendum aut dicendum
D adducebamur, multum differat. Nam tunc quidem confutare hæresim, & diaboli insidias subvertere conabamur : nunc vero simpliciter fidem sanam confiteri ac declarare nobis proponimus. Itaque nunc nobis non idem congruit dicendi genus. Quemadmodum enim homo qui præliaturus est, & qui operam agriculturæ daturus, non eadem in manus instrumenta sumit (alia namque sunt instrumenta eorum qui in securitate res ad victum necessarias sibi ipsi labore parant, & aliæ sunt armaturæ eorum qui in bello ordi-
E nantur) : sic qui in sana doctrina cohortatur, & qui contradicentes refutat, eodem dicendi genere non utatur. Aliud enim usurpatur dicendi genus ad refellendum, aliud ad exhortandum. Alia simplicitas eorum qui in pace pietatem confitentur, & alii sudores eorum qui se adversus falsæ scientiæ discrepantiam opponunt. Quamobrem nos quoque sic sermones nostros in judicio disponentes, ubique ea quæ ad custodiendam aut ædificandam fidem pertinent, modo apto atque consentaneo adhibeamus, sic ut modo iis qui diabolico artificio eam destruere nituntur, resi-

resistamus validius, modo vero iis qui in ipsa A
ædificari volunt, simplicius & familiarius ipsam exponamus, nihilque aliud peragamus quam quod ab Apostolo dictum est: *Ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* (Coloss. 4. 6.) Sed antequam deveniamus ad ipsam fidei confessionem, illud etiam merito observandum fuerit: Dei majestatem & gloriam, cum & sermone inexplicabilis sit & mente incomprehensibilis, uno verbo aut una cogitatione neque declarari, neque intelligi posse, imo etiam eam a sacra Scriptura per plura verba nostro usu recepta vix et- B
iam iis qui puro corde sunt, veluti per speculum obscure significari. (1. Cor. 13. 12.) Nam promissum est fore, ut facies ad faciem, & perfecta cognitio iis qui digni habiti fuerint, in futuro sæculo exhibenda sit: nunc vero sive Paulus quis sit, sive Petrus, videt quidem vere quæ videt, & non errat, neque imaginatione luditur, sed tamen per speculum & in ænigmate cernit, & quod nunc ex parte est, cum gratiarum actione suscipiens, quod perfectum est, in futuro ævo cum ingenti gaudio exspectar. Quod ita esse confirmat Aposto- C
lus Paulus, qui suum sermonem tali quodam modo componit: Quemadmodum cum (Ibidem v. 11.) essem parvulus, prima eloquiorum Dei elementa recens edoctus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; cum vero vir factus sum, & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi pervenire festino, evacuavi quæ erant parvuli. Atque in divinis Scripturis percipiendis ita profeci, & excellui, ut ea quæ in Judaico cultu habetur cognitio puerilis animi moribus sit comparanda, & contra, notitia per D
evangelium acquisita viro jam in omnibus perfecto conveniat. Sic & quod nunc in cognitione perfectum videtur, si cum futuri sæculi scientia iis qui digni exstiterint revelanda conferatur, exiguum quiddam est & obscurum usque adeo, ut magis a futuri sæculi claritate absit, quam visio per speculum & in ænigmate facta abest ab illa quæ facie ad faciem fit. Confirmant autem hoc & beati Petrus & Joannes, aliique Domini discipuli. Nam etiamsi in præsenti vita semper magis ac magis proveherentur ac profi- E
cerent, nihilominus tamen ipsi quoque incredibilem esse magnitudinem ejus scientiæ probant, quæ in futuro sæculo possidenda servatur. Qui postquam visi essent digni qui eligerentur a Domino, qui una cum ipso vitam degerent, qui illius essent apostoli, qui spiritualia dona acciperent: qui postquam audissent, *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum*, (Matth. 13. 11.) post ejusmodi cognitionem, postquam aperta sibi essent quæ cæteris operta fuerant & occulta, tamen aliquanto post, adventante jam passione Domini, audiunt: *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.* (Joan. 16. 12.)

3. Ex his atque hujus generis aliis discimus, quantum sacra Scriptura novit immensitatem cognitionis, tantum humanam naturam in hac vita assequendis divinis mysteriis imparem esse, cum unusquisque semper magis ac magis proficiat, nec quisquam sit, qui umquam ad summum illud pertingat, donec venerit quod perfectum est, quando abolebitur quod ex parte est. Itaque ad omnes simul Dei glorias declarandas non sufficit nomen unum, nec singula omnino citra periculum assumuntur. Etenim si quis dixerit, *Deus*, ab eo non declaratus est *Pater*: cum vero dicitur *Pater*, huic nomini deest illud, *Conditor*. Rursus his quoque non adjungitur bonitas, sapientia, potestas, & reliqua quæ in sancta Scriptura reperiuntur. Rursus quoque si illud, Pater, cum integra ejus significatione, sicut apud nos est in usu, accipiamus in Deo, impie sentimus, cum affectum, semen genitale, ignorantiam, infirmitatem & ejusdem generis alia indicet. Similiter autem & de illo, Conditor, hoc idem dicendum est. Nam ejus nominis notio apud nos tempus, materiam, instrumenta adjumentaque requirit: a quibus omnibus, quantum homini fas est, puram esse oportet piam de Deo opinionem. Et si enim mentes omnes conjungerentur ad perscrutandum, omnesque linguæ ad enuntiandum concurrerent, nemo tamen, ut dixi, hoc unquam pro rei merito assequi posset. Hanc autem sententiam luculenter nobis ob oculos ponit sapientissimus Salomon, (Eccles. 7. 24.) cum ait: *Dixi, sapiens efficiar: & ipsa elongata est a me longe ultra quam erat*: non quod fugiat, sed quod ipsa iis maxime videtur esse incomprehensibilis, quibus per Dei gratiam cognitio major accessit. Quamobrem sacra Scriptura nominibus verbisque pluribus necessario utitur ad quamdam, eamque obscuram, divinæ gloriæ partem exprimendam. Nobis autem quod vos urgeatis, nec facultas est, nec otium omnia colligendi quæ ubique in divina Scriptura dicta sunt de Patre & Filio & de Spiritu sancto: sed tamen si pauca ex omnibus apponamus, ita conscientiæ vestræ satisfactum iri arbitramur, tum ut nostra sententia Scripturis innixa innotescat, tum ut vestra ipsorum aliorumque idem a nobis desiderantium persuasio constans fiat & certa. Ut enim multa unam sententiam piam esse nobis nuntiant: ita etiam æquus judex, opinor, pietatem in omnibus inesse ex paucis cognoscet.

4. Credimus igitur & confitemur unum solum verum, & bonum Deum, & Patrem omni-

omnipotentem ex quo omnia: Deum & patrem Domini nostri & Dei Jesu Christi. Et unum unigenitum ipsius filium Dominum & Deum nostrum Jesum Christum, solum verum, per quem omnia facta sunt, sive visibilia sive invisibilia, & in quo omnia consistunt: qui in principio erat apud Deum, & Deus erat, & post hæc juxta scripturam *Philip. 2.6. & seq.* in terra visus est, & cum hominibus conversatus est: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit: & per nativitatem ex virgine, formam servi accipiens, & habitu inventus ut homo, omnia quæ in ipsum & de ipso scripta sunt, implevit, secundum Patris præceptum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *1. Cor. 15. 4.* Et postquam tertia die resurrexisset a mortuis secundum Scripturas, visus est sanctis suis discipulis, ac reliquis, sicut scriptum est. Et ascendit in cælos, & sedet in dextra patris, unde venturus est in consummatione hujus sæculi ad excitandos omnes, & ad reddendum unicuique juxta opus illius: quando justi quidem assumentur ad vitam æternam, & ad regnum cælorum, peccatores *Marc. 9. 43.* vero addicentur sempiterno supplicio, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et unum solum Spiritum sanctum paracletum, in quo signati sumus in diem *Ephes. 4. 30.* redemtionis, Spiritum veritatis, Spiritum *Rom. 8. 15.* adoptionis, in quo clamamus Abba pater: qui dividit & efficit dona quæ a Deo dantur, singulis prout vult ad utilitatem: qui docet & suggerit omnia, quæcumque audierit a filio: qui bonus est, qui deducit ad omnem veritatem, omnesque credentes firmat & ad cognitionem certam, & ad accuratam confessionem, & ad cultum pium, & ad spiritualem & veram adorationem Dei patris, unigenitique ejus filii Domini & Dei nostri Jesu Christi, & sui ipsius. Nomen autem quodlibet quamdam illius qui nominatur proprietatem nobis manifeste explicat; atque in unoquoque nominatorum, omnino pie peculiares quædam proprietates considerantur, pater quidem in proprietate patris, filius vero in proprietate filii, sanctus autem *Johan. 16. 13.* spiritus in sua ipsius proprietate. Neque Spiritus sanctus a seipso loquitur, neque filius a semetipso facit quidquam: & pater quidem mittit filium; filius vero mittit spiritum sanctum. Sic sentimus sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali juxta præceptum ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui dixit: *Matth. 28. 19.* *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.* *Johan. 15. 10.* Quæ si servaverimus, dilectionem in eum nostram ostendimus, atque uti scriptum est, digni efficimur qui in ea maneamus: si vero ea non servemus, ita aliter affecti redarguimur. *Qui enim non diligit* *Ibid. 14. 24.* *me*, inquit Dominus, *sermones meos non servat.* Et rursus: *Qui habet mandata mea &* *Ibid. v. 21.* *servat ea: ille est qui diligit me.*

5. Miror autem valde admodum, quod cum ipse Dominus noster Jesus Christus dicat: *Nolite gaudere quia dæmonia vobis subjiciuntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis:* *Luc. 10. 20.* Et iterum, *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem:* *Johan. 13. 35.* Unde Apostolus in omnibus charitatis necessitatem exhibet ac testatur, dicens: *Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens: Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum:* *1. Cor. 13.* Et paulo post, *Sive autem prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur*, & cætera, quibus subjungit: *Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc; major autem horum est charitas;* cum igitur hæc & talia a Domino & ab Apostolo statuantur, miror, inquam, quomodo homines res destruendas & cessaturas tanto studio & affectu prosequantur: quomodo vero ea quæ manent, & præsertim charitatem omnium maximam, quæ Christianum suo proprio charactere constituit, non modo ipsi nullo modo curent, sed etiam curantibus adversentur, & dum adversus eos pugnant, impleant quod dictum est, videlicet neque ipsi ingrediuntur, imo ingredientes ingressu prohibent. *Luc. 11. 52.* Quapropter adhortor vos & rogo, ut missa curiosa inquisitione, relictaque indecenti verborum contentione, iis quæ a sanctis & ab ipso Domino dicta sunt, contenti sitis, eaque quæ cælestem vocationem deceant, sentiatis, & vitam agatis Christi evangelio dignam, ob exspectationem vitæ æternæ regnique cælestis: quod paratum est omnibus servantibus mandata Dei & Patris, quæ sunt secundum evangelium beati Dei Jesu Christi Domini nostri, in spiritu sancto & veritate. De his a vestra pietate admoniti necesse esse & officio nostro convenire duximus, hæc tandem indicare, nostramque sententiam vobis & per vos aliis in Christo fratribus manifestam reddere, ad omnem vestram ipsorumque dubitationem in nomine Domini nostri Jesu Christi penitus tollendam: ne aliquorum mens ullo modo circumferatur ob diversitatem eorum, quæ alias alio modo exposita a nobis sunt, videlicet semper nos iis quæ a veritatis oppugnatoribus afferebantur argumentis resistere cogebamur: neve impugnatio eorum qui nobis aliena tribuere volunt,

aut

aut qui etiam sæpenumero, ut simpliciores A ad se pertrahant, suos ipsorum errores contra nostram sententiam nobis affingunt, quemquam commoveat: a quibus etiam vos, ut ab hominibus ab evangelica & apostolica fide atque charitate alienis necessario cavere debetis, ac meminisse Apostoli, qui
Gal. 1. 8. dixit: *Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*: ut custodientes & illud, *attendite a falsis prophetis*: item
Matth. 7. 15. illud, *ut subtrahatis vos ab omni fratre ambu-*
2. Thess. 3. 6. *lante inordinate, & non secundum traditio-* B *nem, quam acceperunt a nobis*, ex sanctorum institutis incedamus, tamquam superædifi-
Ephes. 2. 20. cati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, summo angulari lapide ipso Domino nostro Jesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum san-
Thess. 5. 23. ctum in Domino. *Deus autem pacis sanctificet vos totos. Et integer vester spiritus, & anima & corpus citra reprehensionem in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est Deus qui vocavit vos: qui etiam faciet*, si modo mandata ejus servemus, gra- C tia Christi in Spiritu sancto.

6. Cum de his quæ ad sanam fidem pertinent satis pro tempore in superioribus a nobis dictum fuisse putemus, jam moralia quæ promisimus, in nomine Domini nostri Jesu Christi tradere conemur. Quæcumque igitur hactenus sparsim in novo testamento aut interdicta aut approbata invenimus, ea pro nostra virili parte in regulas quasdam compendiarias, quo facilius a quovis intelligerentur, colligere curavimus, apposito ad singulas regulas numero etiam capitum Scripturæ, quæ in qualibet regula continentur: sive ex Evangelio sumta sint, sive ex Apostolo, Actisve: ut qui regulam legerit, numerumque ei appositum viderit, verbi gratia, primum aut secundum, deinde Scripturam ipsam sumserit in manus, & prædicti numeri caput investigaverit, ita demum testimonium ex quo regula confecta est, inveniat. Volebam quidem primum, ea etiam quæ ex veteri testamento proferuntur, cum singulis novi testamenti auctoritatibus responderent, regulis illis adjungere: sed cum necessitas urgeret, nostris in Christo fratribus jampridem sibi promissa nunc maxime a nobis majorem in modum exigentibus, memini illius, qui dixit: *Da sapienti occasionem, & sapientior erit*. Prov. 9. 9. Quamobrem si cui libuerit, sufficienti occasione ex iis quæ apponuntur testimoniis abrepta, vetus testamentum assumere potest, atque per seipsum omnium divinarum Scripturarum concordiam ac consensum cognoscere, præsertim cum credentibus, nihilque de veritate verborum Domini dubitantibus satis sit vel unica dictio. Quare etiam satis esse duxi, si non omnia, quæ in novo testamento reperiuntur, sed pauca ex omnibus apponerem.

INDEX MORALIUM.

1. *De pœnitentia, & quod sit tempus idoneum ad pœnitentiam, deque proprietatibus, & fructibus ipsius.*
2. *De eo, quod qui a Deo inire gratiam studeat, ejus studium esse sincerum debet, atque ab omni penitus rei contrariæ admistione vacuum.*
3. *De charitate erga Deum, & quomodo ea vere cognoscitur.*
4. *Quis sit honor erga Deum, & quæ item contumelia.*
5. *De charitate mutua, & proprietatibus ipsius.*
6. *Quod in confessione Dei, & Christi ejus, fidenter, fortiterque agendum sit.*
7. *Quod non sit satis ad salutem confessio Domini, facientibus contra mandata ejus.*
8. *De fide & summa autoritate ac certitudine verborum Domini.*
9. *De cognitione sive scientia ignoratione que rerum ad officium nostrum pertinentium.*
10. *Quis sit finis peccati, quisve item præcepti Dei.*
11. *De judiciis Dei, & quantopere ea sint metuenda.*
12. *De improbatione & impugnatione aut contradictione, vel obedientia & observatione voluntatum Dei.*
13. *De eo quod singulis momentis voluntate ac studio indilato parati esse debeamus ad ea, per quæ possimus inire Dei gratiam.*
14. *De maturitate opportuna & commoda cujuslibet recte facti.*
15. *Quod non debet quis, sperans in aliorum recte factis, negligere ipse officium suum.*
16. *De iis qui prodesse sibi aliquid opinantur, si cum bonis, & Deo charis hominibus vivant, ipsi autem boni nihil faciant.*
17. *Quomodo occasione vitæ hujus, in qua fumus, uti debemus.*
18. *De modo & affectione animi, quæ teneri ab his debeat, qui studium suum adhibent in conservandis præceptis Dei.*
19. *De iis, qui alios impediunt, vel ab aliis ipsi impediuntur, quominus obire possint mandatum Dei.*

20. *De baptismate, & quæ sit ratio & virtus baptismatis.*
21. *De communione corporis & sanguinis Christi, & quæ sit ratio hujus sacramenti.*
22. *Quomodo alienatur aliquis a Deo, quomodove item conciliatur.*
23. *De iis, qui præ animi impotentia, in ea etiam quæ oderunt, peccata prolabuntur.*
24. *De mendacio & veritate.*
25. *De inutili atque otioso sermone, deque utilium & studiosorum sermonum usu ac tractatione.*
26. *Quod ad ea confirmanda, quæ a nobis vel fiunt, vel dicuntur, primum petitis de sanctis literis testimoniis utendum sit, deinde iis etiam, quæ in communi vitæ consuetudine nota sunt.*
27. *Quod pro viribus enitendum nobis est, ut quam simillimi Deo, & sanctis ejus simus.*
28. *Quod perspicaces esse debemus & discreti in habendo bonorum & malorum delectu.*
29. *Qua ratione efficere possimus, ut professioni nostræ autoritatem comparemus.*
30. *De honore habendo rebus consecratis Deo.*
31. *De usu rerum quæ sanctis sunt attributæ.*
32. *De debitis & persolutionibus.*
33. *De iis qui alios scandalizant, vel aliunde ipsi scandalizantur.*
34. *Quod debeat unusquisque pro modulo virium suarum exemplar se ad res honestas cæteris præbere.*
35. *De iis qui res honestas ac bonas vituperant.*
36. *De honore & animi propensione erga sanctos.*
37. *De iis qui in rebus minutis studium suum adhibent pro facultate sua.*
38. *Quomodo accipiendi, tractandique sint hospites.*
39. *De firmitate & constantia animi in scandalis retinenda.*
40. *De iis qui aliter docent.*
41. *Quod excidi debent, qui autores scandalorum sunt, & quod cum infirmioribus temperate & indulgenter est agendum.*
42. *Deo eo quod Dominus venerit ad implendam legem.*
43. *De differentia inter mandata legis, & mandata Evangelii.*
44. *Quod onus Domini leve sit, & quod peccatum grave.*
45. *De æqualitate in honoribus servanda, & de summissione animi sive humilitate.*
46. *De studio recte factorum majorum & minorum.*
47. *De divitiis & paupertate, & de iis, quæ his esse solent adjuncta & consequuntur.*
48. *De beneficentia in fratres, & quod propterea opus faciendum sit.*
49. *De iis, qui in judicio experiuntur, ac litigant & seipsos defendunt, vel etiam alios.*
50. *De pace & pacificatione.*
51. *Cujusmodi esse debeat is, qui proximum nitatur corrigere.*
52. *De mœrore suscipiendo eorum causa, qui peccant, quomodove cum illis congrediendum: quando defugiendi, quandoque item in consortium cum cæteris recipiendi.*
53. *Quod sit eorum judicium, qui injuriarum memoriam retinent, quæ sibi fuisse videntur illatæ.*
54. *De judicio, & judicii suspensione vel discretione.*
55. *De affectione animi erga Deum, quomodoque ejus beneficia prædicare debemus, & pro iis gratias agere.*
56. *De oratione, & quando, & quid, & quomodo, & pro quibus orandum sit.*
57. *De elatione animi, quæ ex recte factis nascitur.*
58. *De acquisitione donorum Dei, & de eorum in alios communicatione.*
59. *De honore & gloria humanis.*
60. *De differentia donorum divinorum, deque eorum inter se concordia, qui in his præcellunt, vel etiam inferiores sunt.*
61. *De abjecta conditione (si ut homines respicias) eorum qui suscipiunt gratiam Dei.*
62. *De tentationibus, & quando iis concedere oporteat, & quando item resistere, quomodove adversariis occurrere.*
63. *De timore vel animi præsentia in periculis.*
64. *De lætitia, quam habere debemus in iis, quæ Christi causa incommoda sustinemus.*
65. *Quomodo in ipso etiam extremo vitæ exitu orare nos conveniat.*
66. *De iis qui eos deserunt, qui pro defendenda pietate certamina suscipiunt, itemque de iis, qui eos adjuvant.*
67. *De iis, qui morientium causa, misere mœrore se affligunt.*
68. *De differentia, quæ est inter vitam hanc & futuram.*
69. *De iis, quæ simul & conjunctim a sanctis literis vel vetantur, vel etiam jubentur.*
70. *De iis, quibus Evangelii prædicatio committitur: & quando, & quos, & quid docere, & quomodo ante corrigere seipsos debeant, qui tales sunt: & quomodo in prædicatione libere & fortiter agere, quomodove eorum qui sibi crediti sint, commodis & saluti providere, & cujusmodi animi affectione, & in cujusmodi studiis versari: & quomodo castos se ab iis vitiis conservare, quæ ut plurimum ejusmodi hominum generi solent esse adjuncta: & quos docendos susceperint, ad cujusmodi mensuram eos perducere, quomodove reluctantes inducere: & quomodo iis auscultare, qui propter metum aliquem eorum prædicationem recusant, quomodoque item ab iis recedere qui ipsam*

ex

ex improbitate nolunt admittere, & quomodo aliquos designare, vel designatos jam improbare: oportereque unumquemque qui cæteris præsit, obnoxium se esse existimare ad reddendam iis qui ejus curæ crediti sint, rationem de omnibus quæ faciant, & dicant.

71. *De iis quæ conjunctim præcepta sunt iis, qui aliis præsunt.*

72. *Qua ratione debeant ii, qui docentur, spirituales magistros discernere ab iis qui tales non sunt, quomodove erga ipsos esse animati, vel quomodo quæ ab ipsis dicantur, suscipere.*

73. *De iis, qui matrimonio conjuncti sunt.*

74. *De viduis.*

75. *De servis & dominis.*

76. *De filiis & parentibus.*

77. *De virginibus.*

78. *De iis, qui militiæ operam dant.*

79. *De principibus & subjectis.*

80. *Cujusmodi in universum ratio, esse Christianos, postulet, & cujusmodi eos, qui aliis præsunt.*



INITIUM



INITIUM MORALIUM.

REGULA PRIMA.

Quod oportet credentes Domino primum pœnitentiam agere, juxta prædicationem Johannis, & ipsius Domini nostri Jesu Christi. Quippe illi qui nunc pœnitentiam non agunt, ipsi gravius condemnantur, quam ii qui ante evangelium fuerunt condemnati.

CAPUT PRIMUM.

Matth. 4. 17. EXINDE cœpit Jesus prædicare & dicere: pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum.
Matth. 11. 2. Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quod non egissent pœnitentiam. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere desidentes, pœnitentiam egissent. Verumtamen Tyro & Sidoni remissius erit in die judicii, quam vobis, &c.

Quod præsens tempus, pœnitentiæ & veniæ peccatorum tempus sit: in futuro vero sæculo erit justum judicium remunerationis.

CAPUT II.

Marc. 2. 10. UT autem sciatis quod potestatem habet filius hominis in terra dimittendi
Matth. 18. 18. peccata, ait: Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta in cælo. Iterum: amen dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo qui in
Joan. 5. 28. cælis est... Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem ipsius: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in
Rom. 2. 4. resurrectionem judicii.... An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis, & justi judicii Dei, qui reddet unicuique se-
Act. 17. 11. cundum opera ejus. Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus omnibus, ut pœnitentiam agant; eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem.

Quod pœnitentiam agentes oporteat amare flere, & reliqua quæ pœnitentiæ propria sunt, ex corde proferre. Matth. 26. 14.

CAPUT III.

ET recordatus est Petrus verbi Jesu, qui dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amare..... Sed qui consolatur humiles consola- 2. Cor. 7. 6. & seq.
tus est nos in adventu Titi. Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me. Et paulo post, Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis effecit sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam: in omnibus vos exhibuistis incontaminatos esse negotio..... Multique credentium veniebant, Act. 19. 18.
confitentes & annuntiantes actus suos: multi etiam ex eis qui curiosa exercuerant, alios libros combusserunt coram ipsis.

Quod illud non satis sit pœnitentibus, si tantummodo recesserint a peccatis, sed eis opus esse, ut fructus pœnitentiæ dignos ferant.

CAPUT IV.

VIDENS autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad Matth. 3. 7.
baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne vobis libeat dicere intra vos ipsos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: Jam enim & securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.

Quod

Quod post discessum ex hac vita, non est tempus recte factorum: quandoquidem Deus præsens tempus in lenitate impertivit ad facienda ea, quibus gratia ipsius conciliatur.

CAPUT V.

Matth. 25. 1. TUNC simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso. Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ: quæ fatuæ acceptis lampadibus suis non sumserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus suis. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt, media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt vero prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissime autem veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Luc. 13. 24. Amen dico vobis, nescio vos.... Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: & respondens 2. Cor. 6. 2. dicet vobis: Nescio vos unde sitis..... Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem, ne vituperetur ministerium. Sed in omnibus exhibentes nosmetipsos sicut Dei mini- Gal. 6. 10. stros.... Ergo dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes.

REGULA II.

Quod fieri nequit, ut is qui sese etiam negotiis a pietate alienis immiscet, Deo serviat.

CAPUT I.

Matth. 6. NEMO potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire 2. Cor. 6. 14. & mammonæ..... Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christo ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis?

Quod oportet eum qui evangelio obedit, primum purgari ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut sic acceptus fiat Deo in perpetrandis sanctimoniæ operibus.

CAPUT II.

VÆ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, Matth. 23. 25. quia mundatis externam poculi patinæque partem, intrinsecus autem plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, munda prius quod est intra poculum & patinam, ut & exteriores ipsorum partes puræ fiant..... Has ergo habentes promissio- 2. Cor. 7. 1. nes, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

Quod impossibile est discipulum Domini fieri eum qui re aliqua præsenti afficitur, aut aliquid tolerat, quod se vel modice a Dei mandato avocet.

CAPUT III.

QUI amat patrem aut matrem plu- Matth. 10. 37. squam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam plusquam me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.... Si quis vult post me venire, abneget seme- Matth. 16. 24. tipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim vult animam suam salvam facere, perdet eam.

REGULA III.

Quod primum & magnum mandatum in lege a Domino declaratum sit illud esse, Deum diligere ex toto corde: secundum vero, diligere proximum sicut seipsum.

CAPUT I.

AIt illi Jesus, Diliges Dominum Deum Matth. 22. 37. tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile, istud est: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Quod argumentum sit quod quis Deum non diligat, & ipsius Christum, si ipsius mandata non servat: dilectionis autem testificatio est mandatorum Christi observatio in tolerandis usque ad mortem afflictionibus, quæ illius causa eveniunt.

CAPUT II.

QUi habet mandata mea, & servat ea, Johan. 14. 21. & 24. ille est qui diligit me. Qui non diligit me, sermones meos non servat.... Si Johan. 15. 10. præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris mei

mei servavi, & maneo in ejus dilectione.... A

Rom. 8. 35. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Psal. 43. 22. sicut scriptum est: Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis: sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos, &c.

REGULA IV.

Quod is honore & gloria afficit Deum, qui voluntatem illius efficit: & contra contumelia, qui legem illius violat. B

CAPUT I.

Joban. 17. 4. EGO te glorificavi super terram; opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam..... Matth. 5. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.....
Philip. 1. 10. Ut sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructibus justitiæ, qui sunt per Jesum Christum, in gloriam & laudem Dei...
Rom. 2. 23. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem C legis Deum inhonoras.

REGULA V.

Quod oportet ab omni odio erga omnes purum esse, & inimicos diligere: pro amicis vero animam ponere, ubi necessitas vocarit; & talem habere dilectionem, qualem habuit erga nos Deus, & Christus ipsius.

CAPUT I.

Matth. 5. 41. AUDISTIS quod dictum est antiquis, D Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Ibid. 48. Et paulo inferius, Eritis ergo vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est... Joban. 3. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.... Joban. 15. 12. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis....
Luc. 6. 35. Et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors E
Rom. 5. 8. est... Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quod cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est....
Ephes. 5. 1. Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo.

Quod certa nota discipulorum Christi mutua est in ipso dilectio.

CAPUT II.

IN hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Joan. 13. 35.

Quod evidens argumentum sit aliquem charitatem Christi in proximum non habere, si quidpiam peragit, quod noceat, aut molestiam ei afferat ad fidei excisionem: tametsi id quod efficitur, ratione quadam speciali a Scriptura concessum est.

CAPUT III.

SI enim propter cibum frater tuus contristatur: Rom. 14. 15. jam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

Quod Christianus eum etiam qui adversus ipsum male afficitur, omni modo & quantum in se est, delinire debeat.

CAPUT IV.

SI ergo offers munus tuum ad altare, & Matth. 5. 23. ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius, reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum..... Cum maledicimur, benedi- 1. Cor. 4. 12. cimus: cum persecutionem patimur, sustinemus: cum blasphemamur, obsecramus.

Quod is qui dilectionem secundum Christum habet, eum etiam quem diligit, quandoque molestia afficit ad ipsius utilitatem.

CAPUT V.

ET nunc vado ad eum, qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos..... Ita ut magis gauderem: quoniam 2. Cor. 7. 7. etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet, etsi me pœnituisset. Video enim quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit. Nunc gaudeo, non quod contristati estis, sed quod contristati estis ad pœnitentiam. Contristati estis enim secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

RE

REGULA VI.

Quod intrepide ac sine ulla verecundia libere agere oporteat in confessione Domini nostri Jesu Christi & doctrinæ ejus.

CAPUT I.

Matth. 10. 27. QUod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aurem audivistis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam..... Omnis ergo qui confitebitur B
Ibid. 32. me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis..... Nam
Luc. 9. 26. qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum angelorum..... Noli itaque erubescere testi-
2. Tim. 1. 8. monium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio, ut bonus miles Christi.

REGULA VII.

Quod licet quis videatur Dominum confiteri, C & ejus sermones auscultet: is tamen si ejus mandatis non pareat, condemnatus est, licet aliquo Dei consilio permissum sit, ut fuerit donis spiritualibus ornatus.

CAPUT I.

Matth. 7. 21. NOn omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui est in cælis... Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? & in nomine tuo dæ- D monia ejecimus? Et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Numquam novi vos, discedite a me, qui
Luc. 6. 46. operamini iniquitatem: & cætera..... Quid autem vocatis me Domine, Domine, &
Tit. 1. 16. non facitis quæ dico? &c.. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant; cum sint abominabiles, & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi.

REGULA VIII.

Quod non oportet ambigere & dubitare de iis E quæ a Domino dicuntur: sed persuaderi omne Dei verbum, verum esse ac possibile, etsi natura repugnat. Hic enim situm est fidei certamen.

CAPUT I.

Matth. 14. 25. QUarta autem vigilia noctis venit Jesus ad eos ambulans super mare: & videntes eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Phantasma est: & præ timore clamaverunt. Statimque Jesus loquutus est eis dicens: Habete fi-

A duciam. Ego sum, nolite timere. Respondens autem illi Petrus, dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. Et ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navi, ambulabat super aquas, ut veniret ad Jesum. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti?.... Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem ad Joan. 6. 53.
manducandum? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis..... Ait autem ad il- Luc. 1. 13.
lum Angelus: Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua: & Elizabeth uxor tua pariet tibi filium. Et paulo post. v. 18.
Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex: & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare: Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.... Et Rom. 4. 19.
non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum jam emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam vulvam Sarræ. In promissione vero Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide: dans gloriam Deo, plenissime sciens quod quodcumque promisit, potens est & facere: ideo & reputatum est illi ad justitiam.

Quod qui in minoribus non credit Domino, eum constat longe magis in majoribus ipsi fidem non habere.

CAPUT II.

SI terrena dixi vobis, & non creditis; Joan. 3. 12.
quomodo si dixero vobis cælestia credetis?..... Qui fidelis in minimo est, & in mul- Luc. 16. 10.
to fidelis est: & qui in minimo iniquus est, & in multo iniquus est.

Quod non oportet quemquam suis ratiocinationibus niti ad ea quæ a Domino dicuntur reprobanda: sed nosse debet Domini verba fide esse digniora quam suam ipsius persuasionem.

CAPUT III.

TUnc dicit illis Jesus: Omnes vos scan- Matt. 26. 31.
dalum patiemini in me in ista nocte. Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Ait illi Jesus: Amen dico tibi in hac nocte antequam gallus cantet,

Ibid. v. 21. ter me negabis.... Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis: & edentibus illis, dixit eis: Dico vobis, quod unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere ei: Numquid *Act. 10.13.* ego sum Domine?.... Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Absit Domine, quia numquam manducavi quidquam commune, aut immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quæ Deus purificavit, tu com- *2. Cor. 10.5.* munia ne dixeris..... Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

REGULA IX.

Quod non oportet quemquam negligentem esse in his cognoscendis, quæ officii sui sunt: sed debet Domini verba attente audita intelligere, & voluntatem ejus facere.

CAPUT I.

Matth. 15. 15. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At Jesus dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Nondum intelligitis quod omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant *Matth. 13. 19.* hominem.....Cum quivis audit sermonem regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est qui secus viam seminatus est.... Et paulo post, Qui autem in terram bonam seminatus est, hic est qui audit sermonem, & intelligit: qui denique fructum affert & facit, alius quidem centesimum, alius autem sexagesimum, alius vero tricesimum........ Et advocans totam turbam, dicebat illis: *Marc. 7. 14.* Audite me, & intelligite.... Videte itaque *Ephes. 5. 15.* quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

Quod in rebus minime ad nos pertinentibus, nullomodo debemus curiosi esse.

CAPUT II.

Joan. 13. 27. Et post buccellam introivit in eum satanas. Et dicit ei Jesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixit ei.... Igitur qui con- *Act. 1. 6.* venerant, interrogabant eum dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua ipsius potestate.

Quod proprium est eorum, qui de ineunda cum Deo gratia solliciti sunt, de rebus ad officium ipsorum pertinentibus percontari.

CAPUT III.

Et accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.... Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?... Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab Ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?.... Et paulo post, Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid faciemus? Erant autem cum publicani, tum milites.... His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? *Matth. 13. 36. Matth. 19. 16. Luc. 3. 7. Ibid. v. 10. Act. 2. 37.*

Quod curandum sit ei qui interrogatur, ut recte & præclare respondeat.

CAPUT IV.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi: Recte respondisti; fac hoc & vives..... Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo vos oporteat unicuique respondere. *Luc. 10. 25. Coloss. 4. 6.*

Quod gravius est judicium eorum qui noverunt, nec tamen faciunt: licet a periculo non vacet, cum quis per ignorantiam peccat.

CAPUT V.

Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis: Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc. 12. 47.*

REGULA X.

Quod finis peccati, mors.

CAPUT I.

Qui incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum..... Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Et paulo post, Stipendia peccati mors...... Stimulus autem mortis, peccatum. *Joan. 3. 36. Rom. 6. 20. & seq. 1. Cor. 15. 56.*

Quod

Quod finis mandati Dei, est vita æterna.

CAPUT II.

Joan. 8. 51. Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.... Sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quod mandatum ejus vita æterna est..... Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero, vitam æternam. (Joan. 12. 49. — Rom. 6. 22.)

REGULA XI.

Quod non sunt contemnenda Dei judicia, sed timenda: licet debita pœna non statim subsequatur.

CAPUT I.

Matt. 5. 10. 28. Luc. 12. 45. Sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.... Quod si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere servos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus servi illius, in die in qua non sperat, & hora qua nescit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet..... Vide, sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat... Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. (Joan. 5. 14. — Ephes. 5. 6.)

Quod qui propter priora peccata correptus fuit, & veniam consequutus est, si rursum peccarit, sibi ipsi iræ judicium priore gravius parat.

CAPUT II.

Joan. 5. 14. Vide, sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Quod cum quipiam in judicium iræ Dei inciderint, cæteri metu perculsi erudiri & corrigi debeant.

CAPUT III.

Luc. 13. 1. Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificiis eorum. Et respondens Jesus dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non; dico vobis: sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quod ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem? Non: dico vobis:

A sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis...... Audiens autem Ananias hæc verba, cadens expiravit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt hæc...... Neque murmuretis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. (Act. 5. 5. — 1. Cor. 10. 10.)

B *Quod quis plerumque ipsis etiam nequitiæ operibus pœnæ loco traditur, ob præcedentem impietatem.*

CAPUT IV.

Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt..... Eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent, ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. (Rom. 1. 28. — 2. Thes. 2. 10.)

C *Quod multitudo peccatorum nequaquam placat Deum: sed is qui ipsi acceptus est: sive vir, sive mulier sit.*

CAPUT V.

In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra; & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Saraphtha Sidonis ad mulierem viduam..... Nolo enim vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari: & omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum spiritalem biberunt. (Bibebant enim de spiritali sequente eos petra, petra autem erat Christus). Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. (Luc. 4. 25. — 1. Cor. 10. 1.) D

REGULA XII.

E *Quod omnis contradictio, etiamsi ex amico ac pio affectu oriatur, a Domino abalienat contradicentem: quodque Verbum Domini cum omni certitudine suscipiendum est.*

CAPUT I.

Et cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. (Joan. 13. 5.)

Digitized by Google

num. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habes partem mecum.

Quod non oportet traditiones humanas sequi, ita ut mandatum Dei irritum faciamus.

CAPUT II.

Marc. 7. 5. DEinde interrogant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem seniorum, sed illotis manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis: Bene prophetavit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: B Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum; relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, &c.

Quod omnia prorsus servanda sunt, quæ a Domino per Evangelium & Apostolos fuerunt tradita.

CAPUT III.

Matt. 28. 19. EUntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis...... Erant autem
Luc. 1. 6. justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela...... Qui vos audit, me audit: qui
Luc. 10. 16. autem vos spernit, me spernit...... Itaque
2. Thes. 2. 14. fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam tamquam per nos.

Quod nemo debet suam ipsius voluntatem voluntati Domini præponere: sed in omni re Dei voluntatem quærere, & exsequi.

CAPUT IV.

Joan. 5. 30. QUia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me Patris.... Et positis genibus, oravit dicens: Pa-
Luc. 22. 41. ter, si vis, transfer calicem istum: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat...... In
Ephes. 2. 3. quibus & nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum nostrarum: & eramus natura filii iræ sicut & cæteri.

REGULA XIII.

Quod oportet quemque semper sobrium esse, & ad Dei opera sedulo perficienda paratum, dilationis periculum agnoscentem.

CAPUT I.

Luc. 12. 35. SInt lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut cum venerit, & pulsaverit, A confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quod si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet, &c...... De temporibus autem, & momen- 1. Thes. 5. 1.
tis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis: ipsi enim diligenter scitis, quod dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Et Ibid. v. 6.
paulo post. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus.

Quod omne tempus debet reputari opportunum, ad ea studiose agenda, quæ Deo placent.

CAPUT II.

ME oportet operari opera ejus, qui mi- Joan. 9. 4.
sit me, donec dies est...... Itaque Philip. 2. 12.
C charissimi mei, sicut semper obedistis non ut in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.

REGULA XIV.

Quod res quæ inter se non conveniunt, non sunt miscendæ: sed singulorum quæ fiunt aut dicuntur, proprium tempus agnoscendum est.

CAPUT I.

D TUnc accedunt ad eum discipuli Joan- Matth. 9. 14.
nis, dicentes: Quare nos & Pharisæi jejunamus frequenter; discipuli autem tui non jejunant? Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus, &c...... Itaque, fratres, non Gal. 4. 31. & 5. 1.
sumus filii ancillæ, sed liberæ: In libertate igitur qua Christus nos liberavit, state, & nolite iterum jugo servitutis contineri. E

REGULA XV.

Quod non oportet spe in bonis aliorum operibus reposita, officium suum negligere.

CAPUT I.

FAcite ergo fructus dignos pœnitentiæ; Matth. 3. 8.
& ne velitis dicere intra vosipsos: Patrem habemus Abraham.

RE-

REGULA XVI.

Quod nihil juvantur qui simul vivunt cum eis qui Deo placent, nec tamen animum suum virtutibus ornant: tametsi eodem modo atque ipsi vivere videntur.

CAPUT I.

Matth. 25. 1. TUnc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso. Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quæ erant fatuæ, acceptis lam- B padibus suis, non sumserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt in suis vasis eum lampadibus suis. Hæc paulo post subjungit de fatuis. Postea vero veniunt reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine, aperi
Luc. 17. 34. nobis. At ille respondens ait: Dico vobis, nescio vos.... Dico vobis; in illa nocte erunt duo in lecto uno; unus assumetur, & alter relinquetur. Erunt duæ molentes in unum; una assumetur, & altera relinquetur. Et respondentes dicunt illi: Ubi Domine? Qui dixit illis: Ubicumque fuerit corpus, illuc C congregabuntur & aquilæ.

REGULA XVII.

Quod cum per proprietates nobis a Scriptura indicatas agnovimus quale sit instans tempus, debemus hac conjectatione facta res nostras ad illud accommodare.

CAPUT I.

Matth. 24. 32. ABarbore autem fici discite parabolam: Cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, scitis quod prope est æstas. Ita D & vos cum videritis hæc omnia, scitote quod
Luc. 12. 54. prope est in januis.... Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit. Et cum austrum flantem, dicitis: Quod æstus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare, hoc au-
1. Cor. 7. 29. tem tempus quomodo non probatis? ..... Jam tempus breve est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc E mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

REGULA XVIII.

Quod mandata Dei eo modo fieri debent, prout Dominus præcepit: qui enim in modo ea faciendi offendit, licet mandatum exsequi videatur, reprobus est apud Deum.

CAPUT I.

Luc. 14. 12. DIcebat autem & ei, qui se invitaverat: Cum facis prandium, aut cœ- A nam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos divites, ne forte & ipsi te reinvitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non possunt retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.

Quod non oportet Dei mandatum facere ad humanam gratiam conciliandam, aut propter ullam aliam affectionem: sed in omnibus hunc scopum habere, ut placeat Deo, & detur Deo gloria.

CAPUT II.

ATtendite, ne eleemosynam vestram Matth. 6. 1.
faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habetis apud Patrem vestrum, qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere coram hominibus, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam, & cætera.... Sive ergo man- 1. Cor. 10. 31.
ducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis; omnia in gloriam Dei facite...... Sed sicut 1. Thess. 2. 4.
probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiæ: Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.

Quod Domini mandata & coram Deo, & coram hominibus cum conscientia & bono studio perficienda sunt: qui enim non sic facit, condemnatus est.

CAPUT III.

VÆ vobis Scribæ & Pharisæi hypocri- Matth. 23. 25.
tæ, quia mundatis externam poculi patinæque partem: intus autem plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, munda prius internam poculi & patinæ partem, ut & exteriores hujus partes puræ evadant....... Qui tribuit in simplicitate..... Om- Rom. 12. 8. Philip. 2. 14.
nia facite sine murmurationibus & disceptationibus....... Finis autem præcepti est 1. Tim. 1. 5. & 19.
charitas de corde puro, & conscientia bona..... Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, naufragium fecerunt circa fidem.

Quod propter æquam minorum administrationem ex justo judicio retribuantur majora.

CAPUT IV.

EUge serve bone & fidelis, super pauca Matth. 25. 21.
fuisti fidelis, super multa te constituam:

tuam : intra in gaudium domini tui. Et pau-
Ibid. v. 19. cis post interjectis : Omni enim habenti da-
Luc. 16.11. bitur, & abundabit : ab eo vero qui non ha-
bet, & quod habet, auferetur...... Si ergo
in iniquo mammona fideles non fuistis : quod
verum est, quis credet vobis? Et si in alie-
no fideles non fuistis: quod vestrum est quis
dabit vobis?

Quod Domini mandata cum inexplebili desiderio sunt peragenda, semper ulterius festinando.

CAPUT V.

Matth. 5.6. BEati qui esuriunt & sitiunt justitiam.....
Philip. 3.13. Fratres, ego me nondum arbitror com-
prehendisse. Unum autem, quæ quidem
retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ prio-
ra sunt extendens meipsum, juxta scopum
persequor ad bravium supernæ vocationis in
Christo Jesu.

Quod mandata Dei ita fieri debent, ut quantum in faciente situm est, omnes illuminentur, & gloria afficiatur Deus.

CAPUT VI.

Matth. 5.14. VOs estis lux mundi. Non potest civitas
abscondi supra montem posita: neque
accendunt lucernam, & ponunt sub modio,
sed super candelabrum, & lucet omnibus qui
in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram
hominibos, ut videant opera vestra bona,
& glorificent patrem vestrum qui in cælis
Luc. 8. 16. est...... Nemo autem accendens lucernam,
operit eam vase, aut subter lectum ponit,
sed super candelabrum, ut intrantes videant
D lumen...... Ut sitis sinceri, & sine offensa in
Philip. 1.10. diem Christi, repleti fructibus justitiæ, per
Jesum Christum in gloriam & laudem Dei.

REGULA XIX.

Quod is impediri non debet qui Dei voluntatem facit: sive ex Dei præcepto, sive ex ratione mandato pareat: Neque faciens debet morem gerere impedientibus, licet sint necessitudine conjuncti, sed in sua sententia perseverare.

CAPUT I.

Matth. 3.13. TUnc venit Jesus a Galilæa in Jordanem
ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.
Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego
opus habeo, ut a te baptizer, & tu venis ad
me? Respondens autem Jesus, dixit ei: sine
modo: sic enim decet nos implere omnem
Matth. 16. 21. justitiam, &c....... Exinde cœpit Jesus osten-
dere discipulis suis, quod oportet eum ire
Jerosolymam, & multa pati a senioribus, &
principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi,
& tertia die resurgere : & apprehendens eum
A Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Pro-
pitius tibi sis Domine : non erit tibi hoc.
Qui conversus, dixit Petro : Vade post me
satana, scandalum es mihi, quia non sapis
ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum......
Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos. Marc. 10. 13.
Discipuli autem increpabant offerentes. Vi-
dens autem Jesus, indigne tulit, & ait illis:
sinite parvulos venire ad me, & ne prohibu-
eritis eos; talium est enim regnum cælo-
rum...... Et cum moraremur per dies plures, Act. 21.10.
advenit quidam a Judæa propheta, nomine
B Agabus. Is cum venisset ad nos, tulit zo-
nam Pauli : & alligans sibi pedes & manus,
dixit : Hæc dicit Spiritus sanctus : Virum,
cujus est zona hæc, sic alligabunt in Jerusa-
lem Judæi : & tradent in manus Gentium.
Cum autem audissemus hæc, rogabamus &
nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet
Jerosolymam. At respondit Paulus : Quid
facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego
enim non solum alligari, sed & mori paratus
sum pro nomine Domini Jesu. Et cum ei
non suaderetur, quievimus, dicentes: Do-
C mini voluntas fiat...... Qui & Dominum oc- 1. Thes. 2. 15.
ciderunt Jesum, & suos Prophetas, & nos
persequuti sunt, & Deo non placent, & om-
nibus hominibus adversantur, prohibentes
nos Gentibus loqui, ut salvi fiant, ut im-
pleant peccata sua semper : pervenit autem
ira super illos usque in finem.

Quod is qui conficit Dei mandatum animo non sincero, & tamen in speciem sinceritatem doctrinæ Domini servat, non prohibendus est; propterea quod quantum per rem ipsam licet, nemo læditur : imo vero aliqui interdum ab ipso juvantur; admonendus tamen est, ut mentem habeat recte factis dignam.

CAPUT II.

CUm ergo facis eleemosynam, noli tuba Matth. 6.2.
canere ante te, sicut hypocritæ fa-
ciunt in synagogis, & in vicis, ut honorifi-
centur ab hominibus. Amen dico vobis, re-
cipiunt mercedem suam. Te autem facien-
te eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid
faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in
E abscondito, & pater tuus qui videt in abscon-
dito, ipse reddet tibi in propatulo. Et de pre-
catione similiter...... Respondit autem ei Jo- Marc. 9. 37.
annes dicens : Magister vidimus quemdam
in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non
sequitur nos, & prohibuimus, quia non se-
quitur nos. Jesus autem ait : Nolite prohi-
bere eum. Nemo est enim qui faciat virtu-
tem in nomine meo, & possit cito male lo-
qui de me. Qui enim non est adversum nos,
pro nobis est...... Quidam quidem & propter Philip. 1.15.
invidiam, & contentionem, quidam autem
& propter bonam voluntatem Christum
præ-

Digitized by Google

prædicant : quidam ex charitate, scientes quod in defensionem Evangelii positus sum : quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes se pressuram suscitare vinculis meis. Quid enim? Attamen omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntiatur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

REGULA XX.

Quod Domino credentes baptizari debent in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

CAPUT I.

Matth. 28. 19. Joan. 3. 5. & 5. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti...... Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.... Et rursus: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Quæ sit ratio aut vis baptismatis? nempe ut baptizatus & mente & sermone & actione mutetur, atque per virtutem sibi datam C *fiat idipsum, quod est illud ex quo natus est.*

CAPUT II.

Joan. 3. 6. Quod natum est ex carne, caro est : & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quod dixi tibi : Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, & quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu......
Rom. 6. 11. Moriamini quidem peccato, vivatis autem
Ibid. v. 3. Deo in Christo Jesu..... Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in mortem ipsius baptizati sumus. Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem : ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, nimirum & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato...... In quo & circumcisi estis E
Coloss. 2. 11. circumcisione non manufacta, in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & simul resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis......
Galat. 3. 27. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus, non est servus, neque liber : non est masculus, & femina. Omnes
Coloss. 3. 9. enim vos unum estis in Christo Jesu...... Exspoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, qui renovatur

A in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum : ubi non est Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus, Scytha, servus, liber : sed omnia, & in omnibus Christus.

REGULA XXI.

Quod necessaria etiam ad vitam æternam sit participatio corporis & sanguinis Christi.

CAPUT I.

B Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & reliqua. Joan. 6. 54.

Quod qui accedit ad communionem non considerata hac ratione secundum quam corporis & sanguinis Christi participatio datur, is nullam ex ea utilitatem capiat : & quod qui indigne assumit, condemnatus sit.

CAPUT II.

Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Et paulo inferius. Sciens autem Jesus apud semetipsum, quod murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis : Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Caro non prodest quidquam, spiritus est qui vivificat. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt...... Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit hunc Domini calicem indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice illo bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ibidem. Ibid. v. 62. 1. Cor. 11. 27. D

Qua ratione manducandum sit corpus Domini, & sanguis bibendus in commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem; ut qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

CAPUT III.

Et accepto pane cum gratias egisset, fregit & dedit eis dicens : Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur : hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis funditur...... Quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratiis actis, fregit, & dixit : Accipite, manducate : hoc est corpus meum, Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 23.

quod

quod pro vobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem. A Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem huoc, & hunc calicem bibetis, mottem Domini annuntiabitis donec veniat..... 2 Cor. 5. 14. Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, ut multi fiant unum B corpus in Christo...... 1 Cor. 10. 16. Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus. Omnes enim de uno pane participamus.

Quod hymnis laudandus sit Dominus, ab eo qui sancta participat.

CAPUT IV.

Matth. 26. 26. EDentibus autem illis, accepit Jesus panem, & cum gratias egisset, fregit, C deditque discipulis, & quæ sequuntor. Quibus adjungit. Ibid. v. 30. Et hymno dicto, exierunt in montem olivarum.

REGULA XXII.

Quod peccatum cum perpetratur, abalienat a Domino: conciliat vero & adjungit diabolo.

CAPUT I.

Joan. 8. 34. AMen, amen dico vobis: quod omnis qui facit peccatum, servus est peccati..... D Ibid. v. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere..... Rom. 6. 20. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.

Quod necessitudo cum Domino non in carnis conjunctione noscitur, sed in studio divinæ implendæ voluntatis perficitur.

CAPUT II.

Joan. 8. 47. QUi ex Deo est, verba Dei audit....... Luc. 8. 20. Et nuntiatum est illi, dictumque: Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens dixit ad E eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui Verbum Dei audiunt, & faciunt....... Joan. 15. 14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis...... Rom. 8. 14. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.

REGULA XXIII.

Quod qui præter voluntatem trabitur a peccato, is intelligere debet, se ab alio peccato, prius a se commisso constrictum teneri, cui sponte inserviens, tandem rapitur ab ipso etiam ad ea quæ non vult.

CAPUT I.

SCimus enim quod lex spiritualis est, ego Rom. 7. 14. autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quod bona est. Nuoc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum, non invenio. Non enim quod volo facio bonum: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo ego illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

REGULA XXIV.

Quod non mendacium, sed verum in omnibus dicendum.

CAPUT I.

SIt autem sermo vester, est, est: non, Matth. 5. 37. non: quod autem his abundantius est, a malo est...... Deponentes mendacium, loquimini Ephes. 4. 25. veritatem unusquisque cum proximo suo......... Nolite mentiri invicem. Coloss. 3. 9.

REGULA XXV.

Quod quæstiones inutiles & contentiosæ non sunt faciendæ.

CAPUT I.

HÆc commone, testificans coram Domino: 2 Tim. 2. 14. Noli contendere verbis ad nullam utilitatem, ad subversionem audientium....... Ibid. v. 23. Stultas autem & sine disciplina quæstiones devita, sciens quod generant lites.

Quod non sunt proferenda verba otiosa, quæ nihil utilitatis afferant. Etenim loqui aut etiam facere ipsum bonum non ad ædificationem fidei, id sanctum Dei spiritum tristitia afficit.

CAPUT II.

DIco autem vobis, quod de omni verbo Matth. 12. 36. otioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii....... Ephes. 4. 29. Omnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut

det

det gratiam audientibus. Et nolite contri- A
ſtare Spiritum ſanctum Dei : in quo obſigna-
ti eſtis in diem redemtionis.

REGULA XXVI.

Quod verbum omne aut res teſtimonio divinæ Scripturæ obfirmanda ſunt ad integram bonorum perſuaſionem, & ad malorum verecundiam.

CAPUT I.

Matth. 4. 3. ET accedens ad eum tentator dixit : Si fi-
lius Dei es, dic ut lapides iſti panes B
fiant. Qui reſpondens dixit, Scriptum eſt;
Non in ſolo pane vivet homo, ſed in omni
Act. 2. 4. verbo, quod procedit de ore Dei..... Et re-
pleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt
loqui aliis linguis, prout Spiritus ſanctus da-
Ibid. v. 12. bat eloqui illis...... Stupebant autem omnes,
& mirabantur ad invicem, dicentes : Quid-
nam vult hoc eſſe? Alii autem irridentes di-
cebant : Muſto pleni ſunt iſti. Stans autem
Petrus cum undecim, levavit vocem ſuam,
& loquutus eſt eis : Viri Judæi, & qui habi-
tatis Jeruſalem univerſi, hoc vobis notum C
ſit, & auribus percipite verba mea. Non
enim ſicut vos putatis, hi ebrii ſunt, cum
ſit hora diei tertia : Sed hoc eſt, quod dictum
eſt per prophetam Joel : Et erit in noviſſimis
diebus, dicit Deus, effundam de Spiritu
meo ſuper omnem carnem, & propheta-
bunt, & quæ ſequuntur.

Quod oportet etiam iis quæ in natura ac conſuetudine vitæ nota ſunt, uti, ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.

CAPUT II.

Matth. 7. 15. ATtendite a falſis prophetis, qui ve-
niunt ad vos in veſtimentis ovium, in-
trinſecus autem ſunt lupi rapaces : a fructi-
bus eorum cognoſcetis eos. Numquid colli-
gunt de ſpinis uvam, aut de tribulis ficus?
ſic omnis arbor bona fructus bonos facit : pu-
trida autem arbor fructus malos facit, &
Luc. 5. 30. cætera..... Et murmurabant Scribæ eorum &
Phariſæi, dicentes ad diſcipulos ejus : Qua-
re cum publicanis & peccatoribus manduca-
tis & bibitis? Et reſpondens Jeſus dixit ad E
illos : Non egent qui ſani ſunt medico, ſed
2. Tim. 2. 4. qui male habent...... Nemo militans impli-
cat ſe vitæ negotiis ut ei qui ſe in militiam
delegit, placeat. Quod ſi certet etiam ali-
quis, non coronatur niſi legitime certa-
verit.

REGULA XXVII.

Quod non debemus fieri ſimiles eis qui a Domini doctrina ſunt alieni : contra, quod oportet imitari Deum & ſanctos ejus pro data nobis ab illo facultate.

CAPUT I.

SCitis quod principes gentium dominen- *Matth. 20. 25.*
tur illis : & qui magni ſunt poteſtatem
exerceant in eas. Non ita erit inter vos, ſed
quicumque voluerit inter vos primus fieri,
erit veſter miniſter. Et qui voluerit inter
vos primus eſſe, erit veſter ſervus : ſicut fi-
lius hominis non venit ut miniſtraretur ſibi,
ſed ut miniſtraret, & daret animam ſuam
redemtionem pro multis....... Nolite confor- *Rom. 12. 2.*
mari huic ſæculo, ſed transformamini per
renovationem mentis veſtræ, ut probetis
quæ ſit voluntas Dei....... Imitatores mei *1. Cor. 11. 1.*
eſtote, ſicut & ego Chriſti.

REGULA XXVIII.

Quod non oportet temere & inconſiderate abripi & attrahi ab iis qui ſimulant veritatem: ſed ex dato nobis a Scriptura ſigno unumquemque cognoſcere.

CAPUT I.

ATtendite a falſis prophetis, qui ve- *Matth. 7. 15.*
niunt ad vos in veſtimentis ovium,
intrinſecus autem ſunt lupi rapaces : a fru-
ctibus eorum cognoſcetis eos..... In hoc co- *Joan. 13. 35.*
gnoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi
dilectionem mutuam habueritis inter vos.... *1. Cor. 12. 3.*
Ideo notum vobis facio, quod nemo in ſpi-
D ritu Dei loquens, dicit anathema Jeſum.

REGULA XXIX.

Quod debet unuſquiſque profeſſionem ſuam per ſua opera confirmare.

CAPUT I.

IPſa opera, quæ ego facio, teſtimonium *Joan. 5. 36.*
perhibent de me, quod Pater miſerit
me...... Si non facio opera Patris mei, ne cre- *Joan. 10. 37.*
datis mihi : ſi vero facio, etſi non creditis
mihi, operibus meis credite, ut cognoſca-
tis, & credatis quod Pater in me eſt, & ego
in Patre...... Nullam in ulla re dantes offen- *2. Cor. 6. 3.*
ſionem, ut non vituperetur miniſterium.
Sed in omnibus exhibentes noſmetipſos ſicut
Dei miniſtros in multa patientia, in tribu-
lationibus, &c.

REGULA XXX.

Quod res ſacræ per admiſtionem eorum quæ communi uſui deſtinantur non ſunt profanandæ.

CAPUT I.

ET intravit Jeſus in templum Dei, & *Matth. 21. 12.*
ejecit omnes vendentes & ementes in

templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit: & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum..... Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent?..... Si quis esurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis.

1. Cor. 11. 22.

Ibid. v. 14.

Quod id quod Deo dicatum est, tamdiu velut sanctum honorandum sit, quamdiu voluntas Dei in ipso conservatur.

CAPUT II.

Matth. 23. 37. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.

REGULA XXXI.

Quod res assignatæ iis qui Deo se consecrarunt, in alios non sint insumendæ: nisi si quid superfit superfluum.

CAPUT I.

Marc. 7. 26. Erat autem mulier Gentilis Syrophœnissa genere, & rogabat eum ut dæmonium ejiceret de filia sua. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & projicere catellis. At illa respondit, & dixit illi: Utique Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium de filia tua.

REGULA XXXII.

Quod ex æquo & bono unicuique reddi debent quæ sua sunt.

CAPUT I.

Luc. 20. 21. Et interrogaverunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis, & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem, & inscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt

Rom. 13. 7. Dei, Deo..... Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.

REGULA XXXIII.

Quod scandalum non sit dandum.

CAPUT I.

Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria ad collum ejus, & demergatur in profundum maris. Et rursus: Væ homini illi, per quem scandalum venit..... Sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Matth. 18. 6. Ibid. v. 7. Rom. 14. 13.

Quod quidquid Domini voluntati adversatur, scandalum sit.

CAPUT II.

Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quod oporteret eum ire Jerosolymam, & multa pati a senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Et apprehendens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Propitius sis tibi Domine, non erit tibi hoc. Qui conversus dixit Petro: Vade post me satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Matth. 16. 21.

Quod licet a Scriptura res, vel verbum aliquod concedatur, ea tamen vitanda sunt, cum alii ad peccatum simili re concitantur, vel eorum erga bona alacritas minuitur.

CAPUT III.

De esu igitur eorum quæ idolis immolantur, scimus quod nullum est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi unus. Nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in cælo, sive in terra (siquidem sunt multi dii: & domini multi), nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia idoli usque nunc quasi idolothytum manducant, & conscientia illorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundamus: neque si non manducaverimus, deficimus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit te, qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus qui infirmus est ædificabitur ad manducandum idolothyta? & perit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem 1. Cor. 8. 4.

1. Cor. 9. 5. trem meum scandalizem...... Numquid non A habemus potestatem manducandi & bibendi? Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et cætera.

Quod, ne cui offendiculo simus, id etiam quod B *non est necessarium, effici debet.*

CAPUT IV.

Matth. 17. 23. ET cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt: Magister vester non solvit didrachma? Ait, etiam. Et cum intrasset in domum, prævenit eum Jesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributa vel censum? A filiis suis, an ab alienis? Dicit ipsi Petrus: Ab alienis. Dixit illi Jesus: Ergo liberi sunt C filii. Ut autem non scandalizemus eos, progressus ad mare, mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

Quod in Domini voluntatibus, tametsi nonnulli scandalum perpetiuntur, exhibenda est invicta quædam libertas.

CAPUT V.

Matth. 15. 11. NOn quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod exit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quod Pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt; duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præ-
Joan. 6. 54. stet, ambo in foveam cadent...... Amen amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non
Ibidem. v. 67. habetis vitam in vobis. Et paulo post. Ex E hoc multi discipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid & vos vul-
2. Cor. 2. 15. tis abire? .... Quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis vero odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis idoneus?

REGULA XXXIV.

Quod unusquisque in sua ipsius mensura debet sese aliis typum bonorum operum proponere.

CAPUT I.

DIscite a me, quia mitis sum, & humilis Matth. 11. 29.
corde...... Scio enim promtum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud 2. Cor. 9. 2.
Macedones: quoniam Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio provocavit plurimos... Et vos imitatores nostri facti 1. Thess. 1. 6.
estis, & Domini; excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

REGULA XXXV.

Quod ii qui sancti Spiritus fructum eamdem ubique pietatis rationem conservantem in quopiam animadvertunt, nec tamen sancto Spiritui illum acceptum referunt, sed adversario tribuunt, ipsi in ipsum Spiritum sanctum blasphemi sunt.

CAPUT I.

TUnc oblatus est ei dæmonium habens, Matth. 12. 22.
cæcus & mutus, & curavit eum ita ut mutus & cæcus & loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David? Pharisæi autem audientes dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Jesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis: Quod si ego in spiritu Dei ejicio dæmo- Ibidem. v. 28.
nia, utique pervenit in vos regnum Dei.
D Quibus deinceps subjungit: Ideo dico vobis, v. 31.
Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.

REGULA XXXVI.

Quod servantes formam doctrinæ Domini, cum omni studio & honore suscipiendi sunt ad ipsius Domini gloriam: qui vero neque eos audit, neque suscipit condemnatur.

CAPUT I.

QUi recipit vos, me recipit: & qui me Matth. 10. 40.
recipit, recipit eum qui me misit. Et Ibidem. v. 14.
quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes ex illa domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati...... Qui accipit si Joan. 13. 20.
quem misero, me accipit: qui autem me ac-

Philip. 2. 25. cipit, accipit eum qui me misit...... Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos. Ib. 29. Et paulo post: Excipite itaque illum in Domino cum omni gaudio, & eos qui sunt ejusmodi, in honore habete.

REGULA XXXVII.

Quod obsequium pro viribus etiam in rebus minimis præstitum, Deo est acceptum, etiam si præstetur a mulierbus.

CAPUT I.

Matth. 10. 42. ET quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, Luc. 21. 1. non perdet mercedem suam...... Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. Vidit autem quamdam viduam pauperculam mittentem illuc duo minuta, & dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum quem habuit, misit...... Matth. 26. 6. Cum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli ejus, indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio hæc unguenti? Potuit enim istud vænumdari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum Act. 16. 15. operata est in me..... In Actis de Lydia. Cum autem baptizata esset & domus ejus, deprecata est, dicens: Si judicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

REGULA XXXVIII.

Quod Christianus etiam citra tumultum & cum frugalitate debeat fratres hospitio excipere.

CAPUT I.

Joan. 6. 8. DIcit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis: Est puer unus hic, & habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tam multos? Dixit autem Jesus: Facite homines discumbere: erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit autem Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter autem & ex piscibus quantum Luc. 10. 38. volebant...... Mulier autem quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam

A sedens secus pedes Jesu, audiebat verbum illius. Martha vero satagebat circa freqnens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet. Respondens autem Jesus dixit ei: Martha Martha, sollicita es, & turbaris circa plurima, tamen paucis opus est, aut uno. Maria autem bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

REGULA XXXIX.

B *Quod non oportet quemquam mutabilem esse, sed in fide stabilem, quodque ab iis bonis quæ sunt in Domino, divelli non debet.*

CAPUT I.

QUi autem super petrosa seminatus Matth. 13. 20. est, hic est qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis; facta autem tribulatione aut persequutione propter verbum, continuo scandalizatur.... Itaque fratres mei, stabiles estote, immobiles, 1. Cor. 15. 58. C abundantes in opere Domini semper..... Miror quod tam cito transferimini ab eo qui Gal. 1. 6. vos vocavit in gratia Christi in aliud evangelium.

REGULA XL.

Quod non sunt ferendi ii qui alienam & diversam doctrinam tradunt, etiamsi simulatione utantur ut instabiles decipiant vel redarguant.

CAPUT I.

D VIdete ne quis vos seducat. Multi enim Matth. 24. 4. venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent...... Luc. 20. 46. Attendite a Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conviviis: qui devorant domos viduarum, & simulatione diu orant. Hi accipient damnationem majorem... Sed licet nos Gal. 1. 8. aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum E dico: Si quis vobis evangelizat præter id quod accepistis, anathema sit.

REGULA XLI.

Quod exscindendum est quidquid scandalum affert, etiamsi conjunctissimum quiddam ac maxime necessarium esse videatur.

CAPUT I.

VÆ homini illi per quem scandalum venit. Matth. 18. 7. Si autem pes tuus, vel manus tua scandalizat te; abscide ea, & projice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi claudum vel debi-

Digitized by Google

debilem, quam duos pedes vel duas manus A habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.

Quod oportet mitius agere cum iis qui in fide sunt infirmiores, eosque diligenti cura ad perfectionem adducere: ita tamen temperate, ut Dei mandatum non negligatur.

CAPUT II.

Matth. 12. 20. ARundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, B donec ejiciat ad victoriam judicium: & in
Rom. 14. 1. nomine ejus gentes sperabunt...... Infirmum
Gal. 6. 1. autem in fide assumite..... Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplete legem Christi.

REGULA XLII.

Quod non putandum est Dominum venisse, ut legem & prophetas evertat: sed ut adimpleat, & adjiciat quæ sunt perfectiora. C

CAPUT I.

Matth. 5. 17. NOlite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni sol-
Rom. 3. 31. vere, sed adimplere...... Legem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus.

REGULA XLIII.

Quod quemadmodum lex actiones malas vetat: ita evangelium ipsa animi vitia latentia D *prohibet.*

CAPUT I.

Matth. 5. 21. AUdistis quia dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo temere, reus erit ju-
Rom. 2. 28. dicio...... Non enim qui in manifesto, Judæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Judæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. E

Quod sicuti lex partem, sic evangelium in unoquoque recte facto expostulat integritatem.

CAPUT II.

Luc. 18. 22. OMnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in
Coloss. 2. 11. cælo: & veni, sequere me..... In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi.

Quod ii regnum cælorum consequi non possint, qui evangelii justitiam non ostenderint majorem esse, quam quæ in lege præscribitur.

CAPUT III.

NIsi abundaverit justitia vestra plus- Matth. 5. 20.
quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum...... Si Philip. 3. 4.
quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens Ecclesiam, secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine querela. Sed quæ mihi erant lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini nostri: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ per fidem est Christi, quæ ex Deo est justitiam.

REGULA XLIV.

Quod jugum Christi suave est, & onus ejus leve ad recreandos eos qui illud subeunt: omnia vero quæ ab evangelii doctrina sunt aliena, gravia sunt & onerosa.

CAPUT I.

VEnite ad me omnes qui laboratis, & Matth. 11. 28.
onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

REGULA XLV.

Quod non possunt regno cælorum digni haberi ii, qui inter se non imitantur eam conditionis æqualitatem, quam pueri inter se invicem servant.

CAPUT I.

AMen dico vobis; nisi conversi fueritis, Matth. 18. 3.
& efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Quod qui majorem gloriam assequi cupit in regno cælorum, is debeat hic humilitatem & ultimum locum amplecti.

CAPUT II.

QUicumque ergo humiliabit se sicut Matth. 18. 4.
parvulus iste, hic est major in regno cælorum: Sed quicumque voluerit magnus Matth. 20. 26.
fieri inter vos, erit vester minister: & qui Marc. 10. 44.
voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus..... Nihil per contentionem aut ina- Philip. 2. 3.
nem

nem gloriam, sed in humilitate superiores A sibi invicem arbitrantes.

REGULA XLVI.

Quod ex comparatione rationis ejus quæ in rebus minoribus servatur, studium in majoribus a nobis requiritur.

CAPUT I.

Luc. 13. 15. UNusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligavit satanas ecce decem B & octo annis, non oportuit solvi a vinculo
Luc. 18. 1. isto die sabbati?..... Dicebat autem parabolam ad illos, quod nempe oportet semper orare, & non deficere: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. Vidua autem erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se: & si Deum non timeo, nec hominem revereor; tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo ve- C niens sugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid judex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum cla-
2. Tim. 2. 4. mantium ad se die ac nocte?..... Nemo militans implicat se vitæ negotiis, ut ei qui se in militiam delegit, placeat. Quod si certet etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit.

Quod ex comparatione eorum qui per fidem in rebus minoribus timore correpti sunt, ac desiderio laudabili studium & diligentiam D adhibuerunt, alii qui majora contemnere aut negligere deprehensi fuerint, gravius sunt condemnandi.

CAPUT II.

Luc. 11. 31. REgina austri surget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit illos: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Sa-
Matth. 12. 41. lomon hic..... Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædica- E tione Jonæ, & ecce plusquam Jonas hic.

Quod is qui diligentiam in minoribus ostendit, non debet contemnere majora: sed tenetur præsertim majora præcepta exsequi, & simul minora perficere.

CAPUT III.

Matth. 23. 23. VÆ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes.

REGULA XLVII.

Quod non oporteat quemquam sibi ipsi colligere thesaurum in terra, sed in cælo: & quis sit modus colligendi thesauri in cælo.

CAPUT I.

NOlite thesaurizare vobis thesauros in Matth. 6. 19. terra; ubi tinea & ærugo demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque tinea, neque ærugo demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur..... Vendi- Luc. 12. 33. te quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis..... Omnia Luc. 18. 22. quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis... Ut facile tri- 1. Tim. 6. 18. buant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum; quo apprehendant veram vitam.

REGULA XLVIII.

Quod oportet quemvis misericordem esse & liberalem: qui enim non sunt hujusmodi coarguuntur.

CAPUT I.

BEati misericordes, quoniam ipsi mise- Matt. 5. 7. ricordiam consequentur..... Omni pe- Luc. 6. 30. tenti te, tribue..... Sine affectione, sine mi- Rom. 1. 31. sericordia, qui cum justitiam Dei cognovissent, nempe quod qui talia agunt, digni sunt morte..... Ut facile tribuant, commu- 1. Tim. 6. 18. nicent.

Quod quidquid possidet quispiam ultra ea quæ ad vitam necessaria sunt, debet id beneficii loco impertire, ex mandato Domini, qui ea etiam quæ habemus, largitus est.

CAPUT II.

QUi habet duas tunicas, det non haben- Luc. 3. 11. ti: & qui habet escas, similiter faciat..... Quid enim habes, quod non accepi- 1. Cor. 4. 7. sti?..... Vestra abundantia illorum inopiam 2. Cor. 8. 14. suppleat; ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit.

Quod non oportet divitem esse, sed pauperem juxta Domini sententiam.

CAPUT III.

BEati pauperes: quia vestrum est regnum Luc. 6. 20. Dei..... Væ vobis divitibus, quia ha- Ibid. v. 24. betis consolationem vestram..... Altissima 2. Cor. 8. 2. pau-

paupertas eorum abundavit in divitias sim- A
1. Tim. 6. 9. plicitatis eorum...... Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum, & in desideria multa stulta, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.

Quod non oportet sollicitum esse de copia rerum ad vitam necessariarum: neque saturitati, neque magnificentiæ studium est impertien- B dum, sed oportet purum esse ab omni specie avaritiæ, & cultus.

CAPUT IV.

Luc. 12. 15. VIdete, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujusquam vita
1. Tim. 2. 9. ejus est ex his quæ possidet...... Ornare se non intortis crinibus, aut auro, aut margari-
Ibidem 6. 8. tis, vel veste pretiosa..... Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus.

Quod neminem oportet sollicitum esse de iis C quæ sibiipsi sunt necessaria: neque in rebus quæ ad præsentem vitam degendam comparantur, reponenda spes est, sed sui cura Deo committenda est.

CAPUT V.

Matth. 6. 24. NOn potestis Deo servire & mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, & quid bibatis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæ- D li, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum sollicite cogitans, potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: Neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Quod si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, an non E multo magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi: suf-
Luc. 12. 16. ficit diei malitia sua..... Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora exstruam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, lætare, & cætera...... Divitibus 1. Tim. 6. 17.
hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.

Quod adhibenda sit cura & sollicitudo circa fratrum necessitatem secundum Domini voluntatem.

CAPUT VI.

VEnite benedicti Patris mei, possidete Matth. 25. 34.
paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Et paulo post: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni Ibid. v. 40.
ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis..... Cum sublevasset ergo oculos Jesus, & Joan. 6. 5.
vidisset quod turba multa venit ad se, dicit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? & reliqua....... De collatione au- 1. Cor. 16. 1.
tem quæ fit in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. In una Sabbatorum unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod per facultates licuerit: ut non cum venero, tunc collationes fiant.

Quod is qui viribus præditus est debeat operari, & aliquid impertiri indigentibus. Qui enim non vult operari, neque dignus est qui manducet.

CAPUT VII.

DIgnus est operarius cibo suo..... Omnia Matth. 10. 10.
ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verba Domini, quoniam ipse dixit: Act. 20. 35.
Beatius est dare, quam accipere..... Qui fu- Ephes. 4. 28.
rabatur, jam non furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti..... Cum essemus apud vos, hoc denuntia- 2. Thess. 3. 10.
bamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

REGULA XLIX.

Quod ne de iis quidem quæ corpori circumponuntur, litigare, oportet, etiamsi ad id consegendum necessaria sint.

CAPUT I.

PErcutienti te in dextram maxillam, Luc. 6. 29.
præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi

tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repe-
1. Cor. 6. 1. tas....... Audet aliquis habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, &
Ibidem. v. 7. non apud sanctos? Et paulo post. Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus.

Quod non oportet pugnare, aut seipsum ulcisci: sed erga omnes, si fieri potest, pacem servare, juxta Domini mandatum.

CAPUT II.

Matth. 5. 38. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo. Sed quisquis te percusserit in dexteram maxillam,
Marc. 9. 49. obverte illi & alteram, & reliqua....... Charitatem habete in vobis, & pacem ha-
Rom. 12. 17. bete inter vos...... Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona coram omnibus hominibus: si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos vindicantes charissimi, sed
2. Tim. 2. 24. date locum iræ...... Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes.

Quod non oportet etiam ad alterum qui injuria afficitur, vindicandum, ulcisci eum qui injuriam facit.

CAPUT III.

Matth. 26. 50. Tunc accedentes manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus: Ait autem illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum: quia omnes qui acceperint gladium, gladio
Luc. 9. 52. peribunt..... Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes venerunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem. Cum vidissent autem discipuli ejus Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine vis dicamus ut ignis descendat de cælo & consumat illos, sicut & Helias fecit? Conversus autem increpavit illos, & abierunt in aliud castellum.

REGULA L.

Quod alii quoque ad pacem Christi sunt adducendi.

CAPUT I.

Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur..... Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Matth. 5. 9. Joan. 14. 27.

REGULA LI.

Quod oportet prius seipsum purgare a quocumque tandem delicto, & tunc alterum coarguere.

CAPUT I.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo: Sine ejiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui..... Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis tu qui judicas. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui judicas eos qui talia agunt, & facis eadem, quia tu effugies judicium Dei. Matth. 7. 3. Rom. 2. 1.

REGULA LII.

Quod non oportet indifferenter se gerere ergà peccantes, sed eorum causa tristitia affici & lugere.

CAPUT I.

Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses & tu & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis..... Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit....... Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me Deus meus: & lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam. Luc. 19. 41. 1. Cor. 5. 1. 2. Cor. 12. 21.

Quod non oportet silere, quando aliqui peccant.

CAPUT II.

Si autem peccaverit frater tuus, increpa eum, &c...... & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite. Luc. 17. 3. Ephes. 5. 11.

Quod oportet in congressum & colloquium peccatorum venire, non ob aliam causam, quam ut ipsos ad pœnitentiam revocemus; quo tandem modo fieri poterit citra peccatum.

CAPUT III.

Matth. 9. 10. ET ecce multi Publicani & peccatores venientes discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus. Et videntes Pharisæi dixerunt discipulis ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Jesus audiens, ait illis: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam...... Luc. 15. 1. Erant autem appropinquantes ei omnes Publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Scribæ & Pharisæi, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis est, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? &c...... 2. Thess. 3. 14. Quod si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem...... 2. Cor. 2. 5. Si quis autem contristavit, non me contristavit: sed ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio hæc quæ fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est.

Quod oportet eos qui perseverant in sua ipsorum nequitia, aversari, postea quam eorum curatio omni modo tentata fuerit.

CAPUT IV.

Matth. 18. 15. SI peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si vero non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: si autem ecclesiam quoque non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

REGULA LIII.

Quod non debet Christianus injuriarum acceptarum memor esse, sed illas iis qui in se deliquerint ex corde condonare.

CAPUT I.

Matth. 6. 14. & 15. SI non dimiseritis hominibus delicta eorum, neque Pater vester cælestis dimittet delicta vestra: si autem dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis.

REGULA LIV.

Quod non oportet se invicem judicare in iis quæ a Scriptura sunt concessa.

CAPUT I.

NOlite judicare, ut non judicemini. In Matt. 7. 1. quo enim judicio judicatis, judicabimini...... Nolite judicare, & non judicabimini: Luc. 6. 37. nolite condemnare, & non condemnabimini...... Alius quidem credit se manducare Rom. 14. 2. omnia: qui autem infirmus est, olera manducat. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non judicet. Deus enim illum assumsit. Tu quis es qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Alius enim judicat diem inter diem: alius vero judicat omnem diem, unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Domino sapit: & qui non sapit diem, Domino non sapit. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. Et paulo post. Itaque unusquisque nostrum v. 12. pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius nos invicem judicemus...... Nemo ergo Colos. 2. 16. vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt umbra futurorum.

Quod non oportet hæsitare in his quæ a scriptura permissa sunt.

CAPUT II.

BEatus qui non judicat semetipsum in eo Rom. 14. 22. quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, condemnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est..... Colos. 2. 20. Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tamquam viventes in mundo, decernitis? Ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris: quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta & doctrinas hominum.

Quod de rebus incertis non est judicandum.

CAPUT III.

ITaque nolite ante tempus judicare, quo- 1. Cor. 4. 5. adusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.

Quod non oportet judicare habita personarum ratione.

CAPUT IV.

Joan. 7. 23. SI circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi: quid mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.

Quod non debemus quemquam condemnare, nisi prius ipso præsente diligenter expenderimus illius agendi rationem, etiamsi adsint multi accusatores.

CAPUT V.

Ibid. v. 50. DIcit Nicodemus, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?..... Et cum dies complures ibi immorarentur,
Act. 25. 14. Festus regi retulit causam Pauli, dicens: Vir quidam est relictus a Felice vinctus, de quo cum essem Jerosolymis, significarunt mihi principes sacerdotum, & seniores Judæorum, postulantes adversus illum damnationem: ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo tradere aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat de crimine.

REGULA LV.

Quod sciendum est atque confitendum cujusvis boni largitionem, & ipsarum afflictionum quæ Christi causa accidunt, tolerantiam a Deo proficisci.

CAPUT I.

Joan. 3. 27. NOn potest homo accipere quidquam,
1. Cor. 4. 7. nisi fuerit ei datum de cælo .... Quid
Ephes. 2. 8. autem habes quod non accepisti? .... Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est: non ex operibus,
Philip. 1. 28. ut ne quis glorietur ..... Et hoc a Deo: quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, &c.

Quod Dei beneficia non sunt silentio prætermittenda, sed grates pro ipsis sunt persolvendæ.

CAPUT II.

Luc. 8. 38. ET rogabat illum vir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per universam civitatem, prædicans quanta
Luc. 17. 12. illi fecisset Jesus....... Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem

A viri leprosi, qui steterunt a longe. Et levaverunt vocem dicentes: Jesu præceptor, miserere nostri. Et aspiciens dixit eis: Euntes ostendite vos sacerdotibus, & factum est dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quod sanatus est, regressus est cum magna voce glorificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? Et novem ubi sunt? Non sunt inventi qui redierint, ut darent gloriam Deo, nisi hic

B alienigena. Et ait illi: Surge, vade: fides tua te salvum fecit..... Gratia autem Dei sum 1. Cor. 15. 10.
id quod sum..... Omnis creatura Dei bona 1. Tim. 4. 4.
est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.

REGULA LVI.

Quod precationibus & vigiliis assidue incumbendum sit.

CAPUT I.

PEtite, & dabitur vobis: quærite, & in- Matth. 7. 7.
C venietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur, &c..... Dice- Luc. 18. 1.
bat autem & parabolam ad illos: quod oportet semper orare, & non deficere, dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, & reliqua...... Attendite autem vobis nequando Luc. 21. 34.
graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & derepente superveniat in vos dies illa. Tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque, omni
D tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.... Orationi instate, vigilan- Col. 4. 2.
tes in ea in gratiarum actione...... Semper 1. Thess. 5. 16.
gaudete, sine intermissione orate.

Quod oportet etiam pro iis quæ quotidiana corporis necessitas requirit, prius gratias agere Deo, & ita demum sumere.

CAPUT II.

ET acceptis quinque panibus, & duobus Matth. 14. 19.
E piscibus, cum gratias egisset, fregit, & dedit discipulis suis: discipuli autem turbæ...... Et cum hæc dixisset, & sumsisset pa- Act. 27. 35.
nem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cum fregisset, cœpit manducare...... Om- 1. Tim. 4. 4.
nis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.

Quod

Quod non oportet inani & prolixa precatione uti in petendis rebus, quæ corruptioni sunt obnoxiæ & Domino indignæ.

CAPUT III.

Matth. 6.7. ORantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudientur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester cælestis, quid opus sit vobis, antequam petatis
Luc. 12.29. eum....... Et vos nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis: & nolite in sublime B tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis.

Quomodo orandum sit, & in quali animi statu.

CAPUT IV.

Matth. 6.9. PAter noster qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum:
Ibid. v. 33. fiat voluntas tua, & cætera..... Quærite autem primum regnum Dei, & justitiam C
Marc. 11. 25. ejus..... Cum steteritis orantes, dimittite si
1. Tim. 2.8. quid habetis adversus aliquem........ Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus, sine ira & disceptationibus.

Quod alii pro aliis orare debeant, & pro iis qui verbo veritatis præfecti sunt.

CAPUT V.

Luc. 22.31. AIt autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro D
Ephes. 6.18. te ut non deficiat fides tua...... Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes semper in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium evangelii, pro quo legatione fungor in catena: ita ut in ipso au-
2. Thess. 3.1. deam prout oportet me loqui..... De cætero orate pro nobis, ut sermo Domini currat, & glorificetur in omnibus, sicut & apud vos.

Quod pro inimicis etiam orandum sit. E

CAPUT VI.

ORate pro calumniantibus, & persequentibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est.

Quod non debet vir velato capite orare, prophetareve, neque mulier, aperto.

CAPUT VII.

1. Cor. 11.3. VOlo autem vos scire, quod omnis viri caput, Christus est: caput autem mu-

A lieris, vir: caput vero Christi, Deus. Omnis vir orans, aut prophetans, quidquam habens in capite, deturpat caput suum: omnis vero mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum, & reliqua.

REGULA LVII.

Quod non oportet magnifice sentire de seipso ob recte facta, neque alios contemnere.

CAPUT I.

DIxit autem ad quosdam qui in se confi- Luc. 18.9.
debant tamquam justi, & aspernabantur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Pharisæus, alter vero publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, injusti, adulteri, vel etiam ut hic publicanus. Jejuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

REGULA LVIII.

Quod non putandum sit Dei donum pecunia aut alia quavis arte comparari.

CAPUT I.

CUm vidisset autem Simon, quod per Act. 8. 18.
impositionem manuum apostolorum datur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Dominum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.

Quod unicuique pro fidei ratione dantur a Deo dona, ad utilitatem.

CAPUT II.

HAbentes autem donationes secundum Rom. 12. 6.
gratiam, quæ data est nobis, differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei...... Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alii autem 1. Cor. 12.7.
sermo scientiæ secundum eumdem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alii dona sanita-

tum: alii prophetia: alii discretiones spiri- A tuum: alii genera linguarum: alii interpretatio linguarum.

Quod Dei donum gratis acceptum, sit gratis conferendum: quodque lucrum ex eo non sit quærendum, suarum voluptatum causa.

CAPUT III.

Matth. 10. 8. INfirmos curate, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris...... Petrus B Act. 3. 6. autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu ejus dextera, al- 1. Thess. 2. 5. levavit eum...... Neque enim fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus oneri esse, ut Christi apostoli: tamen fuimus benevoli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupi- C de, volebamus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.

Quod qui primum Dei donum probo ac grato animo suscepit, idque diligenter excoluit ad Dei gloriam, is alia etiam accipiat: qui vero talis non exstitis, priore etiam privatur, paratumque non consequitur, imo vero pœnæ traditur.

CAPUT IV.

D

Matth. 13. 10. ET accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et Matth. 25. 14. adimpletur in eis prophetia Isaiæ...... Sicut enim peregre homo proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et E huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & comparavit alia quinque talenta. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Et paulo post. Ibid. v. 29. Omni enim habenti dabitur: qui vero non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

REGULA LIX.

Quod non oportet Christianum humana gloria affici, neque sibi vindicare eximium honorem: quin potius debet emendare eos qui ipsum sic in pretio habent, aut majorem de eo existimationem concipiunt.

CAPUT I.

ET ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciendo vitam æter- Matth. 19. 16. nam possidebo? Qui dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus...... glo- Joan. 5. 41. riam ab hominibus non accipio. Et paucis interjectis, Quomodo vos potestis credere, Ibid. v. 44. qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?...... Væ Luc. 11. 43. vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foris..... Neque enim aliquando fuimus in sermone 1. Thess. 2. 5. adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiæ, Deus testis est, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis...... Et factum est cum introisset Pe- Act. 10. 25. trus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit. Petrus vero elevavit eum dicens: Surge, nam & ego ipse homo sum...... Statuto autem die, Herodes vesti- Act. 12. 21. tus veste regia, & sedens pro tribunali, concionabatur. Populus autem acclamabat: Dei vox, & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset gloriam Deo: & consumtus a vermibus expiravit.

REGULA LX.

Quod cum diversa sint spiritus dona, unusque omnia recipere non possit, neque omnes idem, oportet unumquemque modeste & cum gratiarum actione in dono sibi concesso permanere, & omnes inter se mutuo in Christi charitate concordes esse, velut membra in corpore: ita ut qui inferior est in donis, is comparatione ejus qui sibi præstat, animum haud despondeat: qui vero superior est, nequaquam spernat inferiorem. Qui enim divisi sunt, ac inter sese dissident, digni sunt interitu.

CAPUT I.

OMne regnum divisum contra se, deso- Matth. 12. 25. labitur: & omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit...... Quod si invicem Gal. 5. 15. mordetis, & comeditis: videte ne ab invicem consumamini...... Non pro eis autem rogo Joan. 17. 20. tantum, sed & pro eis, qui credunt per verbum eorum in me. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint...... Multitudinis autem Act. 4. 32. credentium erat cor unum & anima una: nec

quis-

quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia com-
Rom. 12.3. munia...... Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autem donationes secundum gratiam, quæ
1. Cor. 1. 10. data est nobis, differentes, & cætera..... Ob- B secro autem vos per nomen Domini Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.......
1. Cor. 12. 12. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis unius cum sint multa, unum corpus sunt: ita & in Christo. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive li-
Phil. 2. 2. beri, &c...... Ut idem sapiatis omnes, eamdem charitatem habentes, unanimes, idem C sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes: non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum.

REGULA LXI.

Quod ii qui sunt gratiæ Domini administri, non propterea contemnendi sunt, quod nullius pretii esse videantur, abjectique. Hi enim maxime Deo placent.

CAPUT I.

Matth. 11. 25. CONfiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum an-
Matth. 13. 54. te te...... Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: unde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas? Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? E Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes mul-
1. Cor. 1. 26. tas, propter incredulitatem eorum.... Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemtibilia elegit Deus, & ea quæ non A sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei.

REGULA LXII.

Quod qui crediderunt Deo, & baptizati sunt, ii confestim præparandi sint ad tentationes usque ad mortem sustinendas, quæ sibi ab ipsis etiam familiaribus sunt inferendæ: quandoquidem qui sese hoc modo non præparavit, is calamitate statim ingruente, facile commovetur.

CAPUT I.

ET baptizatus Jesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli, Matth. 3. 16.
& vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc Jesus Ibid. cap. 4. v. 1.
ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo...... Ecce ego mitto vos sicut Matth. 10. 16.
oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Et post pauca. Tradet autem v. 21.
frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et qui non Ibid. v. 38.
accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus...... Hæc loquutus sum vobis, Joan. 16. 1.
ut non scandalizemini. Absque synagogis D facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me, &c..... Nam Luc. 8. 13.
qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationum recedunt.... Non enim vo- 2. Cor. 1. 8.
lo ignorare vos fratres de tribulatione nostra quæ facta est nobis in Asia: quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut etiam modus servandæ vitæ nobis non suppeteret: sed ipsi in nobismetipsis decretum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos..... Et omnes qui pie volunt vivere in 2. Tim. 3. 12.
Christo Jesu, persequutionem patientur.

Quod nemo debet seipsum objicere tentationibus, antequam Deus permiserit: imo debet quisque orare, ut ne incidat in tentationem.

CAPUT II.

SIc ergo orate: Pater noster qui es in cælis, Matth. 6. 9.
sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum

gnum tuum. Et paulo post: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo......

[Joan. 7. 1.] Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse palam esse: Si hæc facis, manifesta teipsum mundo: neque enim fratres ejus credebant in eum. Dicit ergo eis Jesus: B Tempus meum nondum adest, tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego nondum ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset eis, mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto......

[Luc. 22. 46.] Surgentes autem orate, ne intretis in tentationem.

Quod oportet per tempus secedere ab insidiantibus: sin permittatur quispiam incidere in tentationem, exitum ut sustinere possit, utque Dei voluntas fiat, precibus exposcendum est.

CAPUT III.

[Matth. 10. 23. Matth. 12. 14.] Cum autem persequuti vos fuerint in civitate ista, fugite in aliam..... Pharisæi autem egressi consilium ceperunt adversus eum, quomodo perderent eum. Jesus autem sciens, recessit inde...... [Joan. 11. 53.] Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum. Jesus ergo jam non palam ambulabat inter Judæos....... [Luc. 22. 41.] Et positis genibus orabat, dicens: Pater si vis transferre calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.......... [1. Cor. 10. 13.] Tentatio vos non apprehendit nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.

Quod Christianus in singulis quæ sibi inducuntur tentationibus, debet meminisse eorum quæ in sacra Scriptura adversus malum instans dicta sunt, atque ita illæsum se servare, & adversariorum conatus irritos facere.

CAPUT IV.

[Matth. 4. 1.] Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadra- A ginta noctibus, postea esuriit. Et accedens ad eum tentator dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant: qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, &c.

REGULA LXIII.

Quod non oportet Christianum metuere, & inter calamitates sollicitum esse, sic ut ejus animus ab ea quæ in Deo habenda est fiducia, avocetur. Quin potius debet confidere tamquam Domino præsente, atque consulente rebus ipsius, & adversus omnes ipsum corroborante, ipsoque Spiritu sancto vel idipsum etiam quod adversariis respondendum sit, edocente.

CAPUT I.

[Matth. 10. 28.] Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt? & unus ex C illis non cadit super terram sine patre vestro: vestri autem etiam capilli capitis omnes numerati sunt; nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos....... [Luc. 12. 11.] Cum autem induxerint vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere..... [Marc. 4. 37.] Et fit procella magna venti, & fluctus ingrediebantur in navim, ita ut illa jam impleretur. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens: D & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non est curæ tibi quod perimus? Et excitatus increpavit ventum, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi adeo estis? Quomodo non habetis fidem?..... [Act. 5. 17.] Exsurgens autem princeps sacerdotum, & qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo: & injecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperuit januas carceris, & E educens eos dixit: Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus. Qui cum audissent, intraverunt diluculo in templum, & docebant.... [2. Cor. 1. 8.] Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis in Asia. Et paucis interjectis: Qui ex tanta morte nos eripuit, & eruit: in quem speravimus quoniam & adhuc eripiet.

RE-

REGULA LXIV.

Quod quidvis vel usque ad mortem cum gaudio sustinendum sit pro nomine Domini, & ipsius mandatis.

CAPUT I.

Matth.5.10. BEati qui persequutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum opprobriis affecerint vos, & persequuti fuerint, & dixerint omne verbum malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete & B exsultate, quoniam merces vestra copiosa
Luc. 6. 22. est in cælis...... Beati estis cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exsultate: ecce enim
Act. 5. 40. merces vestra multa est in cælis...... Et convocantes apostolos, cæsis denuntiaverunt ne loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Domini contumeliam pati. C Omni autem die non cessabant in templo & per singulas domos docentes, & evangeli-
Coloss. 1.24. zantes Jesum Christum..... Cujus factus sum ego Paulus minister. Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia.

REGULA LXV.

Quod etiam in ipso vitæ exitu ea quæ decent, petenda sunt.

CAPUT I.

Matth. 27. 46. ET circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: Eli, Eli lamma Sabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus,
Luc. 23. 46. ut quid dereliquisti me?.... Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hoc dicens, ex-
Act. 7. 58. piravit...... Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit.

REGULA LXVI.

Quod non sint deserendi ii, qui pro pietate decertant.

CAPUT I.

Joan.16.31. REspondit eis Jesus, modo creditis? Ecce venit hora, & nunc venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum
2.Tim.1.15. relinquatis...... Scis hoc quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe A me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit, & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit, tu melius nosti.... In prima mea defensione nemo mihi 2.Tim.4.16.
adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.

Quod orandum est pro iis, qui in tentationibus probantur.

CAPUT II.

SImon, Simon, ecce Satanas expetivit Luc. 22. 31.
vos ut cribraret sicut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua........ Et Petrus quidem servabatur in Act. 12. 5.
carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

REGULA LXVII.

Quod dolere ob eos qui obdormierunt, alienum sit ab iis qui certa fide tenent mortuorum resurrectionem.

CAPUT I.

SEquebatur autem illum multa turba po- Luc. 23. 27.
puli & mulierum, quæ & plangebant, & lamentabantur eum: conversus autem dixit ad illas: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me..... Nolo autem vos ignorare, fra- 1.Thess. 4. 12.
tres, de dormientibus, ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.

D

REGULA LXVIII.

Quod etiam post resurrectionem non sunt exspectanda ea quæ sunt hujus ætatis propria: sed sciendum est vitam futuri sæculi angelicam esse, & nullius rei indigam.

CAPUT I.

REspondens Jesus dixit illis: Filii hujus Luc. 20. 34.
sæculi ducunt uxores, & nuptui dantur: illi vero qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque du- E cunt uxores, neque nuptui dantur. Neque enim ultra mori possunt: æquales enim angelis sunt & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis........ Sed dicet aliquis: Quomo- 1.Cor. 15. 35.
do resurgunt mortui? qualive corpore venient? Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem dat illi corpus, sicut voluit. Et paulo post: Sic & resur- v. 42.
rectio mortuorum. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptione: seminatur in igno-

Digitized by Google

ignobilitate, resurgit in gloria: feminatur A in infirmitate, resurgit in virtute: feminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale.

Quod Domini adventus localis aut carnalis non sit exspectandus: sed præstolari oportet adventum subito per universum orbem in gloria Patris futurum.

CAPUT II.

Matth. 24. 23. TUnc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, ne credideritis. B Exsurgent enim pseudo-Christi, & pseudo-Prophetæ, & dabunt signa magna & portenta, adeo ut in errorem inducantur, si fieri Marc. 13. 23. potest, etiam electi...... Vos autem videte: ecce prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum: & stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis sunt, movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus 1. Thess. 4. 14. cum virtute & gloria multa..... Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui C vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui in Christo resurgent primum.

REGULA LXIX.

Quæcumque conjunctim interdicuntur, etiam adversus ea intentantur minæ.

CAPUT I.

Matth. 15. 19. DE corde enim exeunt cogitationes ma- D læ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant homi- Matth. 25. 41. nem..... Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus & Luc. 6. 24. in carcere, & non visitastis me.... Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram: væ vobis qui saturati estis, quia esu- E rietis: væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis, væ cum benedixerint vobis Luc. 21. 34. omnes homines..... Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & Rom. 1. 28. derepente superveniat in vos dies illa...... Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt: repletos omne iniquitate, fornicatione, avaritia, Rom. 13. 9. nequitia, &c..... Nam: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, &c..... 1. Cor. 6. 9.
Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt..... Ne forte contentio, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos.... 2. Cor. 12. 20.
Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, lascivia, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur..... Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes..... Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia...... Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas; quæ non conveniunt.... Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus: propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem...... Sed injustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, quæ est secundum evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.... In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum: in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium suam conscientiam: prohibentium nubere: abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem..... Si quis aliter docet, & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: is superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oritur invidia, contentio, blasphemiæ, suspiciones malæ, perversæ conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Discede a talibus...... In novissimis diebus instabunt tempora periculosa.

Gal. 5. 19. — Ibidem. v. 26. — Ephes. 4. 31. — Ibidem. 5. 3. — Col. 3. 5. — 1. Tim. 1. 9. — 1. Tim. 4. 1. — 1. Tim. 6. 3. — 2. Tim. 3. 1.

sa. Erunt enim homines, seipsos amantes, copidi pecuniarum, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine foedere, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; & hos devita..... Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odiosi, odientes invicem.

Tit. 3. 3.

Quaecumque conjunctim comprobantur, certe etiam benedictionis promissionem habent conjunctam.

CAPUT II.

Matth. 5. 3. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati estis cum probra intulerint vobis, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis......

Matth. 25. 34. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, &

Rom. 12. 7. venistis ad me...... Sive qui ministrat in ministrando, sive qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praeest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione: odientes malum, adhaerentes bono: charitate fraternitatis invicem diligentes: honore invicem praevenientes: sollicitudine non pigri: spiritu ferventes: Domino servientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus: idipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes: providentes bona coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos ulciscentes, charissimi, sed date locum irae, scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si vero sitit, potum da illi. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.......

2. Cor. 6. 3. Nullam in ulla re dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiae a dextris & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes......... De caetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete...... 2. Cor. 13. 11.

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas...... Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus spiritus, sicut & vocati estis in una spe vocationis vestrae...... Estote igitur invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis...... Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapiatis omnes, eamdem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem aut inanem gloriam...... De caetero fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque honesta, quaecumque justa, quaecumque pura, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, & si qua laus, haec cogitate. Quae & didicistis, & accepistis, & audistis & vidistis in me, haec agite..... Igitur si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & vita

Gal. 5. 22. Ephes. 4. 1. Ibid. v. 32. Cap. 5. v. 1. Philip. 2. 1. Ibidem cap. 4. v. 8. Colos. 3. 1.

vita vestra est abscondita cum Christo in A

Ibidem v. 12. Deo... Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiarum, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem,

1. Thess. 5. 14. patientiam...... Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini & in vos invicem & in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu, in vobis. Spiritum nolite exstinguere: prophetias nolite B spernere. Omnia autem probantes, quod bonum est tenete: ab omni specie mala absti-

Tit. 2. 2. nete vos....... Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani fide, dilectione, patientia: anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, ut modestas reddant adolescentulas, ut viros suos ament, ut filios suos diligant, ut sint prudentes, castæ, domus curam habentes, benignæ, subditæ viris suis, ut non

Ibidem cap. 3. v. 1. blasphemetur verbum Dei...... Admone illos principatibus & potestatibus subditos es- C se, obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes man-

Hebr. 13. 1. suetudinem ad omnes homines......... Charitas fraternitatis maneat: hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros judicabit Deus. Sint mores sine D avaritia, contenti præsentibus.

REGULA LXX.

Quod ii quibus concredita est evangelii prædicatio, debent cum precatione & obsecratione constituere sive diaconos, sive presbyteros, quorum prior vita inculpata sit & probata.

CAPUT I.

Matth. 9. 37. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate E ergo Dominum messis, ut mittat operarios

Luc. 6. 13. in messem...... Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis quos & apostolos nominavit: Simonem quem & cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, & Jacobum, & Joannem, Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Judam Jacobi, & Judam Iscariotem, qui & fuit prodi-

Luc. 10. 1. tor...... Post hæc autem designavit Dominus & alios septuaginta, & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum, quo erat ipse venturus. Dicebat itaque illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam......... Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere & docere usque in diem qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumtus est...... Act. 1. 1.

Et statuerunt duos, Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus, & apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim apostolis....... Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.... Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, aptum ad docendum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed æquum, non litigiosum, non avarum, qui suæ domui bene præsit, filios habentem in subjectione cum omni reverentia. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? non neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat, & in laqueum diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum: deinde ministrent, nullum crimen habentes........ Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicuti ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, boni amantem, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

(Marginal references, right column: Ibidem v. 23. — 1. Tim. 3. 1. — Tit. 1. 5.)

Quod

Quod non oportet facilem esse circa ordinationes, neque ad eas inconsideranter accedere: quandoquidem non vacat periculo, quidquid probatum non est. Si quis autem quempiam in aliquo delicto deprehenderis, eum prodere debes, ut neque ipse peccati particeps fiat, neque reliqui offendantur, sed magis timere discant.

CAPUT II.

1.Tim.5.22. MAnus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis...... B
Ibidem. v. 19. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes autem coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.

Quod non oportet eum qui electus est, a se ipso ad prædicationem accedere: sed tempus beneplaciti Dei exspectare, tumque aggredi prædicationem, cum hæc cura sibi demandata fuerit, iisque prædicare, ad quos missus fuerit.

CAPUT III.

Matth. 10. 5. HOs duodecim misit Jesus: præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis: sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel... Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea male a dæmonio vexatur: qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli D ejus rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel....... Ego enim ex
Matth. 15. 22.
Joan. 8. 42. Deo processi, & veni: neque enim a meipso
Act. 11. 19. veni, sed ille me misit....... Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Ju-
Rom. 1. 1. dæis..... Paulus servus Jesu Christi, vocatus E Apostolus, segregatus in evangelium Dei.....
Rom. 10. 14. Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittan-
1. Tim. 1. 1. tur?.......Paulus apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei salvatoris nostri, & Christi Jesu spei nostræ.

Quod qui ad prædicationem evangelii vocatus est, is confestim obedire debet, non autem procrastinare.

CAPUT IV.

Luc. 9. 59. AIt autem ad alterum: Sequere me, ille autem dixit: Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Di- A xitque ei Dominus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei... Cum autem placuit Deo, qui Gal. 1. 15. me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit me per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni & sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abii in Arabiam, & iterum reversus sum Damascum.

Quod diversa & aliena doctrina non est tradenda.

CAPUT V.

AMen amen dico vobis: qui non intrat Joan. 10. 1. per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Et v. 7. paulo post: Ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oves....... Sed licet nos Gal. 1. 8. C aut angelus de cælo evangelizet præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizat præter id quod accepistis, anathema sit..... Si quis aliter docet, 1. Tim. 6. 3. & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: superbus est, nihil sciens, &c.

Quod omnia quæ a Domino in evangelio & per apostolos præcepta sunt, docendi sunt ii qui crediderunt, atque etiam quæcumque his consentanea sunt.

CAPUT VI.

EUntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis....... Cum autem per- Act. 16. 4. transirent civitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus in Jerusalem...... Hæc doce & ex- 1. Tim. 6. 2. hortare...... Tu autem loquere quæ decent Tit. 2. 1. sanam doctrinam.
Matth. 28. 19.

Quod cui sermo doctrinæ Domini concreditus est, is si quid conticuerit eorum quæ ad complacendum Deo necessaria sunt, reus est sanguinis eorum qui periclitantur, aut quia quæ prohibita fuere, admissa sunt, aut quia quæ fieri debebant, sunt omissa.

CAPUT VII.

VÆ vobis legisperitis, quia tulistis cla- Luc. 11. 52. vem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis...... Cum ve- Act. 18. 5. nissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, coarctabatur sermone Paulus, testi-

ficans Judæis esse Christum Jesum. Contra-
dicentibus autem eis, & blasphemantibus,
excutiens vestimentum suum, dixit ad eos:
Sanguis vester super caput vestrum : mun-
Act. 20. 26. dus ego : ex hoc ad gentes vadam...... Qua-
propter contestor vos hodierna die, quia
mundus sum a sanguine vestro. Non enim
subterfugi quominus annuntiarem omne
consilium Dei vobis.

Quod in iis etiam quæ a Scriptura præcepta & jussa non fuerunt, oportet tamen unumquemque ad id quod melius est cohortari.

CAPUT VIII.

Matth. 19. 12. SUnt eunuchi qui de matris utero sic nati
sunt : & sunt eunuchi qui facti sunt ab
hominibus : & sunt eunuchi qui seipsos ca-
straverunt propter regnum cælorum. Qui
1. Cor. 7. 25. potest capere, capiat...... De virginibus au-
tem præceptum Domini non habeo : consi-
lium autem do, tamquam misericordiam
consequutus a Domino, ut sim fidelis. Exi-
stimo ergo hoc bonum esse propter instan-
tem necessitatem, quoniam bonum est ho-
mini sic esse. Alligatus es uxori? noli quæ-
rere solutionem: solutus es ab uxore? noli
quærere uxorem, &c.

Quod nemini licet alios cogere ad ea facienda, quæ ipse non efficit.

CAPUT IX.

Luc. 11. 46. ET vobis legisperitis væ : quia oneratis
homines oneribus, quæ portare non
possunt, & ipsi uno digito vestro non tangi-
tis sarcinas.

Quod is qui præficitur doctrinæ, sese reliquis boni omnis exemplar præbere debet, adeo ut ea quæ docet, prius perficiat.

CAPUT X.

Matth. 11. 28. VEnite ad me omnes qui laboratis, &
onerati estis, & ego reficiam vos. Tol-
lite jugum meum super vos, & discite a me,
Joan. 13. 12. quia mitis sum, & humilis corde...... Post-
quam ergo lavit pedes discipulorum suorum,
& accepit vestimenta sua : cum recubuisset
iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vo-
bis? Vos vocatis me Magister, & Domine:
& bene dicitis : sum etenim. Si ergo ego la-
vi pedes vestros, Dominus, & Magister:
& vos debetis alter alterius lavare pedes.
Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmo-
dum ego feci vobis, ita & vos faciatis alter
Act. 20. 35. alteri...... Omnia ostendi vobis, quoniam sic
laborantes oporteat suscipere infirmos.....
1. Cor. 11. 1. Imitatores mei estote, sicut & ego Chri-
1. Tim. 4. 12. sti...... Nemo adolescentiam tuam contem-

A nat : sed exemplum esto fidelium, in verbo
in conversatione, &c.

Quod non oportet eum qui præest aliis docendis, ob sua recte facta securum esse : verum nosse debet proprium & præcipuum curæ sibi commissæ munus esse, ut ii qui ipsi concrediti sunt, meliores efficiantur.

CAPUT XI.

VOs estis sal terræ. Quod si sal infatuatus Matth. 5. 13.
fuerit, in quo salietur? Ad nihilum
B valet ultra, nisi ut mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus...... Omne quod dat Joan. 6. 37.
mihi Pater, ad me veniet : & eum qui venit
ad me, non ejiciam foras. Quia descendi de
cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed
voluntatem ejus qui misit me, Patris. Hæc
est autem voluntas ejus qui misit me, ut om-
nis qui videt filium, & credit in eum, habe-
at vitam æternam........ Quæ est enim nostra 1. Thess. 2. 19.
spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? non-
ne vos ante Dominum nostrum Jesum Chri-
stum estis in adventu ejus? Vos enim estis
C gloria nostra, & gaudium.

Quod qui præficitur ad docendum, debet obire vicos & civitates omnes sibi concreditas.

CAPUT XII.

ET circuibat Jesus totam Galilæam, do- Matth. 4. 23.
cens in synagogis, & prædicans evan-
gelium regni, & sanans omnem morbum,
& omnem languorem........ Et ipse iter facie- Luc. 8. 1.
bat per civitates & castella prædicans re-
gnum Dei, & evangelizans : & duodecim
D cum illo.

Quod omnes convocandi sunt ad obediendum evangelio : item quod sermo cum omni libertate sit annuntiandus, sitque dandum veritati testimonium, quamquam non nulli prohibeant, & quoquo modo vel ad mortem usque persequantur.

CAPUT XIII.

QUod dico vobis in tenebris, dicite in Matth. 10. 27.
lumine : & quod in ore audivistis, præ-
E dicate super tecta. Et nolite timere eos, qui
occidunt corpus, animam autem non possunt
occidere..... Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed Matth. 22. 8.
qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite
ergo ad exitus viarum, & quoscumque inve-
neritis, vocate ad nuptias.... Respondit ei Joan. 18. 20.
Jesus : Ego palam loquutus sum mundo : ego
semper docui in synagoga, & in templo, quo
omnes Judæi conveniunt : & in occulto lo-
quutus sum nihil..... Et cum adduxissent il- Act. 5. 27.
los, statuerunt in concilio : & interrogavit
eos princeps sacerdotum, dicens : Nonne
præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis
in

Digitized by Google

in nomine isto? Et ecce replestis Jerusalem A doctrina vestra: & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt: Obedire
Act. 20. 22. oportet Deo magis quam hominibus..... Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: quoniam vincola & tribulationes me manent. Verum pro nihilo hæc habeo, neque vita mea chara est mihiipsi, ut consummem cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi a Domino Jesu, ad testificandum evangelium gra-
1. Thess. 2. 1. tiæ Dei..... Nam ipsi scitis, fratres, introi- B tum nostrum ad vos, qoia non inanis fuit: sed ante passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos evangelium Dei nostri, in multo certamine.

Quod orandum est pro profectu eorum qui crediderunt, gratiæque pro hoc sunt persolvendæ.

CAPUT XIV.

Joan. 17. 20. NOn pro eis autem rogo tantum, sed & C pro eis qui credunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis
Ibidem v. 24. unum sint..... Et iterum: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi som ego, & illi sint
Luc. 10. 21. mecum...... In ipsa hora exsultavit spiritu Jesus, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit
Rom. 1. 8. ante te..... Primom quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vo- D bis: quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri fa-
Philip. 1. 8. cio in orationibus meis...... Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra adhuc magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, ur probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi: repleti fructibus justitiæ per Jesum Christum in gloriam & laudem Dei. E

Quod eo quæ recte facta sunt per Dei gratiam, etiam aliis patefacienda sint ad gloriam Dei.

CAPUT XV.

Luc. 9. 10. Act. 14. 26. ET reversi Apostoli narraverunt illi quæcumque fecerunt..... Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis.......
Ephes. 6. 21. Ut autem & vos sciatis quæ circa me sont, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt.

Quod non modo præsentium, sed absentium etiam cura gerenda sit, omniaque facienda prout postularit ædificationis ratio.

CAPUT XVI.

ET alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, unus pastor....... Propter quod non amplius sustinentibus nobi placuit, ut Athenis relinqueremur soli: & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in evangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra. Joan. 10. 16. 1. Thess. 3. 1.

Quod iis auscultandum sit, qui nos ad præstandum beneficium invitant.

CAPUT XVII.

HÆc illo loquente, ecce princeps accessit, & adorabat eum, dicens: Filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam sopeream, & vivet. Et surgens Jesus sequebatur eum........ Cum autem vicina esser Lydda Joppe: discipuli aodientes quod Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: ut ne gravaretur venire usque ad se. Exsurgens autem Petrus venit cum illis. Matth. 9. 18. Act. 9. 38.

Quod qui veritatis doctrinam suscipiunt, ii sint in ipsa per visitationem stabiliendi.

CAPUT XVIII.

POst aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes jam visitemus fratres nostros per universas civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo se habeant..... Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio: quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel & iterum, sed impedivit nos Satanas. Et paulo post: Propter quod non amplius sustinentibus nobis placuit, ut Athenis relinqueremur soli: & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in evangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Act. 15. 36. 1. Thess. 2. 17. 1. Thess. 3. 1.

Quod

A

Quod proprium est ejus qui Dominum diligit, magna cum charitate erga eos quos docet, quavis ratione & cum omni studio ipsorum curam gerere, etiamsi in doctrina cum publice tum privatim tradenda vel ad mortem usque perseverare oportuerit.

CAPUT XIX.

Joan. 10. 11. BOnus pastor animam suam ponit pro
Joan. 21. 15. ovibus..... Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, B tu scis quia amo te: Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei Jesus:
Act. 20. 7. Pasce oves meas......... Una autem Sabbatorum, cum convenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque ser- C
v. 11. monem usque in mediam noctem. Et paucis interjectis, Ascendens autem, frangensque panem, & gustans, satisque alloqu-
v. 20. tus usque in lucem, profectus est...... Quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis & docerem vos publice & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in
v. 31. Dominum nostrum Jesum....... Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum....... D
1. Thess. 2. 9. Memores enim estis, fratres, laboris nostri, & fatigationis: nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus evangelium Dei, &c.

Quod qui præficitur doctrinæ tradendæ, is debet esse misericors & clemens, & maxime erga eos, quorum animæ sunt male affectæ.

CAPUT XX.

Matth. 9. 11. ET videntes Pharisæi dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis & peccato- E ribus manducat magister vester? At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: non enim veni vocare justos, sed pec-
Ibidem. v. 36. catores ad pœnitentiam..... Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, sicut oves non habentes pastorem.

Quod oportet in corporeis etiam necessitatibus eos qui nobis concrediti sunt, commiserari, & ipsorum curam gerere.

CAPUT XXI.

MIsereor turbæ, quia triduo jam perse- Matth. 15. 32.
verant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.... Et venit ad eum leprosus Marc. 1. 40.
deprecans eum, atque ad genua illius se provolvens, ac dicens illi: Si vis, potes me mundare. Jesus autem misertus, extensa manu sua tetigit eum, & ait illi: Volo: Mundare....... In diebus autem illis, crescente nu- Act. 6. 1.
mero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate, fratres, viros ex vobis testimonio vestro comprobatos septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituemus super hoc opus.

Quod is cui concreditur verbum Dei, se a majorum negotiorum studio subducere non debet, dum magno conatu inexsequendis minoribus suam ipsius operam navat.

CAPUT XXII.

COnvocantes autem duodecim multitu- Act. 6. 2.
dinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Et paulo post: Nos vero Ibidem. v. 4.
orationi & ministerio verbi instantes fuerimus.

Quod neque ad ostentationem, neque ad quæstum adhibendus est doctrinæ sermo, blandiendo audientibus, ut nostris voluptatibus aut commodis consulamus: sed nos tales esse addecet, tamquam qui ad gloriam Dei coram ipso loquamur.

CAPUT XXIII.

OMnia vero opera sua faciunt ut videan- Matth. 23. 5.
tur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestimentorum suorum, amantque primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foris, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim pater vester, qui in cælis est: nec vocemini magistri: nam magister vester unus est, Christus...... Mea doctrina non est Joan. 7. 16.
mea, sed ejus, qui misit me. Si quis volun-

ta-

tatem ipsius faciat, cognoscet de doctrina, A utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, & injustitia in il- 2. Cor. 2. 17. lo non est....... Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei: sed velut ex sinceritate, sed velut ex Deo, coram Deo in 1. Thess. 2. 3. Christo loquimur..... Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis evangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, B qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis apud vos, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: Deus testis est: neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis; licet possemus in auctoritate esse, tamquam apostoli Christi.

Quod non oportat eum qui præest aliis docendis, abuti sua potestate ad subjectorum contumeliam, neque contra illos extolli, quin potius gradum illum accipere ceu quam- C dam occasionem humilitatis, quæ eis ostendenda sit.

CAPUT XXIV.

Matth. 24. 45. QUis, putas, est fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum: Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit Do- D minus meus venire: & cœperit percurere conservos suos, manducetque & bibat cum ebriosis: veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat: & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium..... Joan. 13. 13. Vos vocatis me Domine, & Magister: & vere dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos Luc. 22. 24. debetis alter alterius lavare pedes..... Facta est autem & contenrio inter eos, quis eorum videretur esse major. Jesus aotem dixit eis: E Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut junior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, Act. 20. 17. sicut qui ministrat.... A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu ecclesiæ; qui cum venissent ad eum, dixit eis: Vos scitis, a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim: serviens Domino cum omni humilitate, & multis lacrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum.... Libenter enim suffertis insipientes, 2. Cor. 11. 19. cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

Quod non sit prædicandum evangelium per contentionem, aut invidiam, aut quamdam animi adversum aliquos concitationem.

CAPUT XXV.

ECce puer meus, quem elegi, dilectus Matth. 12. 18. meus, in quo sibi bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus..... Quidam qui- Philip. 1. 15. dem & propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem evangelii positus sum: quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

Quod non oportet humanis præsidiis & donis uti ad evangelii prædicationem, ne ab ipsis obscuretur Dei gratia.

CAPUT XXVI.

COnfiteor tibi, Pater Domine cæli & Matt. 11. 25. terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis... Non enim misit me Christus baptiza- 1. Cor. 1. 17. re, sed evangelizare: non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.... Et ego 1. Cor. 2. 1. cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Dei. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum: & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: & sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis; ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Quod non putandum est, quod nostra ipsorum solertia & arte prædicationem ad prosperum exitum deducamus: sed fiducia omnino in Deo collocanda est.

CAPUT XXVII.

FIduciam autem talem habemus per 2. Cor. 3. 4. Christum ad Deum: non quod suffi-

cien-

Digitized by Google

cientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi
2. Cor. 4. 7. testamenti.... Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

Quod is cui concredita fuit evangelii prædicatio, nihil amplius debeat possidere quam quæ ad necessarium ipsius usum requiruntur.

CAPUT XXVIII.

Matth. 10. 9. NOlite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim
Luc. 9. 3. est operarius cibo suo.... Nihil tuleritis in via, neque virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tu-
Act. 20. 33. nicas habeatis.... Argentum aut aurum aut
2. Tim. 2. 4. vestem nullius concupivi: ipsi scitis.... Nemo militans vitæ negotiis implicatur, ut placeat ei qui ipsum in militiam delegit.

Quod animus haud sit applicandus ad rerum mundanarum curas in eorum gratiam, qui his nimio affectu vacant.

CAPUT XXIX.

Luc. 12. 13. AIt autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. At ille dixit: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super
2. Tim. 2. 4. vos?.... Nemo militans implicatur vitæ negotiis, &c.

Quod illi qui ad gratiam audientium conciliandam Dei voluntates libere nuntiare negligunt, excidant a Domini mancipio: quandoquidem iis quibus placere volunt, sese mancipant.

CAPUT XXX.

Joan. 5. 44. QUomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?........
Gal. 1. 10. Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

Quod is qui docet, hunc sibi proponere debeat scopum, ut singulos in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi aptet & componat, unumquemque tamen in suo ipsius ordine.

CAPUT XXXI.

Matth. 5. 48. EStote ergo vos perfecti, sicut pater ve-
Joan. 17. 20. ster cælestis perfectus est........ Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credunt per verbum eorum in me: ut omnes A unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint........ Et ipse Ephes. 4. 11.
dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Quod in patientia & mansuetudine erudiendi B *sint adversarii, exspectata nimirum ipsorum pœnitentia, quoad omnis modus diligentiæ erga ipsos adimpleatur.*

CAPUT XXXII.

NEque contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem Matth. 12. 19.
ejus. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non exstinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium........ Servum 2. Tim. 2. 24.
autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes: idoneum ad docen- C dum, tolerantem malorum, in mansuetudine erudientem eos qui adversantur: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueo.

Quod cedendum est, cum aliqui præsentiam ejus qui verbum prædicat, recusant ob timorem ac metum, nec oportet contentiose instare.

CAPUT XXXIII.

D ET rogaverunt illum omnis multitudo Luc. 8. 37.
regionis Gadarenorum, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens navim, reversus est.

Quod ab iis etiam qui propter animi improbitatem prædicationem evangelii non suscipiunt, secedere debeamus, ne pro corporis quidem necessitatibus beneficia ab ipsis accipientes.

CAPUT XXXIV.

E ET quicumque non receperit vos, neque Matth. 10. 14.
audierit sermones vestros: exeuntes de domo illa vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris....... In quamcumque autem Luc. 10. 10.
civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam pulverem qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquavit in vos regnum Dei........
Cum venissent autem de Macedonia Silas & Act. 18. 5.
Timotheus, detinebatur sermone Paulus, testificans Judæis esse Christum Jesum. Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus,

bus, excutiens vestimenta dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum : mundus ego, ex hoc ad gentes vadam. A

Quod recedendum est ab immorigeris, postquam erga ipsos adhibitus fuerit omnis diligentiæ modus.

CAPUT XXXV.

Matth. 23. 37. JErusalem, Jerusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub B alas suas, & noluistis? Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta...... Act. 13. 46. Vobis oportebat loqui verbum Dei : sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus : Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ...... Tit. 3. 10. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita : sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit cum sit proprio judicio condemnatus.

Quod in omnibus erga omnes servanda est verborum Domini integritas, sic ut nihil efficiatur ob animi inclinationem.

CAPUT XXXVI.

1.Tim. 5. 21. TEstor coram Deo & Christo Jesu, & electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

Quod singula ab eo qui doctrinæ tradendæ præficitur, considerate & cum multo examine & facienda sint & dicenda, eo nempe consilio, ut rem faciat Deo gratam : quippe qui vel ab ipsis qui sibi concrediti fuere, debeat comprobari, eorumque testimonio commendari. D

CAPUT XXXVII.

Act. 20. 18. VOs scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim : serviens Domino cum omni humilitate, & multis lacrymis & ten- E tationibus. Ibidem. v. 33. Et paulo post : Argentum aut aurum, aut vestem nullius concupivi. Ipsi scitis : quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ...... 1. Thess. 2. 10. Vos testes estis, & Deus, quam sancte, & juste & sine querela vobis qui credidis, fuimus: sicut vos scitis.

REGULA LXXI.

Quæ conjunctim de episcopis ac presbyteris dicta sunt.

CAPUT I.

SI quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1.Tim. 3. 1. Sed oportet episcopum irreprehensibilem esse, &c...... Ibidem. 5. 1. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem : juniores ut fratres, seniores mulieres ut matres, juniores ut sorores, in omni castitate...... 2. Tim. 2. 22. Juvenilia autem desideria fuge : sectare vero justitiam, fidem, charitatem, pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones devita : sciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare : sed mansuetum esse ad omnes, &c...... Ibid. 3. 10. Tu autem assequutus es meam fidem, doctrinam, institutionem, propositum, patientiam, persequutiones, passiones........ Tit. 1. 5. Hujus rei gratia reliqui te in Creta, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presby- C teros, sicut ego disposui tibi, si quis sine crimine est, &c.

De Diaconis.

CAPUT II.

Act. 6. 5. ET elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum & Nicanorem, *& reliquos, quos* statuerunt ante conspectum Apostolorum : & orantes imposuerunt eis manus....... 1.Tim. 3. 8. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, &c.

De auditoribus.

REGULA LXXII.

Quod debeant auditores qui Scripturas fuerint edocti, explorare ac probare ea quæ a magistris dicuntur: & quæ quidem consona sunt Scripturis, suscipere ; quæ vero aliena, rejicere, eosque qui in ejusmodi doctrinis perseverant, vehementius aversari.

CAPUT I.

Matth. 18. 7. VÆ homini illi per quem scandalum venit. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum : similiter & de manu & de pede...... Joan. 10. 1. Amen amen dico vobis : Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. v. 5. Et post pauca : Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo : quia non noverunt vocem alienorum...... Gal. 1. 8. Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præter id quod accepistis, anathema sit...... 1. Thess. 5. 20. Prophetias nolite spernere. Omnia au-

autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete.

Quod ii qui non multum callent Scripturas, debeant ex spiritus fructibus characterem ac notam sanctorum agnoscere: & eos quidem qui tales sunt, admittere; ab iis vero qui non sunt hujusmodi, recedere.

CAPUT II.

Matth. 7. 15. ATtendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fru- B
Philipp. 3. 17. ctibus eorum cognoscetis eos...... Imitatores mei estote fratres, & observate eos qui ita ambulant, quemadmodum nos exemplar habetis.

Quod qui recte verbum veritatis tractant, ii perinde atque Dominus sint suscipiendi, ad gloriam ejus qui illos misit, Jesu Christi Domini nostri.

CAPUT III.

Matth. 10. 40. QUi recipit vos, me recipit...... Qui re- C
Joan. 13. 20. cipit si quem misero, me recipit........
Luc. 10. 16. Qui vos audit, me audit..... Et tentationem
Gal. 4. 13. in carne mea non sprevistis, neque respuistis: sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

Quod qui non auscultant iis qui mittuntur a Domino, non in eos modo contumeliosi sunt, sed in eum etiam qui ipsos misit: quin & sibiipsis judicium gravius ascifcunt, quam quod in Sodomos ac Gomorrhos prolatum est.

CAPUT IV.

Matth. 10. 14. ET quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes de civitate aut domo illa, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi ci-
Luc. 10. 16. vitati....... Qui vos spernit, me spernit.....
1 Thess. 4. 8. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

Quod doctrina mandatorum Domini ita sit accipienda, tamquam quæ vitam æternam & regnum cælorum nobis conciliet: item quod debeamus in ea studiose nos exercere, licet ardua & difficilis esse videatur.

CAPUT V.

Joan. 5. 24. AMen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transiit a morte in vi-
Act. 14. 20. tam.... Cumque evangelizassent civitati illi, A & docuissent multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam: confirmantes animas discipulorum: exhortantes, ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.

Quod reprehensio & objurgatio ita accipienda sit, quasi medicamentum quoddam quo vitiosus affectus depellatur, & sanitas paretur. Ex quo perspicuum est, quod qui mansuetudinem ac lenitatem simulant vitioso quodam hominibus placendi studio, nec peccantes redarguunt, ii illos prorsus damno afficiant, atque adversus ipsam veram eorum vitam insidias struant.

CAPUT VI.

SI autem peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum..... Congregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, C ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu..... Matth. 18. 15. 1. Cor. 5. 4.
Quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit, nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem haud pœnitendam operatur..... Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide. 2. Cor. 7. 8. Tit. 1. 13.

REGULA LXXIII.

D *Quod vir ab uxore, aut uxor a viro non debeat separari, nisi alter deprehendatur in adulterio, aut pietati sit impedimento.*

CAPUT I.

DIctum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis: Quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta stupri causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat.... Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxo- Matth. 5. 31. Luc. 14. 26.
E rem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus..... Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur..... Iis autem qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, ut uxor a viro non separetur: quod si separata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur: & vir uxorem non dimittat. Matth. 19. 9. 1. Cor. 7. 10.

Quod

Quod non licet viro uxore dimissa, aliam ducere: neque fas est repudiatam a marito, ab alio duci uxorem.

CAPUT II.

Matth. 19. 9. DIco autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.

Quod viri debent diligere uxores suas, dilectione qua Christus dilexit Ecclesiam, qui, ut eam sanctificaret, seipsum pro ipsa tradidit. B

CAPUT III.

Ephes. 5. 25. VIri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mun-
v. 26. dans lavacro aquæ in verbo. Et paucis interjectis, Ita viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua, &c.

Quod oportet uxores subjici suis ipsarum viris, quemadmodum & Ecclesia Christo subjecta est, ut faciant Dei voluntatem. C

CAPUT IV.

Ephes. 5. 22. MUlieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut & Christus caput est Ecclesiæ: & ipse salvator est corporis. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo: ita & mulieres viris suis
Tit. 2. 4. in omnibus...... Ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios diligant: ut sobriæ sint, castæ, domus custodes, benignæ, subditæ viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. D

Quod non debent mulieres se ad parandam pulcritudinem exornare, sed studium omne & curam ad bona opera conferre, atque hunc verum & Christianis mulieribus convenientem ornatum esse existimare.

CAPUT V.

1. Tim. 2. 9. SImiliter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem, per opera bona. E

Quod debent mulieres silere in Ecclesia, & sedulo domi de modo placendi Deo inquirere.

CAPUT VI.

1. Cor. 14. 34. MUlieres vestræ in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse. Si quid autem volunt discere, A domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieribus loqui in Ecclesia...... Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. 1. Tim. 2. 11.

REGULA LXXIV.

Quod oportet viduam robustiore corpore praeditam, in cura ac studio vitam degere, memorem eorum quæ ab Apostolo dicta sunt, & testimonii, quod Dorcadi datum est.

CAPUT I.

IN Joppe autem erat quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat. Et paulo post: Et circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes tunicas & vestes quas faciebat cum esset cum ipsis Dorcas...... Vidna eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor: in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsequuta est. Act. 9. 36. v. 39. 1. Tim. 5. 9.

Quod vidua quæ ob recte facta ab Apostolo memorata illustris est & clara, quæque ad ordinem vere viduarum pervenit, precibus & obsecrationibus cum jejuniis noctu diuque insistere debeat.

CAPUT II.

ET erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die.... Quæ autem vere vidua est & desolata, sperat in Deo, & instat obsecrationibus & orationibus nocte ac die: quæ vero in deliciis est, vivens mortua est. Luc. 2. 36. 1. Tim. 5. 5.

REGULA LXXV.

Quod oportet servos cum omni benevolentia ad Dei gloriam suis secundum carnem dominis obedire, in iis certe, in quibus mandatum Dei non solvitur.

CAPUT I.

SErvi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servien- Ephes. 6. 5.

tes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum benevolentia servientes, sicut Domino, & non hominibus: scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber...... 1. Tim. 6. 1. Quicumque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Dei & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt...... Tit. 2. 9. Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed omnem fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.

Quod oportet dominos, qui memores sunt veri Domini, quam operam ipsis dederint servi, eam quoque servis proviribus præbere, in Dei timore & mansuetudine erga ipsos, ad Domini exemplum.

CAPUT II.

Joan. 13. 3. SCiens Jesus quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit, surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Ibid. v. 13. Et paulo post: Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis...... Ephes. 6. 9. Domini, eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & vester ipsorum Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eum.

REGULA LXXVI.

Quod liberi debent parentes colere, eisque obedire in omnibus, quæ Dei mandato nequaquam officiunt.

CAPUT I.

Luc. 2. 48. ET dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. v. 51. Nec multo post, Et abiit cum eis & venit Nazaret: & erat subditus illis...... Ephes. 6. 1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est. Honora patrem & matrem, quod est mandatum primum in promissionibus, ut bene sit tibi, & eris longævus super terram.

A *Quod parentes in disciplina & correctione Domini, cum mansuetudine & lenitate debent liberos educare, nullamque, quantum in ipsis est, eis iræ ac tristitiæ occasionem dare.*

CAPUT II.

ET vos patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.... Ephes. 6. 4.
B Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Coloss. 3. 21.

REGULA LXXVII.

Quod oportet virgines ab omni sæculi hujus sollicitudine liberas esse, ut possint sic gratias Deo agere, ut non distrahantur neque mente neque corpore ob spem regni cælorum.

CAPUT I.

SUnt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat....... Matth. 19. 12.
C Volo autem vos sine sollicitudine esse. 1. Cor. 7. 32. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placiturus sit Domino: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori. Differunt & mulier & virgo. Innupta curat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, curat quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ut id quod honestum est, vos do-
D ceam, & facile adhæreatis Domino citra ullam distractionem.

REGULA LXXVIII.

Quod non licet militantibus quemquam concutere aut calumniari.

CAPUT I.

INterrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Luc. 3. 14. Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calum-
E niam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

REGULA LXXIX.

Quod oportet principes ac magistratus vindices esse legum Dei.

CAPUT I.

NAm principes non sunt terror bonorum operum, sed malorum. Rom. 13. 3. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium por-

portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.

Quod oportet subjici potestatibus supereminentibus in iis quibus non præpeditur Dei mandatum.

CAPUT II.

Rom. 13. 1. OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, B sibiipsis damnationem acquirent. Nam principes non sunt terror bonorum operum, sed Act. 5. 29. malorum, &c........ Obedire oportet Deo Tit. 3. 1. magis quam hominibus...... Admone illos principatibus & potestatibus subditos esse, obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

REGULA LXXX.

Cujusmodi Christianos esse velit Scriptura, nimirum tamquam Christi discipulos, qui sese ad ea sola conforment, quæ in ipso vident, aut quæ ab ipso audiunt.

CAPUT I.

Matth. 11. 29. Joan. 13. 13. TOllite jugum meum super vos, & discite à me....... Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Tamquam oves Christi, quæ audiant vocem sui solius pastoris, ac ipsum sequantur.

CAPUT II.

Joan. 10. 27. OVes meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et superius: v. 5. Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.

Ipsos tamquam Christi palmites in eo esse radicatos, qui in ipso fructum afferentes, quidquid ei convenerit, & ipso dignum fuerit, perficiant & habeant.

CAPUT III.

Joan. 15. 5. EGo sum vitis, vos palmites.

Hos esse tamquam Christi membra, in omni exercitatione mandatorum Domini, aut donorum Spiritus sancti perfectos pro dignitate capitis, qui est Christus.

CAPUT IV.

1. Cor. 6. 15. Ephes. 4. 15. NEscitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?...... Veritatem au- A tem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

Tamquam Christi sponsam, servantem puritatem, in eo quod in solis Sponsi voluntatibus ambulet.

CAPUT V.

QUi habet sponsam, sponsus est...... Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Joan. 3. 29. 2. Cor. 11. 2.

Tamquam templa Dei sancta, illos puros esse, & iis dumtaxat quæ ad Dei cultum pertinent, repletos.

CAPUT VI.

SI quis diligit me, sermonem meum servet, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum fa- Joan. 14. 23.
C ciemus.... Vos enim estis templum Dei vivi. 2. Cor. 6. 16.
Dicit enim scriptura: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus.

Illos tamquam hostiam incontaminatam, nullo membro, nullaque parte mutilam, religionis sanctitatem conservare.

CAPUT VII.

OBsecro vos fratres, per misericordias Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placen- Rom. 12. 1.
D tem, rationabile obsequium vestrum.

Tamquam filios Dei, formatos ad Dei imaginem juxta modum hominibus concessum.

CAPUT VIII.

FIlioli adhuc modicum vobiscum sum..... Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Joan. 13. 33. Gal. 4. 19.

Tamquam lucem in mundo, sic ut ipsi minime sint nequitiæ obnoxii, & eos qui ad se E accedunt, illuminent ad agnitionem veritatis recipiendam: ut fiant quod oportet, vel declarent quid sint.

CAPUT IX.

VOs estis lux mundi..... Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Matth. 5. 14. Philip. 2. 15.

Tamquam sal in terra, ita ut ii qui cum ipsis societatem habuerint, renoventur spiritu ad consequendam integritatem.

CAPUT X.

VOs estis sal terræ. Matth. 5. 13.

Ve-

Digitized by Google

Velut verbum vitæ, sic ut per suam erga præsentia mortificationem spem veræ vitæ confirment.

CAPUT XI.

Philip. 2. 15. INter quos lucetis sicut luminaria in mundo: verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Christi.

Cujusmodi velit Scriptura eos esse, quibus credita est evangelii prædicatio, veluti apostolos, & ministros Christi, ac fideles mysteriorum Dei dispensatores, sola Domini præcepta re & verbo integerrime complentes. B

CAPUT XII.

Matth. 10. 16. Matth. 28. 19. ECce ego mitto vos sicut oves in medio luporum..... Euntes docete omnes gentes.... Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei:
1. Cor. 4. 1. quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidelis quis inveniatur.

Velut præcones regni cælorum, ad destruendum eum qui habet imperium mortis in peccato.

CAPUT XIII.

Matth. 10. 7. EUntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum.......
2. Tim. 4. 1. Obtestor ego coram Deo & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in apparitione sua, & in regno suo: prædica verbum Dei.

Veluti formam, aut regulam pietatis, ut eorum qui Dominum sequuntur, rectitudo in omnibus perficiatur: redarguatur vero eorum perversitas, qui in quavis re illius detrectant imperium.

CAPUT XIV.

Philip. 3. 13. QUæ quidem retro sunt, oblivíscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, juxta scopum persequor ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus, E hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus, ad id eadem regula procedamus, ut idem sentiamus...... Exemplum esto
1. Tim. 4. 12. fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate...... Stude
2. Tim. 2. 15. teipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescendum, recte secantem sermonem veritatis.

A *Veluti oculum in corpore, qui possint discernere bona & mala, & dirigere membra Christi ad ea quæ unicuique congruunt.*

CAPUT XV.

LUcerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus sit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Matth. 6. 22.

Velut pastores ovium Christi, qui ne animam quidem occasione data pro ipsis ponere recusent, ut eis impertiant evangelium Dei.

CAPUT XVI.

BOnus pastor animam suam ponit pro ovibus...... Attendite igitur vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, ad pascendum Ecclesiam Dei. Joan. 10. 11. Act. 20. 28.

Tamquam medicos, qui cum multa commiseratione juxta scientiam doctrinæ Domini curent animarum morbos, ad acquirendam in Christo sanitatem & perseverantiam.

C

CAPUT XVII.

NOn est opus valentibus medicus, sed male habentibus..... Debemus autem nos qui fortes sumus, imbecillitates infirmorum sustinere. Matth. 9. 12. Rom. 15. 1.

Sicuti patres, & nutrices liberorum ex senatorum, qui ob magnum suæ in Christo dilectionis affectum, non eis modo evangelium Dei, sed suas etiam ipsorum animas ex animo impertiri velint.

D

CAPUT XVIII.

FIlioli adhuc paulisper vobiscum sum.... Joan. 13. 33.
Nam in Christo Jesu per evangelium ego vos genui..... Tamquam si nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. 1. Cor. 4. 15. 1. Thess. 2. 7.

Veluti Dei adjutores, qui pro Ecclesia totum suum ipsorum studium in sola opera Deo digna conferant.

CAPUT XIX.

DEi enim sumus adjutores: Dei agricultura, Dei ædificatio estis. 1. Cor. 3. 9.

Tamquam plantatores palmitum Dei, qui nihil alienum a vite, quæ Christus est, nihilque infructuosum inferant; sed ea quæ propria sunt & frugifera, omni studio meliora reddant.

CAPUT XX.

EGo sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non feren- Joan. 15. 1.

ferentem fructum tollit, & omnem qui fert fructum purgat, ut fructum uberiorem afferat.....(1. Cor. 3. 6.) Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.

Velut ædificatores templi Dei, qui sic uniuscujusque animam apparent, ut fundamento apostolorum & prophetarum apte congruat.

CAPUT XXI.

(1. Cor. 3. 10.) SEcundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, (Ephes. 2. 19.) quod est Jesus Christus... Ergo jam non estis hospites, & advenæ: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei: superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, summo angulari lapide ipso Christo Jesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

CAPUT XXII.

QUid proprium est Christiani? Fides quæ per charitatem operatur. Quid est proprium fidei? Certa & indubitata persuasio veritatis verborum divinorum, quæ nulla, neque ex naturali necessitate inducta, neque pietatis nomine efficta ratiocinatione concutiatur. Quid est proprium fidelis? In hujusmodi persuasione constitui vi & auctoritate eorum quæ dicta sunt, nec (Rom. 14. 23.) audere quidquam rejicere, aut addere. Etenim si omne quod non est ex fide, peccatum (Rom. 10. 17.) est, ut ait Apostolus, fides autem ex auditu est, auditus vero per verbum Dei; omne quod est extra divinam Scripturam, cum ex fide non sit, peccatum est. Quid est proprium ejus quæ erga Deum est, charitatis? Servare mandata ipsius, eo animo, ut gloria illi detur. Quid proprium est dilectionis erga proximum? Non quærere quæ sua sunt, sed illius qui diligitur, ad utilitatem animæ ac corporis. Quid proprium Christiani? Generari denuo ex aqua & spiritu per baptismum. Quid proprium est ejus qui generatus est ex aqua? Ut quemadmodum Christus peccato semel mortuus est, ita etiam ipse sit mortuus, & ad omne peccatum immobilis, (Rom. 6. 3.) sicut scriptum est: *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato.* Quid proprium est ejus, qui fuit generatus ex spiritu? Ut fiat illud pro data mensura, quod est id ex quo natus est, veluti scriptum est: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* (Joan. 3. 6.) Quid est proprium illius qui denuo natus est? (Coloss. 3. 9.) Exuere veterem hominem una cum actibus ejus, & cupiditatibus: & induere novum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum, sicut scriptum est: *Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis.* (Gal. 3. 27.) Quid proprium Christiani? Purum esse ab omni inquinamento carnis & spiritus in sanguine Christi, ac perficere sanctimoniam in timore Dei & dilectione Christi: nequaquam habere maculam aut rugam, aut quidpiam hujusmodi, sed esse sanctum & incontaminatum, & sic edere corpus Christi, & bibere sanguinem. *Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.* (1. Cor. 11. 29.) Quid est proprium illorum qui edunt panem, & bibunt poculum Domini? Perpetuam servare memoriam illius qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Quid est proprium eorum qui servant ejusmodi memoriam? Ut jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Quid proprium Christiani? Ut in omnibus justitia illius major sit justitia Scribarum & Pharisæorum, juxta modum & regulam doctrinæ, quæ in evangelio Domini tradita est. Quid proprium Christiani? Ut alter alterum diligat, sicut & Christus dilexit nos. Quid proprium est Christiani? Providere Dominum in conspectu suo semper. Quid est proprium Christiani? Singulis diebus ac horis vigilare, atque ad eam perfectionem qua placeat Deo, paratum esse, scientem quod qua hora non putat, Dominus venturus sit.

EJUSDEM SERMO ASCETICUS.

I. HOmo ad imaginem & similitudinem Dei factus est: sed peccatum, anima ad vitiosas cupiditates impulsa, deformavit imaginis pulcritudinem. Deus autem qui hominem condidit, vera est vita. Itaque qui Dei similitudinem amisit, is perdidit vitæ consortium: qui vero extra Deum est, vitam beatam degere non potest. Revertamur igitur ad gratiam initio nobis concessam, ex qua excidimus per peccatum: & rursus juxta Dei imaginem exornemus nosmetipsos, ac conditori per omnem affectuum vacuitatem similes efficiamur. Qui enim in seipso, quoad ejus fieri potest, illam divinæ naturæ ab affectibus vacuitatem imitatus fuerit, is in sua ipsius anima Dei imaginem in integrum restituit. Qui autem effectus est Deo similis juxta eum quem diximus

mus modum, omnino etiam divinæ vitæ A adeptus est similitudinem, perpetuo in æterna illa beatitudine mansurus. Itaque si per affectuum vacuitatem rursus Dei imaginem recuperemus, vitæque perpetuitatem nobis impertiat Dei similitudo, cæteris omnibus neglectis, huc studium convertamus ut anima nostra nullius umquam vitii tyrannide opprimatur: sed mens nostra immota & insuperabilis permaneat in tentationum assultibus, ut divinæ beatitudinis fiamus participes. Huic autem studio adjumento est virginitas, iis qui ratione duce id donum B coluerint. Non enim in sola a procreandis liberis abstinentia constituitur virginitatis donum: sed vita omnis vitæque ratio ac mores virginitatem excolere debent, sic ut cælibis integritas in omni studio appareat. Fieri enim potest, ut aliquis sermone etiam stuprum, & oculis adulterium committat, audituque polluatur, ac inquinamentum recipiat in corde, perque cibi ac potus intemperantiam extra castimoniæ terminos egrediatur. Nam qui in his omnibus intra virginitatis limites seipsum per continen- C tiam continet, revera ostendit in semetipso perfectum & omnibus numeris absolutum virginitatis donum.

2. Quamobrem si desideremus animæ nostræ characterem per affectuum vacuitatem ad Dei similitudinem componi & exornari, ut hoc pacto etiam a nobis vita sempiterna comparetur, attendamus nobismetipsis, ne forte quidpiam promissione indignum perpetrantes, prolato adversum Ananiam judi- *Act. 5. 1.* cio efficiamur obnoxii. Nam Ananiæ initio licebat possessionem suam Deo non polliceri D ac vovere: sed postquam ad humanam gloriam respiciens, possessionem suam Deo per pollicitationem consecravit, ut hominibus ob munificentiam esset admirationi, parte pretii seposita, ejusmodi adversum se indignationem Domini commovit, cujus Petrus minister fuit, ut ne pœnitentiæ quidem spatium inveniret. Quapropter ante vitæ religiosæ professionem quilibet potest juxta id quod concessum ac legitimum est, vitæ commoda amplecti, ac nuptiarum societati se dedere: sed ubi jam professus est, seipsum E Deo custodire debet, veluti sacrum quoddam donum: ne sacrilegii damnationem subeat, si corpus per professionem Deo dicatum rursus communis vitæ ministerio contaminet. Atque hoc dico, non unum tantummodo vitii genus spectans, quemadmodum opinantur quidam, qui in sola corporis custodia virginitatis virtutem constituunt: sed respicio ad omnem vitiosæ affectionis speciem, sic ut nullo mundano vitio inquinetur qui seipsum Deo custodire studet. Ira, invidia, injuriarum illatarum memoria, mendacium, superbia, mentis evagatio, intempestiva garrulitas, segnities in orando, eorum quæ non sunt cupiditas, in mandatis perficiendis negligentia, vestimentorum ornamentum, faciei cultus, congressiones, colloquia præter decorum & sine necessitate habita, hæc omnia quam diligentissime sunt cavenda ab eo qui per virginitatem Deo seipsum consecravit: siquidem propemodum æquale est periculum in unum aliquod horum delabi, & in vetito peccato versari. Omnia enim quæ ex vitioso animi affectu fiunt, corrumpunt quodammodo animæ puritatem, suntque vitæ divinæ impedimento. Ad hæc igitur respiciat oportet, qui sæculo nuntium remisit, ut Dei vas, seipsum scilicet, nullo prorsus vitioso usu coinquinet. Illud autem maxime est considerandum, quod qui vitam angelorum elegit, transtulerit se ad incorpoream vitæ rationem, cum naturæ humanæ terminos transgressus sit. Hoc enim proprium est angelicæ naturæ, a nuptiali societate liberam esse, neque ad ullam aliam contemplandam pulcritudinem distrahi, sed oculos in divinam faciem assidue intentos habere. Quamobrem qui jam in angelicæ dignitatis ordinem transivit, si humanis vitiis inquinetur, similis est pantheræ pelli, cujus setæ neque prorsus albæ sunt, neque nigræ omnino, sed cum sint diversorum colorum mixtura distinctæ & interpunctæ, neque in nigris numerantur, neque in albis. Hæc igitur communior quædam sit admonitio exhortatioque iis qui continentem ac castam vitam delegere.

3. Sed cum de singulis quoque differere operæ pretium sit, necesse est de his etiam brevem relinqui sermonem. Qui a communi vivendi ratione recessere, seque exercent in diviniore vitæ instituto, non per se & sine adminiculo exerceantur. Convenit enim contestatam esse & spectatam hujusmodi vitam, ut libera fiat a prava suspicione. Et quemadmodum lex spiritualis non vult pauciores esse quam decem, qui mysticum pascha comedant: ita hic eorum qui simul vitam spiritualem excolunt numerum denariom potius augeri oportet quam minui. Hanc honestam vivendi rationem unus aliquis moderetur, qui ob vitæ morumque ac omnis modestæ conversationis probationem reliquis præpositus sit: quin & ætatis ac temporis habeatur ratio ad obtinendas priores partes. Nam quod antiquius est in hominum natura, majorem quodammodo præfert venerationem. Hic autem fratribus ultro cum docilitate solom & humilitate obedientibus, tanta potiator potestate, ut nulli eorum qui conventum componunt, liceat ipsius voluntati resistere, cum aliquid eorum quæ ad honestatem & vitæ integritatem conferunt

præ-

Digitized by Google

præcipit. Sed, ut ait Apostolus, constitutis a Deo potestatibus non resistendum est, (docet enim condemnari eos qui Dei ordinationi resistunt): ita hic quoque persuasum sit oportet reliquis fratribus non fortuito, sed ex divina voluntate datam esse præfecto ejusmodi potestatem, ut is qui secundum Deum est profectus, antistite quidquid utile est animæ & fructuosum suggerente, aliis vero obedienter bona consilia suscipientibus, minime impediatur. Quoniam igitur prorsus convenit cœtum hunc præposito obedientem esse ac subditum, necesse est in primis talem eligi vitæ hujus moderatorem, ut illius vita iis qui ad ipsum respiciunt, sit cujusvis virtutis exemplar: &, ut ait Apostolus, qui sobrius sit, temperans, modestus, & ad docendum idoneus. (1. Tim. 3. 2.) Sic, meo quidem judicio, exploranda est & hujus vita, non solum an temporis spatio senectam attigerit (accidit enim cum canitie etiam ac rugis inveniri juveniles mores): sed præsertim an mores & agendi ratio per modestiam & gravitatem incanuerint, ut quidquid ab illo dicitur & efficitur, pro lege conventui sit & pro regula. Iis autem qui in ejuscemodi vitæ instituto degunt, convenit hæc paradisi victus ratio, quam Apostolus præcepit, ut manibus operantes honeste panem suum edant. (2. Thess. 3. 12.) Opera autem sunt conficienda, moderante sene aliquo vitæ sanctimonia probato ac spectato, qui manualia ipsorum opera ad requisitos usus impendat, ut & illud mandatum impleatur, (Gen. 3. 19.) quod in sudore ac labore victum comparari præcipit, & honestas irreprehensa maneat atque inculpata, cum ob nullam victus necessitatem in publicum prodire cogantur. Hic vero sit optimus servandæ continentiæ modus & regula, neque ad voluptatem, neque ad afflictationem carnis respicere, sed in utroque immoderantiam fugere, ut neque turbetur ob obesitatem, neque ei ob morbum & languorem mandatorum conficiendorum facultas adimatur. Nam utrimque æquale detrimentum animæ accedit, & cum caro subdita non est, si videlicet ex bona habitudine præceps agatur ad indecoros motus, & cum remissa exsolutaque ac immobilis præ doloribus detinetur. Non enim animæ in tali corporis statu otium est oculos libere sursum attollendi, imo omnino necesse est eam de doloris sensu occupari, & ad ipsum inclinari, simulque deprimi per malam corporis affectionem.

4. Sit itaque rerum usus necessitati accommodus ac conveniens, neque vinum habeatur ut abominandum, si modo ad medelam assumatur, neque studiose paretur citra necessitatem; & reliqua omnia similiter necessariis usibus, non cupiditatibus inserviant eorum qui vitam asceticam excolunt. Omnis

A vita tempus sit orandi. Quoniam tamen maxime quibusdam intervallis ea contentio, quæ ad psallendum & ad genua inflectenda adhibetur, interrumpenda est, observandæ sunt horæ a Sanctis pro precibus designatæ. Ait igitur magnus David: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ:* (Psal. 118. 62.) quem & Paulus & Silas sequuti esse comperiuntur, quippe qui media nocte Deum in carcere laudaverint. (Act. 16. 25.) Deinde dicit idem propheta: *Vespere & mane & meridie.* (Psal. 54. 18.) Quin & Spiritus sanctus circiter horam ter-
B tiam advenit, velut in Actis didicimus, cum nempe Pharisæis discipulos ob varium linguarum usum irridentibus, ait Petrus ebrios eos non esse, (Act. 2. 15.) qui hæc loquerentur: quandoquidem hora erat tertia. Hora vero nona memoriam refert Dominicæ passionis, quæ vitæ nostræ causa suscepta est. Sed quoniam dicit David: *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ*, (Psal. 118. 164.) illa autem orandi tempora, quæ diximus, nequaquam explent precum hebdomada, dividenda est meridiana precatio, sic ut pars una anteaquam cibus
C sumatur, altera post acceptum cibum fiat, quo etiam ea Dei laudatio quæ septies die in toto diei circuitu persolvitur, nobis sit pro exemplari. Aditus ad monasteria obstruatur mulieribus: imo non quivis viri ingrediantur, sed quibus præfectus ingressum permiserit. Cum enim quilibet fine delectu ingreditur, animus plerumque in intempestivos sermones ac inutiles fabulas sese effundit, & ex vanis colloquiis delabitur in vanas inutilesque cogitationes. Ob idque lex communis ea sit, ut solus præses de iis interrogetur
D & respondeat, de quibus necessario sermo aliquis haberi debet: minime autem respondeant cæteri iis qui supervacaneis colloqutionibus utuntur, ut ne simul ad inanium verborum seriem pertrahantur.

5. Apotheca autem communis omnium sit, nec quidquam ceu cujusvis proprium nominetur, non vestimentum, non calceamentum, non quidvis aliud quod ad necessarium corporis usum pertineat. Sed usus sit penes præfectum, ita ut quod cuique convenit, id ex communibus tribuatur
E juxta moderatoris præceptum. Jam vero in hoc communi contubernio dilectionis lex non permittit particulares amicitias ac sodalitates. Nam necesse est omnino, affectus particulares plurimum communi concordiæ nocere. Quamobrem respicere se mutuo debent omnes cum æquali amoris mensura, unusque & idem in toto cœtu tenendus est dilectionis modus. Quod si quis ob quamcumque causam monachum fratrem aut propinquum majori studio quam alium quemvis prosequi comperiatur, is tamquam in totam societatem contumeliosus castige-

tur. Nimius namque erga unum aliquem amor, magnum in cæteros defectum arguit. Ei autem qui ob delictum aliquid condemnatus est, irrogentur pœnæ pro peccati mensura, vel ut cum cæteris stare ad psallendum prohibeatur, vel non admittatur ad precum societatem, vel a cibi participatione arceatur: qua in re disciplinæ communi præfectus pœnam delinquenti pro peccati magnitudine decernet. Fiat autem per vices in communi conventu ministerium, duobus vicissim in una hebdomade negotia quæque necessaria peragentibus, ut & communis existat humilitatis merces, nec cuiquam liceat ne in bono quidem sodales superare, omnes vero pariter interquiescant. Hæc enim laboris & requietis vicissitudo facit, ut lassitudinem laborantes non sentiant. Cum necesse fuerit in publicum prodire, penes est præfectum contubernii, quos voluerit dirigere, aut imperare quibus utile fuerit & opportunum, ut res domesticas curent, & domi maneant. Sæpe enim in juvenum corporibus, etiamsi quam studiosissime sese per continentiam affligant, coloris decor nescio quomodo per ætatem efflorescit, & libidinis occasio occurrentibus oboritur. Si quis igitur quantum ad corporis florem, juvenis est, occultet & abscondat hujusmodi elegantiam ac venustatem, donec apparens ille decor ad debitum statum pervenerit. Nihil in eis iram indicet, aut injuriarum acceptarum memoriam, aut invidiam, aut contentionem, neque gestus, neque motus, non verbum, non acris oculorum obtutus, neque faciei conformatio, aut si quid aliud convictorem nostrum ad iram provocare soleat. Quod si quispiam in aliquod horum inciderit, etiamsi prior molestia aliqua affectus sit: id tamen satis non est ad peccatum cui obnoxius sit excusandum. Malum enim quoquo tempore admissum, ex æquo malum est. Omne quidem juramentum exterminetur e monachorum cœtu: habeatur vero pro juramento nutus capitis, aut assensus per vocem datus, sive quis loquatur, sive audiat. Si quis autem fidem non habuerit nudæ affirmationi, is suam ipsius conscientiam arguit proditque, tamquam qui non dixerit verum inter loquendum, ob idque in delinquentium numerum referetur a præposito, & pœna medicinali castigabitur. Completo jam die, omnique opere tum corporali tum spirituali absoluto, par est unumquemque in corde suo ante quietem suam ipsius conscientiam examinare. Et si quid contigit præter decorum, sive cogitatio interdicta, aut colloquium præter officium, aut in orando segnities, aut in psallendo negligentia, aut communis vitæ desiderium, nequaquam occultet peccatum, sed cœtui confiteatur,

A ut morbus illius qui in ejusmodi malum incidit, per communem precationem sanetur.

EJUSDEM SERMO ASCETICUS.

1. UNus est asceticæ vitæ scopus, ut consulat animæ saluti; & quidquid proposito huic conducere potest, id sicut divinum mandatum cum timore observandum est. Neque enim ipsa Dei mandata ad quidquam aliud spectant, nisi ut salutem
B adipiscatur qui eis auscultaverit. Convenit igitur, ut quemadmodum qui se in balneum demittunt omni amictu nudantur, ita etiam qui ad asceticum vitæ genus accedunt, omni re sæculi hujus exuti, vitam philosophicam ingrediantur. Id itaque præcipuum est, & cujus maxime curam gerere Christianus debet, ut vitiosis affectibus qui varii sunt ac diversi, animamque coinquinant, denudetur: deinde vero oportet, ut qui ad vitam sublimem respicit, opes suas ac facultates derelinquat: cum rerum terrenarum cura
C ac sollicitudo magnam in animo aberrationem generent. Cum igitur plures ad eumdem salutis scopum intenti, communem inter se vitam amplexi fuerint, id inter ipsos ante omnia obtineat necesse est, ut unum in omnibus sit cor, & voluntas una, unumque desiderium, utque ex Apostoli præcepto, omne conventus agmen efficiatur unum corpus ex diversis membris coagmentatum. Hoc autem aliter fieri non potest, nisi obti- [1. Cor. 12. 12.] nuerit hæc consuetudo, ut nihil nominatim ac peculiariter cuiquam tribuatur, neque ve-
D stimentum, neque vas, neque quidpiam aliud ex iis quæ conducunt vitæ communi, ut singula usibus necessariis, non autem possessoribus destinentur. Et sicuti vestimentum parvum corpori majori, aut majus parvo non convenit, sed quidquid cuique accommodatum est, id utile est & commodum: ita etiam alia omnia, lectus, stragula, calidum vestimentum, calceamentum, ejus qui his valde indiget, debent esse, non possidentis. Quemadmodum enim qui vulneratus est, non qui sanus est, medicamento
E utitur: sic etiam iis quæ ad sublevandum corpus excogitata sunt, perfruatur, non qui delicate vivit, sed is cui levamen opus est.

2. Quoniam autem varia sunt hominum ingenia, neque similiter de rebus utilibus omnes judicant, ne qua, unoquoque ad suum arbitrium vivente, oboriatur perturbatio, is qui ex publico testimonio cunctis prudentia, constantia, ac vitæ integritate præstiterit, aliis regendis præficiendus est: ut quod in eo bonum est, id omnium qui ipsum fuerint imitati, fiat commune. Ut enim si plures pictores unius faciei lineamenta pingant,

gant, omnes imagines futuræ sunt inter se similes, utpote uni assimilatæ: eumdem ad modum si multa ingenia unum imitandum sibi proponant, in omnibus æqualiter bona vitæ forma elucescet. Itaque uno aliquo jam delecto & prælato, cessabunt omnes privatæ voluntates, seque ad id quod præstantius est, conformabunt omnes, præcepto apostolico obsequuti, quo anima omnis potestatibus eximiis subdita esse jubetur, quoque monemur eos qui restiterint, judicio atque condemnationi obnoxios effici. Vera autem & perfecta subditorum erga præfectum obedientia in eo declaratur, si non a flagitiosis modo abstineant ex præfecti consilio, sed ne ea quidem quæ laudabilia sunt, citra illius arbitrium peragant. Nam abstinentia & omnis corporalis afflictatio ad aliquid utilis est: sed si quis animi sui motum sequutus: quod sibi placet, egerit, & præposito consilium sibi danti non obtemperaverit, peccatum futurum est majus, quam recte factum.

Rom. 13. 1.

Rom. 13. 2. *Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit;* atque obedientiæ major merces quam abstinentiæ virtuti tribuitur. Eodem autem modo communem & æqualem omnibus inter se charitatem esse convenit, quo homo naturaliter erga singula sua membra affectus est, qui totum suum corpus pariter sanum vult, quando & uniuscujusque membri dolor æqualem corpori molestiam exhibet. At quemadmodum in nobismetipsis, dolor uniuscujusque ægrotantis membri similiter totum corpus attingit, & tamen sunt membra alia aliis præstantiora, (non enim pariter de oculo atque de pedis digito afficimur, etiamsi dolor æqualis sit): ita unumquemque in omnes qui in conventu vixerint, commiserationem quidem atque amorem parem ostendere operæ pretium est, sed tamen, ut decet, iis qui utiliores sunt, major defertur honor. Quoniam autem omnino æquali amoris mensura sese invicem diligere debent, injuria est privatas quasdam sodalitates ac contubernia in conventu reperiri. Qui enim unum præ aliis diligit, is, quod non perfecte cæteros diligat, se ipse arguit. Quare ex conventu contentio indecora, & singularis amor sunt æqualiter amandandi. Oritur enim ex contentione inimicitia: ab amicitia vero particulari & sodalitate suspiciones & invidiæ nascuntur. Cum enim æqualitas aufertur, id ubique eis qui ea spoliantur, invidiæ & odii origo & causa est. Quapropter jussit etiam Dominus nos bonitatem illius qui solem similiter super justos ac injustos exoriri curat, imitari. Quemadmodum igitur Deus ex æquo impertit omnibus lucem: ita & Dei imitatores communem & parem charitatis radium in omnes effundant. Ubi enim deficit charitas, illic

Matth. 5. 45.

A utique ejus loco succedit odium. Quod si, ut Joannes ait, *Deus charitas est*, prorsus necesse est diabolum odium esse. Sicut ergo qui habet charitatem, Deum habet: sic qui odium habet, is diabolum in seipso nutrit. Quamobrem ut æqualis similisque charitas quibusvis ab omnibus est exhibenda: ita honor, uti addecet, unicuique est tribuendus. In iis autem qui sic conjuncti sunt & copulati, non futura est major dilectio ob corporalem consanguinitatem: neque si quis quidem germanus alicujus frater sit, filiusve, aut B filia, is licet cognatione conjunctus, magis quam cæteri amabitur ob sanguinis communionem. Qui enim in his naturam sequitur, is nondum a natura perfecte recessisse convincitur, sed etiamnum a carne gubernari. Sermo autem inutilis, & inepta mentis avocatio ex mutuo colloquio orta, sint interdicta. Sed si quid animarum ædificationi conducit, de eo duntaxat instituendus est sermo: imo vero ea ipsa quæ utilia fuerint, modeste & tempore congruenti ab iis quibus sit loquendi facultas, dicenda sunt. Quod si C quispiam ex inferiorum numero sit, licentiam hanc & facultatem a superiore exspectet. Murmurationes autem, & colloquutiones in aurem, & quæ per nutus fiunt significationes, hæc omnia rejiciantur, cum murmuratio præ se ferat obtrectationis suspicionem, significatio vero quæ per nutum datur rem aliquam latentem & malignam fratri indicet. Quæ autem sunt ejusmodi, odii initium sunt atque suspicionis. Cum autem necessarium fuerit mutuum colloquium; vocis modum formet necessitas, ita ut D eum qui propinquus est, remissiore voce compellemus, eum vero qui procul dissidet, contentius alloquamur. Sed si quis dum cuipiam consilium dat, aut eum exhortatur ad rem aliquam, altiorem minacioremque adhibet vocem, is ut contumeliosus in conventu non sit. Exire autem e monasterio, nisi statutum sit & necessarium egredi, nequaquam licet. Verum quoniam non virorum modo conventus sunt, sed etiam virginum, cætera quidem omnia quæ relata sunt, utrisque erunt communia: sed tamen unum E sciendum est, ampliorem majoremque in mulierum vita requiri honestatem ac modestiam, itemque paupertatis, silentii, obedientiæ, sororiique amoris virtutem, quamdam in exeundo curam, atque in congressibus cautionem, mutuam benevolentiam & particularium sodalitatum amandationem. In his enim omnibus cum majore studio institui debet virginum vita. Cui concredita est disciplinæ cura, ea non quod jucundum est sororibus, quærat, neque ab eis gratiam inire studeat, sic ut quæ ipsis in deliciis sunt, indulgeat, sed se semper gravem, metuen-

1. Joan. 4. 16.

dam, ac reverendam exhibeat. Nosse enim A debet, se eorum quæ in cœtu communi præter officium admittuntur, rationem coram Deo esse reddituram. Atque unaquæque ex conventus numero a præfecta petat non quod gratum est & suave, sed quod est perutile, & conducibile, nihilque de iis quæ jubentur, inquirat. (Ejusmodi enim consuetudo, exercitatio est & gradus ad rebellionem): sed quemadmodum sine ullo examine recipimus Domini præcepta, scientes omnem Scripturam divinitus inspiratam esse & utilem, ita & sorores jussa antistitæ citra di- B sceptationem excipiant, omne consilium sibi ab ea datum alacri animo non ex tristitia aut necessitate exsequentes, ut ipsarum obedientia mercedem consequatur. Cæterum non tantummodo obediant, cum docentur quæ ad disciplinæ severitatem pertinent, sed etiamsi forte jejunium prohibuerit magistra, aut ad eum qui vires reficere ac reparare possit cibum sumendum adhortetur, aut etiam aliquid aliud levamini afferendo opportunum necessitate exigente præscripserit, perficiant omnia æqualiter, & quidquid ab illa C dicitur, legem esse sibi persuadeant. Cum autem necessitate postulante de negotio quodam necessario sermonem haberi oportuerit, sive cum viro aliquo, sive cum eo qui rei alicui curandæ præfectus sit, sive cum quovis alioqui ad rem requisitam aliquid conferre valeat, par est antistitam ipsam sermonem habere, una aut altera ex sororibus secum præsente: quæ jam ob mores & ætatem in alicujus conspectum colloquiumque venire tuto possint. Quod si alteri privatim quidpiam utile in mentem veniat, id suggerat D præfectæ, atque ita quod dicendum fuerit, per illam dicetur.

EJUSDEM REGULÆ FUSIUS *tractatæ. Proœmium.*

1. QUoniam Deo juvante, in nomine Domini nostri Jesu Christi simul convenimus nos, qui unum & eumdem pie vivendi finem nobis proposuimus, vosque quidem non obscure præ vobis fertis, teneri E vos desiderio aliquid discendi eorum quæ ad salutem pertineant, mihi vero Dei justificationes annuntiandi incumbit necessitas, cum nocte ac die sim memor Apostoli, qui ait: *Per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque;* & quoniam præsens tempus est convenientissimum, hicque locus præbet silentium, ac prorsus ab externis tumultibus immunis est, mutuo simul precemur, ut nos quidem opportune conservis nostris frumenti demensum demus: vos autem accepto sermone, velut bona terra perfectum & multiplicem justitiæ fructum reddatis, sicut scriptum est. Obsecro igitur vos per charitatem Domini nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, simus tandem aliquando de animabus nostris solliciti, doleamus anteactæ vitæ vanitatem, decertemus pro futuris ad gloriam Dei, & Christi ipsius, adorandique ac sancti Spiritus. Ne maneamus in socordia hac & dissolutione, neve præsens quidem tempus per jugem pigritiam amittentes, in crastinum vero & in posterum differentes operum initium, deinde ab eo qui animas nostras reposcit, inventi imparati a bonis operibus, & a nuptialis thalami gaudio excludamur, & frustra inutiliterque ploremus, tunc vitæ tempus male præteritum lugentes, cum nihil amplius profuerit pœnitentibus. *Nunc tempus acceptabile*, inquit Apostolus, *nunc dies salutis.* Hæc est pœnitentiæ ætas, illa remunerationis: hæc operæ & laboris, illa rependendæ mercedis: hæc tolerantiæ, illa solatii. Nunc Deus adjutor est eorum qui se a via mala convertunt: tunc horrendus & quem nullus fallet, humanarum actionum, verborumque & cogitationum inquisitor. Nunc experimur lenitatem, tunc justum judicium cognoscemus, cum videlicet resurrexerimus, alii ad supplicium æternum, alii ad vitam æternam, & unusquisque secundum sua ipsius opera receperit. Quousque Christo qui nos ad suum cæleste regnum vocavit, obsequi differimus? An non recipiemus nos ad bonam frugem? An non a consueta vivendi ratione revocabimus nos ad evangelii integritatem? An non ob oculos nobis ponemus illam Domini metuendam ac conspicuam diem, in qua hos quidem qui ad Domini dexteram per sua opera accesserint, regnum cælorum suscipiet, illos vero qui ob bonorum operum privationem ad sinistram dejecti fuerint, gehenna ignis & tenebræ æternæ involvent. *Illic*, inquit, *erit fletus, & stridor dentium.*

2. Atqui cælorum quidem regnum concupiscere nos dicimus, & tamen de iis quibus comparari potest, nihil sumus solliciti: imo tametsi nullum pro conficiendo Domini mandato laborem subimus, nihilominus æquales honores ac præmia cum iis qui ad mortem usque peccato restiterint, recepturos nos esse præ mentis nostræ vanitate existimamus. Quis sementis tempore domi desidens, aut dormiens, instante messe manipulis sinum implevit? Quis ex vinea a se non plantata nec exculta uvas legit? Illorum sunt fructus, quorum & labores: iis qui vicerint, præmia & coronæ tribuuntur. Quis umquam coronabit eum qui ne accinxit se quidem contra adversarium? quandoquidem non modo vincendum est, sed & legi-

Marginal notes: Act. 20. 31. — Matth. 13. 23. — Matth. 25. 30.

2. Tim. 2. 5. legitime decertandum juxta Apostolum, hoc est, ne minimum quidem punctum ex iis quæ præscripta sunt, negligendum est: imo singula perficienda sunt ita, ut nobis præ-
Luc. 12. 43. ceptum est. *Beatus* enim, inquit, *servus quem cum venerit Dominus, invenerit* non facientem utcumque, sed *sic facientem*. Item,
Gen. 4. 7. *Si recte quidem obtuleris, recte autem non divise ris, peccasti*. Nos vero si vel unicum mandatum confecisse nos arbitremur (neque enim confecisse dixerim: omnia siquidem inter se cohærent juxta sanam Scripturæ mentem, sic ut uno exsoluto necesse sit alia etiam simul exsolvi), non propter violata mandata iram exspectamus, sed propter mandatum peractum præmia præstolamur. Qui ex decem talentis sibi commissis unum aut alterum retinuerit, reliqua vero reddiderit, non ideo probus declaratur quod majorem partem persolverit, sed improbus & avarus esse convincitur ob hanc minoris partis direptionem. Quid autem dico direptionem? Quandoquidem cui concreditum fuerat talentum unum, etiamsi deinde illud ipsum quod acceperat, totum ac integrum reddidisset, tamen proptereaquod tradito talento nihil addidit, condemnatur. Qui per decennium patrem honoravit, & postea unam dumtaxat plagam incussit, non ut benedeillo meritus, honore afficitur, sed condemnatur ut parricida. Euntes, inquit Do-
Matth. 28. 19. minus, *docete omnes gentes*, *docentes ipsos* non hæc quidem observare, illa vero negligere: sed *servare omnia quæcumque mandavi vobis*. Et Apostolus ratione non dissimili
2. Cor. 6. 3. scribit: *Nullam in ulla re dantes offensionem, ut ne vituperetur ministerium, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros*. Etenim si non omnia essent necessaria ad salutis propositum, non utique omnia mandata fuissent conscripta: neque fuisset sancitum, ut necessario servarentur omnia. Ecquid mihi proderunt cætera recte facta, si propterea quod fratrem fatuum appellavero, sim gehennæ addicendus? Quam enim utilitatem percipit qui a multis liber est, si vel uno redigitur in servitutem? *Qui* enim,
Joan. 8. 34. inquit, *facit peccatum*, *servus est peccati*. Quid etiam cuiquam prodest multorum morborum esse expertem, si ipsius corpus vel ab uno morbo corrumpitur?

3. Ergo, inquiet aliquis, Christiani permulti qui omnia non servant præcepta, inutiliter & sine fructu aliqua custodient? Ad hoc juvat meminisse beati Petri, qui postquam tam multa præclare gesserat, taliterque beatus fuerat prædicatus, ob unum
Joan. 13. 8. dumtaxat erratum audivit: *Si non lavero te, non habebis partem mecum*. Omitto autem dicere, neque segnitiem neque contemtum ea re indicari, sed ostendi honorem, atque

A reverentiam in Dominum suam. Sed dicet aliquis: scriptum est: *Quisquis invocave-* Joel. 2. 32. *rit nomen Domini*, *salvus erit*, sic ut ei qui invocaverit, satis sit ipsa nominis Domini invocatio ad salutem adipiscendam. Verum audiat & ille Apostolum dicentem: *Quomo-* Rom. 10. 14. *do ergo invocabunt, in quem non crediderunt?* Quod si credis, audi Dominum, qui ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine*, Matth. 7. 21. *intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est*. Nam certe qui Domini voluntatem facit, non ita
B tamen ut Deus vult, neque hoc ex affectu amoris erga Deum peragit, is operi perficiendo frustra studium impertit, juxta vocem ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui dicit: *Faciunt, ut videantur ab hominibus*: Matth. 6. 5. *amen dico vobis, recipiunt mercedem suam*. Unde Paulus Apostolus edoctus est dicere: *Etiamsi distribuero in cibos pauperum omnes* 1. Cor. 13. 3. *facultates meas, & si tradidero corpus meum, ut comburar, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*. In summa autem tria hæc ego video animi discrimina, quibus ex ine-
C vitabili quadam necessitate ad obediendum compellimur. Aut enim supplicii metu a malo declinamus, versamurque in affectu servili; aut mercedis fructus requirentes, ob nostram ipsorum utilitatem mandata explemus, & hoc pacto mercenarii efficimur similes; aut ob ipsum honestum, charitatemque erga legislatorem nostrum, gaudentes quod digni simus habiti, qui tam glorioso ac bono Deo serviamus, & ita demum ut filii afficimur. Neque igitur is qui in timore perficit mandata, semperque desidiæ pœnam
D suspectam habet, alia quidem quæ sibi præcepta fuerint, exsequetur, alia vero negliget: sed omnis inobedientiæ vindictam sibi ex æquo metuendam suspicabitur. Et idcirco beatus prædicatur qui veretur omnia ob Prov. 28. 14. metum: stat autem firmus in veritate, cum possit dicere: *Providebam Dominum in con-* Psal. 15. 8. *spectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*: qui scilicet nihil eorum quæ ad officium pertineant, prætermittere velit. Et, *Beatus vir qui timet Dominum*. Quam Psal. 111. ob causam? quia *in mandatis ejus volet nimis*.
E Itaque timentium non est aliquid ex iis quæ præcepta fuerint, præterire, aut negligenter exsequi: imo ne mercenarius quidem quidquam eorum quæ præscripta sint, violare volet. Quomodo enim præmium feret ob vineæ culturam, si pacta omnia non servaverit? Etenim si vel unum ex iis quæ necessaria exstiterint, defuerit, inutilem ipsam possessori reddidit. Ecquis præterea detrimenti mercedem persolvat injuriæ actori? Tertium ministerium erat ob charitatem præstitum. Quis igitur filius, cujus is scopus sit, ut complaceat patri, ipsum in rebus majo-

majoribus exhilaratum, tristitia ob res minoris momenti afficere volet? Quod etiam multo magis præstabit, si meminerit Apostoli, qui dicit: *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis.*

4. Qui igitur maximam violant mandatorum partem, quo in numero collocari cupiunt? qui neque Deum ut patrem obsequiis colant, neque ei tamquam magna pollicenti habeant fidem, neque ut Domino serviant. *Si enim*, inquit, *pater sum ego, ubi est gloria mea? Et si Dominus sum ego, ubi est timor meus?* Qui enim timet Dominum, B in mandatis ejus volet nimis. Ait vero, *Per prævaricationem legis Deum inhonoras*. Quomodo igitur si vitam voluptariam vitæ quæ juxta mandata degitur, anteponamus, vitæ beatitudinem, & civitatis cum sanctis jus æquale, & cum angelis gaudia in Christi conspectu nobis pollicemur? Est animi vere stolidi talia comminisci. Quomodo cum Job ero, qui ne levissimam quidem calamitatem cum gratiarum actione pertulerim? Quomodo cum Davide, qui leniter me non gesserim cum adversario? Quomodo cum Da- C niele, qui assidua abstinentia & sedula precatione Deum non exquisierim? Quomodo cum singulis quibusvis sanctis, qui illorum vestigia sequutus non sim? Quis certaminum arbiter ita judicii expers est, ut victorem & eum qui non decertavit, paribus coronis dignos esse censeat? Quis imperator iis qui vicerint, & iis qui ne comparuerint quidem in pugna, distribuit umquam æqualem spoliorum partem? Deus quidem bonus est, sed est quoque justus. Remunerat autem justus pro merito, sicut scriptum est: *Benefac* D *Domine bonis, & rectis corde. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem*. Misericors quidem est, sed & judex. *Diligit* enim, inquit, *misericordiam & judicium Dominus*. Eam ob causam dicit: *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine*. Didicimus quinam sint, quorum misereatur: *Beati* enim, inquit, *misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Vides quam considerare utatur misericordia? Neque citra judicium misericors est, neque judicat citra misericordiam. E *Misericors* enim *Dominus & justus*. Ne igitur dimidia ex parte Deum cognoscamus, neque ipsius benignitas ignaviæ nobis occasio sit. Ideo tonitrua, ideo fulmina, ut ne contemnatur bonitas. Qui efficit ut sol oriatur, ipse etiam cæcitate multat. Qui imbrem dat, etiam ignem pluit. Illa clementiam, hæc severitatem indicant: aut propter illa diligamus, aut propter hæc timeamus, ne nobis quoque dicatur: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ*. Quoniam igitur neque salvi esse possunt, qui opera ex Dei præcepto conficienda non egerint, neque absque periculo quidquam eorum quæ imperata fuerint, prætermittitur (ingens enim arrogantia est, constitui nos legislatoris judices, & alias quidem leges comprobare, alias vero rejicere;) agedum nos qui in pietatis palæstram venimus, quique vitam quietam & a negotiis remotam, tamquam ad custodienda evangelii dogmata adjutricem sumus amplexi, communem curam consiliumve adhibeamus, ne quod præceptum nos effugiat. Etenim si Dei hominem oportet perfectum esse, sicut scriptum est, & uti doctrina superius tradita docuit, prorsus necesse est eum in quovis mandato perfici & absolvi ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, quando etiam ex divina lege animal quod mutilatum sit, etiamsi fuerit mundum, Deo ad sacrificium acceptum non est. Quamobrem quod sibi quisque deesse putarit, id in communi examinandum proponito. Nam quod latet, adhibita a pluribus diligenti perscrutatione, facilius inveniri poterit, Deo videlicet, uti pollicitus est Dominus noster Jesus Christus, nobis rei quæ quæritur inveniendæ auctore, ex sancti Spiritus doctrina atque admonitione. Quemadmodum igitur mihi necessitas incumbit, & væ mihi est, si non evangelizavero: ita & vobis æquale impendet periculum, si segniter inquisiveritis, aut ad ea quæ tradita sunt observanda & reipsa conficienda languidius ac remissius affecti fueritis. Quapropter Dominus dicit: *Sermo quem loquutus sum, ille judicabit eum novissimo die*. Item: *Servus qui non cognovit voluntatem domini sui, & fecit digna plagis, vapulabit paucis: qui vero novit, & non fecit, neque paravit se ad voluntatem ejus, vapulabit multis*. Precemur igitur, ut ego inculpate dispensem sermonem, vos vero utiliter doctrinam excipiatis. Tamquam ergo, qui sciamus divinæ Scripturæ verba in nostro conspectu ante Christi tribunal sistenda esse (*Arguam enim te*, inquit, *& statuam contra faciem tuam peccata tua*) ita & iis quæ dicuntur attendamus diligenter, & sedulam divinis monitis exsequendis operam demus, quandoquidem ignoramus qua die, aut hora Dominus noster venturus sit.

Ephes. 4. 30. Malac. 1. 6. Rom. 2. 23. Psal. 124. 4. Psal. 32. 5. Psal. 100. Matth. 5. 7. Psal. 114. 5. Matth. 5. 45. 4. Reg. 6. 18. Exod. 10. 1. Gen. 19. 24. Rom. 2. 4. Ephes. 4. 13. Joan. 14. 26. 1. Cor. 9. 16. Joan. 12. 48. Luc. 12. 47. Psal. 49. 21.

CAPITA REGULARUM
fusius tractatarum.

1. De ordine & serie mandatorum Domini.
2. De charitate adversus Deum, & quod propen-

pensio & vis secundum naturam insint hominibus ad exsequenda Domini præcepta.
3. De charitate erga proximos.
4. De timore Dei.
5. De continua mentis attentione.
6. Quod necesse sit in secessu vitam degere.
7. Quod vita agenda sit cum iis qui eodem animo impulsi Deo placere sibi proponunt: & quod difficile simulque periculosum fuerit solitarium vivere.
8. De renuntiatione.
9. Quod non oporteat quemquam suis consanguineis suas facultates relinquere.
10. Quinam ex iis qui ad vitam secundum Deum agendam accedunt, sint admittendi, & quando, aut quomodo.
11. De servis.
12. Quomodo oporteat conjugatos admittere.
13. Quod etiam utilis est iis qui introducuntur, silentii exercitatio.
14. De iis qui seipsos Deo voverunt, & deinde professionem suam irritam facere conantur.
15. De pueris suscipiendis & instituendis: item de virginum professione.
16. De continentia.
17. Quod oportet etiam a risu abstinere.
18. Quod omnia quæ nobis apponuntur, sunt degustanda.
19. Qui modus sit in continentia servandus.
20. Quis sit modus excipiendi ad cibum sumendum.
21. Quomodo oporteat se gerere inter sedendum & accumbendum in tempore prandiorum aut cœnarum.
22. Quodnam vestimentum conveniat Christiano.
23. De zona.
24. De modo, quo vivere debeant inter se.
25. Quod præfectus qui peccantes non arguit, horrendum subiturus est judicium.
26. Quod omnia, etiam cordis arcana sint præposito detegenda.
27. Quod ipse quoque præfectus, siquando aberret, ab iis qui inter fratres primas obtinent, sit admonendus.
28. Quomodo oporteat affici omnes erga immorigerum, & inobsequentem.
29. De eo qui cum elatione animi, aut murmuratione laborat.
30. Cujusmodi affectu debeat præpositus curam fratrum suscipere.
31. Quod accipiendum est ministerium a præposito impositum.
32. Quomodo oportet affici erga eos qui nobis sanguine conjunguntur.
33. Quis sit modus colloquendi cum sororibus.
34. Quales illos esse par sit, qui inter fratres res necessarias dispensant.
35. Num in eodem pago constituendi sint plures fratrum conventus.
36. De iis qui a fratrum cœtu secedunt.
37. Si precum & psalmodiæ obtentu & nomine negligenda sint opera: item quæ tempora precationi sint apta, & primo an operandum sit.
38. Cujusmodi artes professioni nostræ congruant.
39. Quæ ratio tenenda sit in operibus divendendis, quæve in peregrinando.
40. De negotiationibus quæ fieri solent in celebrationibus.
41. De imperio & de obedientia.
42. Quo animo, & quo affectu operari debeant qui operantur.
43. Quales conventuum esse præfectos, & quomodo conventum gubernare debeant.
44. Quibus permittendæ sint peregrinationes, & quomodo ipsi posteaquam reversi sunt, interrogandi sint & examinandi.
45. Quod post præfectum etiam aliquis alius constituendus est, qui eo absente aut occupato, fratrum curam possit suscipere.
46. Quod quisquam neque fratris peccatum, neque suum ipsius celare debeat.
47. De iis qui non comprobant quæ a præposito assignata sunt.
48. Quod curiose inquirendum non est in præfecti administrationem ac gubernationem: sed oportet suo quemque operi attendere.
49. De controversiis quæ interdum oriuntur inter fratres.
50. Quanam debeat esse præpositi objurgatio.
51. Quomodo corrigendum sit delinquentis peccatum.
52. Quo animo pœnæ quæ imponuntur, sint perferendæ.
53. Quomodo artium magistri correcturi sint delinquentes pueros.
54. Quod conventui præfecti negotia ad se spectantia debeant aliis communicare.
55. An sit consentaneum pietatis proposito, medecina uti.

SANCTI

Digitized by Google



SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI, REGULÆ

FUSIUS TRACTATÆ, PER INTERROGATIONES ET RESPONSIONES TRADITÆ.

INTERROGATIO I.

DE ORDINE ET SERIE mandatorum Domini.



Uandoquidem interrogandi potestatem dedit nobis Scriptura, ante omnia edoceri postulamus num ordo aliquis sit & series in Dei mandatis, ita ut aliud sit primum, aliud secundum, & sic deinceps: aut B omnia inter se cohæreant, omniaque quantum ad principatus rationem attinet, inter se sint æqualia, sic ut secure possit quivis auspicari, unde velit, tamquam in circulo aliquo.

RESPONSIO.

VEtus est quæstio vestra, & jam olim in evangeliis proposita, cum legisperitus qui ad Dominum accesserat, dixit: *Magister, quod est mandatum primum in lege? Et Dominus respondit: Diliges Dominum Deum* C *tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua. Hoc est primum, & magnum mandatum. Secundum autem simile illud est: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ipse igitur Dominus in ordinem sua distribuit mandata. Primum quidem & maximum mandatum ad Dei dilectionem spectare pronunciavit: illud vero quod pertinet ad proximi dilectionem, primo illi simile, seu potius quod expleat primum, & ab eo dependeat, secundum ordine posuit. Quamobrem ex dictis, D & ex aliis similibus, quæ in divinis Scripturis proferuntur, ordo ac series omnium Domini mandatorum deprehendi ac intelligi potest.

Matth. 22. 30.

A

INTERROGATIO II.

De charitate adversus Deum, & quod propensio & vis secundum naturam insint hominibus ad exsequenda Domini præcepta.

ITaque de Dei dilectione primum ad nos loquere. Nam audivimus quidem Deum esse diligendum, sed quomodo id recte fieri possit, discere exoptamus.

RESPONSIO.

SAne Dei dilectio non in doctrinæ præceptis posita est. Neque enim ab alio didicimus luce gaudere, & vitam desiderare, neque parentes diligere, aut nutritores. Sic igitur, aut etiam multo magis, non in externa disciplina situs est Dei amor: sed simul atque constitit animal illud (hominem dico) vis quædam rationis in seminis modum insita nobis fuit, quæ intra se amandi facultatem atque necessitudinem continet. Quam vim ubi schola divinorum præceptorum excepit, eam excolere diligenter, & scite nutrire, atque Deo juvante ad perfectionem perducere consuevit. Quamobrem & nos studium vestrum tamquam scopo attingendo necessarium comprobantes, Deo largiente, vobisque per preces vestras nos adjuvantibus, scintillam divini amoris intra vos reconditam pro data nobis a Spiritu sancto facultate, suscitare conabimur. Sciendum autem est hanc unam quidem virtutem esse, sed tamen ejus vi & efficacia mandatum quodvis perfici ac comprehendi. *Qui enim diligit me*, inquit Dominus, *mandata mea* Joan. 14. 23.
servabit. Et rursus: *In his duobus mandatis universa lex & prophetæ pendent.* Nunc autem accuratum sermonem instruere non aggrediemur, cum ita imprudentes omnem sermonem ad mandata spectantem in parte concluderemus, sed pro modulo nostro, & Matth. 22. 40.

quan-

quantum proposito præsenti convenit, vos de ea quam Deo debemus charitate commonebimus: si prius illud dixerimus, nos omnium mandatorum quæ a Deo nobis tradita sunt, conficiendorum vim & facultatem ab eo in antecessum accepisse, ut neque ægre feramus, perinde quasi insolens aliquid a nobis exigatur, neque efferamur, tamquam qui aliquid amplius quam quod datum est, rependamus. Et cum his viribus recte & apte utimur, vitam virtutibus ornatam pie traducimus: corrupto vero illarum usu, in vitium delabimur. Atque hæc est vitii definitio, facultatum quæ ad bonum perficiendum nobis a Deo datæ sunt, usus malus, & a Domini præceptis alienus quemadmodum contra virtutis, quam Deus requirit, usus earumdem, ex bona conscientia proficiscens secundum Domini mandatum. Quod cum ita sit, idem de charitate dicturi sumus. Cum igitur de diligendo Deo mandatum acceperimus, statim a prima nostra constitutione insitam possedimus diligendi vim ac facultatem: neque ejus rei demonstratio ab externis argumentis petitur, sed quivis ipse a seipso & in seipso illud edifcere potest. Quippe bonas res ac pulcras naturaliter appetimus, quamquam ut primum aliud alii videtur pulcrum & bonum; itemque necessitudine & propinquitate conjunctum amamus licet indocti, & nostra sponte beneficos omni benevolentia complectimur. Ecquid, quæso, divina pulcritudine admirabilius? Quæ cogitatio magnificentia Dei gratior est & suavior? Quale animi desiderium tam vehemens est & violentum, quam illud quod a Deo ingeneratur animæ vitio omni purgatæ,
Cant. 2. 5. & dicenti ex vero affectu: *Vulnerata charitatis ego sum?* Ineffabiles omnino sunt & inenarrabiles divinæ pulcritudinis fulgores: non eas detegit oratio, non excipit auris. Etsi luciferi splendores dixeris, & lunæ claritatem, & solis lumen, omnia præ illius gloria vilia sunt & obscura, atque cum vera luce comparata magis distant ab illa, quam profunda tristisque ac illunis nox a clarissima meridie dissidet. Pulcritudo hæc carneis quidem oculis conspici non potest, sed a sola anima ac mente apprehenditur. Ea siquando quempiam sanctorum illustravit, statim intolerandum in ipsis reliquit desiderii stimulum: quippe qui præsentis vitæ pertæsi dice-
Psal. 119. 5. bant: *Heu mihi, quia incolatus meus prolon-*
Psal. 41. 3. *gatus est. Quando veniam & apparebo ante fa-*
Philip. 1. 23. *ciem Dei?* Item illud, *Dissolvi & esse cum*
Christo multo longeque melius. Illud quoque:
Psal. 41. 3. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum.* Et,
Luc. 2. 29. *Nunc dimittis servum tuum Domine.* Cum
enim hanc vitam veluti carcerem ægre ferrent, ita demum eorum impetus contineri vix poterat, quorum scilicet animas divinum

A desiderium attigisset. Qui cum inexplebili contemplandæ divinæ pulcritudinis cupiditate flagrarent, illud precabantur, ut contemplatio jucunditatis Domini ad æternam omnem vitam sese extenderet. Sic igitur concupiscunt naturaliter homines res bonas ac honestas. Quod autem proprie pulcrum est & amabile, bonum est. Jam vero bonus est Deus: bonum autem appetunt omnia: Deum igitur omnia appetunt.

2. Quare quidquid voluntate nostra recte perficitur, inest nobis etiam naturaliter, si
B saltem cogitationes nostras non perverterit nequitia. Itaque Dei amor ceu necessarium debitum a nobis reposcitur, cujus privatio animæ est malorum omnium gravissimum. Nam abalienatio & aversio a Deo, malum est futuris etiam gehennæ suppliciis intolerabilius, eique cui contingit, gravius, non secus ac oculo luminis privatio, etiamsi dolor non adsit, & animali, ademtio vitæ. Quod si liberi amant naturaliter parentes, declaret autem hoc & brutorum animalium habitus, & hominum in prima ætate erga
C matres affectus, non videamur rationis magis expertes quam parvuli, neque bestiis agrestiores, quasi sine ullo amore erga conditorem nostrum, & ab ipso abalienati: quem etiamsi ex ejus bonitate non noscere mus qualis sit, tamen ob id solum quod ab eo conditi sumus, diligere & amare quam maxime deberemus, perpetuoque de ejus memoria non aliter pendere, quam de matrum suarum ulnis pueruli soleant. Inter eos autem qui naturæ ductu diliguntur, primas tenet qui bene de nobis meritus est. Atque hæc affe-
D ctio non hominum modo propria est, sed eis etiam cum omnibus fere animantibus communis est, ut videlicet boni cujusvis accepti auctores benevolentia prosequantur. *Cognovit*, inquit, *bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui.* Absit autem ut de nobis dicantur quæ sequuntur: Nimirum, *Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Nam de cane compluribusque ejusmodi aliis animalibus, quid attinet dicere quantam ostendant suis nutritoribus benevolentiam? Quod si erga eos qui de nobis
E bene meriti sunt, benevolentiam amoremque naturalem habemus, nullumque non subimus laborem, ut beneficia prius in nos collata remuneremur, quisnam sermo Dei dona pro merito explicare possit? Tanta quidem est horum multitudo, ut etiam numerum effugiant: item magnitudine tanta sunt & talia, ut vel unicum satis ad id sit, ut omnimodam largitori gratiam rependere debeamus. Alia igitur omittam, quæ tametsi per se ipsa excellunt magnitudine & dignitate, tamen a minoribus non secus obscurata quam stellæ a solis radiis, per se in dignitate ob-

Digitized by Google

obſcuriora & tenuiora apparent. Nec enim vacat, beneficiis præſtantioribus prætermiſſis, ex minoribus benefici Dei bonitatem admetiri.

3. Sileantur igitur ſolis ortus, lunæ converſiones, temperies aeris, viciſſitudines temporum, aquæ ex nubibus lapſæ, aliæ e terra erumpentes, mare ipſum, tota terra, quæ ex terra naſcuntur, quæ in aquis degunt, genera in aere verſantia, innumeræ animalium differentiæ, omnia denique quæ deſtinantur ad vitæ noſtræ miniſterium. Sed ne volentes quidem illud præterire poſſu- B mus, nec fieri poteſt ullo modo, ut is certe qui ſana mente præditus eſt & rationis compos, id beneficii taceat, quamquam multo minus de eo pro merito aliquid dici poſſit, quod cum hominem condidiſſet ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, eumque cohoneſtaſſet ſuiipſius cognitione, & ratione exornaſſet præ cæteris animantibus, ipſique dediſſet facultatem ut ſe incredibili paradiſi pulcritudine oblectaret, ac tandem illum conſtituiſſet omnium terreſtrium principem, deinde a ſerpente deceptum, & colla- C pſum in peccatum, & per peccatum in mortem, & in ærumnas ea dignas, non propterea tamen ipſum neglexit: ſed lege quæ ei adjumento eſſet, primum tradita, cuſtodiæ ejus & curæ præfecit angelos, miſit prophetas ad redarguenda vitia & ad virtutem docendam, impetum nequitiæ per minas excidit & repreſſit, pollicitationibus excitavit bonorum alacritatem, utriuſque generis finem non raro in diverſis perſonis ad alios commonendos in anteceſſum declaravit, & tamen poſt hæc & talia, nos in contumacia D perſeverantes non eſt averſatus. Non enim nos deſeruit bonitas Domini, neque per ſtupiditatem qua delatos ab ipſo honores habebamus deſpicatui, abolevimus ejus in nos amorem, etiamſi in benefacientem contumelioſi eſſemus: imo vero revocati ſumus a morte, & vitæ rurſus ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto reſtituti. Qua in re etiam beneficentiæ ratio majorem movet admiratio-
Phil. 2. 6. nem. *Cum enim in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens.* E

Eſa. 53. 4. Atque etiam infirmitates noſtras ſuſcepit, portavit languores, pro nobis vulneratus eſt, ut nos livore ejus ſanaremur:
Gal. 3. 13. item redemit a maledicto, factus pro nobis maledictum, mortemque pertulit ignominioſiſſimam, ut nos ad glorioſam vitam reduceret. Nec ſatis habuit mortuos dumtaxat ad vitam revocare, verum etiam largitus eſt divinitatis ſuæ dignitatem, atque æternam requiem humanum omne cogitatum lætitiæ magnitudine ſuperantem præparavit. Quid igitur retribuemus Domino A pro omnibus quæ retribuit nobis? Eſt autem adeo bonus, ut neque remunerationem exigat, ſed ſat habet, ſi ſolum pro iis quæ tribuit, diligatur. Quæ omnia ubi mente recolo, ut meum affectum prodam, in horrorem quemdam & terrificum ſtuporem incido, nequando ob animi inconſiderantiam, aut propter meam circa res vanas occupationem a Dei dilectione excidens, Chriſto ſim dedecori ac opprobrio. Qui enim nunc decipit nos, & per mundanas illecebras nos omni arte in benefici largitoris oblivionem inducere conatur, is in animarum noſtrarum perniciem nobis inſultans, & in nos invadens, tunc coram Domino contemtum noſtrum probro vertet, atque de contumacia & de defectione noſtra gloriabitur: qui cum nec creaverit nos, nec pro nobis ſubierit mortem, tamen ſuæ contumaciæ, ſuæque in obſervandis Dei mandatis negligentiæ ſocios nos ac comites habuerit. Illud quod Domino inferetur probrum, & illa adverſarii jactantia mihi ſuppliciis gehennæ gravior videtur, quod Chriſti inimico præbeamus materiam adverſus eum qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, jactandi ſe & efferendi: cui tamen ea de cauſa, ſicut ſcriptum eſt, majorem gratiam debemus. Sed hactenus de dilectione Dei. Neque enim fuit animus, uti jam dixi, omnia dicere, nec enim fieri poteſt: ſed ſummatim parvum monumentum quo divinum deſiderium ſemper excitetur, animo veſtro relinquere.

INTERROGATIO III.

De charitate erga proximum.

SAne conſequens jam fuerit, ut de mandato & ordine & vi ſecundo diſſeratur.

RESPONSIO.

1. SUperius quidem diximus legem earum quæ nobis ſeminis in modum inſitæ fuerunt facultatum cultricem eſſe & altricem. Verum quoniam proximum juxta ac noſmetipſos diligere juſſi ſumus, conſideremus num etiam a Deo hujuſce mandati conficiendi facultatem acceperimus. Quis, quæſo, ignorat hominem animal eſſe manſuetum & ſociabile, non autem ſolitarium & ferum? Nihil enim tam proprium eſt noſtræ naturæ, quam ut mutuo conſociemur, & alii aliorum indigeamus, eoſque qui ejuſdem ſunt generis diligamus. Quorum igitur ſemina Dominus ipſe prius nobis contulit, eorum etiam fructus poſtea repoſcit, dicens: *Mandatum novum do vobis: ut* Joan. 13. 34.
diligatis invicem. Cum autem ad exſequendum illud mandatum animum noſtrum excitare vellet, diſcipulorum ſuorum chara-

cte-

Digitized by Google

ćterem & notam non in prodigiis & miracu- A lis inauditis constituit, quamquam horum patrandorum eis vim & potestatem per Spiritum sanctum largitus fuisset: sed quid dicit? Ibidem v. 35. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Et sic ubique connectit hæc præcepta, ut beneficia in proximum collata in seipsum Matth. 25. 35. transferat. *Esurivi* enim, inquit, *& dedistis mihi manducare*, &c. Deinde subjungit: Ibidem v. 40. *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*

2. Itaque per primum licet secundum B etiam exsequi, ac rursus per secundum reverti ad primum, & qui Dominum amat, consequens est ut proximum quoque diligat. Joan. 14. 23. *Qui enim diligit me*, inquit Dominus, *man-* Joan. 15. 12. *data mea servabit.* Ait autem: *Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos.* Ac rursus qui amat proximum, ei ipsi quæ Deo debetur charitati satisfacit, cum ipse recipiat in se hanc beneficentiam. Exod. 32. 32. Quapropter fidelis Dei servus Moses tantum erga fratres ostendit amorem, ut etiam ex Dei libro in quo fuerat inscriptus, deleri C voluerit, si peccati venia populo non conce- Rom. 9. 3. deretur. Paulus vero pro fratribus suis cognatis secundum carnem anathema esse a Christo optare ausus fuit: quippe qui Domini exemplo fieri se salutis omnium pretium cuperet, simulque nosset fieri non posse, ut a Deo abalienaretur qui ob ejus amorem gratiam Dei abjecisset servandi maximi mandati causa, imo ob id multo plura quam quæ dedisset recepturum esse. Cæterum ad hanc usque mensuram pervenisse sanctorum erga proximum charitatem, ex dictis D abunde demonstratum est.

INTERROGATIO IV.

De timore Dei.

RESPONSIO.

Atque iis quidem qui recens introducuntur ad pietatem, institutio ea quæ fit per timorem, utilior est, sapientissimo Prov. 1. 7. Salomone admonente ac dicente: *Principium sapientiæ timor Domini:* sed vobis veluti jam ex Christi infantia egressis, nec amplius la- E cte indigentibus, sed qui solido dogmatum alimento secundum internum hominem ad perfectionem deduci potestis, præceptis sublimioribus opus est, in quibus tota ejus quæ in Christo est dilectionis veritas perficitur. Nimirum cavendum est vobis, ne forte uberiora Dei dona graviori multæ obnoxios vos reddant, si in beneficum largitorem ingrati Luc. 12. 48. exstiteritis. *Cui enim*, inquit, *commendaverunt multum, plus repetent ab eo.*

INTERROGATIO V.

De cavenda mentis evagatione.

RESPONSIO.

1. Illud certe sciendum est, nos non posse aliud quodvis mandatum servare, neque Deum aut proximum diligere, si huc & illuc mente divagemur. Neque enim artem aur scientiam probe callere potest, qui ab alia ad aliam transit: neque unam etiam comparare, qui ea quæ propria finis sunt, ignorat. Par namque est actiones ad scopum & finem quadrare: siquidem nihil quod rectum sit, via inepta & incongruenti peragitur. Nam neque artis ærariæ finis per figlinæ opera acquiri solet: neque per sedulum tibiæ cantum parantur athleticæ coronæ, sed unicuique fini peculiaris ac idoneus labor requiritur. Quare exercitatio etiam quæ fit juxta Christi evangelium ad placendum Deo, in eo posita est, si curis mundi amandatis, omnem mentis avocationem propellamus. Quamobrem Apostolus, etsi alioquin permissæ sint nuptiæ, fuerintque habitæ benedictione dignæ, tamen eas quæ ex his nascuntur occupationes curis pro Deo gerendis opposuit, perinde quasi hæc inter se cohærere non possent, his verbis: *Qui sine* 1. Cor. 7. 32. *uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placiturus sit Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori.* Ita & Dominus suis discipulis animo sincero & ab omni aberratione vacuo præditis testimonium reddidit, dicens: *Vos de mundo hoc non estis.* Et con- Joan. 15. 19. tra, fieri non posse testatus est, ut mundus reciperet Dei cognitionem, & Spiritum sanctum caperet. *Pater enim juste*, inquit, Joan. 17. 25. *etiam mundus te non cognovit.* Et, *Spiritus* Joan. 14. 17. *veritatis, quem mundus non potest accipere.*

2. Quisquis igitur vere Deum sequi vult, vinculis affectionum vitæ hujus solvatur necesse est: quod per integrum secessum morumque veterum oblivionem perficitur. Quare nisi nos ipsi & a cognatione carnali & a societate vitæ removerimus, veluti ad alterum mundum per animi habitudinem transmigrantes juxta eum qui dixit: *Nostra* Philip. 3. 20. *enim conversatio in cælis est*, scopum nostrum attingere non possumus, Deo videlicet ut placeamus, cum Dominus verbis decretoriis dixerit: *Sic omnis ex vobis qui non renun-* Luc. 14. 33. *tiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* His autem peractis, cor nostrum omni custodia servandum est, ne umquam Prov. 4. 23. amittatur Dei cogitatio, neve rerum mirabilium ab eo gestarum memoria vanis phantasmatibus coinquinetur: sed circumferenda est sancta Dei cogitatio, sic ut quasi sigillum indelebile ex perpetua & pura recorda-

tione in animis nostris imprimatur. Ita enim A a nobis comparatur Dei dilectio, quæ simul excitat ad conficienda Dei mandata, & ipsa ab ipsis vicissim perpetuo & constanter servatur. Atque hoc Dominus ostendit, qui nunc

Joan.14.15. quidem ait : *Si diligitis me, mandata mea*

Joan.15.10. *servate :* nunc vero, *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*. Et, quod

Ibidem. efficacius etiam possit commovere : *Sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione*.

3. Quibus illud nos docet, semper in opere quod faciendum constituerimus, præcipien- B tis voluntatem tamquam scopum nobis proponere debere, ad eumque studium nostrum

Joan. 6. 38. dirigere, uti etiam alio loco dicit : *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris*. Ut enim artes quæ ad parandum victum excogitatæ sunt, ubi proposuerint sibi scopos quosdam peculiares, congruenter illis convenienterque singula opera sua accommodant : ita etiam cum opera nostra finem unum ac regulam habeant, nimirum ut mandata modis Deo acceptis exsequamur, C opus accurate peragi aliter non potest nisi ad jubentis voluntatem efficiatur. Futurum est autem ut, si in quovis opere diligens studium ad voluntatem Dei faciendam conferamus, Deo per hanc recordationem conjungamur. Quemadmodum enim faber ferrarius, cum securim exempli causa, cudit, ejus qui id sibi operis locavit, memor est, ipsumque fert in animo, ac formam hanc quæ sibi ab eo præscripta est & magnitudinem attendit, atque suum opus ad voluntatem ejus qui illud injunxit, dirigit; (si D enim hunc ceperit oblivio, aut quidpiam aliud, aut longe dissimile efficiet ejus, quod facere instituerat :) ita & Christianus omni actione tum parva tum magna ad Dei voluntatem directa, simul & opus suum diligenter conficit, & memoriam præcipientis ser-

Psal. 15. 8. vat, ac implet quod dictum est : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commovear*. Quin & per-

1. Cor. 10. 31. ficit præceptum illud : *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Si quis autem agendo depravat E præcepti integritatem, eum languide Dei meminisse planum est. Memores igitur vo-

Jere. 23 24. cis illius qui dixit : *Nonne cælum & terram*

Ibid. v. 23. *ego impleo, dicit Dominus?* Et, *Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe*.

Matth. 18. 20. Et, *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*, omnia facere debemus, ut fieri decet quæ in oculis Domini efficiuntur, & omnia cogitare, ut

Psal. 118. 163. cogitari decet quæ ab ipso cernuntur. Sic enim & perpetuus futurus est timor odio habens iniquitatem, sicut scriptum est, &

contumeliam, & superbiam, & vias malorum, atque charitas perficitur, impletque quod dictum fuit a Domino : *Non quæro vo-* Joan. 5. 30. *luntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris*, cum anima continuo sibi plane persuadeat & bonas actiones judici & vitæ nostræ arbitro acceptas esse, & malas ab eo condemnari. Puto autem una cum hoc etiam illud contingere, ut ne ipsa quidem Domini mandata conficiantur ad captandam hominum benevolentiam. Nemo est enim qui se ad inferiorem convertat, si persuasum habeat adesse præstantiorem. Quin potius si contigerit, ut quæ fiunt cuipiam homini clariori & illustriori grata sint & accepta, alteri vero viliori invisa & reprehensione digna videantur; contempta hac inferioris reprehensione, pluris facit præstantioris approbationem. Quod si inter homines res ita se habeant, quænam, quæso, anima vere prudens & sana, quæ Deum præsentem esse sibi penitus persuaserit, iis omissis quibus Deo placere possit, modo se ad aucupandam humanam gloriam conversura est, modo vero neglectis Dei mandatis, inserviet humanæ consuetudini, aut a communi & anticipata opinione vincetur, aut flectetur a dignitatibus? Sic erat animatus qui dixit : *Narraverunt mihi iniqui fabu-* Psal. 118. 85. *lationes, sed non ut lex tua, Domine*. Et rursus, *Et loquebar in testimoniis tuis in conspe-* Ibid. v. 46. *ctu regum, & non confundebar*.

INTERROGATIO VI.

Quod necesse sit in secessu vitam degere.

RESPONSIO.

1. Atque etiam ad cavendam mentis evagationem conducit remota ac solitaria habitatio. Vitam siquidem quæ promiscue agitur cum iis qui secure perfectam præceptorum observationem contemnunt, perniciosam esse ac exitiosam ipse etiam Salomon ostendit, qui nos ita docet : *Noli esse sodalis viro furioso, neque una cum* Prov.22.24. *amico iracundo habites : ne forte discas vias ejus, & sumas laqueos animæ tuæ*. Et illud : *Exite de medio eorum, & separamini, dicit* 2. Cor.6.17. *Dominus*, eodem pertinet. Ne igitur per oculos aureisve subeant peccati irritamenta, eique imprudentes assuescamus : neve rerum quas viderimus & audierimus quasi formæ quædam ac imagines, in anima permaneant ad exitium interitumque nostrum; & ut in precatione insistere possimus; primum habitatio eligatur solitaria & ab hominum consortio remota. Sic enim licebit & priores mores vincere, per quos vitam egimus a Christi præceptis alienam (non mediocre autem est hoc certamen, suam ipsius consuetudinem superare. Nam consuetudo per lon-

longum tempus corroborata, naturæ vim ac robur obtinet) & poterimus quoque peccati maculas abstergere, tum diligenti precatione, tum meditatione assidua voluntatum Dei: cui meditationi precationique inter multos qui animum distrahant, eumque in vitæ hujus negotiis occupatum teneant, vacare non possumus. Et illud: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum*, quis umquam inter hos degens explere poterit? Nos enim oportet, si nosmetipsos abnegemus, & crucem Christi tollamus, sic ipsum sequi. Abnegare autem semetipsum, est præteritorum prorsus oblivisci, atque a voluntatibus suis secedere: quem secessum in promiscua hominum consoetudine servare difficillimum fuerit, ne dicam viribus omnino impar. Atque etiam ne quis tollat crucem suam, Christumque sequatur, impedimento est ejusmodi vitæ societas. Nam præparare se ad mortem pro Christo perferendam, mortificare membra quæ sont super terram, accingi quasi in instructa acie ad periculum omne subeundum, quod nobis pro Christi nomine impendeat, vitaque præsenti non affici, hoc est crucem suam tollere: ad quod magna nobis impedimenta a communi vitæ consuetudine accedere videmus.

Luc. 9. 23.

2. Et præter alia omnia quæ multa sunt, respiciens animus in delinquentium moltitudinem, primum quidem non habet spatium peccata sua sentiendi, seque ob delicta conterendi per pœnitentiam; imo deterioribus secum collatis, etiam quamdam sibi vindicat virtutis speciem: deinde præ tumultibus & negotiis quæ vita communis parere solet, a pretiosissimam Dei memoria abstractus, non id dumtaxat detrimenti accipit ut nec gaudeat, nec delectetur in Deo, nec perfruatur Domini deliciis, nec verborum ejus dulcedinem degustet, ita ut dicere queat: *Memor fui Dei, & delectatus sum*. Et, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*, sed etiam judicia ipsius aspernari ac prorsus oblivisci assuescit, quo nullum majus aut perniciosius malum ei accidere potest.

Psal. 76. 4. Psal. 118. 103.

INTERROGATIO VII.

Quod vita agenda sit cum iis qui eodem animo impulsi, Deo placere sibi proponunt: & quod difficile simulque periculosum sit, solitarium vivere.

QUoniam igitur ex verbis tuis nobis persuasissimum est, vitam quæ degitur cum iis qui Domini præcepta contemnunt, periculosam esse, ex ordine discere volumus, num qui secessit a talibus, debeat privatim & seorsum a cæteris degere, an cum fratribus concordibus, & qui eumdem pietatis scopum sibi constituerint, vitam ducere.

RESPONSIO.

1. VItam quæ simul cum pluribus agitur ad multa utiliorem esse scio. Ac primum quidem, quod nemo nostrum sit, qui sibiipsi sufficiat ad sublevandas corporis necessitates, sed in comparandis rebus necessariis alter alterius opera indigeamus. Quemadmodum enim pes aliam quidem obtinet facultatem, alia vero caret, & neque sine reliquorum membrorum auxilio suam ipsius vim reperit idoneam, aut perseveranter sibiipsi sufficientem, neque in se subsidia habet, quæ quod sibi deest, suppleant: ita quoque in solitaria vita, & quod adest nobis, inutile redditur, & quod deest, comparari non potest: siquidem opifex Deus nos alterum alterius ope egere decrevit, sicut scriptum est, ut sic inter nos conjungamur. Sed præterea diligendi Christi ratio & modus unumquemque quod proprium sibi fuerit, spectare non sinit. *Charitas* enim, inquit, *non quærit quæ sua sunt*. Vita autem solitaria & seorsum a cæteris omnibus acta scopum unicum habet, ut suis quisque utilitatibus inserviat. Hoc autem aperte adversatur charitatis legi, quam implevit Apostolus, qui non sua, sed multorum commoda quærebat, ut salvi fierent. Adhæc in hujusmodi secessu unusquisque ne delictum quidem suum facile cognoscet, cum non habeat a quo redarguatur, & mansuete ac clementer corrigatur. Reprehensio enim quæ ab inimico etiam fit, sæpe in viro probo & æquo sanitatis quærendæ desiderium parit: peccatum vero ab eo qui sincere diligit, scienter curatur. *Qui* enim, inquit, *diligit, diligenter erudit*. Talem autem in solitudine reperire difficillimum est, si prius in vitæ societatem adjunctus non fuerit. Quare accidit ei quod dictum est: *Væ uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum*. Adhæc præcepta plura a pluribus simul congregatis facile perficiuntur, ab uno non item: quandoquidem dum unum fit, impeditur alterum. Exempli causa, infirmi visitatio facit, ut hospes non excipiatur, & rerum ad vitam necessariarum largitio & distributio (maxime quando in his ministeriis multum insumendum est temporis) in causa est cur ad facienda opera studium conferri non possit, sic ut deferatur mandatum maximum, & maxime saluti conducibile: siquidem neque nutritur qui esurit, neque amicitur qui nudus est. Quis igitur inertem & infructuosam vitam ei, quæ fructuosa sit & Domini præcepto consentanea, velit anteponere?

Eccl. 13. 1.
1. Cor. 13 5.
Prov. 13 24.
Eccl. 4. 10.

2. Quod si etiam omnes qui fuimus in ona vocationis spe assumti, unum corpus sumus,

ac

ac caput Christum habemus, sumusque singuli alii aliorum membra, nisi per concordiam in sancto Spiritu coagmentemur in unius corporis compagem, contra, si quisque nostrum eligat vitam solitariam, neque in rebus dispensandis communi utilitati, ut Deo acceptus sit, inserviat, sed illi suæ cupiditati in qua sibi placet, obsequatur: qui fieri poterit, ut divisi ac disjuncti mutuam membrorum inter se habitudinem, obsequiaque & obedientiam nostro capiti, qui Christus est, servemus ac tueamur. Neque enim possumus, si vitæ genere separemur, una cum eo qui gloria afficitur, gaudere: neque cum eo qui patitur, simul pati, cum unusquisque non valeat, ut credibile est, (Rom. 12. 6.) proximi statum cognoscere. Adhæc cum nemo unus idoneus sit, qui dona spiritualia omnia suscipiat, sed juxta rationem fidei, quæ est in unoquoque, detur Spiritus, in vitæ societate proprium cujusque donum fit (1. Cor. 12. 8.) contubernalium commune. *Alteri enim datur sermo sapientiæ, alteri vero sermo scientiæ, alteri fides, alii prophetia, alii dona sanationum*, &c. quæ singula qui accipit, is ipsa non sua magis quam aliorum causa habet. Quare in vitæ communitate, Spiritus sancti vis & efficacia uni tributa simul ad omnes transeat necesse est. Qui igitur vivit ab omni hominum cœtu sejunctus fortasse unum donum habet: sed cum illud in seipso defossum detineat, ipsum per inertiam inutile reddit: quod quanti sit periculis nostis quotquot legistis evangelia. Contra, in plurium contubernio & suo quisque dono fruitur, ipsumque multiplicat communicando, & ex alienis tamquam ex suis fructum capit.

3. Prætereaque plura commoda, quæ enumerare omnia non facile sit, complectitur vitæ societas: siquidem & ad bona quæ a Deo nobis data sunt conservanda, utilior est quam solitudo, & ad cavendas externas inimici insidias tutior est expergefactio illa, quæ a vigilantibus fit, siquando contingat, ut unus aliquis obdormiscat eo mortis somno, quem ut deprecaremur a nobis, docuit nos David (Psal. 12. 4.) his verbis: *Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte*: & peccanti, si condemnationem concorditer a pluribus prolatam vereatur, facilius est secedere a peccato, sic (2 Cor. 2. 6.) ut conveoire possit in eum illud, *Sufficit illi qui ejusmodi est, objurgatio hæc quæ fit a pluribus*: & ei qui recte agit, satis est magna illa ac firma persuasio, quæ sibi multis approbantibus, atque operi assentientibus, innascitur. (Matth. 18. 16.) Si enim in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum, profecto qui bonum opus peregerit cum plurium testimonio, longe solidius firmabitur. Cæterum pericula præter ea quæ diximus, vitam solitariam comitantur. Primum quidem & ma-

A ximum in eo situm est quod sibi quisque placet. Cum enim neminem habeat qui ipsius opus probare possit, ad præcepti perfectionem jam pervenisse se arbitrabitur: deinde animi habitudinem semper inexercitam includens, neque vitia sua, neque profectum quem in quibusvis operibus fecerit, cognoscit, cum materia omnis & occasio mandatorum conficiendorum resecetur.

4. In quo enim humilitatem ostendet, qui neminem habet, quo seipsum declaret humiliorem? In quo commiserationem, am- B putata & abscissa plurium societate? Quomodo autem exercebit se ad patientiam, nemine voluntatibus ipsius obsistente? Quod si quispiam dicat Scripturarum doctrinam satis sibi esse ad mores emendandos, perinde facit atque is qui discit quidem ædificare, nec umquam tamen ædificat, aut eodem modo atque is qui eductos est artem ærariam, sed qui data sibi documenta ad actum redigere non vult. Ad quem Apostolus possit dicere: *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur*. (Rom. 2. 13.) Ecce enim C Dominus ob benignitatis suæ magnitudinem non sola doctrina quæ in verbis sita est, contentus fuit: sed ut expresse evidenterque in dilectionis perfectione nobis traderet humilitatis exemplum, cinxit se ipse, & discipulorum pedes lavit. Quem igitur tu lavabis? In quem officiosus eris? Præ quo futurus es ultimus, si ipse tecum solus degas? Bonum (Psal. 132. 1.) autem & jucundum illud, fratrum videlicet eodem in loco habitatio, quam unguento odorem ex summi pontificis capite emittenti (Ibidem.) Spiritus sanctus comparat, qua tandem ra- D tione in solitaria habitatione implebitur? Itaque certaminis stadium, & expedita proficiendi via, & perpetuum exercitium, & mandatorum Domini meditatio, fratrum est eodem in loco habitatio: quæ & pro scopo habet Dei gloriam ex præcepto Domini nostri Jesu Christi, qui dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*, (Matth. 5. 16.) & ritum ac formam Sanctorum servat, quorum fit in Actis mentio, & de quibus scriptum est: *Omnes autem qui* (Act. 2. 44.) E *credebant erant simul in eodem loco, & habebant omnia communia*. Et rursus: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam, eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia*. (Ibidem 4. 32.)

INTERROGATIO VIII.

De renuntiatione.

NUm oporteat primum renuntiare omnibus, & ita demum ad vitæ genus quod secundum Deum sit, accedere.

RE-

RESPONSIO.

1. Cum Dominus noster Jesus Christus post documenta multa, eaque ex multis operibus valide comprobata, dicat omnibus: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Et iterum: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, arbitramur hoc præceptum ad plura a quibus abalienare oportet, pertinere. Nam & diabolo ante omnia & carnis affectibus renuntiamus, qui nuntium remisimus occultis turpitudinibus, cognationibus corporeis, hominum amicitiis & vitæ consuetudini, quæ integritati evangelii salutis adversetur. Et quod his magis necessarium est, sibi ipse renuntiat qui exuit veterem hominem cum actibus ipsius, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Ac etiam renuntiat omnibus mundanis affectibus, qui pietatis scopo impedimento esse possunt. Itaque qui ejusmodi est veros parentes eos esse existimabit, qui ipsum in Christo Jesu per evangelium genuerint: fratres vero eos, qui acceperint eumdem adoptionis spiritum, prætereaque omnibus divitiis tamquam rebus alienis, ut reipsa sunt, intendet. Uno verbo, is cui propter Christum mundus totus crucifixus est, & ipse mundo, quomodo adhuc potest curarum mundanarum particeps esse, cum Dominus noster Jesus Christus & animæ odium & suiipsius abnegationem ad summum perducat his verbis: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam:* tumque subjungit, *& sequatur me.* Et rursus: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Quamobrem in eo sita est perfecta renuntiatio, si quem nec ipsius vitæ amor moveat, sed habeat sententiam mortis, sic ut nihil sibi confidat. Inde autem initium sumit, si videlicet alienemur a rebus externis, exempli causa, a possessionibus, ab inani gloria, a vitæ consuetudine, a rerum inutilium studio, uti docuerunt nos sancti Domini discipuli, Jacobus & Joannes, qui patrem suum Zebedæum, ipsumque, a quo tota illorum victus ratio pendebat, navigium reliquere: Matthæus vero, cum ab ipso telonio surrexit, Dominumque sequutus est: qui non telonii solum emolumenta reliquit, sed pericula etiam contemsit, quæ a magistratibus tum sibi tum consanguineis suis impendebant, quod vectigalium rationes reliquisset infectas. Paulo denique totus etiam mundus crucifixus erat, & ipse mundo.

Matth. 16. 24.
Luc. 14. 33.
Col. 3. 9.
Ephes. 4. 22.
Matth. 16. 24.
Luc. 14. 26.
2. Cor. 1. 9.

2. Sic qui vehementer Christum sequi desiderat, nihil, quod ad hanc vitam attineat, curare amplius potest, non ipsum parentum aut propinquorum amorem, si Domini præceptis adversetur. (Tunc enim locum etiam habet illud: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem*, & cætera:) non humanum timorem, ita ut illius causa aliquid utilium subtrahatur: quod præstitere Sancti, qui dicebant: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*: non hominum profanorum risum quem bona opera concitarint, sic ut eorum contemtui cedat. Quod si quispiam velit eorum qui Dominum sequuntur, vim ac robur cum desiderio conjunctum, accuratius ac dilucidius cognoscere, meminerit Apostoli, qui ad docendos nos narrat quæ ad se spectabant, ac dicit: *Si quis videtur confidere in carne, ego magis: circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus: secundum æmulationem persequens Ecclesiam, secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine reprehensione: sed quæ mihi erant lucra, hæc arbitratus sum propter Christum, detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini nostri: propter quem omnia detrimentum feci & arbitror stercora esse ut Christum lucrifaciam.* Etenim (ut non nihil audacter, at vere tamen eloquar) si Apostolus ipsa legis privilegia quæ ad tempus tradita erant, comparavit cum spurcissimis corporis fordibus, quas & aversamur, & a nobis citissime removemus, quod videlicet obessent Christi cognitioni, eique quæ in ipso est justitiæ, & nostræ ad ipsius mortem conformationi, quid quis dixerit de hominum institutis? Et quid opus est nostris ratiocinationibus & sanctorum exemplis confirmare sermonem? cum ipsa liceat afferre Domini verba, iisque timentem animam convincere: quibus hæc aperte ac evidenter testatur, ubi dicit: *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Et alibi post illud, *Si vis perfectus esse*, prius dixerat: *Vade, vende quæ habes, & da pauperibus;* tumque subjunxit: *Veni, sequere me.* Atque etiam mercatoris parabola huc spectare cuivis æquo rerum æstimatori videbitur. *Simile est* enim, inquit, *regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Planum est enim regnum cæleste per pretiosam margaritam adumbrari: quod nos assequi non posse declarant Domini verba, nisi omnia simul quæ habemus, & divitias, & gloriam, & genus, & si quid aliud est, cujus studio desiderioque plerique tenentur, pro eo comparando deseramus.

Luc. 14. 26.
Act. 5. 29.
Philip. 3. 4.
Luc. 14. 33.
Matth. 19. 21.
Matth. 13. 45.

3. De-

3. Deinde fieri quoque non posse ut recte agatur quod cupitur studiosius, si mens in varias curas diducta sit, idem Dominus asfirmavit, cum dixit: *Nemo potest duobus Dominis servire*. (Matth. 6. 24.) Et rursus: *Non potestis Deo servire & mammonæ*. (Ibidem.) Quamobrem thesaurus cælestis a nobis eligendus est solus, ut in eo cor habeamus. (Ibid. v. 21.) *Ubi enim*, inquit, *est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit*. Si igitur nobis ipsis aliquam possessionem terrenam aliquasque opes corruptioni obnoxias servaverimus, necesse est, mente hic quasi in quodam cœno defossa, animam ad Dei contemplationem numquam pertingere, nec ullo umquam cælestis pulcritudinis bonorumque nobis promissorum desiderio commoveri: quæ adipisci non possumus, nisi assiduum ac vehemens desiderium nos ad ea petenda impellat, suscipiendumque eorum causa laborem levem reddat. Est igitur renuntiatio, ut ex dictis constat, dissolutio simul vinculorum terrenæ hujus ac temporariæ vitæ, & humanorum officiorum liberatio: quæ nos efficit magis idoneos, qui iter ad Deum ducens incœptemus. Est & occasio impedimenti expers, qua obtinetur possessio ususque rerum pretiosarum (Psal. 18. 11.) *super aurum & lapidem pretiosum multum*. Et, ut in summa dicam, est cordis humani ad cælestem conversationem translatio, sic ut dicere possimus: (Philipp. 3. 20.) *Nostra enim conversatio in cælis est*. Et, quod maximum est, similitudinis ejus quam cum Christo habere debemus, initium est: (2. Cor. 8. 9.) qui propter nos egenus factus est, cum esset dives: quam nisi prius consequamur, vivendi rationem Christi evangelio consentaneam attingere non possumus. Quando enim aut cordis contritio, aut mentis humilitas, aut iræ, tristitiæ, sollicitudinum, &, ne longum faciam, exitiosorum animi motuum liberatio in divitiis hujusque vitæ curis & aliarum rerum affectu atque consuetudine comparari potest? Uno verbo, cui ne de ipsis quidem rebus necessariis sollicito esse licet veluti victu & vestitu, huic quæso quænam ratio permittet, ut malis divitiarum curis tamquam spinis detineatur: quæ quin jactum ab animarum nostrarum agricola semen ferat fructum, impediunt, Domino nostro dicente: (Luc. 8. 14.) *Hi sunt qui in spinis seminati fuerunt, qui a curis & divitiis & voluptatibus vitæ suffocantur, & non referunt fructum*.

INTERROGATIO IX.

Qui adjungitur iis qui Domino consecrantur, debetne facultates suas cognatis improbis citra delectum concredere.

RESPONSIO.

1. (Matth. 19. 21.) Cum Dominus dicat: *Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me*. Et iterum: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam*, (Luc. 12. 33.) puto eum qui hujusmodi consilio ductus a suis discedit, opes suas non oportere negligere, sed illud curare, ut omnia accurate accepta jam tamquam Domino consecrata cum omni pietate dispenset, aut per seipsum, si potest, eique licet per experientiam, aut per alios, qui multo cum examine delecti sint, quique facto de se periculo, ostenderint se eas fideliter prudenterque dispensare posse, cum scire debeat ipsas non sine periculo aut propinquis relinqui, aut a quovis obvio distribui. Etenim si is cujus curæ regia bona concredita sunt, etiamsi sæpe nihil ex iis quæ jam parta fuere, rapuerit, si tamen quæ acquiri poterant, negligentia sua non compararit, a crimine non absolvitur; quodnam judicium censere debemus ferendum ab iis qui res Domino jam dicatas ignave ac negligenter dispensarint? Nonne negligentium multæ futuri sunt obnoxii, uti scriptum est: *Maledictus quisquis facit opera Domini negligenter*. (Jerem. 48. 10.)

2. Ubique autem nobis cavendum est, ne unius mandati obtentu & nomine, alterum dissolvere videamur. Neque enim pugnare, aut cum iniquis contendere nobis decorum fuerit (siquidem servum Domini non oportet litigare) (2. Tim. 2. 24.): sed qui a carnalibus propinquis iniquius tractatus est, debet meminisse Domini, qui ait: *Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros*, (Marc. 10. 29.) non simpliciter, sed *propter me & evangelium, qui non accipiat centies tantum in tempore hoc, & in sæculo venturo vitam æternam*. Certe quidem hisce improbis declarari oportet, ipsos sacrilegii scelere obstringi, idque ex præcepto Domini, qui ait. *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe eum*, &c. (Matth. 18. 15.) Sed cum ipsis pro tribunali externo litigare vetat pietatis sermo, his verbis: *Ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium*. (Matth. 5. 40.) Et, *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* (1. Cor. 6. 1.) Illos autem coram his in judicium vocemus, majore habita ratione salutis fratris, quam copiæ divitiarum. Postquam enim Dominus dixit: *Si te audierit*, (Matth. 18. 15.) subjunxit: *lucratus es* non pecunias, sed *fratrem tuum*. Est tamen cum explanandæ veritatis causa, ipso injuriæ auctore nos non raro ad communium arbitrorum judicium provocante, ad examen devenimus, nequaquam aggressi, sed eos qui provocaverant, sequuti, non nostram iram aut contentionis motum in apertum proferentes, sed veritatem declarantes. Sic enim & illum a malis eximemus vel invitum, & ipsi mandata

data Dei non violabimus, tamquam Dei ministri, non pugnaces, nec avari, constanter veritati patefaciendæ insistentes, & nusquam concessum studii modum excedentes.

INTERROGATIO X.

Num omnes qui accedunt, recipiendi sint, vel quinam: & utrum statim sint admittendi, an cum probatione, & cum quali probatione?

RESPONSIO.

1. Cum benignus Deus, idemque salvator noster Jesus Christus prædicet, ac dicat: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*, Matth. 11. 28. periculosum est repellere eos qui nostra opera accedunt ad Dominum, ejusque jugum suave, ac præceptorum onus, quo ad cælum attollimur, subire volunt. Nec tamen permittendum est, ut ullus illotis pedibus ad sancta documenta veniat, sed quemadmodum Dominus noster Jesus Christus adolescentem qui ad se accesserat de ejus vita antea acta percontatus est, cumque eam recte fuisse actam comperisset, præterea ut compararet quod ad perfectionem deerat, præcepit, & tunc ei se sequendi copiam fecit: ita profecto & a nobis præterita accedentium vita est expendenda, & iis qui quid recte jam gesserint, documeota perfectiora tradeoda sunt, qui vero vel ex prava vita convertuntur, vel ex indifferenti statu ad perfectam vitam in Dei cognitione sitam transeunt, hos perscrutari par est, nimirum qualibus præditi sint moribus, num instabiles, num ad judicia ferenda proni.

2. Enimvero qui sunt hujusmodi, inconstantiæ sunt suspecti. Hi nempe præterquam quod ipsi nihil ntilitatis capiunt, præterea sunt etiam cæteris detrimenti auctores, sparsis in opus nostrum probris, mendaciisque, & blasphemiis. Cum autem cura atque diligentia nihil non corrigatur, vincatque omoigena animę vitia Dei timor, isti non sunt statim desperandi, sed ducendi ad idoneas exercitationes, sic ut temporis progressu ac laboriosis exercitiis periculum facientes eorum sententiæ atque propositi, si modo firmi aliquid in ipsis invenerimus, illos tuto admittamus: sin minus, dum adhuc extra sunt, dimittamus, ne experimentum fratribus afferat damni aliquid & exitii. Atque etiam explorare operæ pretium est num quis prius peccatis implicitus, abjecta omni verecundia prodat occultam turpitudinem, seque ipse accuset, simulque malorum suorum operum socios pudore afficiat, illosque a se Psal. 6. 9. ableget, juxta eum qui dixit: *discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem*, num etiam muniat se ad posteram vitam, ut ne amplius in similia vitia dilabatur. Cæterum commu-

A nis cujusque probandi modus est, utrum scilicet citra pudorem paratus sit ad omnem humilitatem, sic ut artes suscipiat vel vilissimas si illarum opus utile esse ratio comprobarit. Postquam autem unusquisque quasi vas quoddam Domino commodum, & ad quodvis bonum opus paratum omni tentatione adhibita declaratus fuerit ab iis qui talia scite scrutari possunt, ita demum inter eos qui se Domino dedicarunt, annumeretur. Maxime autem ei qui ab illustriore quodam vitæ genere juxta Domini nostri Jesu Christi ex- B emplum ad humilitatem festinat, aliqua quæ probrosa admodum apud externos esse videantur, præscribenda sunt; observandumque, num sine ulla dubitatione seipsum ceu operarium pudoris expertem Deo exhibeat.

INTERROGATIO XI.

De servis.

RESPONSIO.

Porro quicumque servi sub jugo detenti, ad fratrum conventum confugiunt, ad- C moniti, & meliores effecti, ad dominos suos remittendi sunt: in quo imitandus est beatus Paulus, qui cum genuisset Onesimum per Philem. 12. evangelium, eum ad Philemonem remisit sic ut alteri quidem persuaserit, ut si servitutis jugum modo Domino placenti perferretur, dignum eum regno cælorum redderet, alterum vero exhortatus est non minas modo quas huic intenderat, remitteret, memor veri Domini, qui dixit: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater vester cælestis delicta vestra*, Matth. 6. 14. Sed ut animo etiam D æquiore erga ipsum afficeretur, sic scribens: *Forsitan enim ideo discessit ad boram, ut æternum illum reciperes: jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem.* Philem. 15. Sed tamen si dominus improbus sit, qui aliqua contra legem præscribat, vimque servo inferat ad mandata veri heri Domini nostri Jesu Christi violanda, operam dare debemus, ut ne nomen Dei blasphemetur propter servum illum, qui quidpiam egerit non acceptum Deo. Adhibetur autem ejusmodi sollicitudo, aut cum servus ille præparatur ad eas ærum- E nas quibus afficiendus est tolerandas, ut quemadmodum scriptum est, Deo magis quam Act. 5. 29. homini obediat, aut cum qui servum recepere, tentationes quæ sibi ipsius causa imminent, perferunt eo qui Deo acceptus sit modo.

INTERROGATIO XII.

Quomodo recipiendi sint qui connubio junguntur.

RESPONSIO.

Atque ii etiam qui matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus acce-

dunt, interrogandi sunt, an mutuo consensu id efficiant ex Apostoli præcepto. *Nam*, inquit, *sui corporis potestatem non habet*, sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est. Nam obedientiæ Deo debitæ nihil est præferendum. Quod si dissentiat altera pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit: *In pace autem vocavit nos Deus*. Atque impleatur præceptum Domini, qui dixit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, &c. non potest meus esse discipulus*. Nihil enim obedientiæ Deo debitæ est anteponendum. Cæterum nos castæ vitæ agendæ consilium non raro tum vehementiini precum, tum assidui jejunii ope in multis prævaluisse novimus, Domino eos qui prorsus obstinati erant, sæpe etiam per corporalem necessitatem ad rectum judicium comprobandum inducente.

1. Cor. 7. 4. — Ibidem. v. 15. — Luc. 14. 26.

INTERROGATIO XIII.

Quod etiam utilis est novitiis silentii exercitatio.

RESPONSIO.

Atqui novitiis utilis est etiam silentii exercitatio. Etenim si linguam doment, simul & daturi sunt magnum continentiæ argumentum, & in silentio studiosissime atque attentissime discent ab iis qui scienter sermone utuntur, quando & interrogare & unicuique respondere oporteat. Est enim & vocis contentio, & sermonis modus, & opportunitas temporis, & verborum proprietas, quæ pietatis cultoribus propria sit & peculiaris: quam fieri non potest ut discat qui consueta non dedidicerit. Silentium autem simul & priorum oblivionem ex intermissione parit, & otium ad discenda bona suppeditat. Quamobrem nisi aut peculiare aliquod negotium, & ad animæ suæ curam, & ad inevitabilem operis alicujus quod in manibus sit, necessitatem pertinens, aut instituta quæstio aliqua urgeat, in silentio degendum est, excepta videlicet psalmorum modulatione.

INTERROGATIO XIV.

De iis qui seipsos Deo voverunt, & deinde professionem suam irritam facere conantur.

RESPONSIO.

Utique horum unusquisque, qui inter fratres admissus fuerit, posteaque professionem suam resciderit, perinde aspici debet, ut qui in Deum peccaverit, coram quo, & in quo pactorum confessionem deposuit. *Si vero*, inquit, *in Deum quis peccaverit, & quis orabit pro eo?* Qui enim seipsum dicavit Deo, & deinde ad aliud vitæ genus transiit, factus est sacrilegus, cum ipse sui ipsius fur fuerit, donariumque Deo consecratum abstulerit. Quibus æquum est non amplius fores fratrum aperiri, ne si in brevi quidem transitu ad poscendum tectum accederent. Perspicua est enim Apostoli regula, qua jubemur subducere nos ab omni inordinato, neque commisceri cum illo, ut confundatur.

1. Reg. 2. 25. — 2. Thess. 3. 14.

INTERROGATIO XV.

Qua ætate permittendum sit ut Deo seipsos voveant: qua item ætate virginitatis professio rata habenda sit & firma.

RESPONSIO.

1. Cum Dominus dicat: *Sinite pueros venire ad me*, & Apostolus eum laudet, qui ab infantia sacras litteras didicit, rursusque præcipiat liberos educari in disciplina & correptione Domini, omne tempus, primæ etiam ætatis, iis qui accedunt excipiendis idoneum esse censemus, eos quidem qui parentibus orbati sunt, nostrapte sponte assumentes, ut ad Jobi exemplum orphanorum parentes efficiamur; eos vero, qui sub parentibus sunt, ab ipsis adductos, coram multis testibus suscipientes, ne occasionem demus volentibus occasionem, sed eorum qui adversum nos blasphemiam loquuntur, os omne injustum obstruatur. Excipiendi igitur sunt ad hunc modum, nec ipsi tamen statim in fratrum corpore aut annumerandi sunt, aut recensendi, ne si illi a fine proposito aberrarent, ipsorum probra in pium vitæ institutum refunderentur: sed educandi illi quidem sunt in omni pietate, tamquam communes fratrum liberi, prætereaque puerorum, sive mares sint, sive feminæ, separari oportet & domos & diætam, ut erga seniores neque licentiam majorem, neque fiduciam immodicam habeant, sed congressus raritate erga antiquiores reverentiam servent, neque ex pœnis quæ perfectioribus ob neglecta officia irrogantur, (siquando eos ab his deliquisse contigerit) peccandi facilitas, aut sæpe animi elatio latenter eis innascatur, dum in iis quæ ipsi recte faciunt, sæpenumero antiquiores delinquentes vident. Qui enim puer est mente, ab eo qui ætate puer est, nihil differt. Quare nihil mirum si in utrisque eadem etiam vitia sæpenumero reperiantur. Neque vero in quibus antiquiores decorum servant ob suam ætatem, ea juniores ante tempus & præter decorum temere agant ob frequentem cum ipsis consuetudinem.

Marc. 10. 14. — 2. Tim. 3. 15. — Ephes. 6. 4. — Job 29. 12.

2. Quapropter cum hujus œconomiæ, tum reliquæ etiam servandæ disciplinæ ac san-

sanctimoniæ causa distinctam esse oportet puerorum & natu majorum habitationem. Prætereaque, dum necessaria illa juvenibus exercitatio fiet, non turbabitur monachorum domus. Precationes autem quæ per diem institutæ sunt, & pueris & antiquioribus sint communes. Nam pueri majorum exemplo compungi consuescunt: antiquiores vero in precationibus a pueris haud parum adjuvantur. Cæterum quod ad somnum, ad vigilias, ad tempus, mensuramque & qualitatem alimentorum attinet, convenienter pueris decernantur exercitationes & diætæ peculiares. Præficiatur autem talibus quispiam ætate provectior, cæterisque experientia præstantior, qui etiam lenitatis testimonium habeat: ut paterna clementia ac perito sermone corrigat juvenum peccata, atque peculiaria remedia singulis delictis afferat; simulque & reprehendatur peccatum, & anima ad imperturbatum quemdam statum exerceatur. Exempli causa, iratus est quispiam suo coæquali? eum placare, ipsique pro facinoris ratione subservire cogatur. Nam humilitatis assuetudo iracundiam animi quasi exscindit; cum contra ejusdem elatio plerumque nobis iram ingeneret. Sumsit cibos præter tempus? maxima diei parte jejunet. Immodice, aut indecore cibum cepisse deprehensus est? ipse refectionis tempore a cibo abactus, alios rite edentes intueri cogatur, ut & abstinentia plectatur, & honestatem discat. Protulit verbum otiosum, contumeliam in proximum, mendacium, aliquid aliud quod interdictum sit? & ventre & silentio castigetur.

Modus puerorum erudiendorum. 3. Atque etiam litterarum studium eorum instituto accommodatum esse oportet, & vocabulis e Scriptura sumptis utantur, & ipsis narrentur admirabilium factorum historiæ loco fabularum, & edoceantur sententias proverbiorum, & memoriæ præmia eisdem proponantur tam pro nominibus quam pro rebus, ut jucunde & quasi animum relaxantes, nulla cum molestia, nullaque offensione, ad scopum pertingant. Prætereaque qui sunt ejusmodi, recte ducati, attentionem animi facile assequentur, atque mentis aberrationem vitare assuescent, si a magistris assidue interrogentur, ubi sit eorum animus, & quid in mente versent. Etenim illa ætas, ut pote simplex, fraudis nescia, & ad mendacium inepta, nullo negotio animi arcana prodit: accedit etiam, quod qui talis est, ne perpetuo vetitis commentis immorari deprehendatur, fugiet absurdas cogitationes, atque objurgationum dedecus reveritus, semetipsum assidue ab ineptis revocabit.

4. Animus igitur dum adhuc facile conformari potest, dumque tener est, ac instar A mollis ceræ, rerum oblatarum formas nullo negotio induit, ad omnia bona statim ab initio exercendus est: ut ubi affuerit ratio, habitusque discernendi accesserit, a jactis initio elementis, & a traditis pietatis formis cursus instituatur, ratione id quod utile est suggerente, consuetudine vero facilitatem ad recte agendum præbente. Tunc autem admittenda est virginitatis professio, tamquam quæ jam firma sit, & quæ ab ipsorum sententia ac judicio proficiscatur? jam perfecta & absoluta ratione: post quod tem- (Quo tempore fieri debeat virginitatis professio.) B pus & præmia & pœnæ peccantibus aut recte facientibus ab æquo judice pro operum merito decernuntur. Testes autem hujusce propositi adhibendi sunt ecclesiarum præfecti, ut ipsorum opera & corporis sanctimonia veluti res quædam sacra Deo dedicetur, & firma sit hæc actio per testimonium. *Nam*, inquit, *in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*. Sic enim & fratrum agendi ratio nec male audiet, & eis qui seipsos Deo desponderunt, ac deinde professionem irritam facere conantur, nulla impudentiæ occasio relinquetur. (Matth. 18. 16.) C Sed qui in virginitate vitam agere non vult, is, tamquam qui res Domini curare non valeat, coram iisdem testibus dimittatur. Cæterum qui professus fuerit post multam indagationem ac deliberationem, quam ei licere debet privatim facere dierum plurium spatio, ne quid per raptum a nobis fieri videatur, ita demum suscipiendus est, & inter fratres annumerandus, eamdem deinceps & domum & diætam habiturus cum majoribus. Sed quod dicere nos fugit, & nunc addere non abs re fue- D rit, nos, quod quibusdam artibus statim a puero danda opera sit, ubi jam pueri aliqui ad eas discendas visi fuerint esse idonei, nequaquam prohibere, quominus cum artis magistris interdiu maneant. Sed noctu eos necessario ad æquales suos transmittimus, quibuscum cibum etiam capiant necesse est.

INTERROGATIO XVI.

An ei qui pie vivere vult, necessaria sit temperantia.

RESPONSIO.

E 1. Liquet necessariam esse temperantiæ exercitationem. Primum quidem, quoniam temperantia ab Apostolo inter fructus spiritus recensetur: deinde vero, quoniam dicit nostrum ministerium etiam per illam inculpatum fieri, his verbis utens: *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate*. Et alibi: *In labore & ærumna, in vigiliis sæpe: in fame & siti, in jejuniis sæpe*. Et rursus: *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet*. Nulla autem res alia (Gal. 5. 23.) (2. Cor. 6. 5.) (Ibidem 11. 27.) (1. Cor. 9. 25.)

tam corpus castigat quam temperantia, aut illud æque in servitutem redigit. *Frænum est temperantia adversus libidinem.* Nam juventutis fervor, & libidinum reprimendarum difficultas temperantia quasi fræno quodam cohibetur. *Prov. 19. 10.* *Non enim prosunt stulto deliciæ*, juxta Salomonem. Ecquid autem carne in deliciis degente, & juventute sese quoquoversum ferente stultius fingi potest? *Rom. 13. 14.* Quapropter Apostolus dicit: *Et carnis curam ne faciatis ad concupiscentias.* *1. Tim. 5. 6.* Item, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est.* Adde quod exemplum deliciarum quibus dives fruebatur, temperantiam nobis necessariam esse ostendat, ne forte audiamus quod dives audivit, nimirum: *Luc. 16. 25.* *Recepisti bona tua in vita tua.*

Metuenda est intemperantia. 2. Quam vero metuenda intemperantia sit, etiam Apostolus docuit, cum illam numeravit inter defectionis proprietates, ac dixit: *2. Tim. 3. 1.* *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines seipsos amantes.* Ac pluribus nequitiæ generibus recensitis, subjunxit: *Ibidem v. 3.* *Criminatores, intemperantes.* Atque Esau etiam intemperantia ceu malo maximo accusatus est, *Gen. 25. 33.* tamquam qui prioris ortus jura pro uno edulio vendidisset. Præterea per intemperantiam cœpit homo non obtemperare. At sancti omnes temperantiæ laude fuerunt spectati. Imo potius omnis sanctorum ac beatorum vita, ipsiusque Domini in carne præsentis exemplum ad hoc suggerendum nobis prodest. *Deut. 9. 9.* Moses per longam in jejunio & precatione perseverantiam legem accepit. Deique verba audivit, tamquam si quis, inquit, loqueretur cum amico suo. *Exod 33. 11.* Elias Dei visione dignus tunc est habitus, cum ipse quoque pari modo abstinentia usus est. *Dan. 10.* Quid autem Daniel? Quo pacto conspexit mira? An non post vicesimam jejunii diem? Quomodo vero tres pueri vim ignis extinxerunt? nonne per abstinentiam? *Matth. 3. 4.* Ac etiam Joannis tota vivendi ratio ab abstinentia sum sit exordium. *Luc. 1. 15.* Ab hac Dominus quoque se ipse ostendere cœpit. *Matth. 4. 2.* Temperantiam autem dicimus non universam prorsus ciborum abstinentiam (hoc enim violenta quædam vitæ dissolutio est): sed eam, qua a rebus jucundis abstinemus, quæ ad pertinaciam carnis frangendam & ad attingendum pietatis scopum instituta sit.

3. Et in summa, quibus rebus frui desiderant qui libidinose vivunt, earum abstinentia nobis qui ad pietatem informamur, necessaria est. Neque vero in sola escarum voluptate moderanda exercetur temperantia, sed sese ad omnem etiam rei cujusque adversantis privationem extendit. *Quis sit perfecte temperans.* Quare qui perfecte temperans est, non ita ventrem domabit, ut vincatur ab humana gloria; non ita turpem cupiditatem superabit, ut non amplius superet divitias, aut alium quemvis probrosum affectum, veluti iram, aut tristitiam, aut reliqua vitia, quæ animas disciplinæ inexpertes in servitutem redigere solent. Fere enim quod in omnibus præceptis cernimus, illa inter se connexa esse, neque fieri posse, ut alterum separatim ab altero impleatur, id maxime in temperantia cernitur. Etenim & humilis est qui circa gloriam temperans est, & evangelicam inopiæ mensuram explet qui erga divitias temperanter afficitur, & iræ expers qui indignationem & iracundiam continet in officio. Imo etiam perfecta temperantiæ ratio linguæ præfinit terminos, & oculis limites, & auribus auditionem non curiosam: in quibus si quis non immoratur, intemperans est & protervus. Vides quemadmodum circum hoc unum præceptum, reliqua omnia tamquam in choro inter se conjuncta cohæreant.

INTERROGATIO XVII.

Quod oportet etiam risum continere.

RESPONSIO.

1. Atque etiam quod a plerisque negligitur, id diligenter a pietatis studiosis cavendum est. Nam intemperanti ac immodico risu detineri, indicio est grassari intemperantiam, nec sedari motus, nec a severa ratione comprimi laxitatem animi. Risu quidem leni & hilari effusionem animi detegere indecorum non est, quantum scilicet necesse fuerit ut solum indicetur quod scriptum est, *Cordis læti facies floret*: *Prov. 15. 13.* sed cachinnis vocem sustollere, & corpore præter voluntatem concuti non ejus est, qui mente quieta sit, aut probus, aut sui ipsius compos. Hoc risus genus Ecclesiastes quoque reprobans, tamquam quod animi constantiam maxime labefactet, ait: *Risui dixi circumlationem.* *Eccl. 2. 2.* Et, *Sicut vox spinarum sub olla: ita risus stultorum.* *Ibidem 7. 7.* Et Dominus eos quidem affectus, qui necessario corpus comitantur, & reliquos alios qui virtutis testimonium præ se ferunt, veluti lassitudinem & commiserationem erga afflictos, ipse suscepisse perhibetur: sed, quantum ex evangeliorum historia constat, risu numquam usus est, imo vero eos qui risu tenentur, miseros pronuntiat. *Luc. 6. 25.* Neque vero fallat nos ambiguum risus nomen. Est enim Scripturæ familiare, sæpenumero animi gaudium & hilarem affectum ex bonis ortum, risum appellare, quemadmodum ait Sara: *Risum mihi fecit Deus.* *Gen. 21. 6.* Et illud: *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* *Luc. 6. 21.* Item illud Jobi: *Os autem verax implebit risu.* *Job 8. 21.* Nam omnia hæc nomina pro hilaritate ob animi gaudium usurpata sunt. Quamobrem qui affectu omni superior est, quique nullum patitur voluptatis

tis incitamentum, aut certe qui nullum A prodit, sed gerit se constanter ac fortiter adversus omnem noxiam delectationem, is perfectus est continens: qui autem ejusmodi est, utique liber est ab omni peccato. Imo vero aliquando ab ipsis etiam rebus, quæ permittuntur, quæque necessariæ sunt ad vitam, abstinendum est, cum scilicet ob fratrum nostrorum utilitatem abstinentia
1. Cor. 8.13. instituitur. Sic Apostolus: *Si esca*, inquit, *scandalizat fratrem meum, non manducabo*
Ibidem 9. 12. *carnem in æternum*. Qui etiam cum haberet potestatem vivendi ex evangelio, non usus B est hac potestate, ne quod offendiculum daret evangelio Christi.

2. Temperantia igitur tollit peccata, turbulentos motus amandat, mortificat corpus ad ipsas etiam usque naturales affectiones ac cupiditates, initium est spiritualis vitæ, conciliat æterna bona, stimulum voluptatis in seipsa extinguit. Voluptas enim magna illa est mali illecebra, qua nos homines ad peccatum valde admodum proclives sumus: a qua anima omnis velut ab hamo ad interitum pertrahitur. Quare qui C ab ipsa non effeminatur, nec frangitur, per temperantiam peccata omnia vitat. Quod si quispiam, vitatis plurimis, ab uno superatur, is continens non est: quemadmodum neque sanus est, qui uno corporali morbo laborat; neque liber, qui imperio subjicitur unius, quicumque tandem ille sit, vilisque & plebeius. Ac reliquæ quidem virtutes cum in occulto exerceantur, raro veniunt in hominum conspectum: continentia vero eum a quo possidetur, vel ipso congressu notum efficit. Ut enim obesitas & bonus color athletam notat: D ita corporis macies & pallor, qui ex continentia emergit, indicio est, Christianum vere athletam esse præceptorum Christi: qui inimicum suum in corporis infirmitate vincat, viresque suas in pietatis certaminibus
2. Cor. 12. 10. ostendat, convenienter verbis illis: *Cum infirmor, tunc potens sum*. Quantum ex eo lucri est, si solum continentem videamus, vix & parce rebus necessariis utentem, & veluti onerosum naturæ ministerium persolventem, tempusque quo iis immoratur, ægro animo ferentem, & cito a mensa ad opera E peragenda surgentem. Arbitror enim animum ejus qui circa ventrem intemperans est, nullo sermone æque ac temperantis occursu vel solo commoveri, aut immutari. Atque hoc est, uti videtur, ad Dei gloriam edere, & bibere, ut in mensa etiam luceant bona nostra opera, ut Pater noster qui in cælis est, gloria afficiatur.

INTERROGATIO XVIII.

Quod omnia quæ nobis apponuntur, sunt degustanda.

RESPONSIO.

ET illud quoque necessario statuatur, temperantiam iis qui pro pietate certant, prorsus ad corpus macerandum necessariam esse: *Omnis enim qui in agone conten-* 1. Cor. 9.25.
dit, ab omnibus se abstinet. Sed tamen, ne una cum Dei inimicis corruamus, qui suam ipsorum conscientiam habent cauterio inustam, ob idque abstinent a cibis, quos Deus creavit, ut a fidelibus cum gratiarum actione sumantur, omnia, si quando occasio se dederit, degustanda nobis sunt, ut videntibus compertum sit & exploratum, cuncta mundis munda esse, omnemque Dei creatu- Tit. 1. 15.
ram esse bonam, nec quidquam quod cum gratiarum actione assumatur, rejiciendum esse: *sanctificatur enim per verbum Dei, &* 1. Tim. 4. 5.
orationem. Sic autem servanda est temperantiæ ratio, ut alimentis vilioribus, & ad vitam necessariis, quantum necessitas postulat, utamur, in eisque capiendis satietatis damnum vitemus, & ab his quæ ad voluptatem parata sunt, prorsus abstineamus. Ita enim & voluptariorum libidinem excidemus, & eos quorum conscientia cauterio notata est, certe quantum in nobis erit, curabimus, & nosmetipsos a suspicione utrimque liberabimus. *Ut quid enim*, inquit, *liber-* 1. Cor. 10. 29.
tas mea judicatur ab aliena conscientia? Temperantia hominem indicat, qui una cum Christo mortuus sit, ac terrestria sua membra mortificarit. Hanc novimus matrem essecastimoniæ, sanitatis conciliatricem, atque impedimentorum quibus eorum quæ in Christo sunt operum fecunditas præpeditur, maxime expultricem esse. Siquidem juxta Matth. 13. 22.
Domini vocem, curæ hujus sæculi, voluptates vitæ, reliquarumque rerum cupiditates verbum suffocant, atque adeo infructuosum redditur. Ab hac etiam aufugiunt dæmones, cum Dominus ipse nos docuerit, Ibidem 17. 20.
genus illud nisi precatione & jejunio nequaquam exire.

INTERROGATIO XIX.

Quis sit continentiæ modus.

RESPONSIO.

1. IN animi quidem vitiis unus est continentiæ modus, integra scilicet a rebus ad perniciosam voluptatem ferentibus alienatio. In cibis autem quemadmodum alii aliis sunt necessarii, suntque & pro ætate & pro vitæ instituto, & pro corporis habitudine convenienter distincti: ita quoque illis utendi modus & ratio diversa sunt. Quo fit, ut regu-

Digitized by Google

regula una omnes pietatis exercitatores comprehendi non possint. Iis autem qui rebus administrandis fuerunt præfecti, permittimus, ut habita ratione eorum quæ cuique accidunt, mensuram pro ascetis sanis a nobis statutam prudenter immutent. Neque enim omnia sigillatim oratio complecti potest : sed ea solum, quæ a communi & generali doctrina dependent. Præfecti enim danda ægrotis per cibos solatia, aut levamentum ejus qui cæteroquin defatigatus fuerit propter operum assiduitatem, aut etiam levamen illius qui exempli gratia ad itineris aut arduæ cujusvis alterius rei laborem accingitur, pro necessitatis ratione semper præscribent, sequenturque eum, qui dixit,

Act. 2. 45. *Dividebatur singulis prout cuique opus erat.* Neque igitur idem sumendi cibi tempus, neque modus, neque mensura omnibus sanciri potest : sed sit is scopus communis, ut fiat satis necessitati. Ventrem namque supra modum impleri, atque cibis onerari, res est maledicto digna, cum Dominus dixerit:

Luc. 6. 25. *Væ vobis qui saturati estis nunc:* hoc quoque & ipsum corpus ad opera inutile, & proclive ad somnum & incommodis magis expositum reddit. Neque vero esus jucunditas finis loco habenda est, sed usus ad vitam necessarius, vitata voluptatis intemperantia, atque protervitate. Etenim servire voluptatibus nihil aliud est quam ventrem Deum suum efficere. Quoniam enim corpus nostrum, ut pote quod semper exinaniatur ac diffluat, expletione indiget, (quæ etiam causa est cur cibi appetitiones naturales sint) recta cibis utendi ratio repleri ad animalis conservationem jubet quod evacuatum est, sive sicco, sive humido opus fuerit alimento.

Simplex sit ciborum apparatus.

2. Quod igitur nos simpliciore apparatu a necessitate liberaturum est, id est adhibendum. Hoc autem declaravit Dominus ipse,

Matth. 15. 32. cum fatigatam multitudinem, ne in via deficeret, epulo excepit, uti scriptum est. Etenim cum excogitando apparatu aliquo sumtuoso posset in deserto miraculum augere, adeo tenuem ac simplicem cibum eis paravit, ut & panes hordeacei essent, &

Joan. 6. 9. pars piscis adhiberetur ad panem. De potu autem ne mentionem quidem fecit, quod aqua quæ sponte naturæ scaturit, necessitatique sufficit in promtu sit omnibus; nisi tamen ejusmodi potus cuipiam noceret ob in-

1. Tim. 5. 23. firmitatem, sic ut ex Pauli ad Timotheum consilio rejici deberet. Imo vero omnia quæ manifesto nocent, rejicienda sunt. Neque enim par est escas corporis conservandi causa assumere, ac rursus per ipsas escas inferre bellum corpori, eique ad mandatum conficiendum impedimento esse. Atque hoc idem nobis exemplo est, ut ad ea quæ nocent fugienda, licet grata sint & jucunda, animum A nostrum assuefaciamus. Quod igitur facilius paratur, prorsus est anteponendum, ut ne continentiæ prætextu cariora ac sumtuosiora anxie inquiramus, & magno partis condimentis edulia apparemus: sed quod in unaquaque regione nullo negotio haberi potest, & vile est, & quo vulgus facile utitur, deligamus, ita ut ex quæsitis alimentis, utamur iis solis quæ ad vitam sunt maxime necessaria, uti oleo, & aliis ejusmodi, & si quid ad necessarium ægrotantium levamen idoneum sit, idque si citra sollicitudinem tuB multumque & negotium comparare liceat.

INTERROGATIO XX.

Quæ ratio tenenda sit in cibis, cum excipiuntur hospites.

RESPONSIO.

1. Vana gloria, studium placendi hominibus, & quælibet res ad ostentationem gesta, prorsus in omni negotio Christianis interdicta sunt : quandoquidem qui & ipsum mandatum ideo perficit, ut C spectetur ab hominibus, & gloria afficiatur, mercedem ob ipsum sperandam amittit. Itaque iis qui omnem humilitatis speciem propter Domini præceptum amplexi sunt, fugiendus admodum est omnis vanæ gloriæ modus. Quoniam autem videmus mundanos homines, qui cum pudore ferant paupertatis humilitatem, & ubi aliquis ipsis suscipiendus est hospes, omnem ciborum copiam ac magnificentiam studiosius apparent, timeo ne nos quoque clanculum eidem vitio siamus obnoxii, atque de paupertate quæ a Matth. 5. 3.

D Christo beata prædicata est, erubescere deprehendamur. Quemadmodum igitur vasa argentea, aut vela purpurea, aut stratum molle, aut vestimenta pellucida extrinsecus comparare nobis non convenit : sic fuerit indecorum excogitare epulas a nostra vivendi ratione multum abhorrentes. Nam circumcursare nos, ac investigare ea quæ non ad necessarium usum requiruntur, sed quæ ad miseram voluptatem & ad inanem exitiosámque gloriam adinventa fuerunt, non turpe modo, & a scopo nobis proposito E alienum, sed detrimentum etiam affert non leve, cum scilicet qui in deliciis vivunt, & ventris voluptatibus metiuntur beatitudinem, nos quoque eisdem curis quibus ipsi cum admiratione & stupore incumbunt, districtos vident. Etenim si malæ sunt deliciæ, & fugiendæ, numquam eas amplecti debemus. Nihil enim eorum quæ reprobata sunt, potest ullo tempore opportunum esse. Qui Amos 6. 6. laute & delicate vivunt, præstantissimisque illinuntur unguentis, & vinum percolatum bibunt, eos incusat Scriptura. Et ob deli- 1. Tim. 5. 6. cias vidua, quæ viva erat, dicitur mortua.

Dives

Luc. 16. 22. Dives ob hujus vitæ delicias privatus est paradiso. Quid igitur nobis cum apparatibus sumtuosis? Accessit hospes aliquis? Si frater sit, & idem vitæ institutum sequatur, suam ipsius mensam agnoscet. Quæ enim reliquit domi, ea inventurus est apud nos. At fatigatus est ex itinere? tantum afferimus levamenti, quantum requiritur ad lassitudinem sublevandam.

Modus hospitum excipiendorum.

2. Advenit alius sæculo huic addictus? Ex factis discat quæ ei sermo non persuasit, & frugalitatis in escis servandæ formam & exemplar accipiat. Maneant in ipso monumenta mensæ Christianorum, & ejus paupertatis, quæ Christi causa citra verecundiam perferenda est. Quod si his ille minime commovebitur, ac potius deridebit, rursus nobis non exhibiturus est molestiam. Nos autem cum divites quosdam videmus, qui deliciarum usum ponunt in præcipuis bonis, eorum vicem valde dolemus, quod vita omni in vanitate insumta, & voluptatibus suis pro Deo habitis, nescientes in vita hac recipiunt bonorum partem, ac per præsentes delicias in paratum ignem præcipitantur, & in illius ardorem: imo siquando sese nobis obtulerit occasio, ne ipsis quidem hæc dicere dubitemus. Quod si futurum est, ut ipsi quoque simus eorumdem rei, & quoad licet nobis, inquiramus etiam ea quæ pertinent ad voluptatem, & ipsa ad ostentationem apparemus, vereor ne quæ destruimus, ea ædificare videamur, & per quæ cæteros judicamus, nosmetipsos condemnemus, qui simulate vita utamur, modo in hanc, modo in illam formam mutati, nisi forte immutemus etiam vestimenta nostra tum, cum in viros claros & superbos inciderimus. Quod si id turpe est, longe turpius est mensam nostram ob delicatos commutare. Æquabilis & constans est Christiani vita, & unicum scopum babet Dei gloriam: *Sive enim manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, ait Paulus qui in Christo loquebatur. At vero multiformis & varia est hominum mundanorum vivendi ratio, quæ scilicet aliis atque aliis modis ad conciliandam accedentium gratiam transformetur.

Præclara sunt quæ hic dicuntur de hospitalitate.

1. Cor. 10. 31.

3. Quare tu quoque si copia ciborum atque lautitia fratri voluptatem afferre volens, mensam tuam immutas, ejus accusas erga voluptatem studium, atque per ea quæ instruis, ipsius exprobras gulam, cum tamen ejusdem circa hæc voluptatem redarguas. Annon sæpenumero genere & modo apparatus consideratis, conjectavimus quis sit qui exspectetur, aut quid sit? Nequaquam Dominus laudavit Martham in multiplex ministerium distractam: sed, *Sollicita es*, inquit, *& turbaris circa multa. Atqui paucis*, A *vel uno opus est*: paucis quidem, quantum scilicet ad apparatum: uno vero, nempe fine ipso, ut videlicet necessitati fiat satis. Quale autem alimentum Dominus ipse millibus quinque apposuerit, haud ignoras. Votum autem Jacobi ad Deum hoc est: *Si dederit mihi*, inquit, *panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum*: non dixit, si dederis mihi delicias & sumtuosum apparatum. Quid vero sapientissimus Salomon? *Divitias & paupertatem*, inquit, *ne dederis mihi: sed constitue mihi necessaria, & sufficientia, ut ne satiatus mendax fiam, & dicam: quis me videt? aut pauper furer, & jurem nomen Dei mei*: ita æstimans, divitias quidem satietatem esse, paupertatem vero penuriam integram esse rerum ad vitam necessariarum: per ea autem quæ sufficiunt, statum quemdam nec indigentem, nec rerum ad usum requisitarum copia abundantem indicavit. Porro aliud alii sufficit pro corporis habitudine, & pro necessitate instante. Huic enim opus est alimento uberiore ac validiore propter laborem: illi vero, C tenuiore levioreque, & in omnibus congruente, propter infirmitatem: sed generatim opus est omnibus viliore & paratu faciliore. Attamen cura & quædam mensæ decentia necessaria est in omnibus, sed ita tamen, ut extra præscriptos nobis necessitatis terminos numquam egrediamur, imo vero hospitalitatis is finis sit, ut spectetur quod necessitas cujusque accedentium postulat. Ait enim: *Veluti utentes mundo hoc, & non abutentes*. Abusus autem sumptus est ultra necessitatem. Non sunt nobis pecuniæ? nec sint. D Non sunt referta nostra horrea? quid tum? Vivimus enim in diem, & in labore positus nobis est victus. Cur igitur escam a Deo esurientibus datam ad delicatorum voluptatem insumimus? in quo peccamus utrimque, cum & illis egestatis angustias, & his satietatis incommoda augeamus.

Luc. 10. 41.

Gen. 28. 20.

Prov. 30. 8.

1. Cor. 7. 31.

INTERROGATIO XXI.

Quomodo oporteat se gerere inter sedendum & accumbendum in tempore prandii, aut cœnæ.

RESPONSIO.

E

QUandoquidem Domini nos ubique ad humilitatem assuefacientis præceptum est, ut & in prandiis accumbentes postremum locum occupemus, necesse est ei, qui omnia juxta mandatum peragere studet, ne hoc quidem præceptum negligere. Quamobrem si mundani aliqui nobiscum accumbant, fieri nos eis in hac etiam parte exemplum par est, ut non extollantur, neque primam sedem perquirant. Cum autem omnes pari consilio in unum coeant, ut videlicet quavis occasione aliquod

suæ

suæ humilitatis specimen dent, locum quidem ultimum ex Domini mandato occupare unicuique convenit: sed tamen si ad eum tenendum contentiosus fieret impulsus, ejusmodi agendi ratio improbanda esset, tamquam quæ evertat ordinem tumultumque afferat. Præterea si alter alteri cedere nolumus, atque de hoc pugnamus, ita iis qui de principe loco certant, similes efficiemur. Quare & hic quoque prudenter cognoscentes curantesque quod nobis decorum fuerit, accubationis ordinem permittere debemus excipientis arbitrio, quemadmodum submonuit & Dominus, cum dixit pertinere ad patremfamilias harumce rerum dispositionem. (Luc. 14. 10.) Sic enim & nos invicem perferemus in dilectione, honeste omnia & secundum ordinem facientes: & illud demonstrabimus, nos non ad faciendam coram multis ostentationem, neque ad popularem gratiam demerendam humilitatem sectari, ex obstinata ac vehementi contentione: quin potius obtemperando exercebimus humilitatem. Altercari enim, majus est superbiæ indicium, quam primam sedem inter accumbendum tenere, cum jussi eam acceperimus.

INTERROGATIO XXII.

Quodnam vestimentum conveniat Christiano.

RESPONSIO.

1. Superius demonstratum est & humilitatem, & simplicitatem, & in omnibus vilitatem, & sumtus tenuitatem necessarias esse, ut sint nobis causæ paucæ, quibus ob corporeas necessitates distrahamur. Itaque eo animo hæc etiam ratio circa vestitum observanda est. Etenim si danda nobis est opera, ut omnium simus postremi, utique quod etiam in hoc genere infimum fuerit, summopere est præferendum. Quemadmodum enim viri gloriæ cupidi, sibi ipsi ex vestimentorum etiam amictu gloriam aucupantur, quod spectari, & magni æstimari, ob amictum splendidum & pretiosum ambiant: sic videlicet qui suam ipsius vitam per humilitatem redegit ad infimam conditionem, quod in his quoque infimum fuerit, id sumere debet. Ut enim in publica cœna Corinthiis vitio datur, quod sumtuoso suo apparatu eos qui non habebant, pudore afficerent (1. Cor. 11. 22.): ita plane communi quoque & conspicuo vestimentorum usu, is, qui vulgi consuetudinem superat ornatus, ex quadam veluti comparatione, pauperi pudorem incutit. Cum autem Apostolus dicat: *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes* (Rom. 12. 16.), scrutetur seipsum quisque, utri magis similes esse Christianis conveniat, iis ne qui in regiis aulis habitant, & mollibus vestibus amicti sunt: an nuntio & præconi adventus Domini, quo major inter mulierum natos non surrexit. Joannem dico Zachariæ filium (Matth. 11. 11.), cujus indumentum erat ex pilis camelli (Ibidem 3. 4.). Sed & veteres sancti in melotis, in pellibus caprinis obambulabant (Heb. 11. 37.).

2. Quis autem scopus in utendo habendus sit, admonuit Apostolus unico verbo, cum dixit: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus* (1. Tim. 6. 8.), tamquam solo nobis integumento opus sit: nec jam in vetitam varietatis & jactantiæ ex ea proficiscentis vanitatem, ne quid pejus dicam, incidamus. Hæc enim deinceps ab inutilibus vanisque artibus introducta sunt in vitam. Atque etiam notus est primus tegumentorum usus, quem Deus ipse dedit indigentibus. Ait enim: *Fecit ipsis Deus tunicas pelliceas.* (Gen. 3. 21.) Nam ad indecora tegenda satis erat etiam ejusmodi tunicarum usus. Sed quoniam præterea alius concurrit scopus, ut nempe per indumenta foveamur, necesse fuerit animum appelli ad utriusque rei usum, ut & membra nostra indecora contegantur, & auxilio sint adversus aeris incommoda. Quoniam autem & in ipsis tegumentis, alia sunt multum utilia, alia minus, ea quæ ad plures usus accommodari possunt, par est præferri, sicut neque lædatur paupertatis ratio, neque alia ad ostentationem, alia ad domesticum usum parta habeamus, neque rursus alia vestimenta sint diurna, alia nocturna: sed excogitandus est atque comparandus unus aliquis hujusmodi vestitus, qui ad omnia nobis sufficere possit, tum ad decorum ac honestum interdiu amictum, tum ad necessarium noctu operimentum. Ex hoc autem contingit, ut inter nos & cultum communem habeamus, & Christianus quasi peculiari quodam charactere vel ex ipso indumento notetur. Quæ enim ad unum & eumdem finem spectant, ea ut plurimum eamdem inter se formam servant.

3. Atque etiam in eo utilis est peculiaris hæc amictus ratio, quod prænuntiet unumquemque, ac vitæ secundum Deum actæ professionem in antecessum declaret: quæ res facit ut qui nobiscum versantur, convenientes ac congruas actiones a nobis exigant. Indecorum enim & inhonestum non æque in hominibus obscuris, atque in iis qui magna profitentur, apparet. Plebejum enim aut obscurum quempiam hominem infligentem plagas, aut publice accipientem, & voces obscenas emittentem, & in tabernis versantem, & alia id genus indecore peragentem, nemo facile attenderit, cum facta illa universo vitæ ipsius instituto convenire intelligat: sed qui perfectum vitæ genus profitetur, si quid vel minimum neglexerit eorum quæ officii sunt, hunc omnes observant, ipsique id probri loco objiciunt, ac faciunt

quod

Matth. 7.6. quod dictum est : *Conversi dirumpent vos*. Quare hac cultus habitusque professione tamquam documento quodam, a vitiis infirmiores arcentur vel inviti. Ut igitur in vestitu peculiaris quidam est ornatus militis, alius senatoris, alius alterius, ex quibus ut plurimum conjectantur ipsorum dignitates : ita quoque Christianum habere vel in vestitu peculiare quiddam, quo traditus ab Apostolo modestus ornatus conser-
1. Tim. 3.2. vetur, pat est & decorum. Qui quidem mo-
Ibidem 2.9. do statuit episcopum ornatum esse debere, modo vero mulieres in habitu cultuque ornato esse jubet, ita tamen, ut ornatus vox ex proprio Christianismi proposito accipiatur. Hoc idem & de calceamentis dico, adeo ut quod minime exquisitum est, quodque minimo sumtu parari potest, ac necessitatis scopo sufficit, omni tempore præferatur.

INTERROGATIO XXIII.

De zona.

RESPONSIO.

Necessarium esse zonæ usum declarant
Matth. 3.4. etiam priores sancti. Joannes quidem pellicea zona lumbos suos præcingebat, & ante ipsum etiam Elias. Scriptum est enim, quasi hominis proprium quiddam
1. Reg. 4. 8. fuisset illud : *Vir pilosus*, & *zona pellicea circa renes ejus*. Et Petrus quoque zona usus fuisse perhibetur, uti liquet ex verbis ange-
Act. 12. 8. li sic illum alloquentis : *Præcingere*, *& subliga soleas tuas*. Prætereaque beatum Paulum, ex eo quod Agabus in eum pronuntia-
Ibidem 21. 11. vit vaticinio, zona usum fuisse constat. *Virum enim*, inquit, *cujus est zona hæc*, *sic alligabunt in Jerusalem*. Et Job etiam præcingi Dominus præcipit. Etenim quasi hoc signum sit animi cujusdam virilis, & ad
Job. 38. 3. rem gerendam parati, ait : *Accingere tamquam vir lumbum tuum*. Itemque zonæ usum omnibus Domini discipulis familia-
Matth. 10. 9. rem fuisse ex eo intelligitur, quod interdictum ipsis fuerit, ne æs haberent in zonis. Et alioqui necesse est ei, qui per se ipse aliquod opus tractaturus sit, succinctum esse & ad motus liberum; sic nt zona quoque ei sit opus, per quam tunica ad corpus contrahatur : & ipsum si undelibet sit circumplicata, magis fovebit, eumdemque ad motus expeditum præstabit. Nam & Dominus cum pararet se, ut ministraret discipulis, accepto linteo cinxit se. Cæterum de indumentorum multitudine nihil opus est dicere, cum in eo quem de paupertate habuimus sermone ea res antea a nobis satis expensa sit. Etenim si is qui duas tunicas habet, non habenti jubetur alteram dare, sine dubio plures possidere sui ipsius causa prohibetur. Quibus igitur duas tunicas habere vetitum est, iis quid attinet de earum usu legem sancire?

INTERROGATIO XXIV.

His abunde nobis explicatis, *jam consequens fuerit*, *ut discamus*, *qua ratione debeamus inter nos vivere*.

RESPONSIO.

Cum Apostolus dicat : *Omnia honeste & secundum ordinem fiant*, honestam il- 1. Cor. 14. 40.
lam esse & ordinatam vivendi in communi fidelium societate rationem arbitror, qua membrorum corporalium servatur ratio: ut alius quidem oculi vim obtineat, cui scilicet concredita sit communis rerum cura, quique & quæ facta fuerint probet, & facienda prævideat consideretque: alius vero aurium aut manus, ut & audiantur & agantur quæ congruunt : & ex ordine quisque cujusque loco sit. Sciendum est igitur quod quemadmodum in membris periculosum est unumquodque membrum munus suum negligere, aut non alio uti ad eam rem, cujus causa a conditore Deo factum est (sive enim manus, sive pes non obtemperet ductui oculi, illa quidem ad totius interitum res exitiosas attrectabit, hic vero offendet, aut etiam per præcipitia deferetur : sive oculus ita clauserit se, ut non videat, necesse est & ipsum perire una cum reliquis membris quæ patiuntur quæ diximus) : ita neque præfecti negligentia periculo vacat, cum judicandus sit pro omnibus, neque subditi contumacia detrimento ac damno caret, imo est magis periculosa si etiam aliis offendiculo sit. Quisquis igitur in suo ipsius loco accuratum ac diligens studium ostendit, exsequiturque præceptum Apostoli, qui ait : *Studio non pigri*, alacrita- Rom. 12. 11.
tis laudem obtinet : si vero negligens fit, sibi contraria asciscet, videlicet miseri cognomen, & illud, væ. *Maledictus* enim, inquit, *omnis qui facit opera Domini negligen-* Jerem. 48. 10.
ter.

INTERROGATIO XXV.

Quod præfectus qui peccantes non redarguit, *horrendum subiturus sit judicium*.

RESPONSIO.

1. Quamobrem cui demandata est communis cura, is ita afficiatur, quasi qui de singulis redditurus sit rationem. Quippe si inciderit in peccatum frater unus, nec tamen antea justificationem Dei ei declararit, aut si lapsus, in eo perstiterit, quod modum emendandi se ab eo non edoctus fuerit, sciat sanguinem ipsius ex suis manibus Ezech. 3. 20.
requisitum iri, uti scriptum est. Et maxime, si quidquam eorum quæ placent Deo,

Digitized by Google

non ex inscitia oeglexerit, sed potius ex eo A quod ob assentationem ad uniuscujusque vitia sese accommodet, disciplinæ integritatem labefactarit. Esa. 3. 12. *Qui* enim, inquit, *beatos vos dicunt, decipiunt vos, & semitam pedum vestrorum turbant.* Gal. 5. 10. *Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.* Qoapropter ne id nobis contingat, in iis quæ cum fratribus habebimus colloquiis regulam Apostolicam sequi debemus. 1. Thess. 2. 5. *Neque enim*, inquit, *aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus glo-* B *riam, neque a vobis, neque ab aliis.*

2. Qui ergo ab his vitiis purus est, forte ductum errationis expertem, sibique fructuosum, & se seqoentibus salutarem præstare poterit. Quisquis enim vere in charitate agit, non autem propter humanos qoosdam honores, neque ad vitandam delinquentium offensionem, ut eis jucundus fiat & gratus, is cum diceodi libertate sincere & pore prolaturus est sermonem, quippe qui in olla re veritatem adulterare oolit. Quamobrem ei etiam conveniunt quæ subinde C Ibidem v. 7. dicta sunt: *Sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras.* Qui vero non ita sese gerit, dux est cæcus, & seipsum dat præcipitem, & sequentes simul trahit. Quantum igitur malum sit, fratri esse auctorem errandi loco recti ductus, ex dictis intelligi potest. Hoc præterea indicio est neque perfici dilectionis inaodatum: siquidem nullos pater filium suum, si in foveam casurus sit, deserit, oe- D que postquam lapsus est, eum in ruina derelinquit. Quaoto autem magis horrendum sit, animam io malorum abyssum delapsam relinqui in exitio, quid jam attinet dicere? Debet igitur pro fratrum animabos vigilare, & tamquam qui rationem redditurus sit, ea quæ ad cujusque salutem faciuot, curare. Imo de his ita sollicitus esse debet, ut etiam ad mortem usque suum pro ipsis studium ostendat, non modo ob ea quæ de charitate a Domino generatim omnibus dicta suot, Joan. 15. 13. nempe, *ut animam suam ponat quis pro ami-* E *cis suis*, sed etiam ob peculiarem agendi rationem illius, qui dixit: 1. Thess. 2. 8. *Desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras.*

INTERROGATIO XXVI.

Quod omnia etiam cordis arcana sint præposito detegenda.

RESPONSIO.

Unusquisque autem eorum qui subditi sunt, si modo profectom eximium ve- A lit facere, & in ejus vitæ quæ ex Domini nostri Jesu Christi præceptis transigitur, firmo & stabili statu versari, debet neque motum ullum animæ occultum apud seipsum servare, neque verbum ullum inconsiderate proferre, sed hisce fratribus, qui infirmis benigne & humaoe curandis præfecti sunt, cordis arcana aperire. Ita enim quod laudabile est, stabilitur, quod vero reprobum, congruenti remedio sanabitur: atque per mutoom hujusmodi exercitium perfectio a nobis comparabitor, facta paulatim accessio- B ne.

INTERROGATIO XXVII.

Quod ipse quoque præfectus, siquando aberret, ab his qui inter fratres primas obtinent, admonendus sit.

RESPONSIO.

Atque etiam quemadmodum præfectus in omnibus fratrom dux esse debet, ita quoque vicissim, siquando præfectus ipse delicti alicujus suspectus fuerit, ipsum commo- C nefaecere munus est reliquorum. Quamobrem ne exsolvator disciplina, iis qui cum ætate tom prudentia præstant, danda est admonendi potestas. Si quid igitur fuerit, quod emendari operæ pretium sit, juvabimus & fratrem, & per illom nosmetipsos, qui hunc ipsum qui veluti vitæ nostræ regula est, suaque rectitudioe perversitatem nostram redarguere debet, ad rectam viam reduxerimus: sin autem temere turbati fuerint nonnulli illius causa, ipsi iis quæ falso suspecta fuerant cognitis, certiores facti, ab ea quam D de ipso conceperant suspicione liberantur.

INTERROGATIO XXVIII.

Quomodo oporteat affici omnes erga immorigerum & inobsequentem.

RESPONSIO.

1. Sane cum quis segoiter obedit Domini mandatis, primum qoidem operæpretium est omnes eum tamquam membrum ægrum miserari, & præfectum suis ipsios hortamentis infirmitatis illius curatio- E oem teotare: perseverantem vero in contumacia, & emendari noleotem, acrius coram toto fratrum cœtu coarguere, eique cum omni hortatu mederi. Quod si sæpius odmonitus, pudore non afficitur, neque reipsa semetipsum sanat, eum veluti suiipsius pestem (ut est in proverbio) non quidem sine multis lacrymis ac gemitibus, sed tameo ut membrum corruptum & peoitus ioutile, medicorum exemplo, a communi corpore resecare debemus. Hi enim quodcumque tandem membrum insanabili morbo correptum repereriot, ut ne latius lues ser-

serpat, vicinasque partes ob continuitatem A corrumpat, secando urendove illud tollere soliti sunt. Quod & necesse est a nobis effici in iis qui Domini mandata odio habent, aut impediunt; Domino ipso jubente ac dicen- Matth. 5. 29. te: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Quæ enim talibus tri- 1. Reg. 3. 13. buitur humanitas, insulsæ illi Heli benignitati est assimilis, qua erga filios suos præter Dei voluntatem usus, coarguitur. Ostendere itaque ementitam erga malignos benignitatem, est veritatem prodere, insidiari communitati, & ad mala indifferenter pa- B tranda assuefacere, cum jam non fiat quod 1. Cor. 5. 2. scriptum est: *Cur non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit*: sed necessario accidit quod sub- Ibidem v. 6. ditur: *Modicum fermentum totam massam* 1. Timoth. 5. 20. *corrumpit. Peccantes autem*, inquit Apostolus, *coram omnibus argue*, statimque ejus rei causam affert, his verbis: *Ut & cæteri timorem habeant.*

2. In summa autem quisquis medelam sibi a præposito adhibitam recusat, secum ipse pugnat. Etenim si parere non vult, sed su- C am tuetur voluntatem, cur tandem cum eo manet? Cur etiam ipsum assumit vitæ suæ moderatorem? Ubi autem quis semel in fratrum corpore numerari consensit, si judicetur vas esse ministerio idoneum, tametsi mandatum vires superare videtur, judicio in eum qui ultra vires præcepit, rejecto, docilitatem & obedientiam ad interitum usque Phil. 2. 8. ostendat, memor Domini, qui *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Rebellio autem & contradictio plura mala arguit, fidei morbum, dubitationem D de spe, fastum ac superbiam morum. Neque enim quisquam detrectat imperium, qui non prius contempserit consilii auctorem: neque qui credit Dei promissis, spemque firmam in eis reponit, etiamsi præcepta ardua sint & difficilia, umquam in ipsis observandis torpebit, cum sciat non esse condignas Rom. 8. 18. passiones hujus temporis ad futuram quæ revelabitur gloriam. Et cui persuasum est eum qui sese humiliat, exaltatum iri, majorem alacritatem, quam quæ a præcipiente exspe- 2. Cor. 4. 17. ctatur, ostendit, quippe qui illud non igno- E ret, quod momentanea afflictionis levitas mire supra modum æternum pondus gloriæ pariat.

INTERROGATIO XXIX.

De eo qui cum animi elatione, aut murmuratione agit.

RESPONSIO.

SAne opus ejus qui murmuravit, aut extulisse se compertus est, cum operibus eorum qui corde humiles sunt, & spiritu contriti, nequaquam commiscendum est: imo his pii nullo modo uti debent. *Nam quod* Luc. 16. 15. *hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Quinetiam aliud est præceptum Apostoli, dicentis: *Neque murmuraveritis, sicut quidam* 1. Cor. 10. 10. *eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Item illud: *Non ex tristitia,* 2. Cor. 9. 7. *aut ex necessitate.* Quare non est admittendum talium opus, æque ac vituperabile sacrificium: quod certe nefas fuerit cæterorum operi admisceri. Si enim qui obtulerunt in altari ignem alienum, tantam iram Lev. 10. 1. experti sunt, qui, quæso, periculosum non est, opus quod ab animi affectione Deo invisa proficiscatur, ad mandata ipsius exsequenda adhibere? *Quæ enim*, inquit, *est* 2. Cor. 6. 14. *societas justitiam inter & injustitiam: aut quæ pars fideli cum infideli?* Idcirco ait: *Iniquus* Esa. 66. 3. *qui immolat mihi vitulum, velut qui occidit canem: & qui offert similaginem, velut sanguinem suillum.* Unde pigri & rebellis opera a fratrum conventu sunt necessario removenda. Atque ea in parte diligentem operam ponere præfectos par est, ut neque ipsi violent decretum illius qui dixit: *Ambulans* Psal. 100. 6. *in via immaculata, hic mihi ministrabat: non habitabat in medio domus meæ, qui faciebat superbiam*, neque auctores sint, ut qui præcepto admiscet peccatum, laborisque segnitie, aut animi tumore, qui ex majori industria oriatur, opus coinquinat, in sua pravitate permaneat, qui quod eo utantur, illum sua ipsius mala sentire non sinunt. Itaque & præposito persuasum sit oportet, se, nisi suo fratri, ut decet, præsit, sibi gravem atque inevitabilem iram asciscere. Nam sanguis illius requiretur de manibus Ezech. 3. 18. ipsius, sicut scriptum est. Ac etiam ita comparatus sit subditus, ut nullum mandatum, ne difficillimum quidem, conficiat pigre ac segniter, cui scilicet persuasum esse debeat, tribuendam sibi esse in cælis multam mercedem. Exhilaret igitur subditum spes gloriæ, ut in omni gaudio & patientia opus Domini fiat.

INTERROGATIO XXX.

Quali animi affectione debeant præfecti fratrum curam habere.

RESPONSIO.

VIcissim præfectum non extollat dignitas, ne ipse quoque ab ea quæ humilibus promissa est beatitudine excidat, aut Matth. 5. 3. etiam inflatus incidat in judicium diaboli: sed illud pro certo habeat, plurium curam 1. Tim. 3. 6. habere, esse pluribus servire. Ut igitur qui sauciis multis ministrat, detergitque singulorum vulnerum saniem, & remedia pro præsentis mali natura adhibet, ex hoc ministerio nequaquam occasionem sumit ela-

tionis, sed potius homilitatis studiique ac A sollicitudinis: sic multo etiam magis cui totius fratrum societatis lanandæ provincia est delegata, is ut omnium minister, & tamquam qui de omnibus rationem redditurus sit, animum attendere, & sollicitus esse debet. Hoc enim pacto assequuturus est propositum, cum Dominus dicat: *Qui vult esse inter vos primus, sit omnium novissimus, & omnium minister.* Marc. 9. 34.

INTERROGATIO XXXI.

Quod exhibitum a præfecto ministerium sit B *suscipiendum.*

RESPONSIO.

Atqoe officia etiam ad corpus pertinentia, quæ ab iis præstantur, qui inter fratres principatum videntur tenere, suscipienda sunt ab inferioribus. Nam humilitatis ratio & majorem, ut subserviat, admonet, & minori ostendit non ab re sibi operam dari. Nam Domini exemplum ad hoc nos deducit, qui pedes discipulorum suorum lavare dedignatus non est, nec tamen C ipsi adversus id ausi sunt resistere. Sed & qui initio ob multam reverentiam recusarat Petrus, statim ipse, inobedientiæ periculum edoctus, obedivit. Non est igitur cur metuat subditus, ne ab humilitatis proposito aberret, siquando sibi subserviat major. Sæpe enim confertur officium ad eum docendum, & addandum efficax exemplum magis, quam quod instans ulla necessitas id postulet. Ostendat igitur in obedientia & imitatione humilitatem, non autem reluctans, superbiæ ac arrogantiæ opus efficiat, obten- D tu & simulatione humilitatis. Contradictio enim indicio est velle eum, qui repugnat, sui juris esse, neque alteri parere. Magis ergo inflationis & contemtus specimen edit, non autem humilitatis ac obedientiæ in omnibus. Quapropter necesse fuerit obedire ei qui dixit: *Supportantes invicem in charitate.* Ephes. 4. 2.

INTERROGATIO XXXII.

Quomodo oporteat erga cognatos secundum carnem affici.

RESPONSIO.

1. Iis quidem qui semel admissi sunt inter fratres, permittere non debet præfectus, ut ad quidquam distrahantur, aut per speciem visitandorum cognatorum secedant a fratribus vitamque degant a testibus remotam, aut curis incumbant, suis secundum carnem propinquis patrocinaturi. Nam in summa, meum & tuum in fratribus dici vetat Scriptura: *Erat* enim, inquit, *omnium credentium cor unum & anima una: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat.* Itaque parentes alicujus vel fratres secundum carnem, si quidem secundum Deum vivunt, ab omnibus fratribus tamquam communes patres aut cognati colantur. *Quicumque enim fecerit*, inquit Dominus, *voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic frater meus, & soror & mater est.* Sed tamen satius ducimus horum curam attinere ad fratrum præfectum. Quod si implicati sunt vita communi, nulla res cum eis nobis communis est, qui honestum decorumque servare & assidue Deo cohærere studemus, citra ullam mentis aberrationem. Nam præterquamquod nihil ipsis afferimus utilitatis, tumultibus etiam atque perturbatione nostram ipsorum vitam replemus, peccatorumque occasiones accersimus. Sed ne eos quidem qui olim fuerint propinqui, acceduntque ad visitandos nos, si Dei aspernentur mandata, ac pietatis officium ducant pro nihilo, par est suscipere, ut qui Dominum non diligant, qui dixit: *Qui non diligit me, sermones meos non servat. Quæ est autem societas justitiæ & iniquitati? aut quæ pars fideli cum infideli?* Act. 4. 32. Matth. 12. 50. Joan. 14. 24. 2. Cor. 6. 14.

2. Et in primis prorsus curandum est, ut iis qui adhuc in virtutum exercitio degunt, adimantur peccandi occasiones, quarum hæc est maxima, recordatio anteactæ vitæ, nequando ipsis contingat, quod dictum est: Conversi sunt cordibus suis in Ægyptum: quod plerumque usu venit, quando cum iis qui secundum carnem propinqui sunt, crebrum ac frequens colloquium seritur. In universum autem permitti non debet, ut sive cognatus, sive externus aliquos sermones habeat cum fratribus, nisi de illis id nobis persuasum sit, ipsos ad ædificationem & animarum perfectionem in colloquutionem venire. Quod si opus est eos qui semel accesserint, alloqui, fungantur hoc munere ii quibus concreditum est donum loquendi, tamqoam iis qui scienter possint loqui & audire, quæ ad fidei ædificationem pertineant, cum Apostolus non omnibus inesse loquendi facultatem, sed id donum paucis concessum fuisse manifeste doceat, cum dixit: *Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii* E *autem sermo scientiæ.* Et alio in loco: *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.* Num. 14. 4. 1. Cor. 12. 8. Tit. 1. 9.

INTERROGATIO XXXIII.

Quis sit modus colloquendi cum sororibus.

RESPONSIO.

1. Qui semel nuptias abnegavit, abnegabit utique multo magis eas curas, quibus ait Apostolus constici maritum, quomodo scilicet placiturus sit suæ uxori, omninoque ab omni sollicitudi-

ne

ne quæ ad ineundam a muliere gratiam su- A
ſcipitur, purgabit ſemetipſum, veritus ju-
Pſal. 52.6. dicium ejus, qui dixit : *Deus diſſipavit oſſa eorum qui hominibus placent*. Quare ne cum viro quidem congredi animum inducet, ad ejus ſibi conciliandam gratiam ; ſed ob id ſtudium quod cuique a proximo juxta Dei præceptum debetur, neceſſitate exigente, cum eo in colloquium veniet. Neque vero fine ullo delectu cuilibet volenti concedenda eſt loquendi poteſtas : neque ad eam rem tempus omne, aut omnis locus idoneus eſt. Sed ſi juxta Apoſtoli præceptum nolumus B
cuiquam offendiculo eſſe, neque Judæis, neque Græcis, neque Eccleſiæ Dei, ſed omnia decore ac ordinate, omniaque ad ædificationem perficere, neceſſe fuerit & perſonæ, & temporis, & utilitatis, & loci delectum decenter ac rite haberi : quibus omnibus vel umbra quævis ſuſpicionis pravæ fugabitur. In omni autem agendi ratione apparebit gravitatis ac caſtimoniæ ſpecimen in iis, qui admiſſi ſunt & adlecti, cum ſcilicet mutuis fruentur conſpectibus, & de rebus Deo placentibus, ſive ad corporis neceſſitatem, ſi- C
ve ad animarum curam pertineant, deliberabunt. Sint autem non pauciores quam duo ex utraque parte. Nam perſona una facile fit obnoxia ſuſpicioni, ut ne quid amplius dicam, & ad ea quæ dicuntur, confirmanda, minus habet roboris, cum aperte declaret Scriptura, in duobus aut tribus ſtare
Matth. 18. 16. omne verbum. Neque vero plures quam tres, ne ſtudium ſedulitatis ejus quæ propter Domini noſtri Jeſu Chriſti præceptum adhibetur, impediatur.

2. Quod ſi neceſſarium eſt quoſdam ex D
aliis fratribus quidquam quod ad quempiam privatim pertineat, loqui aut audire, non hi ipſi in mutuum veniant congreſſum & colloquium : ſed cum ſelectis ſororibus ætate provectioribus res ipſorum tractent ſelecti ſeniores, & ita eorum opera fermo qui neceſſarius fuerit, fiat. Hic autem ordo non in mulieribus ſolum erga viros, aut in viris erga mulieres, ſed in perſonis etiam ejuſdem ſexus erga ſexus ejuſdem perſonas ſervetur. Hi igitur præter reliquam in om- E
nibus pietatem ac gravitatem, ſint etiam prudentes & in interrogando, & in reſpondendo, fideleſque & providi ad ſermonem
Pſal. 111.5. adminiſtrandum, ac impleant illud : *Diſponet ſermones ſuos in judicio*, ſic ut ſimul & negotia eorum qui ſeſe ipſorum fidei commiſerint, conficiantur, & de iis quas tractaverint rebus nihil jam habeant dubitationis. Inſerviant autem & corporis neceſſitatibus alii quidam, & ipſi quoque cum approbatione, qui ſint & ætate provecta & habitu ac moribus graves, ut ne percutiant alicujus conſcientiam per malam ſuſpicionem : *Ut*
quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia? 1. Cor. 10. 29.

INTERROGATIO XXXIV.

Cujuſmodi eſſe debeant ii qui fratribus diſpenſant res neceſſarias.

RESPONSIO.

1. Atque etiam ex iis qui intus res neceſſarias diſtribuunt, omnino neceſſe eſt in ſingulis ordinibus aliquos eſſe, qui eos imitari poſſint a quibus efficiebatur quod dictum eſt in Actis : *Dividebatur ſingulis* Act. 4. 35.
prout cuique opus erat : qui curent magnopere, ut miſericordes ſint ac lenes erga quoſlibet, neque ulli ſuſpicionem præbeant ſingularis ſtudii aut propenſionis erga quoſdam, juxta mandatum Apoſtoli, qui dixit : *Nihil faciens in alteram partem declinando*, ne- 1. Tim. 5. 21.
que viciſſim contra, jurgii & contentionis, quam idem tamquam a Chriſtianis alienam rejicit, dicens : *Si quis videtur contentioſus* 1. Cor. 11. 16.
eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſiæ Dei : ut horum cauſa, & iis, quibuſcum ipſis contentio eſt, neceſſarias res ſubtrahant, & iis, in quos animi inclinatione propendent, plus æquo largiantur. Illud autem ſignificationem habet odii fraterni, hoc vero amoris ſingularis, qui hinc maxime vituperatur, quod per eum ea quæ e charitate oritur concordia fugetur e fratrum cœtu, & in ipſius locum ſuſpiciones pravæ, æmulationeſque & contentiones, ac quædam ad agendum ſegnities ſuccedant.

2. Quamobrem qui fratribus diſtribuunt neceſſaria, tum ob ea quæ dicta ſunt, tum ob alia ejuſdem generis multa, quæ accidere ſolent, eos neceſſe eſt ſumme ab amore ſingulari & a contentione puros eſſe atque expurgatos. Saneque debent hujus affectus ſibi ipſi conſcii eſſe, ac ſtudium adeo magnum oſtendere, tam ipſi, quam ii qui alio munere funguntur ad fratrum miniſterium, tamquam ſi non hominibus, ſed Domino ipſi inſerviant, qui ob multam bonitatem delata iis qui ſe ipſi conſecrarunt, honorem & ſtudium, perinde habet, quaſi ea ipſe accepiſſet, & pro his hæreditatem regni cælorum pollicetur. *Venite* enim, inquit, *benedicti* Matth. 25. 34. & 41.
Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Nam quatenus feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis : contraque, ſegnitiei & incuriæ agnoſcere periculum, ac meminiſſe ejus, qui dixit : *Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter* : Etenim non e regno ſolum ejiciun- Jerem. 48. 10.
tur, ſed Domini etiam exſpectant ſententiam illam, quæ adverſus iſtiuſmodi homines lata eſt ; horrendam quidem & terribilem : *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.* Matth. 25. 41.

Quod

Quod si ii qui in curam & ministerium incumbunt, lucrum tantum ex suo studio referunt, & judicium tam grave ex negligentia præstolantur, quanta iis qui ministrandi munus suscipiunt, opus est sollicitudine, ut se reddant dignos, qui vocentur Domini fratres? id quod Dominus docet, cum dicit: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, hic meus & frater & soror & mater est.*

Matth. 12. 50.

3. Quisquis enim Dei voluntatem per totam suam vitam scopum sibi non proposuit, sic ut & in sanitate per studium operum Domini ostendat dilectionis laborem, & in infirmitate tolerantiam omnem atque lenitatem cum gaudio commonstret, is in periculo versatur. Primum quidem & maximum est, quod a Domino & a fratrum ipsius consortio fit abalienatus, quoniam separavit se ipse, cum Dei voluntatem non fecit: secundum vero, quod audet indigne particeps fieri eorum quæ dignis parata sunt. Quapropter etiam in hoc operæpretium est meminisse Apostoli, qui dixit: *Adjuvantes autem etiam exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*: & jubemus eos qui in locum fratrum Domini vocati sunt, talem Dei gratiam contumelia non afficere, neque dignitatem tantam amittere ob neglectam Dei voluntatem, sed potius obtemperare eidem Apostolo, dicenti: *Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis.*

2. Cor. 6. 1.

Ephes. 4. 1.

INTERROGATIO XXXV.

An in eodem pago construi conveniat plures fratrum conventus.

RESPONSIO.

1. Hanc nobis quæstionem membrorum exemplum, quod ad multas res usurpamus, commode explanat. Quoniam igitur superius ostensum est, corpori, quod ad omnem actionem pulcre ac rite aptum futurum sit & accommodatum, opus esse oculis, & lingua, & reliquis, quæcumque necessaria sunt & potissima, difficile sane, nec sine multo negotio inveniri anima quæ plurium oculus esse possit. Etenim si fratrum præfectum disciplinæ ratio postulet & providum, & loquendi peritum, & sobrium, & misericordem, & in perfecto corde justificationes Dei requirentem, qui, quæso, fieri potest, ut hujusmodi plures in eodem pago reperiantur. Quod si tamen forte adinvenirentur aliquando duo aut tres, quod quidem non est facile factu, nec umquam factum cognovimus, longe præstabilius est, si hi inter se curam sollicitudinemque partiantur, alterque alterius laborem sublevet: videlicet ut peregre profecto altero, aut occupatione aliqua distento, aut aliis quibusdam casibus impedito, quemadmodum usu venit, ut unus aliquis præpositus secedat non numquam a fratrum conventu, præsto sit alter, qui de ejus absentia ipsos consoletur. Aut si res non ita se habeat, ad conventum alium se conferat, cui opus sit moderatore. Atque etiam ad scopum quem nobis proposuimus, multum nobis prodesse potest externorum negotiorum experientia. Quemadmodum igitur artium communium periti invident artium earumdem æmulis, ipsa te latenter æmulationem vulgo ingenerante: ita etiam hoc ut plurimum accidit in hac vita. Initio enim de virtute contendentes, studentesque superare se invicem, sive in recipiendis hospitibus, sive in augendo monachorum numero, sive in aliis quibusdam ejusmodi operibus faciendis, tum demum progrediendo in rixas & jurgia delabuntur. Deinde contingit, ut peregre quidem advenientibus fratribus oboriatur dubitatio multa difficultasque, ejus quam exspectabant requiei vice ac loco, dum scilicet ita animo distrahuntur, ut nesciant ad utros accedere oporteat, quando & hos illis anteponere grave est, & tamen fieri non potest ut utrisque, maxime si festinent, fiat satis: iis vero, qui ab initio accesserunt ad eamdem cum ipsis vitam agendam, non mediocrem afferent animi anxietatem, quos suæ vitæ moderatores oporteat seligi, cum omnino necesse sit, si qui deligantur, reliquos improbari.

2. Contingit igitur statim a prima die, ut ipsi ex quadam animi elatione lædantur, quod non seipsos forment ad disciplinam, sed assuescant fratrum judices fieri atque censores. Cum ergo nullum bonum certum & confessum reperiatur in divisis ac distinctis habitationibus, imo vero cum sint incommoda tot & tanta, prorsus abs re fuerit alias ab aliis separari. Quod si forte domicilium aliquod ita jam constructum sit, cito emendandum est ac reformandum, & maxime post detrimentorum experientiam. Nam in sententia sua perseverare, manifesta contentio est. *Si quis autem videtur contentiosus esse*, inquit Apostolus, *nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.* Quam enim causam dicturi sunt impedimento sibi esse, ne conjungantur? Num ob res necessarias comparandas? at paratu sunt longe faciliores in communi domicilio, cum una lucerna, & unus focus & omnia talia omnibus sufficere possint. Oportet enim, si quid aliud, etiam in his facilitatem omnimodo requiri, sic ut earum quæ necessario possidendæ sunt rerum copia imminuatur. Accedit etiam, quod in divisis habitationibus major numerus esse debeat eorum, qui necessaria fratribus extrinsecus afferunt: contra, dimidio minor

1. Cor. 11. 16.

minor in uno & eodem contubernio. Quam A autem difficile sit inveniri virum, qui Christi nomen non dedecoret, sed qui suum cum externis congressum in peregrinationibus efficiat sua professione dignum, vobis, me vel tacente, notum est. Adhæc qui sic disjuncti permanent, qua ratione possunt, eos qui in communi vivunt, ædificare, sive compellendo ad pacem, si quando opus fuerit, sive exhortando ad præcepta alia? qui quod inter se conjuncti non sunt, pravas sibimetipsis suspiciones moveant. Præterea que audimus Apostolum ad Philippenses B

Philip. 2. 2. & 3. scribentem: *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed etiam ea quæ aliorum.*

3. Quæ igitur major est humilitatis significatio, quam si fratrum præfecti alii aliorum imperio subjiciantur? Si enim pares sunt in spiritualibus donis, eos simul decertare satius est. Quemadmodum igitur osten- C

Marc. 6. 7. dit nobis Dominus ipse, cum discipulos binos & binos misit: ita ex ipsis alter alteri submitti prorsus cum gaudio volet, haud im-

Luc. 18. 14. memor Domini, dicentis: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Quod si forte hic pauciora habuerit, ille plura, præstabilius est debiliorem a fortiori assumi. Atque etiam quomodo non manifeste violatur apostolicum præ-

Philip. 2. 4. ceptum quod dicitur: *Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed etiam ea quæ aliorum.* Arbitror enim fieri non posse, ut hoc in divisis mansionibus recte perficiatur, cum quæ- D libet turma pro iis quibuscum versatur, curam singularem & propriam gerat, cæteros vero non curet: quod, ut dixi, manifeste adversatur Apostoli præcepto. Et quoniam sancti illi, quorum frequens est mentio in Actis, idipsum plerumque testantur, de qui-

Act. 4. 32. bus scriptum est, modo quidem: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una:*

Ibid. 2. 1. modo vero: *Omnes credentes erant in eodem loco, & habebant omnia communia*, liquet nullam fuisse inter hos omnes divisionem, nec quemquam fuisse sui juris: sed omnes una & E eadem cura gubernatos fuisse; idque, etiamsi horum omnium numerus esset quinque millium: in quibus fortasse non pauca erant, quæ hominum judicio viderentur conjunctionem ac concordiam impedire. Cum autem qui in singulis vicis reperiuntur, adeo illis numero inferiores fiant, quæ ratio permittit ipsos a se invicem separatos esse? Utinam autem fieri posset, ut non modo qui in eodem pago simul sunt congregati, sic permanerent, sed plures etiam, qui diversis in locis constituti sunt fratrum conventus, ab una tantum cura, eorum, qui æquo in omnes animo sapienterque rebus omnium consulere possent, in spiritus consensione & pacis vinculo regerentur.

INTERROGATIO XXXVI.

De iis qui secedunt a fratrum societate.

RESPONSIO.

Sane qui semel mutuo professi sunt victuros se simul in eodem loco, iis nequaquam licitum est indifferenter abire & secedere: quando illud quod quis in iis quæ cepit consiliis non perseveret, duabus de causis contingit, vel ex damno, quod ex communi habitatione oriatur, vel ex animi instabilitate illius, qui sententiam mutet. Qui igitur separat se a fratribus ob detrimentum, non occultet in semetipso causam, sed damnum prodat juxta modum a Domino traditum, cum dixit: *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe ipsum inter te & ipsum solum, &c.* Matth. 18. 15. Et quidem si id quod postulat, emendetur, & fratres lucratus est, nec ipsorum societatem ignominia afficit: sin eos in malo perseverare, ne emendationem admittere viderit, iis qui de rebus ejusmodi judicare possint, indicabit, & ita demum adhibitis plurium testimoniis secedat. Jam autem non separabitur a fratribus, sed ab alienis, cum Dominus hominem in malo permanentem ethnico & publicano comparet. Qui enim, inquit, ejusmodi est, *sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Matth. 18. 17. Quod si subducit se a fratrum consortio sua ipsius levitate, suam infirmitatem curet: aut si nolit, a fratribus non admittatur. Cæterum si alius alio trahatur propter Domini mandatum, tales non submovent se, sed munere ac ministerio suo funguntur. Aliam præterea causam, ob quam separandi sint fratres, ratio non admittit. Primum quidem, quoniam nomini Domini nostri Jesu Christi quod ipsos conjunxit, infertur dedecus: deinde, quoniam uniuscujusque conscientia erga alterum pura esse non poterit, sed mutua futura est inter illos suspicio. Hoc autem aperte pugnat cum præcepto Domini, qui ait: *Si offers munus tuum ad altare,* Matth. 5. 23. *& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum.*

INTER-

INTERROGATIO XXXVII.

An precum & psalmodiæ obtentu & nomine opera sint negligenda, & quæ tempora precationi sint idonea: & primum an oporteat operari.

RESPONSIO.

Matth. 10. 10. 1. CUm Dominus noster Jesus Christus dicat, *Dignus est* non simpliciter, neque indiscriminatim quilibet, sed *opera-*
Ephes. 4.28. *rius cibo suo:* Apostolus vero jubeat laborare, bonumque propriis manibus efficere, ut unde tribuamus egenti, habeamus, diligenter laborandum esse, re ipsa liquet. Neque enim pietatis scopum ceu segnitiei prætextum & laboris fugam ducere oportet: sed ceu certaminis, majorisque laboris ac nostræ in afflictionibus tolerantiæ materiam & occa-
2. Cor. 11. 27. sionem, ut & nobis dicere liceat: *In labore & ærumna, in vigiliis abundantius, in fame & siti.* Quippe non ob corporis castigationem modo, sed etiam propter charitatem erga proximum, utilis nobis est hujusmodi vitæ ratio, ut & infirmis fratribus per nos C Deus suppeditet necessaria, juxta formam in Actis ab Apostolo traditam, cum ait:
Act. 20. 35. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes,*
Eph. 4. 28. *oportet suscipere infirmos.* Et rursus: *Ut habeatis unde tribuatis egenti*, quo digni judice-
Matth. 25. 34. mur, qui audiamus: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere.*

2. Et quidem quantum sit otii malum, quid attinet memorare, cum Apostolus aper- D
2. Thess. 3. 10. te præcipiat, ut qui non laborat, neque etiam manducet? Quemadmodum igitur necessarium est unicuique quotidianum alimentum: ita quoque labor pro viribus necessarius est. Neque enim temere Salomon
Prov. 31. 27. laudis loco scripsit illud, *Panem otiosa non comedit.* Et rursus Apostolus de seipso ait:
2. Thess. 3. 8. *Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die laborantes*, quamquam sibi, ut pote evangelium prædicanti, ex evangelio vivere liceret. Quin & Dominus cum malitia conjunxit pi- E
Matth. 25. 26. gritiam, dicens: *Serve male & piger.* Sed & Sapiens Salomon non ex iis solum quæ jam memorata sunt, operantem laudat, sed redarguit etiam pigrum comparatione tenuis-
Prov. 6. 6. simorum animalium, cum ait: *Vade ad formicam o piger.* Quare metuendum est ne forte & hoc nobis in judicii die objiciatur, cum qui nobis facultatem operandi dedit, opera huic facultati convenientia a nobis
Luc. 12. 48. exiget. Etenim *cui*, inquit, *commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Quoniam autem precum & psalmodiæ obtentu nonnul- A lii opera refugiunt, sciendum est in aliis quidem quibusdam rebus proprium esse cujusque rei tempus, juxta Ecclesiasten, qui dixit: *Omni negotio tempus est:* sed precationi & psalmodiæ sicut & pluribus aliis rebus nullum non tempus idoneum esse, ita ut intereadum admovemus manus ad opera, modo quidem ipsa lingua (quando id fieri potest, aut conducit potius ad fidei ædificationem,) sin minus, corde in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus Deum collau- Coloss. 3. 16.
demus, uti scriptum est, & ita inter ope- B randum precationem expleamus, gratias quidem agentes ei, qui & manuum vires ad conficienda opera, & mentis solertiam ad cognitionem comparandam suppeditavit, quique materiam largitus est, tam eam quæ in instrumentis, quam eam quæ in excultis a nobis artibus adhibetur, precantes vero, ut huc spectent manuum nostrarum opera, ut Deo placeamus.

3. Hoc modo etiam mentem a vanis cogitationibus avocamus, cum in qualibet actione a Deo exposcimus & felicem operis successum, & ei qui vim agendi impertivit, rependimus gratias, cumque, uti antea dictum, propositum ei placendi custodimus. Etenim nisi hæc ita se habeant, qui fieri potest, ut cohæreant inter se quæ ab Apostolo 1. Thess. 5. 17.
dicta sunt? & illud videlicet, *Sine intermissione orate:* & illud, *Nocte & die operantes.* 2. Thess. 3. 8.
Neque vero, quoniam gratiarum actio legeetiam præcepta est omni tempore, eamque vitæ nostræ necessariam esse & ex natura & ex ratione commonstratum est, idcirco oportet precationum tempora in fratrum conventibus constituta negligere, quæ necessario delegimus, quod eorum quodlibet accepta a Deo beneficia singulari quodam modo in memoriam revocet. Matutinum quidem, ut animi ac mentis nostræ primi motus Deo consecrentur, & nihil aliud prius curandum suscipiamus, quam exhilarati fuerimus Dei cogitatione, sicut scriptum est: *Memor fui Dei & delectatus sum:* neque Psal. 76. 4.
corpus ante admoveatur operi, quam effecerimus quod dictum est: *Ad te orabo Domi-* Psal. 5. 4.
ne, mane exaudies vocem meam. Mane adstabo tibi, & videbo. Rursus vero tertia hora surgatur ad precandum, fratresque convocentur, etiamsi divisi alii aliis operibus fuerint occupati; & ita Spiritus donum circa tertiam horam Apostolis collatum in memoriam redigentes omnes uno eodemque animo illum venerentur, ut ipsi quoque fiant digni, quibus sanctitas conferatur, simulque petant, ut dux sit itineris, ac ea quæ utilia sunt, edoceat, juxta eum, qui
dixit: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne* Psal. 50. 12.
projicias me a facie tua, & spiritum sanctum

tuum

tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam A *salutaris tui, & spiritu principali confirma* Psal. 142. 10. *me*. Et alibi: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*, sicque rursus incumbamus operibus.

4. Quod si forte aliqui propter operum aut locorum naturam longius abfuerint, illic sine ulla hæsitatione singula quæ communiter statuta sunt, exsequi necessario debent. Matth. 18. 20. Nam *si*, inquit Dominus, *duo vel tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Sexta quoque hora necessariam esse precationem, sanctorum exemplo, judica- B Psal. 54. 18. vimus: qui dicunt, *Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocem meam*. Et ut liberemur ab incursu & dæmonio meridiano, etiam eodem tempore recitetur nonagesimus psalmus. Nonam autem horam ad orandum necessariam esse, Apostoli ipsi nobis prodidere in Actis: in qui- Act. 3. 1. bus narrantur Petrus & Joannes ascendisse in templum *ad horam orationis nonam*. Jam completa die, de iis quæ in ipsa data sunt nobis, aut recte a nobis gesta sunt, persolvantur gratiæ, itemque ea quæ prætermis- C sa sunt, confiteamur: quippe sive voluntarium, sive non voluntarium, sive etiam latens peccatum admissum est, aut in verbis, aut in factis, aut in ipso corde, Deum de his omnibus per preces placamus. Prodest enim plurimum præterita considerare, ut ne rursus in similia delabamur. Quapro- Psal. 4. 5. pter inquit: *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini*.

5. Ac rursus nocte incipiente petendum est, ut inoffensa & a visis libera requie fruamur: qua hora etiam nonagesimus psalmus D necessario dicatur. Mediam autem noctem nobis ad orandum necessariam esse tradiderunt Paulus & Silas, quemadmodum Actorum historia declarat, his verbis: *Media au-* Act 16. 25. *tem nocte Paulus & Silas laudabant Deum*. Psal. 118. 62. Et Psalmista, cum ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ*. Et rursus antevertere diluculum par est, & ad precationem exsurgere, ne in somno ac cubili a die deprehendamur, juxta eum qui Ibid. v. 148. dixit: *Prævenerunt oculi mei diluculum, ut meditarer eloquia tua*. Ex quibus tempori- E bus nullum est negligendum ab iis, qui diligenter ad Dei & Christi ipsius gloriam vivere instituerunt. Diversitatem autem atque varietatem in precibus & in Psalmodia, quæ statis horis fiunt, utilem esse arbitror; quod in æquabilitate quidem torpescat sæpe nescio quomodo animus, atque præsens absens est. Mutatis vero & variatis psalmodia & cantu per singulas horas, renovatur ejus desiderium, & attentio instauratur.

INTERROGATIO XXXVIII.

Cum abunde tuo nos sermone docueris, & precationem omitti nullo modo posse, laboremque necessarium esse: reliquum est jam, ut doceamur, quæ artes professioni nostræ conveniant.

RESPONSIO.

Speciatim quidem artes aliquas decernere facile non est, quod aliæ apud alios requirantur juxta locorum naturam, & negotiationum quæ in singulis regionibus fiunt commoditatem. In universum tamen ita harum delectus designari potest, ut eæ exerceantur, quæcumque vitæ nostræ servant quietem atque tranquillitatem, & quæ neque indigent negotio multo ad suam ipsarum materiam parandam, neque multa sollicitudine, ad ea quæ facta sunt divendenda, quæque neque virorum neque mulierum indecoros congressus nobis concilient, aut noxios: siquidem peculiarem scopum nobis in omnibus propositum esse existimandum est, simplicitatem scilicet atque vilitatem; nobisque cavendum, ne stultis ac noxiis hominum cupiditatibus inserviamus, iis efficiendis, quæ ipsis in studio esse solent. Quare in textoria quidem, id quod in vitæ consuetudine versatur, non quod ad juvenes captandos ac laqueis irretiendos ab impuris quibusdam excogitatum est, a nobis assumi debet. Similiter quoque in sutoria, in iis solum rebus quæ ad necessarium vitæ usum requiruntur, per artem operam nostram ponamus. Architectura vero, & ars lignaria, & æraria, & agricultura, ipsæ quidem per se necessariæ sunt vitæ, multumque afferunt utilitatis, nec speciali ratione a nobis rejiciendæ sunt: sed tamen quandocumque aut nobis creant tumultum, aut conjunctionem vitæ fratrum distrahunt, illas tunc necesse est vitare; eum eas artes anteponere debeamus, quæ neque vitam nostram distrahant, neque impedimento sint, quominus assidua Domini præsentia fervetur, & quæ neque a tempore aut psalmodiæ, aut precationis, aut reliquæ disciplinæ avocent eos, qui in pietatis exercitio insistunt. Quare siquando in eis nihil insit, quod præcipuo vitæ nostræ instituto noceat, hæ plurimis aliis anteponendæ sunt, & maxime agricultura, cum per se comparet necessaria, liberetque a longiore vagatione agricolas, impediatque quominus discurrant huc & illuc, si modo, ut diximus, neque a vicinis, neque a contubernalibus tumultus nobis & turbas excitet.

INTERROGATIO XXXIX.

Quomodo opera sint vendenda, suscipiendaque peregrinatio.

RESPONSIO.

Atque in eo etiam ponendum studium est, ne opera procul divendamus, neve nos ipsos vendendi caosa demus in publicum. Convenientius enim fuerit in uno eodemque loco commorari, utiliusque, tum ad mutuam ædificationem, tum ad perfectam quotidiani victus conservationem. Quare malimus detrahi aliquid de pretio, quam modici lucri graria extra terminos abire. Quod si id fieri non posse docuerit experientia; operæ pretium est, ne peregrinatio sit nobis infructuosa, & loca & civitates piorum virorum seligere, atque multos fratres, quorum singuli sua ipsorum opera exportent, ad eos qui designabuntur conventus simul concurrere; simulque proficisci, ut cum psalmis, precibusque, & mutua ædificatione iter conficiant. Cum autem pervenerint ad locum, eligant eadem diversoria, tum mutuæ custodiæ gratia, tum ut nullum precandi tempus, neque diurnum, neque nocturnum nos effugiat, tum ut unusquisque ex hominum intractabilium & avarorum congressu minus detrimentum accipiat, si sit cum pluribus, quam si solus esset. Nam vel injuriosissimi nolunt suæ injustitiæ testes multos habere.

INTERROGATIO XL.

De nundinis quæ fiunt in conventibus.

RESPONSIO.

Verumenimvero ne eas quidem nundinationes quæ in locis, ubi martyres coluntur, fiunt, oobis convenire ostendit Scriptura. Non enim alius cujusquam rei gratia in martyriis aut locis adjacentibus decet Christianos reperiri, quam orandi causa, & ut sanctorum constantiam, qui pro pietate ad mortem usque decertarunt, in memoriam revocantes, ad similem æmulationem incitentur, meminerintque perquam horrendæ iræ Domini, qui cum & semper ubique mitis esset & humilis corde, uti scriptum est, in eos solos qui circum templum vendebant, emebantque, flagellum intendit, tamquam si mercatura precationis domum in latronum speluncam transmutasset. Neque vero, quoniam alii jam eam quæ apud sanctos obtinebar consuetudinem violavere, qui cum pro se invicem orare debuissent, & una cum pluribus Deum adorare, & cum lacrymis implorare, ipsumque pro peccatis propitium reddere, gratias pro beneficiis rependere, ac verbis hortativis sese ædificare A (quod adhuc nostra etiam memoria usitatum & observatum fuisse novimus), pro his omnibus forum, nundinasque, ac commune emporium & tempus illud & locum efficiunt, continuo nos etiam hos imitari par est, ejusque rei participatione absurda & inepta confirmare: sed nobis eos conventus ad imitandum proponere debemus, qui de Domino nostro in evangeliis narrantur, Apostolique mandata, tamquam quæ ad hanc agendi rationem conducant, perficere. Ita autem scribit: *Cum convenitis, unusquis-* B *que vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.*

Ob quam causam templa adire debeamus.

Joan. 2. 15.

1. Cor. 14. 26.

INTERROGATIO XLI.

De auctoritate & obedientia.

RESPONSIO.

1. Sane in his ipsis quæ concessæ sunt artibus, nequaquam permittendum est unicuique, ut eam, quam callet, aut disce- C re vult, exerceat: sed eam, ad quam judicabitur idoneus. Nam qui se ipse abnegavit, seque spoliavit omnibus suis voluntatibus, non quod vult, facit, sed quod docetur. Neque vero ratio finit eum a semetipso quod utile est deligere, qui semel semetipsum aliis gubernandum tradiderit, qui ad quodcumque eum in nomine Domini idoneum cognoverint, ad id destinabunt ipsum. Quisquis enim in opere deligendo cupiditati suæ obsequitur, insimulat se ipse. Primum quidem, quod placeat sibiipsi: deinde, quod D aut propter gloriam mundanam, aut propter spem lucri, aut propter aliquid hujusmodi, ad hanc artem propendeat, aut quod laborem leviorem anteponat ob segnitiem atque socordiam. Cum autem quis in his vitiis versatur, argumentum est nondum huoc a cupiditatum malignitate liberum esse. Neque vero se abnegavit, qui suis inservire vult affectibus, neque remisit nuntium mundi negotiis, cum adhuc lucri & gloriæ desiderio teneatur. Neque etiam mortificavit membra sua terrestria, qui nun su- E stinet operum laborem: sed potius præ se fert arrogantem esse se & contumacem, ut qui suum unius judicium melius esse ducat & præstantius plurium sententia. Sive igitur tenet quis artem a communitate haud improbatam, eam deserere non debet (est enim animi inconstantis, & mentis incertæ, nihili facere præsentia) sive non habet, sibiipsi ne sumat, sed quod a majoribus probatum est, suscipiat, ut in omnibus obedientia servetur. Quemadmodum autem sibiipsi delectum permittere, indecorum esse monstratum est: ita quoque rem ab aliis approbatam

Digitized by Google

batam non suscipere, probro vertitur. Imo etiam si quis habeat artem, non placeat autem ejus usus fraternitati, abjiciat ipsam promto animo, seque nullius rei mundanæ studiosum esse ostendat. Nam facere quidem cogitationum voluntates, ejus est qui spem non habet, juxta Apostoli sententiam: sed exhibita in omnibus obedientia, quiddam est laude dignum, cum idem Apostolus aliquos laudet, quod seipsos dederint primum Domino, deinde etiam nobis per voluntatem Dei.

1. Thess. 4. 11. — 2. Cor. 8. 5.

2. Cæterum unumquemque oportet operi suo intentum esse, eique animo alacri & studioso incumbere, & velut Deo inspectore, impigro studio & attentiore diligentia illud inculpate exercere, ut semper dicere possit: *Ecce sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum:* non autem ab alia ad aliam transire. Nec enim natura nostra pluribus simul muneribus fungi potest, ideoque unam artem accurate factitare, quam multas imperfecte attingere, utilius est. Etenim si distrahant plura, & ex alio ad aliud transeamus, præterquamquod nullum opus absolvitur, inde etiam animi levitas, si jam inest, redarguitur, aut si nondum fuerit, ingeneratur. Quod si ita aliquando necessitas postulet, par est eum qui idoneus est, aliis etiam artibus suppetias venire: neque id a semetipso, sed si quando invitatos sit, sic ut id nequaquam faciamus nostro primo consilio, sed casu quodam urgente, quemadmodum & in corporis membris fit, quando, titubante pede, manu innitimur. Et rursus, quemadmodum a seipso artem aggredi detrimentosum est: sic detrectare imperata, dignum est reprehensione: quod fiat, ne alatur arrogantiæ vitium; neve obedientiæ & docilitatis regula dissolvatur. Cæterum instrumentorum cura præcipue ad cujusque artis opificem attinet. Quod si forte aliquando contigerit, ut aliquod negligatur, ea res tamquam quæ omnium communis sit, ita convenienti modo ab iis curari debet qui id primi animadverterint. Etsi enim ipsorum usus quorumdam sit proprius: tamen quæ ex his percipitur utilitas, communis est. Contemnere enim alterius artis instrumenta, veluti nihil ad se spectantia, ejus est, qui ea pro alienis habet. Neque vero eos qui artes tractant, decet sibi vindicare instrumentorum dominium, ita ut aut fratrum præfecto potestatem non faciant his utendi ad quam ipse cumque rem velit, aut sibi ipsis libertatem dent ea vendendi, aut permutandi, aut alio quovis modo tradendi, aut alia præter ea quæ habent, comparandi. Qui enim semel ita statuit, se ne suarum quidem manuum dominum esse, sed qui potius earum opera alteri regenda commisit, quomodo convenienter suo instituto faciet qui ejusmodi est, si summum jus obtineat in artis instrumenta, & in his dominii dignitatem usurpet?

Psal. 122. 2.

INTERROGATIO XLII.

Quo consilio & quo animo ii qui laborant, laborare debeant.

RESPONSIO.

1. Atque illud etiam nosse operæpretium est, eum qui laborat, labori incumbere debere, non ut per opera suis inserviat necessitatibus, sed ut Domini præceptum impleat, qui dixit: *Esurivi, & dedistis mihi manducare*, &c. Nam pro se ipso sollicitum esse, omnino a Domino prohibitum est, cum dixit: *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini*: item cum subjungit: *Hæc enim omnia gentes inquirunt*. Quamobrem in opere suscipiendo huc quisque spectare debet, ut sublevet indigentes opera sua, non autem, ut commodis suis serviat. Ita enim non accusabitur de suiipsius amore, atque fraternæ charitatis benedictionem a Domino accipiet, qui ait: *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Nec quisquam Apostoli verba sententiæ nostræ adversari existimet, qui dicit: *Ut operantes suum panem manducent*. Hoc enim ad inordinatos dictum est, & ad segnes, perinde ac si ipsis diceret, præstabilius esse unumquemque sibi victum parare, nec aliis gravem esse, quam vitam in otio traducere. *Audimus enim*, inquit, *quosdam inter vos esse inordinate ambulantes, nihil operantes, sed curiose agentes: iis autem qui sunt ejusmodi*, inquit, *denuntiamus, & obsecramus, ut cum quiete operantes, suum panem manducent*. Et illud, *Nocte autem & die operantes, ne gravaremus quempiam*, eodem pertinet, quandoquidem Apostolus fraternæ charitatis causa ad inordinatos exscindendos sese laboribus ultra quam sibi præscriptum fuerat, subjiciebat. Cæterum ejus, qui ad perfectionem festinat, est noctem & diem operari, ut possit impartiri ei qui opus habuerit.

Matth. 25. 35. — Matth. 6. 25. — v. 32. — Matth. 25. 40. — 2. Thess. 3. 12. — Ibid. v. 11. — Ibid. v. 8. — Ephes. 4. 28.

2. Quisquis enim in seipso, aut in coetaneum, qui distribuendarum rerum necessariarum curam suscepit, spem suam collocat, aut suum, aut contubernalis sui opus subsidium sibi esse ad vitam degendam sufficiens existimat, is, quatenus spem reponit in homine, venit in periculum, ne incidat in maledictionem, qua dicitur: *Maledictus homo qui spem habet in homine, & fulciet carnem brachii sui: & a Domino recedet anima ejus*. Scriptura enim illis quidem verbis,

Jerem. 17. 5.

Qui spem habet in homine, in alterum spem conferre, his vero, *Et fulciet carnem brachii sui*, in seipso confidere vetat. Horum autem utrumque nominator defectio a Domino. Imo etiam adjungitur utriusque exi- Ibid. v. 6. tus: *Quia erit quasi sylvestris myrica in deserto, & non videbit quando venerint bona*. Ostendit videlicet Scriptura, spem aut in se, aut in alio quovis repositam, defectionem a Domino esse.

INTERROGATIO XLIII.

Modus qui servandus sit in faciendis operibus, abunde fuit nobis explicatus: prætereaque si quid forte reliquum esset, id invenire ipso rerum usu doceremur. Jam vero id ut exponas, rogamus, quales scilicet esse oporteat fratrum præfectos, aut quomodo suos contubernales gubernare debeant.

RESPONSIO.

1. Dictum quidem est quasi in summa de hac etiam parte: quoniam tamen haud immerito partem hanc vobis amplius explanari vultis (nam qualis fuerit præfectus & princeps, tales plerumque fieri solent & subditi) ipsam necesse est non obiter ac oscitanter prætermittere. Oportet igitur ut is qui præfectus est, memor 1. Timoth. 4. 12. præcepti Apostoli, qui ait, *Exemplum esto fidelium*, vitam suam efficiat cujuscumque præcepti Domini evidens exemplum, ut videlicet iis, qui a se docendi sunt, causam nullam relinquat, cur Domini mandatum tale esse putent, quod aut fieri non possit, aut quod contemni debeat. Initio igitur primum hoc est, nimirum in charitate Christi ita excolenda est ab eo humilitas, ut, vel ipso tacente, operum suorum exemplum ad docendum proponatur sermone quovis efficacius. Etenim si hæc est christianismi meta, imitatio Christi juxta humanitatis mensuram, prout convenit uniuscujusque vocationi, ii quibus credita est plurium regendorum cura, infirmiores sua ipsorum opera ad imitandum Christum promovere de- 1. Cor. 11. 1. bent, juxta beatum Paulum, qui dicit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*.

2. Proinde servando eo, qui a Domino nostro Jesu Christo traditus est, humilitatis modo, ipsos primos accuratum & omnibus numeris absolutum exemplar fieri operæpre- Matth. 11. 29. tium est. *Discite enim a me*, inquit, *quia mitis sum & humilis corde*. Morum igitur mansuetudo, & humilitas cordis, characterem præpositi atque insigne constituant. Si enim Dominus servis suis ministrare non erubuit, sed voluit servus esse terræ, & luti, quod finxit ipse, & in hominem confla- Luc. 22. 27. vit: *Ego enim*, inquit, *in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*, quid æqualium no- A strorum causa facere par est, ut existimare possimus assequutos nos illum imitatione fuisse? Hoc igitur unum est, quo maxime præditum esse præfectum oportet. Tum misericordem esse, & eos, qui inexperti officiorum aliquid omiserint, patienter sufferentem, non prætereuntem silentio peccata, sed rebelles tolerantem leniter, medelamque cum omni clementia atque moderatione eis adhibentem. Item idoneum esse, qui remedii modum morbo convenientem excogitet, non autem aspere increpantem, 2. Timoth. 2. 25. B sed eum mansuetudine commonefacientem, atque erudientem, uti scriptum est, pervigilem in administrandis rebus præsentibus, providum futurorum, peritum decertandi cum fortibus, & debilium infirmitates perferendi, talem, qui omnia & facere & dicere possit ad eorum, qui secum degunt, perfectionem. Præfecturam non sibi lumentem, sed qui delectus sit ab iis qui primas obtinent in aliis fratrum conventibus, & qui in vita anteacta morum suorum specimen sufficiens ediderit. *Et hi enim*, inquit, 1. Timoth. 3. 10. C *probentur primum, deinde ministrent, nullum crimen habentes*. Sic qui ejusmodi est, accipiat præfecturam, instituatque inter fratres disciplinam, & opera, prout unusquisque idoneus est, dispertiatur.

INTERROGATIO XLIV.

Quibus permittendæ sint peregrinationes, & quomodo, ubi redierint, sint interrogandi.

RESPONSIO.

D 1. Peregrinandi detur facultas, ei qui citra animæ suæ detrimentum, & cum utilitate eorum, quibuscum graditur, iter perficere possit. Nam si nemo idoneus affuerit, præstat in rerum necessariarum penuria afflictionem omnem atque angustiam vel ad mortem usque perpeti, quam corporalis levamenti causa certissimum animæ detrimentum negligere. *Bonum est enim mihi*, inquit Apostolus, *magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet*: 1. Cor. 9. 15. & hoc in iis, quæ liberum est omittere, quanto igitur magis in his, quæ præcepta sunt? E Quamquam etiam huic ipsi incommodo medetur lex charitatis. Si enim contigerit, ut in uno fratrum conventu desit, qui commode mitti possit, ii qui propinqui sunt, supplebunt quod deerit, iter facientes simul, nec umquam a se invicem disjungentur, ut tam qui infirmi sunt animo, quam qui corpore etiam debiles sunt, ii fiecum fortioribus conjuncti, incolumes serventur. Atque hoc longe antea a præposito constitutum sit, ne postea in ipso necessitatis articulo remedium ullum, quod per temporis angustias adhi-

adhibere liceat, nanciscatur. Cæterum præ- A fectus post reditum viatorem percontetur, quid egerit, in quorum hominum venerit congressum, quoscum eis sermones habuerit, quid versaverit animo, num diem totam, totamque noctem exegerit in timore Dei, an prævaricatus sit, & aliquid violaverit eorum quæ statuta sunt, aut externis incommodis victus, aut sua ipsius segnitie dilapsus.

2. Et quod quidem recte gestum est, laudando confirmet: in quo vero deliquit, id corrigat diligenti ac perita adhortatione. Ita B enim & qui peregre proficiscentur, vigilantiores erunt, si itineris rationem reddere cogantur, & nos ne in separationis quidem tempore vitam ipsorum negligere videbimur. Hoc autem & sanctis familiare fuisse, Actorum historia tradit, ubi docet, quemadmo-
Act. 11. 5. dum Petrus Jerosolymam reversus, aliis illic commorantibus rationem reddiderit societatis ejus, quæ sibi fuisset cum gentibus: similiterque, quemadmodum Paulus & Barnabas reversi, coacta ecclesia, annuntiaverint
Act. 15. 12. quæ cum ipsis fecisset Deus. Et rursus, quod C siluerit universa multitudo, & audierit Barnabam & Paulum, qui narrabant quæcumque Deus fecisset per ipsos. Illud autem nosse oportet, itiones, negotiationesque & quæstus cauponios fratribus omni modo fugiendos esse.

INTERROGATIO XLV.

Quod oportet post præfectum etiam alium aliquem esse, qui possit, eo absente, aut occupatione aliqua distento, fratrum curam suscipere.

RESPONSIO.

1. Quandoquidem usu venit non raro, ut vel propter corporis infirmitatem, vel peregrinandi necessitatem, vel ob alium quemvis casum, præfectus absit a fratrum conventu, etiam aliquis alius cum approbatione tam ipsius, quam aliorum qui approbandi periti sint, ad hoc delectus sit, ut eo absente suscipiat fratrum curam, sic ut etiam præsentes unus aliquis sermone adhortetur soleturque, non autem E fratres, absente præposito, formam status popularis assumant, ad regulæ & traditæ disciplinæ dissolutionem, & quæcumque approbata sunt & recepta, ad Dei gloriam observentur: ut etiam adsit qui advenientibus hospitibus prudenter respondeat, ut & qui sermonem requirunt, ædificentur pro argumenti dignitate, nec tamen fratrum communitas confundatur. Etenim si omnes æqualiter accurrant ad dicendum, id tumultus causa est, & perturbatæ disciplinæ signum; cum Apostolus ne eos quidem qui docendi munere donati sunt, plures simul loqui sinat, ubi dicit: *Quod si alii revelatum fuerit, prior taceat.* 1. Cor. 14. 30. Et rursus hujusce perturbationis ineptiam coarguit, his verbis: *Si ergo convenerit universa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur, intraverint autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent quod insanitis?* Ibid. v. 23.

2. Quod si ex ignorantia alium interroget hospes; quamquam qui alterius loco interrogatus est, copiose respondere possit, sileat tamen ipse disciplinæ servandæ causa, eumque cui hæc provincia data est, ostendat, uti coram Domino fecere Apostoli, idque, ut recte decenterque sermone utamur. Etenim si in sanandis corporibus non est cujusvis aut medicamento, aut ferro uti ad infirmos curandos, sed illius, qui & longo tempore & experientia, & curationum exercitio, & peritorum documentis artem hanc assequutus sit, quomodo par fuerit quoslibet ad curationem eam, quæ per sermonem adhibetur, indiscriminatim prosilire? Qua in re quod etiam minimum est, si negligatur, maximum detrimentum affert. Enimvero apud quos ne panis quidem distributio quibuslibet permittitur, sed ejusmodi munus ad quemdam, qui cum approbatione huic rei præpositus sit, pertinet, quomodo non cum delectu ac cautione multo majore alimentum spirituale petentibus dandum est ab aliquo, qui ad id magis idoneus sit. Quare non est arrogantiæ vulgaris, aliquem de Dei judicio interrogatum tam audacter tamque temere respondere audere, neque eum, cui sermonis dispensandi partes traditæ sunt, indicare:
D qui cum sit omnino fidelis ac prudens dispensator, & ad spiritualem escam in tempore distribuendam electus est, &, ut scriptum est, ad suos sermones in judicio dispensandos. Luc. 12. 42.
Quod si quidpiam fugiat eum qui respondere debet, noverit vero alter, non statim ipsum redarguere festinet, sed privatim quod sibi visum est, suggerat. Psal. 111. 5. Hæc enim causa est inferioribus, efferendi se adversum superiores. Quare etiamsi quis responderit utiliter, sed præter officium, pœnis perturbatæ disciplinæ obnoxius est.

INTERROGATIO XLVI.

Quod non debet quisquam fratri, aut sibiipsi peccata occultare.

RESPONSIO.

Peccatum omne præfecto declarari oportet, sive ab eo ipso qui peccavit, sive ab iis qui conscii sunt, si ipsi non possint mederi, uti a Domino præceptum est. Enimvero vitium silentio dissimulatum morbus est in animo oblitescens. Ut igitur eum de nobis bene meritum esse non dixerimus, qui exi-

exitiosa mala in corpore includeret, sed eum potius, qui ea afficiendo dolore, & inciden‑do proferret in apertum, ut aut per vomitum rejiceretur quod noxium est, aut tandem morbo jam detecto, modus curandi facile cognosceretur; ita utique peccatum occultare, est consciscere mortem ægrotanti. *1. Cor. 15. 56.* *Prov. 27. 5.* *Nam*, inquit, *stimulus mortis peccatum. Objurgationes autem apertæ, meliores sunt amicitia abscondita.* Itaque alter alteri non occultet peccatum, ut ne fratricida pro fratris *Prov. 18. 9.* amatore evadat, neque ipse sibiipsi. *Qui enim*, inquit, *non medetur sibi in operibus suis, frater est perdentis seipsum.*

INTERROGATIO XLVII.

De iis qui non admittunt ea quæ a præposito constituta sunt.

RESPONSIO.

Cum quis præpositi statuta non admittit, debet aperte vel privatim ei contradicere, si modo suppetat ipsi valida aliqua ratio, eaque Scripturis consentanea, vel silentio mandatum conficere. Quod si eum pudeat, ad hoc adhibeat alios quosdam internuntios, ut si hoc mandatum Scripturæ adversetur, ipse & seipsum, & suos fratres a noxa eximat: sin autem liqueat illud a recta ratione alienum non esse, se a vana ac *Rom. 14. 23.* periculosa inquisitione liberet. *Qui enim hæsitat*, inquit, *si manducaveris, condemnatus est: quia non ex fide:* & ut simplicioribus nullam infringendæ obedientiæ occa‑ *Matth. 18. 6.* sionem det. *Expedit enim*, inquit Dominus, *ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.* Quod si quipiam perseveraverint in contumacia, clanculum quidem queribundi, sed non detegentes tamen mœrorem, tamquam disceptationis inter fratres exortæ auctores, & perinde ac si certissimam mandatorum auctoritatem concussissent, essentque rebellionis & inobedientiæ magistri, e fratrum conventu amandentur. *Prov. 22. 10.* *Ejice enim*, inquit, *pestilensem ex concilio,* *1. Cor. 5. 13.* *& exibit cum eo jurgium.* Et rursus: *Expelli-* *Ibid. v. 6.* *te pravum a vobis ipsis. Nam paulum fermenti totam conspersionem fermentat.*

INTERROGATIO XLVIII.

Quod præpositi agendi ratio non est curiose examinanda, sed suo quisque operi intentus esse debet.

RESPONSIO.

Ceterum ne quis facile in hoc disceptationis ac contentionis vitium incidat, ad suum, & aliorum detrimentum, illud in universum inter fratres observandum est, ut initio nullus investiget curiose præfecti agendi rationem, neque eorum, quæ fiunt, fatagat, iis solum exceptis, qui tum gradu, tum prudentia ipsi præposito sunt proximi; quos etiam necessario ad consilium ac deliberationem de rebus communibus faciendam adhibebit, obsequutus hortamento illius, qui dixit: *Omnia fac cum consilio.* Cum *Eccli. 32. 24.* enim ei animas nostras gubernandas commiserimus, tamquam Deo de his rationem redditoro; absre omnino fuerit in rebus vilissimis ipsi fidem non adhibere, & absurdis ineptisque contra fratrem suspicionibus & nos ipsos repleri, & aliis earumdem occasionem præbere. Ne igitur id contingat, unusquisque ad quod vocatus est, in eo permaneat: & ita totum se in rerum ad se pertinentium cura occupet, ut in inquirendis aliorum negotiis nullo modo sollicitus sit, sed sanctos Domini discipulos imitetur, inter quos, cum res ipsa quæ de Samaritana narratur, quamdam posset injicere suspicionem, *nihilomi-* *Joan. 4. 27.* *nus tamen*, inquit, *nemo dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?*

INTERROGATIO XLIX.

De iis quæ in controversiam veniunt inter fratres.

RESPONSIO.

De controversiis autem quæ inter fratres oriuntur, illud statuendum est. Quotiescumque dissident aliqui inter se de re aliqua, non oportet contentiose inter se colluctari, sed ad aliquos magis idoneos judicium transferre. Quare ne ordo confundatur, omnibus interrogantibus, & semper, neve garriendi & nugandi detur occasio, unum aliquem esse oportet approbatum, qui possit ea de quibus non nulli ambigunt, aut communi fratrum examini proponere, aut ad præfectum referre. Ita enim rectius & magis scite quæsita expendentur. Etenim si in unoquoque negotio scientia atque experientia opus est, quanto magis in ejusmodi rebus? Et si instrumentorum usum nemo inexpertis committat, multos magis operæpretium fuerit sermonis tractationem peritis concedere: qui possint & locum & tempus & interrogandi modum dignoscere, atque citra contentionem, tum prudenter quærendo, tum sapienter auscultando, controversiarum enodationem ad communitatis ædificationem summa cum diligentia servare.

INTERROGATIO L.

Quomodo præpositus increpare & objurgare debeat.

RESPONSIO.

Ceterum præpositus delinquentes non objurget, aliqua animi commotione im-

impulsus. Nam redarguere fratrem cum indignatione & ira, non est illum a peccato liberare, sed seipsum delictis obstringere. Quambrem dixit: *In mansuetudine corripiat eos qui resistunt*. Neque, si in contemtum veniat alicui, ob id præbere se vehementem debet: ubi vero alium contemni viderit, erga eum qui deliquit, declaret se benignum ac indulgentem, quin potius tunc in ipsum peccatum invehatur. Ita enim & suspicionem a se illam hominis seipsum immodice amantis submovebit, & planissime se non peccantem odisse, sed peccatum aversari declarabit, qui scilicet diverse se gerat in sua, & in alterius causa. Quod si indignatur non eo quem dixi, modo, sed diverso, præ se fert, se neque propter Deum, neque propter delinquentis periculum, sed ob suæ gloriæ cupiditatem, aut imperitandi studium indignari. Oportet enim studium quidem pro Dei gloria, cui violatione mandati infertur injuria, ostendi: misericordiam vero fraterno amore dignam, pro fratris salute, qui in peccato periclitatur (quia *anima quæ peccaverit, ipsa morietur*,) in quovis peccato tamquam in peccatum incitari, & in eo acriter vindicando animi fervorem commonstrare.

1. Tim. 2. 25.

Ezech. 18. 4.

INTERROGATIO LI.

Quomodo delictum illius qui peccavit, corrigendum sit.

RESPONSIO.

De reliquo corrigat male affectos ad modum medicorum, non irascens debilibus, sed pugnans adversus morbum: imo vero insurgat in vitia, atque severiore disciplina, si opus est, morbum animæ sanet, exempli causa, vanam gloriam, injungendis humilitatis exercitiis: otiosos sermones, silentio: immodicum somnum, vigiliis in precando insumendis: segnitiem corporis, labore: edacitatem indecoram, jejunio: murmurationem, separatione a reliquis, sic ut neque ex fratribus quisquam velit cum eo operari, neque ipsius opus cæterorum operibus admiscere, sicut supra dictum est, nisi exacta cura pudorem pœnitentia appareat eum hoc vitio liberatum esse. Tunc enim opus, quod inter murmurandum confectum fuerit, admitti poterit: & tamen ne sic quidem inserviat fratrum usui, sed ad alium usum convertatur. Horum autem ratio in superioribus satis exposita fuit.

INTERROGATIO LII.

Quo animo irrogatæ pœnæ perferendæ sint.

RESPONSIO.

Quemadmodum autem diximus medelam infirmis a præposito afferendam esse citra ullam animi concitationem: ita vicissim ab iis qui curantur, mulctæ odii loco non sunt accipiendæ, neque cura ea, quæ ex misericordia ad animæ eorum salutem ab ipso adhibetur, ducenda est pro tyrannide. Turpe est enim eos qui ægro corpore sunt, tantum medicis confidere, ut sive secent, sive urant, sive amarulentis medicamentis modestiam creent, ipsos de se bene meritos fuisse putent; nos vero erga animarum nostrarum medicos, quando disciplina duriore salutem nobis afferunt, non eodem modo affici, cum Apostolus dicat: *Et quis est, qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me.* Item, *Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem.* Quare habita finis ratione, qui molestiam quæ secundum Deum est, nobis exhibet, beneficus habendus est.

2. Cor. 2. 2.

2. Idem 7.

INTERROGATIO LIII.

Quomodo ab artium magistris pueri delinquentes corrigendi sint.

RESPONSIO.

Atque etiam oportet artium magistros, si qua in re deliquerint discipuli contra ipsam artem, privatim vitium reprehendere, & errata emendare. Quæcumque vero peccata indicant morum perversitatem, veluti contumacia, contradictio, segnities circa opera, aut otiosus sermo, aut mendacium, aut quidpiam aliud ejusmodi, quod piis interdictum sit, ea oportet ad communis disciplinæ moderatorem referre, & coram eo redarguere, ut ipse & mensuram & modum quibus peccata sanentur, excogitet. Si enim objurgatio est animæ curatio, non est cujuslibet objurgare, sicut nec mederi, nisi si præfectus ipse multo adhibito examine, id cuipiam permiserit.

INTERROGATIO LIV.

Quod ii qui præficiuntur fratrum conventibus, de negotiis suis inter se colloqui debent.

RESPONSIO.

Operæpretium est autem fratrum præfectos non numquam statis quibusdam temporibus & locis in unum convenire: in quibus res præter rationem occurrentes, moref-

moresque tractatu difficiles, & quomodo singula gesserint, sibi invicem exponant, ut si quis in aliquo deliquerit aliquando, id certissime detegatur multorum judicio, contraque, si quid recte factum sit, id plurium testimonio confirmetur.

INTERROGATIO LV.

An medicinæ usus pietatis instituto conveniat.

RESPONSIO.

1. Quemadmodum singulæ artes subsidii loco ob naturæ debilitatem nobis a Deo concessæ sunt, velut agricultura, quod ea quæ sua sponte e terra gignuntur, non essent satis ad necessitates sublevandas, textoria vero, quod necessarius esset indumentorum usus tum ad decorum, tum ad arcendas aeris injurias, pariterque ars domorum exstruendarum: ita & ars medica data est. Cum enim corpus nostrum, utpote morbis obnoxium, variis incommodis, tum extrinsecus advenientibus, tum intrinsecus ab alimentis proficiscentibus subjaceat, & modo redundantia, modo defectu affligatur, ars medica pro exemplo medelæ ejus, quæ animo curando adhibenda sit, nobis a totius vitæ nostræ moderatore Deo concessa est, cujus ductu quod superfluum est, rescinderetur, & quod deest, adjiceretur. Ut enim si essemus in paradiso voluptatis, nihil industria & labore indigeremus: ita quoque si a morbis essemus immunes, uti ante lapsum, cum primum res creatæ sunt, fuerat concessum, nullo medicinæ subsidio nobis ad levamen opus esset. Sed quemadmodum posteaquam expulsi sumus in hunc locum, & audivimus illud, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, tunc facta longa experientia multoque insumto labore in excolenda terra, ad lenienda ejus exsecrationis incommoda artem agriculturæ effecimus, Deo nobis ejus artis intelligentiam atque cognitionem impertiente: sic quoque ubi in terram, unde fueramus assumti, denuo reverti jussi sumus, & ad molestam carnem morti ob peccatum addictam, ob idque his morbis subjectam, juncti sumus, oblatum est nobis medicinæ etiam auxilium, quo saltem aliquantulum ægrotantes levarentur. (Gen. 3. 19.)

2. Neque enim fortuito ex terra germinaverunt herbæ, quæ ad singulos morbos accommodatæ sunt: imo certe productæ sunt ex conditoris voluntate, commodis nostris inservituræ. Quamobrem ea quidem naturalis vis, quæ in radicibus inest, & in floribus, aut foliis, aut fructibus, aut succis, aut quæcumque ex metallis, aut ex mari ad corporis utilitatem opportuna esse deprehensa sunt, ab aliis inventis, quæ ad cibum

A & potum spectant, nihil differunt: sed tamen quod superflue ac curiose excogitatum est, & multum negotii requirit, & quasi omnem nostram vitam convertit ad carnem curandam, vitandum est Christianis; dandaque nobis studiose opera est, ut ita, si quando opus fuerit, hac arte utamur, ut ei non tribuamus omnem bonæ aut malæ valetudinis causam, sed ut ad declarandam Dei gloriam, & ad habendum animæ curandæ exemplar usum eorum quæ offert, admittamus. Quod si defecerint nos medicinæ

B præsidia, nequaquam levandi mali omnem spem in hac arte reponamus: sed sciendum, fore, ut aut non sinat tentari nos ultra quam possumus, aut quemadmodum olim Dominus, modo lutum faciens, illinebat, jubebatque lavari in Siloam, modo sola voluntate contentus erat, dicens, *volo, mundare*, quosdam vero in afflictationibus decertare permisit, probatiores ipsos per tentationem efficiens, ita nunc quoque peculiari aliqua ratione agere nobiscum velit, qui scilicet aliquando invisibiliter latenterque (1. Cor. 10. 13.) (Joan. 9. 6. & 7.) (Matth. 8. 3.)

C medeatur, cum id animis nostris expedire judicaverit, aliquando vero statuat nos & ipsis corporeis auxiliis in nostris morbis uti, idque, ut hac curationis dilatione firmam & stabilem reddat accepti beneficii memoriam, aut etiam, quemadmodum dixi, ut aliquod exemplum, quod in curandis animis imitari possimus, nobis proponat. Ut enim in corpore, necesse est amoveri quod alienum est & contrarium, & quod deest, apponi: sic etiam in animis nostris, non abs re fuerit quod alienum est & contrarium re-

D movere, & quod secundum naturam est, assumere. Siquidem fecit Deus hominem rectum, nosque ad bona opera condidit, ut in ejs ambulemus. (Eccl. 7. 30)

3. Et quemadmodum illic secari, uri, & amara medicamenta sumere non recusamus, corporis sanandi causa: ita etiam hic, sermonem objurgatorium quantumvis secantem, & amarulenta reprehensionum remedia pro animæ medela operæpretium est perferre: quod quidem iis qui emendati non fuerant, exprobrat propheticus sermo, his

E verbis: *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei?* Atque hoc etiam, quod in morbis inveteratis per longum tempus, perque auxilia simul dolorem creantia & varia exspectatur sanitas, indicio est, animæ quoque peccata per sedulas preces, & diuturnam pœnitentiam, ac disciplinam severiorem, quam ratio ad sanationem nobis sufficientem esse monuerit, a nobis corrigi debere. Non igitur, quoniam aliqui arte medica non probe utuntur, ejus nobis utilitas omnis fugienda est. Neque enim, quoniam (Jerem. 8. 22.)

niam intemperantes quidam voluptatum sectatores coquinaria, aut pistoria, aut textoria ad delicias excogitandas abutuntur, cum limites rerum necessariarum excedant, continuo omnes simul artes rejici a nobis debent : contra potius, quod ab illis corruptum fuit, id ex recto ipsarum usu coarguendum est. Sic etiam & in medicina, par non est acceptum a Deo munus criminari ob malum usum. Nam & in medicorum manibus sanitatis suæ spem collocare, belluinum est; quod tamen usu venire nonnullis miseris videmus, qui etiam non verentur eos appellare servatores : & commoda ex ea nascentia omnino aversari, animi est obstinati. 4. Reg. 20. 7. Sed sicut Ezechias ficorum massam non putabat primam esse sanitatis suæ causam, neque ei acceptam referebat corporis sui curationem, sed ad Dei gloriam gratiarum etiam actionem adjecit ob conditas ficus : sic nos quoque, si a Deo bene prudenterque vitam nostram moderante plagas accipimus, primum quidem ab ipso petimus, ut indicet nobis causam, cur ita plectamur : deinde, ut liberemur ab his molestiis, deturque nobis 1. Cor. 10. 13. patientia, adeo ut una cum tentatione præstet etiam eventum, quo possimus sufferre.

4. Collatum autem nobis sanitatis beneficium, Luc. 10. 34. sive per vinum oleo admistum, ut in eo qui incidit in latrones, sive per ficus, ut in Ezechia, cum gratiarum actione recipi- 4. Reg. 20. 7. mus. Nec quidquam differre arbitremur, sive modo invisibili Deus nos curet, sive corporeum quiddam adhibeat : quæ corporalia sæpenumero efficacius nos conducunt ad munus Domini intelligendum. Atque etiam sæpe castigationis causa in morbos collapsi, ad asperam gravemque curationem perferendam pœnæ loco condemnati sumus. Itaque neque sectiones, neque ustiones, neque acrium molestorumque remediorum acerbitatem, neque inedias, neque exactam diætæ & victus rationem, neque rerum exitialium abstinentiam a nobis repudiandas esse recta ratio suadet, salvo tamen (rursus dico) proposito animæ utilitatis, quippe cui hoc exemplum propositum sit, ut illud in suiipsius curatione imitari discat. Periculum autem est non mediocre, ne mens in errorem incidat, quasi omnis morbus subsidiis medicinæ indigeret. Non enim naturæ tribuendæ sunt ægritudines omnes, neque ex vitioso victu, aut aliis quibusdam corporalibus principiis nobis accedunt : quibus quidem curandis utilem esse medicinam non numquam videmus. Sæpe enim morbi sunt peccatorum mulctæ, ad convertendos nos irro- Prov. 3. 12. gatæ. *Quem enim*, inquit, *diligit Dominus*, 1. Cor. 11. 30. *castigat*. Item, *ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Si enim nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem a Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*. Quamobrem qui sunt hujusmodi, (ubi nostra ipsorum delicta cognoverimus), usu medicinæ prætermisso, pœnas sibi illatas debent silentio perferre, juxta eum, qui dixit, *iram Domini portabo, quoniam peccavi ei* : & Mich. 7. 9. ita emendare se, ut dignos pœnitentiæ fructus edant : item meminisse Domini, qui dixit, *ecce sanus factus es : jam noli peccare*, Joan. 5. 14. *ne deterius tibi aliquid contingat*. Accidunt autem etiam aliquando ægritudines, postulante diabolo, cum scilicet benignus Dominus aliquem velut pugilem magnum cum ipso in certamen committit, & jactantiam ipsius summa servorum suorum tolerantia deprimit : quod in Job factum fuisse didici- Job 2. 6. mus. Aut etiam iis qui malorum intolerantes sunt, in exemplum a Deo proponuntur quidam, qui adversa ad mortem usque perseveranter tolerare potuerunt, velut Laza- Luc. 16. 20. rus, qui cum tot & talibus ulceribus affligeretur, nusquam tamen scribitur quidquam ab illo divite aut petivisse, aut morosum se præstitisse & molestum ob præsentem rerum statum. Quapropter assequutus est requiem in sinu Abrahæ, tamquam qui recepisset mala in vita sua. Quamquam & aliam morborum causam in sanctis contingere reperimus, velut in Apostolo. Etenim ne naturæ terminum videretur excedere, neve quispiam arbitraretur eum naturaliter aliquid solito majus & excellentius habere (quod visum est Lycaonibus, qui ei coronas obtulere & tau- Act. 14. 12. ros) idcirco ad declarandam naturam humanam jugiter cum ægritudine conflictabatur.

5. Quid igitur emolumenti ex medicina accedere possit ejusmodi hominibus? ceu potius, quod eis periculum non impendet, qui scilicet ad copus curandum se a recta ratione avertant? Qui vero ex prava diæta sibiipsis asciverint infirmitatem, ii corporis curatione quasi quodam typo & exemplari, ad animam curandam uti debent, sicut superius dictum est. Etenim & ex re nostra fuerit, a noxiis ex medica ratione abstinere, utilia seligere, præcepta servare. Atque ipsa etiam corporis ab infirmitate ad bonam habitudinem commutatio, sit nobis loco solatii, ut ne desperemus de anima, quasi ex peccatis ad suam ipsius integritatem rursus per pœnitentiam reverti non posset. Neque igitur fugienda penitus ars ista est, neque in ea omnis spes collocanda. Sed quemadmodum utimur quidem agricultura, sed tamen a Deo petimus fructus, & quemadmodum committimus gubernaculum gubernatori, Deum vero rogamus ut ex pelago evadamus incolumes : ita quoque si cum ratio finit, medicum advocemus, ab ea quæ in Deo ponenda est spe non excidimus. Videtur autem

mihi hæc ars ad continentiam quoque non parum conferre. Video enim & voluptates ab ipsa rescindi, & satietatem damnari, & victus varietatem, nimiamque in apparandis condimentis solertiam velut incommodam ablegari: & in summa indigentiam ab eadem appellari sanitatis matrem, ita ut ex hac etiam parte ejus consilium nobis inutile non sit. Sive igitur utimur aliquando medicinæ præceptis, sive ea repudiamus ob aliquam causam earum, quas ante memoravimus, huc spectandum est, ut Deo placeamus, consulaturque animæ utilitati, & compleatur mandatum Apostoli, qui dicit: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10. 31.

CAPITA REGULARUM brevius tractatarum.

1. *An liceat aut expediat cuipiam, ut sibi permittat aut facere aut dicere quæ bona putat, citra testimonium divinarum Scripturarum.*
2. *Qualem professionem a se mutuo exigere debent, qui simul secundum Deum vivere volunt.*
3. *Quomodo convertemus peccantem, aut quomodo erga eum qui se non convertit, affici debemus.*
4. *Si quis etiam ob levia peccata urgeat fratres, dicens, pœnitentiam ab ipsis esse agendam: numquid & ipse immisericors est, & charitatem dissolvit.*
5. *Quæ cuique pro quoque peccato agenda pœnitentia sit.*
6. *Qui verbis confitetur se pœnitere, peccatum vero non corrigit, cujusmodi est.*
7. *Quodnam sit judicium adversus eos qui deffendunt peccantes.*
8. *Quem vere pœnitet, quomodo is recipiendus est.*
9. *Quomodo erga eum qui citra pœnitentiam peccat, afficiamur.*
10. *Quanto cum tremore, quantisque cum lacrymis recedere debet a peccatis anima, quæ misere voluta est in multis peccatis.*
11. *Quomodo oderit quis peccata.*
12. *Quomodo persuasum esse potest animæ, Deum sibi peccata dimisisse.*
13. *An qui post baptisma peccavit, debeat de salute sua desperare, maxime si in multis peccatis deprehensus fuerit: vel usque ad quam mensuram peccatorum sperandum sit in Dei bonitate per pœnitentiam.*
14. *Ex quibus fructibus probari debet vera pœnitentia.*
15. *Quid significet hoc,* Quoties peccaverit in me frater meus, & dimittam ei?
16. *Cur aliquando anima etiam citra conatum compungitur, dolore fere naturaliter in se incidente: aliquando vero ita doloris expers est, ut etiam quovis conatu adhibito, compungi non possit.*
17. *Si quis comedere in animo habuerit, deinde condemnaverit seipsum, an id sibi tamquam anxie sollicito vertendum sit vitio.*
18. *An par fuerit, ei qui in fratrum conventu aliquando deliquit, mutuus aliquod demandare post multam exercitationem, & si par sit, quale tandem illud esse debet.*
19. *Si quis venit in suspicionem peccati, nec tamen aperte illud committat: numquid debeat is observari, ut deprehendatur quod suspectum est.*
20. *An ille qui in peccatis versatus fuerit, refugere debeat hæreticorum societatem, aut etiam prave viventium consuetudinem declinare.*
21. *Unde mentis aberratio, & variæ cogitationes, & quomodo ipsas corrigamus.*
22. *Unde nascuntur inhonesta illa visa noctu contingentia.*
23. *Per qualia verba otiosus sermo judicatur.*
24. *Quid est convitium.*
25. *Quid est obtrectatio.*
26. *Qui detrahit fratri, vel audit detrahentem, & tolerat, qua dignus est pœna.*
27. *Si quis detrahat præfecto, quomodo ipsi attendemus.*
28. *De eo qui voce audaciore, & verbis petulantibus respondet.*
29. *Quomodo quis possit non irasci.*
30. *Quomodo exscindamus vitium concupiscentiæ malæ.*
31. *An ridere prorsus non liceat.*
32. *Intempestivus & immodicus sopor unde nascatur, & quomodo ipsum propulsemus.*
33. *Qua ratione deprehendatur quis studio placendi hominibus obnoxius esse.*
34. *Quomodo effugiat quis vitium complacendi hominibus.*
35. *Quo pacto agnoscatur superbus, & quomodo curetur.*
36. *Numquid bonos quærendus sit.*
37. *Quomodo qui piger est ad mandatum conficiendum, diligentiam studiumque possit recuperare.*
38. *Si præcipiatur aliquid fratri, & contradicat, postea vero a seipso abeat.*
39. *Si quis obediens murmuret.*
40. *Si quis frater fratri molestiam conficiat, quomodo emendandus sit.*
41. *Si nolit se purgare.*
42. *Quæ ratio tenenda sit, si is qui offendit, purget se, is vero qui offensus est, nolit cum eo in gratiam redire.*
43. *Quomodo quis auscultare debeat expergefacienti ad precandum.*
44. *Si is qui expergefactus fuit ad precandum fiat*

fiat mœstus, aut etiam irascatur, qua multa dignus est.

45. *De eo qui negligit internosse Dei placita, ne gravius plectatur, tamquam qui cognoverit, nec tamen fecerit.*

46. *An qui alium patitur peccare, reus sit peccati.*

47. *Si erga eos qui peccant, silendum sit.*

48. *Quo termino judicetur avaritia.*

49. *Quid est perperam agere.*

50. *Si quis vestimentis pretiosioribus depositis, aliud vile, sive pallium, sive calceamentum, certo quodam modo velit, ut sibi conveniat, num peccat, aut quali morbo laboret.*

51. *Quid sonat* Raca.

52. *Quis sit inanis gloriæ cupidus, quisve placere hominibus studeat.*

53. *Quodnam sit inquinamentum carnis, & quod inquinamentum spiritus, & quomodo ab ipsis purgabimus nosmetipsos. Aut quæ est sanctimonia, & quomodo eam adipiscamur.*

54. *Quid est amor sui: item quomodo qui suiipsius amore corripitur, cognosces semetipsum.*

55. *Quodnam est discrimen inter amaritudinem, indignationem, iram & irritationem.*

56. *Quis est qui alta sapit, & quis arrogans, & quis superbus: item quis fastosus, & quis inflatus.*

57. *Si quis vitio cuipiam inemendabili sit obnoxius, & frequentius reprehensus læditur, an profuerit magis hoc ipsi permittere.*

58. *An solum judicetur is, qui de industria mentitus est: aut etiam is, qui nesciens aliquid absolute contra veritatem loquutus fuerit.*

59. *Si quis cogitaverit dumtaxat aliquid facere, nec tamen fecerit; an is quoque velut mendax judicetur.*

60. *De eo qui proterve decrevit facere aliquid eorum quæ displicent Deo.*

61. *Si quis neque operari potest, neque psalmos discere velit.*

62. *Quid fecerit quis, ut condemnetur tamquam qui talentum occultavit.*

63. *Quid fecerit quis, ut condemnetur tamquam illi qui murmuraverunt contra postremos.*

64. *Quid est offendiculo esse, & qua id ratione cavebimus.*

65. *Quomodo quis veritatem detinet in injustitia.*

66. *Quid est altercatio, & quid contentio.*

67. *Quid est immunditia, & quid impuritas.*

68. *Quid est proprium iræ, & quid proprium æquæ indignationis.*

69. *De eo qui licet non minus edat quam cæteri, neque sit fracto & invalido corpore, conqueritur tamen, tamquam qui non queat operari.*

70. *Quomodo puniendus sit, qui vestibus aut calceamentis abutitur.*

71. *Non desunt qui ciborum suavitatem expetant, magis quam copiam, alii vero satietatis ergo copiam anteponunt suavitati: qui igitur utrique tractandi sint.*

72. *De eo qui in cibis sumendis immodeste inter fratres recumbit, aut voracius sese ingurgitat:*

73. *De eo qui non fraternæ emendationis desiderio redarguit delinquentem, sed ex libidine seipsum ulciscendi.*

74. *De iis qui recedunt a fratrum conventu, præferuntque vitam solitariam.*

75. *An peccati cujusque, sive mente, sive verbo, sive opere patratum fuerit, auctorem satanam dicere oporteat.*

76. *An oporteat mentiri, videlicet utilis cujusdam œconomiæ causa.*

77. *Quid est dolus, & quid morum perversitas.*

78. *Inventores malorum qui sint.*

79. *Si quis assidue seipsum accuset, quod durius tractet fratrem; quomodo corrigetur.*

80. *Unde fit, ut animus noster quasi destituatur bonis cogitationibus, sollicitudinibusque Deo placitis.*

81. *Si pii sunt eodem modo objurgandi, atque alii quivis indifferentes.*

82. *Si forte anus idem peccatum admiserit, quod adolescentula, num obnoxia sit mulctæ eidem.*

83. *Si quis multa recte gesserit, deliquerit vero in uno dumtaxat, quomodo cum eo nobis agendum est.*

84. *De eo qui tumultuosis moribus atque turbulentis præditus est.*

85. *Si conveniat aliquid proprium habere, in fratrum societate.*

86. *Si quis dicat: neque accipio a fratribus, neque eis do, sed meis contentus sum: quid erga talem observandum est.*

87. *Si unicuique liceat suum vetus indumentum dare, cum voluerit, ex præcepto.*

88. *Quid est sollicitudo hujus vitæ.*

89. *Quia scriptum est*, pretium redemtionis animæ viri, suæ ipsius divitiæ: *quid nobis faciendum est, qui his destituimur?*

90. *Si licet nocturnum vestimentum habere, sive ex pilis confectum, sive aliud.*

91. *Si frater cui nihil proprium suppetit, rogatus fuerit ab aliquo, ut det idipsum quod gestat: quid facere debeat, maxime si nudus fuerit, qui petit.*

92. *Cum Dominus jubeat bona vendere, qua mente & quo sensu id faciendum est.*

93. *Qui semel bona sua reliquit, & proprium nihil habere professus est, quo animo uti debet rebus ad vitam necessariis, veluti vestitu ac victu.*

94. *De eo qui dereliquit tributa, & accessit ad fratres.*

95. *An expediat iis qui recens advenerunt, statim divinas Scripturas ediscere.*

96. *An permittendum sit cuilibet volenti, ut discat litteras, aut lectioni vacet.*
97. *Si quis dicit: Volo ad modicum tempus a vobis utilitatem capere, num excipiendus sit.*
98. *Quali animo præditus esse debet præfectus in iis quæ præcipit, aut constituit.*
99. *Quonam affectu oporteat increpantem increpare.*
100. *Qui forinsecus adveniunt, mendicantque, quomodo hos dimittemus.*
101. *De eo, cui credita dispensatio est, & de mendicantibus.*
102. *De egrediente a fratrum cœtu quacumque de causa.*
103. *Cum usu veniat non numquam, ut & ipse senior labatur in aliquibus, an sit ipse redarguendus.*
104. *Quæ ratio tenenda sit in officiis fratribus delegandis.*
105. *An statim ut aliqui in fratrum conventum ingressi fuerint, debeant artes discere.*
106. *Cujusmodi pœnis in fratrum societate uti oporteat.*
107. *De eo qui dicit cupere se simul cum fratribus vivere.*
108. *An conveniat præfectum præfecta absente, cum sorore aliqua loqui de iis, quæ pertinent ad fidei ædificationem.*
109. *An conveniat præfectum cum præfecta frequenter colloqui.*
110. *An ipso seniore sororis confessionem excipiente, ipsa etiam senior adesse debeat.*
111. *Si senior, sorore seniore inscia, jusserit aliquid a sororibus fieri, an senior illa jure ac merito indignetur.*
112. *Si quis accedit ad vitam quæ secundum Deum est, an conveniat talem recipi a præfecto citra consensum fratrum.*
113. *An possit is cui animarum cura concredita est, hoc observare:* Nisi conversi fueritis, & facti fueritis sicut parvuli.
114. *Numquid cuivis & quodvis imperanti obedire conveniat.*
115. *Quomodo sibi invicem obedire oporteat.*
116. *Ad quosnam terminos se debet extendere obedientia.*
117. *Qui non assentitur iis quæ sibi quotidie injunguntur, quantum attinet ad propositum quoddam præceptum, & artem discere cupit; is quali morbo laborat, & numquid tolerari debeat.*
118. *Qui strenuus est in mandato conficiendo, sed facit quod sibi non præcipitur, sed quod ipsi est placitum, qualem mercedem habet.*
119. *An liceat unicuique delatum sibi munus recusare, & aliud petere.*
120. *An conveniat aliquo abire non monito præfecto.*
121. *An licitum sit graviora opera rejicere.*
122. *Cui pœna hæc irrogata fuit, nimirum ut non accipiat benedictionem: si is dicat: Nisi accepero benedictionem, non edo: numquid ferendus est.*
123. *Si quis molestia afficiatur, quod non permittatur facere id quod commode facere non potest, an tolerandus sit.*
124. *An ille qui usquam in hæreticos & gentiles incidit, debeat una cum ipsis cibum capere, aut ipsos salutare.*
125. *Cui munus aliquod creditum est, & sine ulla commonitione facit aliquid præter id quod ipsi injunctum fuit, debet ne ille munus suum retinere.*
126. *Quomodo quis non vincatur a voluptate eduliorum.*
127. *Dicunt quidam fieri non posse, ut homo non irascatur.*
128. *Cum quis vult abstinentiam supra vires exercere, ita ut etiam in mandato quod sibi proponitur, conficiendo impediatur, num id ei permittendum est.*
129. *De eo qui multum jejunat, & in edendo non potest cibum solerare.*
130. *Quomodo jejunandum sit, ubi jejunio opus fuerit.*
131. *Qui non capit cibos, quos fratres edunt, sed alios requirit, num recte facit.*
132. *Qui dicit: id mihi nocet, & ægre fert, nisi aliud datum fuerit: quid hoc est.*
133. *Si etiam murmuraverit ille ciborum causa.*
134. *Si etiam iratus recuset necessaria accipere.*
135. *An conveniat aliquem fatigatum quidquam consuetis amplius requirere.*
136. *An necesse sit omnes ad horam prandii convenire: & si quis non occurrit, sed post prandium venit, quomodo nobis cum eo agendum sit.*
137. *An recte faciat, qui verbi gratia statuit certo quodam aut cibo aut potu ad aliquod tempus abstinere.*
138. *An oporteat inter fratres aliquem plus aliis jejunare.*
139. *Imbecilliores ad laborem evadimus, acto jejunio. Quid igitur magis facto opus est: laborem ne rescindere propter jejunium, an negligere jejunium propter laborem.*
140. *Si quis temperans non fuerit in noxiis cibis capiendis, imo vero his abunde sumptis incidat in morbum, numquid cura illius sit suscipienda.*
141. *An conveniat peregrinos reperiri in officinis.*
142. *An debeant artifices opus ab aliquo accipere, citra præfecti sententiam.*
143. *Quomodo operarii commissa sibi instrumenta debeant accurare.*
144. *Si quis ex negligentia aliquod perdat, aut aliquo per contemtum abutatur.*

145. *Si*

145. *Si quis ex seipso alicui commodet, aut illud accipiat.*

146. *Si urgente necessitate præpositus ab ipso petat instrumentum, & contradicat.*

147. *Cum quis explendo cellarii aut coqui munere, vel quovis alio hujusmodi destinetur, si non interfuerit in constituto psalmodiæ & precationis tempore, is ne nullum animæ detrimentum patitur.*

148. *Qualem potestatis mensuram inter dispensandum obtineat is cui cellarii cura fuit concredita.*

149. *Cuinam judicio obnoxius erit œconomus, si aliquid fecerit pro personarum ratione, aut per contentionem.*

150. *Si præ negligentia non dederit fratri necessaria.*

151. *An ministranti liceat voce altiore loqui.*

152. *De eo qui ultra quam vires ipsius ferre possunt, in ministrando defatigatur.*

153. *Cui lanæ concreditæ sunt, quomodo debeat illas accurare.*

154. *Si forte cum pauci sunt fratres, & inserviant pluribus sororibus, eo necessitatis deveniant ut a se invicem separentur, ad opera agenda divisi, utrum id periculo vacet.*

155. *Quomodo in hospitio tractare oporteat ægrotantes.*

156. *Numquid is cui cellarii, aut alterius ejusmodi cura tradita est, debeat semper illius curam habere, aut immutari.*

157. *Quo animo quis debeat Deo servire.*

158. *Quo affectu debeat quivis mulctam sustinere.*

159. *Qui ægre fert increpantem, qualis est.*

160. *Quo animo debeamus fratribus inservire.*

161. *Qua humilitate debeat quis a fratre ministerium accipere.*

162. *Mutua charitas, qualis esse debet.*

163. *Quomodo quis proximi dilectionem acquirere valeat.*

164. *Quidnam sibi velit illud :* Nolite judicare, & non judicabimini.

165. *Quomodo cognoscet quis, utrum Dei studio commoveatur in peccantem fratrem, an irascatur.*

166. *Quo animo ei qui ad mandatum conficiendum urget, auscultandum sit.*

167. *Qualis debet esse anima, quando prorsus digna habita est, quæ in Dei opere occupetur.*

168. *Quo affectu vestimentum aut calceamentum qualecumque tandem fuerit, accipere oporteat.*

169. *Si frater junior jubeatur aliquid docere alterum ætate grandiorem, quomodo ipsum adibit.*

170. *Si æqualis habenda sit ratio, tum ejus, qui aliquid magis recte facit, tum illius, qui minus recte.*

171. *Si tristitia afficiatur inferior, cum is qui magis pius est, sibi anteponitur.*

172. *Quo timore, aut qua fidei plenitudine, aut quo animo corpus Domini nobis accipiendum sit.*

173. *An deceat tempore psalmodiæ quæ in domo fit, colloquia fieri.*

174. *Quomodo possit quis ex animo & cum alacritate exsequi Domini mandata.*

175. *Quomodo constat ab aliquo amari fratrem, juxta Domini mandatum.*

176. *Quinam sint inimici, quos diligere jussi sumus.*

177. *Quomodo debeant fortes imbecillorum infirmitates portare.*

178. *Quid est, alterum alterius onera portare.*

179. *Quomodo potest quis absque charitate fidem habere tantam, ut montes transferat, aut bona sua omnia det pauperibus, aut corpus suum tradat, ut exuratur.*

180. *Quo animo & qua attentione ea audienda sint, quæ nobis cibum sumentibus leguntur.*

181. *Si duæ fratrum societates fuerint inter se vicinæ, & altera egestate laboret, altera vero ad impertiendum sit arctior, quomodo inopem affici oportet erga tenacem.*

182. *Quibus fructibus probari debet qui ex misericordia peccantem redarguit.*

183. *Si contingat nonnumquam, ut aliqui in fratrum conventu viventes diffideant inter se, an periculo vacet una cum eis versari, charitatis causa.*

184. *Quomodo possit quis, quoties vel hortatur, vel arguit, studere non solum quomodo scienter loquatur, sed etiam quomodo debitam tum Deo, tum iis quoque, quibuscum sermonem habet, animi affectionem servet.*

185. *Si quis in loquendo auditores sibi assentientes videns, gaudeat, quo pacto cognoscet seipsum, affectu ne bono lætetur, an vitiosa quadam affectione sibi propria.*

186. *Pro quibus amicis animam ponere debemus.*

187. *An unusquisque ab iis qui sibi sanguine conjunguntur, quidquam accipere debeat.*

188. *Quomodo eos qui nostri olim fuere contubernales, & eos qui cognatione nobis conjunguntur, cum accedunt, videamus.*

189. *Si adhortando etiam velint nos ad propria reducere.*

190. *An oporteat nos misereri cognatorum secundum carnem, salutem illorum concupiscentes.*

191. *Quis est mansuetus.*

192. *Quæ est tristitia secundum Deum, & quæ sit mundi tristitia.*

193. *Quale est in Christo gaudium.*

194. *Qualem luctum admittemus, ut beatitudine digni efficiamur.*

195. *Quomodo quis omnia facit ad gloriam Dei.*

196. *Quo-*

196. *Quomodo edit quis, bibitque ad gloriam Dei.*

197. *Quomodo efficiet dextera, ut sinistra non cognoscat.*

198. *Quid sit humilitas, & quomodo eam assequemur.*

199. *Quomodo exoptaverit quis se etiam periculis objicere pro Domini mandato.*

200. *Quomodo ii qui diutius in Dei opere laboraverunt, possint recens accedentes juvare.*

201. *Quomodo quis attentionem in precando assequetur.*

202. *An fieri possit, ut in omnibus & semper acquiratur attentio.*

203. *Utrum eorum quæ secundum Domini mandatum fiunt, una & eadem mensura in omnibus sit an alius majorem, alius vero habeat minorem.*

204. *Quomodo quis efficitur dignus, qui fiat Spiritus sancti particeps.*

205. *Qui sint pauperes spiritu.*

206. *Cum Dominus præcipiat, ut ne simus solliciti, quid edamus, aut quid bibamus, aut quo tegamur, quousque id mandati se extendit, & quomodo perficitur.*

207. *Qua mente laborare oporteat.*

208. *An bonum sit penitus silentium excolere.*

209. *Quomodo timere potuerimus Dei judicia.*

210. *Qui sit amictus ille honestus, ab Apostolo traditus.*

211. *Quis modus diligendi Deum.*

212. *Quomodo Dei dilectio obtineatur.*

213. *Quæ sint indicia charitatis erga Deum.*

214. *In quo discrepant a se invicem benignitas & bonitas.*

215. *Quis sit pacificus ille, qui a Domino dicitur beatus.*

216. *In qua re converti oporteat, ac fieri velut parvulos.*

217. *Quomodo suscipiamus regnum Dei, velut parvulus.*

218. *Qualem intelligentiam a Deo exposcere debeamus.*

219. *Si beneficium acceperimus ab aliquo, quomodo tum Domino debitam gratiarum actionem puram ac integram persolvere, tum eam etiam quæ benefacienti debetur, scite & rite rependere poterimus.*

220. *An cuilibet volenti permittendum sit, ut cum sororibus in colloquium veniat.*

221. *Cum Dominus doceat orandum esse, ut ne intremus in tentationem, an orandum sit, ut ne in corporis dolores incidamus.*

222. *Quis sit uniuscujusque nostrum adversarius, quomodove erga ipsum erimus benevoli.*

223. *Qui ob aliquam rationem Deo placitam jejunare vult, cum et si non velit, videtur ab hominibus, quid faciet.*

224. *An etiam nunc alii a prima hora operentur, alii ab undecima, & quinam hi sint.*

225. *Cum Dominus dixerit:* Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, *quomodo hoc digni effici valeamus.*

226. *Cum Apostolus dicat:* Dum maledicimur, benedicimus: dum blasphemamur, obsecramus; *quomodo benedicere debeat, cui maledicitur, & quid obsecrare, qui blasphematur.*

227. *Utrum oporteat unumquemque ea quæ sentit, aliis etiam patefacere, an cum sibi persuasum fuerit rem fieri Deo placitam, eam debeat apud seipsum continere.*

228. *Numquid voluntas eorum qui scandalizantur, in omni re explenda sit, an vero sint quædam, in quibus simulatione utendum non sit, quamquam scandalum patiuntur nonnulli.*

229. *An oporteat veritas actiones citra verecundiam omnibus publicare, aut aliquibus duntaxat, & quinam hi sint.*

230. *Quid est cultus, & quis est rationalis cultus.*

231. *Si frater inique se gerat in me, & inimicus sit mihi, aut aliquando etiam sacerdos, an liceat mihi data de inimicis præcepta etiam erga illum servare.*

232. *Si quis ab aliquo injuria affectus, nemini id referat, lenitatis & patientiæ causa, & Deo judicium relinquere videatur, an secundum Dominum faciat.*

233. *Ex omnibus recte factis, si vel unum desit alicui, utrum propterea salutem non adipiscatur.*

234. *Quomodo quis mortem Domini annuntiabit.*

235. *An expediat multa ex Scripturis ediscere.*

236. *Qui digni habiti sunt, ut discerent quatuor evangelia, quomodo hanc gratiam suscipere debeant.*

237. *Quinam animus dirigitur ad Dei voluntatem.*

238. *Numquid fieri possit, ut quis sine ulla intermissione psallat, legatve, aut seria tractet de Dei verbis, nec ullum temporis spatium medium detur, cum usu veniat, ut nonnulli sordidioribus corporis necessitatibus cogantur satisfacere.*

239. *Quis sit bonus thesaurus, & quis malus.*

240. *Quamobrem dicta sit lata porta, & spatiosa via, quæ ducit ad interitum.*

241. *Quomodo angusta sit porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & quomodo quis per ipsam ingrediatur.*

242. *Quid sit illud:* Fraterno amore, ad vos mutuo diligendos proni.

243. *Quid sibi velit Apostolus, cum dicit:* Irascimini & nolite peccare, sol non occidat super iram vestram; *ac etiam cum alibi dixit:* Omnis amaritudo, & indignatio, & ira tollatur a vobis.

244. *Quid*

244. *Quid sit illud :* Date locum iræ.
245. *Quis sis prudens ut serpens, & simplex sicus columba.*
246. *Quid significet illud :* Charitas non indecore se gerir.
247. *Quæ sit gloriatio in Domino, & quæ sit interdicta.*
248. *Si Dominus dat sapientiam, & a facie ipsius oriatur cognitio & prudentia : Item si per Spiritum alii datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ, quomodo exprobrat Dominus discipulis illud :* Adhuc & vos sine intelligentia estis. *Et qua ratione Apostolus quosdam accuset velut imprudentes.*
249. *Quid sit sanctum, & quid sit justum.*
250. *Quomodo det quis sanctum canibus, aut projiciat margaritas ante porcos : aut quomodo contingat quod sequitur :* Nequando conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpant vos.
251. *Quomodo Dominus interdum prohibeat gestare sacculum & peram in via, interdum vero dicat :* Sed nuoc qui sacculum habet, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat vestem suam, & emat gladium.
252. *Quis sit panis quotidianus, cujus quotidianam largitionem rogare edocti sumus.*
253. *Quid sit salentum, & quomodo illud multiplicabimus.*
254. *Quid sit mensa, in quam oportebat te, inquit Dominus, mittere pecuniam.*
255. *Quo abire jussus est qui audivit,* Tolle quod tuum est, & vade.
256. *Quænam sit merces, quam hi pariter atque ultimi accipiunt.*
257. *Quinam sint palea, quæ comburitur igne inexstincto.*
258. *Quisnam sit qui condemnatur ab Apostolo, his verbis :* Volens in humilitate & religione, *&c.*
259. *Quisnam sit fervens spiritu.*
260. *Cum Apostolus nunc quidem dicat :* Nolite fieri imprudentes : *nunc vero,* Nolite prudentes esse apud vosmetipsos, *an fieri possit, ut apud semetipsum prudens non sit is, qui imprudens non est.*
261. *Quamobrem ipsi etiam sancti aliquas res quas petivere, non impetrarint a Domino.*
262. *Qui dinterfit inter mendicitatem & paupertatem : & quomodo verum dicat David, cum ait :* Ego autem mendicus sum & pauper.
263. *Quid vult docere Dominus per exempla, quibus subjungit illud :* Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus.
264. *Quid sit sinceritas.*
265. *An ad solos sacerdotes dictum sit :* Si offers munus tuum ad altare, *& reliqua.*
266. *Quid sit, sal, quem habere Dominus jussit.*
267. *Si alius multis vapulabit, alius paucis, quomodo dicans nonnulli, nullum pœnarum finem futurum iis qui puniendi sunt.*
268. *Quonam sensu dicantur quidam filii inobedientiæ & filii iræ.*
269. *Cum scripsum sit :* Facientes voluntates carnis, & cogitationum, *an aliæ sint carnis voluntates, aliæ cogitationum : & quales sint hæ.*
270. *Quid sit illud :* Aporiamur, sed non destituimur.
271. *An per eleemosynam purgabitur quispiam ab omnibus quæ admiserit peccatis.*
272. *Cum Domini præceptum sit, non sollicitum esse de crastino, quomodo salubriter id præcepti intelligemus.*
273. *Quid sit, quod cum quis fecerit, blasphemat in Spiritum sanctum.*
274. *Quomodo quis in hoc sæculo efficiatur fatuus.*
275. *An sancti propositum impedire satanas possit.*
276. *Quid sit, quod dictum fuit ab Apostolo:* Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.
277. *Quodnam sit cubiculum, in quod orantem intrare Dominus jubet.*
278. *Quomodo spiritus cujuspiam oret, mens tamen illius infructuosa sit.*
279. *Quid sibi vult illud :* Psallite sapienter.
280. *Quis sit qui mundus est corde.*
281. *Quæ soror psallere non vult, num cogenda est.*
282. *Quinam sint ii qui dicunt :* Manducavimus coram te, & bibimus. *Et tamen audierunt :* Non novi vos.
283. *An is qui facit alicujus voluntatem, sit illius socius.*
284. *Si in egestate sit fratrum societas ob aliquam morborum afflictationem ; an fine ulla dubitatione ab aliis queas necessaria recipere. Et si convenit, a quibus ista hæc accipiet.*
285. *Utrum fratres cum fratribus negotiantes, justum rei traditæ pretium sollicite anxieque requirere debeant.*
286. *Qui in fratrum societate vivit, sed incidit in morbum corporalem, an abducendus sit in hospitium.*

Hæc dumtaxat complectebatur allatum ex Ponto exemplar. Reliqua autem XXVII. capita cum animadversionibus addita sunt ex codice Cæsariensi.

287. *Qui sint fructus pœnitentia digni.*
288. *Qui vult confiteri peccata sua, num omnibus & quibuslibet debet confiteri, aut quibus.*
289. *Quem pœnituit peccati, & rursus in idem peccatum labitur, quid faciet.*
290. *Quomodo quis semper magis ac magis proficit*

ficit in opere Domini.

291. *Quæ ſit arundo contrita, aut fumigans linum: & quomodo quis illam non confringet, hoc vero non extinguet?*

292. *An conveniat in fratrum conventu puerorum ſæculo addictorum magiſtrum eſſe.*

293. *Quomodo cum iis agendum ſit, qui devitant graviora peccata, levia vero patrant indiſcriminatim.*

294. *Qua de cauſa non ſervet aliquis aſſiduam Dei memoriam.*

295. *Quibus ſignis cognoſcatur qui non eſt attento animo.*

296. *Quomodo animus habeat perſuaſum, ſe a peccatis purum eſſe.*

297. *Quomodo a peccatis converti oporteat.*

298. *An ſcriptura permittat bona facere ad ſibi ipſi placendum.*

299. *Quomodo ſibi perſuadebit animus, ſe a gloriæ ſtudio alienum eſſe.*

300. *Quis modus converſionis, cum de re ſub aſpectum non cadente ſit ſermo.*

301. *Quod ſi dicat quis: Non mea me condemnat conſcientia.*

302. *An ex cella penaria erogandum ſit externis inopibus.*

303. *An in fraterna communitate iis quæ a quibuſvis dicuntur, obediendum ſit.*

304. *Utrum pro iis qui fratribus fuere oblati, aliquid accipere oporteat ab eorum parentibus, ſi dare aliquid voluerint.*

305. *An ab externis conveniat accipere, ſive amicitiæ, ſive prioris propinquitatis gratia.*

306. *Qua ratione vitatur mentis aberratio.*

307. *An alternis vicibus incipiendum ſit pſallere, aut precari.*

308. *An fratribus aliquid danti, viciſſim retribuere oporteat: & ſi convenit pro ratione rei datæ rependere vices.*

309. *Si conſueta, & quæ ſecundum naturam ſunt, cuipiam contingant, an audere debeat ad ſanctorum communionem accedere.*

310. *Numquid in communi domo dominicam cœnam conveniat celebrari.*

311. *Utrum cum aliqui rogant, eos inviſere oporteat.*

312. *An laici qui nos inviſunt, adhortandi ſint ad precationem.*

313. *An cum aliqui nos viſitant, oporteat laborare.*

PROOEMIUM IN REGULAS breviores.

Psal. 93. 10. Benignus Deus, qui docet hominem ſcientiam, iis quidem quibus credi-
1. Tim. 1. 3. tum eſt donum docendi præcipit per Apoſtolum, ut perſeverent in doctrina, eos vero qui divinorum documentorum ædificatione indigent, per Moyſen admonet, dicens:
Deut 32. 7. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: majores tuos, & dicent tibi.* Quapropter neceſſe eſt nos quidem quibus creditum eſt munus docendi, paratos eſſe omni tempore & promtos ad inſtruendas perficiendaſque animas, & modo publice coram tota eccleſia conteſtari, modo privatim permittere unicuique eorum, qui ad nos acceſſerint, ut ſuo arbitratu nos ſeorſum rogare poſſint A quæ pertinent & ad ſanitatem fidei, & ad veritatem ejus vivendi ritus, qui eſt ex evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quibus utriſque homo Dei conſtanter perficitur: vos vero, nihil otioſum, nihil vobis infructuoſum relinquere, ſed præter ea, quæ in communi diſcitis, etiam privatim de rebus conducibilibus interrogare, & omne vitæ otium ad veſtram utilitatem dirigere. Ergo ſi nos in hoc congregavit Deus, multaque, quod ad exter-B nos tumultus attinet, requie perfruimur, neque ad quidquam aliud agendum convertamur, neque ſomno rurſus corpora tradamus, ſed in meditandis ac expendendis rebus neceſſariis tranſigamus reliquam noctis partem, explentes quod dictum eſt a beato Davide: *In lege Domini meditabitur die ac nocte.* Psal. 1. 2.

SANCTI



SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

REGULÆ COMPENDIOSE TRACTATÆ, PER INTERROGATIONEM, ET RESPONSIONEM.

INTERROGATIO I.

An liceat, aut expediat alicui, ut sibiipsi permittat facere, dicereve quæ bona existimat, citra testimonium divinarum Scripturarum.

RESPONSIO.



CUM Dominus noster Jesus
Christus dicat quidem de
Joan. 16.13. sancto Spiritu, *Non enim*
loquetur a semetipso, sed
quæcumque audierit, hæc B
loquetur: De seipso vero,
Joan. 5. 19. *Non potest filius a se facere quidquam*: Et ite-
Joan. 12.49. rum, *Ego ex meipso non sum loquutus, sed*
qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedis quid dicam, & quid loquar: & scio quia mandatum ejus visa æterna est: quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor, quis eo dementiæ deveniet, ut a seipso audeat aliquid vel cogitatione concipere, qui scilicet ductore sancto & bono Spiritu indigeat, ut dirigatur in viam veritatis, sive in
mente, sive in sermone, sive in actione, C
& cæcus sit, & in tenebris degat, sine sole justitiæ ipso Domino nostro Jesu Christo, qui suis mandatis tamquam radiis illuminat.
Psal. 18. 9. *Præceptum enim Domini*, inquit, *lucidum*,
illuminans oculos. Sed quoniam rerum, aut verborum apud nos usitatorum alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa, de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum, quæ vetita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ jussa sunt, cum
Deut. 4. 2. Dominus semel præceperit, ac dixerit: *Et* D
servabis verbum quod præcipio tibi hodie: non
Heb. 10. 27. *adjicies ad ipsum, nec detrahes ab ipso*. Formidabilis enim quædam judicii exspectatio superest, atque æmulatio ignis, qui eos qui aliquid ejusmodi audent, devorabit: de iis vero quæ silentio præterita sunt, regulam
A nobis tradidit Apostolus Paulus, cum dixit:
Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: 1. Cor. 10. 23.
omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est, quærat: sed quod alterius, unusquisque. Quare necesse omnino est, aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis propter mandatum illius. Scriptum est
enim: *Subjecti invicem in timore Christi*. Ephes. 5. 21.
Quin & Dominus ait: *Qui vult inter vos esse magnus, sis omnium postremus, & omnium servus*; abalienatus videlicet a suis voluntatibus, exemplo ipsius Domini, dicentis:
B *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem* Joan. 6. 38.
meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris.

INTERROGATIO II.

Qualem professionem a se mutuo exigere debeant qui simul secundum Deum vivere volunt.

RESPONSIO.

EAm, quæ a Domino cuique accedenti
proposita est, cum dixit: *Si quis vult* Matth. 16. 24.
C *post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Qualem autem vim habeat horum unumquodque, dictum est in ea, quæ ad ipsum pertinet, interrogatione.

INTERROGATIO III.

Quomodo convertemus peccantem: aut si non convertat sese, quomodo cum illo agendum sit.

RESPONSIO.

D VElut præceptum est nobis a Domino,
cum dixit: *Si peccaverit frater tuus,* Matth. 18. 15.
vade, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si vero non audierit, adhibe tecum etiam unum, aut duos; ut in ore duorum testium aut trium stet omne verbum. Quod si non audieris eos:

dic ecclesiæ. Si autem non audierit quoque ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. A
2. Cor. 2.6. Si itaque hoc contingat, *Sufficit tali objurgatio hæc, quæ fit a pluribus;* eum Apostolus
1. Tim. 4.2. scripserit: *Argue, increpa, obsecra in*
2. Thess. 3.14. *omni patientia, & doctrina.* Et rursus: *Quod si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur.*

INTERROGATIO IV.

Si quis pro levissimis etiam peccatis coarctet ac urgeat fratres, his verbis: Debetis agere B *pœnitentiam, numquid & ipse immisericors est, & charitatem dissolvit.*

RESPONSIO.

Matth. 5.18. Cum Dominus affirmaverit iota unum aut unum apicem a lege non præterire, donec omnia fiant, pronuntiaveritque
Matth. 12. 36. homines de omni verbo otioso quod loquuti fuerint, rationem in judicii die esse reddituros, nihil contemnendum est quasi
Prov. 13.13. parvum. *Qui enim*, inquit, *rem contemnit, contemnetur ex ea.* Et alias, quale pec- C catum audeat quis parvum dicere, postquam Apostolus hanc protulit sententiam:
Rom. 2.23. *Per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Quod si stimulus mortis peccatum est, non hoc, aut illud, sed indefinite omne omnino peccatum, immisericors est qui silet, non qui redarguit, tamquam qui venenum relinquat in eo qui a venenata bestia morsus est, non autem eximat. Quinetiam qui ejusmodi est, evertit charitatem. Scriptum
Prov. 13.24. est enim: *Qui parcit baculo, odit filium suum: qui autem diligit, diligenter castigat.* D

INTERROGATIO V.

Quomodo debeat quis pœnitentiam agere de singulis peccatis, & cujusmodi fructus pœnitentiæ dignos ostendere.

RESPONSIO.

Psal. 118. 163. Nimirum si habeat animum illius, qui dixit: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.* Item si præstiterit quæ referuntur in sexto psalmo, & in aliis multis, & si fecerit quæ ob peccatum ab alio admis- E sum facta fuisse testatur Apostolus, ab iis, qui secundum Deum contristati fuerant.
2. Cor. 7.11. *Ecce enim*, inquit, *hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatum est sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed vindictam, sed æmulationem? in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio.* Itidem si, Zachæi exemplo, oppositam virtutem crebro excoluerit.

INTERROGATIO VI.

Qui verbis confitetur se pœnitere, peccatum vero non corrigit, quis est.

RESPONSIO.

Existimo de eo qui hujusmodi est, id scriptum fuisse: *Si te rogaverit inimi-* Prov. 26.25.
cus magna voce, ne credideris ei: septem enim sunt nequitiæ in anima ejus. Et alio in loco: *Sicut canis cum redierit ad suum vomitum,* Ibid. v. 11.
& odibilis efficitur: sic homo sua malitia revertens ad peccatum suum.

INTERROGATIO VII.

Quodnam est judicium adversus eos qui peccantes deffendunt.

RESPONSIO.

Gravius quam quod prolatum fuit in eum de quo dictum est: *Expedit illi* Luc. 17. 2.
ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis. Non enim jam objurgationem ad emendationem, sed defensionem ad peccati confirmationem accipit qui peccavit, imo vero invitat alios ad similia vitia. Quamobrem defensori hujusmodi & patrono, nisi ediderit fructus pœnitentia dignos, convenit quod a Domino dictum est: *Si oculus tuus dexter scandalizat* Matth. 5.29.
te, erue eum & projice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.

INTERROGATIO VIII.

Quomodo debet suscipi, quem vere pœnitet.

RESPONSIO.

Velut Dominus docuit, cum dixit: Luc. 15. 6.
Convocat amicos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.

INTERROGATIO IX.

Quomodo erga eum qui citra pœnitentiam peccat, erimus animati.

RESPONSIO.

Uti Dominus præcepit, cum dixit: Matth. 18. 17.
Si autem & ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et sicut Apostolus docuit, cum scripsit: *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate,* 2. Thess. 3.6.
& non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.

INTERROGATIO X.

Anima quæ in multis peccatis misere versata fuerit, quo timore, & quibus lacrymis recedere debeat a peccatis, & qua spe quave affectione ad Deum accedere.

RESPONSIO.

PRimum quidem odisse debet reprobam suam vitam anteactam, & ipsam ejus memoriam exsecrari, detestarique. Scri-
Psal. 118. 163. ptum est enim: *Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi:* de- B
inde vero timoris magistram assumere æterni judicii ac supplicii comminationem, itemque cognoscere, tempus lacrymarum tempus esse pœnitentiæ, uti docuit David in sexto psalmo: Quippe certissime credat peccata purgari per sanguinem Christi, in magnitudine misericordiæ, & multitudine mi-
Esa. 1. 18. serationum Dei, qui dixit, *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo: & si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo.* Tum demum nacta faculta-
Psal. 29. 6. & 12. tem ac potestatem placendi Deo, dicit: *Ad* C
vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea. Atque ita accedens psallit Deo, ac
Ibid. v. 2. dicit: *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.*

INTERROGATIO XI.

Quomodo oderit quis peccata.

RESPONSIO.

EVentus tristis ac molestus semper odium parit in eos, qui ejusmodi rerum auctores sunt. Si cui igitur persuasum sit, quot & quantorum malorum causa peccata sint, ea sponte & ex animo prosequitur ejusmodi
Psal. 118. 163. odio, quale ostendit, qui dixit: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.*

INTERROGATIO XII.

Quomodo animus habeat persuasum, peccata sibi a Deo fuisse remissa.

RESPONSIO.

E

Ibidem. NEmpe si viderit affectum se, sicuti illum, qui dixit: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.* Deus enim cum unigenitum filium suum pro remissione peccatorum nostrorum demisit, ea, quantum in ipso fuit, omnibus in antecessum condo-
Ps. 100. 1. navit. Quoniam autem misericordiam & judicium David sanctus canit, testaturque Deum misericordem esse, & justum, necesse fuerit quæ & prophetæ & Apostoli in locis ubi de pœnitentia agunt, retulere, ea a no-

A bis effici, ut appareant judicia justitiæ Dei, & misericordia ipsius in condonandis peccatis exerceatur.

INTERROGATIO XIII.

An oporteat post baptisma peccantem de salute desperare, si inveniatur in multitudine peccatorum: aut usque ad cujusmodi mensuram peccatorum sperandum sit in benignitate Dei, per pœnitentiam.

RESPONSIO.

SI fieri potest, ut multitudo miserationum Dei numeretur, ac magnitudo misericordiæ Dei mensura quapiam circumscribatur, collata cum multitudine & magnitudine peccatorum, tunc abjiciatur spes omnis. Quod si ea, ut constat, & ad mensuram & ad numerum redigi possint, fieri autem non queat, ut metiatur quis Dei misericordiam, ac miserationes numeret, non tempus est desperandi, sed agnoscendi misericordiam, ac detestandi peccata, quorum venia proponitur in Christi sanguine, velut scriptum est. Quod autem nequaquam desperandum sit, docemur ex multis locis, multisque modis, maxime autem ex parabola Domini nostri Jesu Christi, quæ de eo Luc. 15. 13.
filio narratur, qui acceptam hæreditatem paternam insumserat in peccata. Cujus pœnitentia qualem & quantam celebritatem meruerit, ex ipsis Domini verbis edi scimus. Sed & per Esaiam dicit Deus: *Si fuerint pec-* Esa. 1. 18.
cata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo: & si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Quod quidem tantummodo
D verum esse nobis sciendum est, si pœnitentiæ modus ex animi affectione peccatum exsecrante, eximius & excellens adhibeatur, sicut scriptum est tum in veteri, tum in novo Testamento: & edatur fructus dignus, uti dictum est in ea, quæ ad hoc pertinet, interrogatione.

INTERROGATIO XIV.

Ex quibus fructibus probanda sit vera pœnitentia.

RESPONSIO.

MOres pœnitentium, & affectus rece- Matth. 18. 21.
dentium a peccato, & studium fructuum pœnitentia dignorum relata sunt in suis locis.

INTERROGATIO XV.

Quid hoc sibi vult: Quoties peccaverit in me frater meus, & remittam ei? *Et in cujusmodi peccatis meum est condonare.*

RESPONSIO.

POtestas remittendi non absolute tradita est, sed consistit in obedientia pœni-

nitentis, & in concordia quæ habenda est cum eo, qui animam ipsius curat. Scriptum (Matth. 18. 19.) namque est de talibus: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est.* At vero de cujusmodi peccatis id sit intelligendum, ne quærere quidem licet, cum Testamentum novum nullum nobis discrimen indicet, sed quibuslibet rite pœnitentibus polliceatur veniam cujusque: & maxime, cum Dominus ex sua ipsius persona pollicitus sit de omni re.

INTERROGATIO XVI.

Cur aliquando anima etiam sine conatu, dolore naturaliter sere quasi illapso, compungatur, aliquando vero ita doloris expers sit, ut etiam conatu adhibito compungi non possit.

RESPONSIO.

TAlis quidem compunctio donum Dei est, aut ad excitandum desiderium, ut animus gustata doloris ejusmodi dulcedine, eum excolere studeat, aut ad id demonstrandum, posse animum diligentioris studii ope in assidua compunctione versari, ut nullus sit excusationi locus iis qui illam ex negligentia amiserint: sed conari, & tamen non posse, simul & nostram negligentiam, cui in alio tempore dediti fuerimus, manifeste arguit, (neque enim fieri potest, ut quis derepente aliquid aggressus, id assequatur citra meditationem, ac citra multam assiduamque exercitationem) & eodem tempore indicio est, animum subjici vitiis aliis, neque sibi ab his permitti, ut vel ad ea quæ vult liber sit; juxta eam quam Apostolus protulit sententiam (Rom. 7. 14.): *Ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio.* Et rursus (Ibid. v. 17.): *Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Nimirum Deus ipse id nobis ad nostram utilitatem contingere sinit, si quomodo animus per ea quæ invitus patitur, cognitionem attingat ejus, in cujus potestate sit, & ut sibiipsi conscius quibus in rebus peccato serviat præter voluntatem, resipiscat ex laqueo diaboli, inveniens Dei misericordiam ad eos quos vere pœnitet suscipiendos, paratam.

INTERROGATIO XVII.

Si quis comedere in animo habuerit, deinde condemnaverit seipsum, numquid id ei tamquam anxie sollicito sit vitio vertendum.

RESPONSIO.

SAne si memoria nondum natura perturbante prævertit esuriendi tempus, manifesta est animi aberratio, accusans ipsius tum erga præsentia affectionem, tum erga ea quæ Deo placent, segnitiem. Parata est autem etiam sic Dei misericordia. Etenim si quis seipsum condemnarit, pœnitentiæ causa absolutus est a crimine, & si caverit de cætero lapsum, memor Domini, qui dixit, *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* (Joan. 5. 14.) Quod si cogente natura, & fame invalescente, sensus commoveat memoriam, sed tamen superet ratio tum ob studium, tum ob suam circa meliora occupationem; memoria hæc non condemnanda est, sed victoria laudanda.

INTERROGATIO XVIII.

An par fuerit, ei qui in fratrum conventu aliquando deliquit, munus aliquod demandare post multam exercitationem, & si par sit, quale tandem illud esse debeat.

RESPONSIO.

MEmores Apostoli dicentis (1. Cor. 10. 32.), *Sine offensione estote & Judæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salvi fiant*, multam adhibere debemus curam, ne quod offendiculum demus evangelio Christi, neve infirmis simus offensioni, & ne quosdam instruamus ad improbitatem. Quamobrem in his quoque qui hujusmodi sunt, necessario considerandum est & expendendum id quod faciat ad fidei ædificationem, & ad cujusque virtutis in Christo profectum.

INTERROGATIO XIX.

Si quis veniat in suspicionem peccati, nec tamen aperte illud committat, numquid debeat is observari, ut deprehendatur id quod suspectum est.

RESPONSIO.

PRavæ suspiciones, & quæ a proposito malevolo proficiscuntur, culpantur ab Apostolo (1. Tim. 6. 4.). Verum is cui fuit demandata omnium cura, omnes observet necesse est, in charitate Christi, & desiderio illius qui suspectus est, curandi; ut fiat quod dictum est ab Apostolo: *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.* (Coloss. 1. 28.)

INTERROGATIO XX.

Debet ne is qui in peccatis versatus fuerit hæreticorum societatem refugere, aut etiam prave viventium consuetudinem declinare.

RESPONSIO.

CUm Apostolus dixerit (2. Thess. 3. 6.), *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, &*

non

non secundum traditionem, quam acceperunt A *a nobis*, in universum quævis cujusque rei vitiæ societas & in mente, & in sermone, & in actione noxia est omnibus, & periculosa. Est autem operæpretium eos qui in peccatis versati sunt, sese etiam diligentius observare. Primum quidem quod animus peccato assuetus, ad illud ut plurimum proclivior sit: deinde vero, quod quemadmodum in curandis iis qui corpore laborant, cautione majore opus est, ita ut ea etiam quæ sanis utilia sunt, sæpenumero rejiciantur, ita in iis etiam qui animo ægrotant, multo major cautio, & B diligentia requiratur. Quantum autem detrimenti accedat ex peccantium societate, idem Apostolus hocce argumento declarat: *Modicum fermentum totam massam fermentat*. (1. Cor. 5. 6.) Quod si ab iis qui in moralibus errant tantum affertur detrimentum, ecquid de iis dicendum est, qui prave sentiunt de Deo, quos opinio prava ne in cæteris quidem sanos esse permittit, semel ob ipsam ignominiæ vitiis traditos, uti liquet ex multis locis, & maxime ex iis quæ in epistola ad Romanos de quibusdam dicta sunt hunc in modum: *Et* C *sicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt: repletos omni iniquitate, fornicatione, malitia, avaritia, nequitia: plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate: susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia: qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni* D *sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. (Rom. 1. 28.)

INTERROGATIO XXI.

Unde mentis aberratio, & variæ cogitationes: & quomodo ipsas emendabimus.

RESPONSIO.

EVagatur animus ubi iners est, nec in rebus necessariis occupatur. Iners autem ex eo efficitur mens, & plus justo secura, quod Deum adesse non credat, corda E & renes scrutantem. Si enim hoc crederet, perageret prorsus quod dictum est: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*. (Psal. 15. 8.) Qui autem hoc, & quæ huic similia sunt, facit, neque audebit umquam, neque ei licebit per otium, quidquam cogitare eorum, quæ minime dirigantur ad fidei ædificationem, etiamsi bonum esse videtur, nedum eorum, quæ prohibita sunt, & Deo non placent.

INTERROGATIO XXII.

Unde nascuntur turpia illa visa noctu contingentia.

RESPONSIO.

NAscuntur certe ex absurdis motibus interdiu in animo contingentibus. Quod si anima in Dei judiciis occupata, extiterit pura, atque res honestas & Deo placitas assiduo meditata fuerit, etiam ejusmodi insomnia habebit.

INTERROGATIO XXIII.

Ex cujusmodi verbis otiosus sermo judicetur.

RESPONSIO.

IN summa, verbum omne quod non facit ad propositum in Domino negotium, otiosum est. Et tantum est ejusmodi verbi periculum, ut etiamsi bonum sit quod dicitur, si tamen non dirigatur ad fidei ædificationem, non jam propter verbi bonitatem is qui loquutus est, effugiat periculum, sed propterea quod verbum non protulerit ad ædificationem, contristet Spiritum sanctum Dei. Hoc enim aperte docuit Apostolus, his verbis: *Omnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus*. (Ephes. 4. 29.) Quin & illud subjungit: *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis*. (Ibid. 4. 30.) Contristare autem Spiritum Dei, quantum malum sit, quid jam attinet dicere?

INTERROGATIO XXIV.

Quid est convitium?

RESPONSIO.

VErbum omne, quod eo animo profertur, ut imprimatur dedecus, convitium est, quamquam ipsum verbum non videtur esse contumeliosum. Atque hoc planum est & manifestum ex evangelio, in quo de Judæis dicitur illud, *Ipsum conviciis sunt consectati, dixeruntque ei: Tu es illius discipulus*. (Joan. 9. 28.)

INTERROGATIO XXV.

Quid est obtrectatio?

RESPONSIO.

DUo tempora esse arbitror, in quibus liceat mali aliquid de aliquo dicere. Nimirum quando necesse est aliquem cum aliis qui ad id idonei sint, consilium inire quo pacto corrigendus sit qui peccavit. Et rursus cum opus fuerit communire aliquos, qui sæpe ex ignorantia alicui malo tamquam bono adjungi possent: quandoquidem præcipit Apostolus, ut ne cum talibus conjun- (2. Thess. 3. 14.)
ga-

gamur, ne quis forte nanciscatur laqueos A animæ suæ. Quod quidem eumdem Apostolum fecisse comperimus ex his quæ ad Timotheum scribit: *Alexander ærarius multa mihi mala ostendit, quem & tu devita: valde enim restitit verbis nostris.* At vero præter hujusmodi necessitatem, si quis aliquid dicat contra aliquem, ut idipsum criminetur, aut vitio vertat, maledicus est & obtrectator, tametsi verum est quod dicitur.

1. Tim. 4. 14.

INTERROGATIO XXVI.

Qui detrahit fratri, vel audit detrahentem, tolerat: qua dignus est animadversione.

RESPONSIO.

Ps. 100. 5. Separandi sunt ambo a reliquorum societate. *Detrahentem enim secreto proximo suo, hunc persequebar.* Et alibi dictum est: *Detrahentem nolito libenter audire, ne evertaris.*

Prov. 20. 13.

INTERROGATIO XXVII.

Si vero detrahat quis præfecto, quomodo ipsi attendemus. C

RESPONSIO.

Num. 12. 10. Judicium illud manifestum est ex ira Dei adversum Mariam, quando de Moyse obloquuta est, cujus peccatum Deus, ne ipso quidem Moyse precante, inultum reliquit.

INTERROGATIO XXVIII.

Si quis voce audaciore, & verbis petulantibus respondeat alicui, & de hoc commonefactus D *dicat: nihil mali mihi est in corde, ei ne fides adhibenda est.*

RESPONSIO.

Non omnia animi vitia manifesta sunt omnibus, ne ei quidem, qui his obnoxius est, quemadmodum contingit & in corpore. Ut igitur in corpore harum rerum periti signa quædam habent morborum occultorum, & qui ipsius ægri sensum effugiunt: ita & in animo, etsi suum ipsius morbum non sentit qui peccat, fides tamen habenda est Domino, qui & huic & iis qui cum ipso sunt, declarat, malum hominem ex malo cordis sui thesauro mala proferre. Etenim qui malus est bonum aliquod verbum aut factum sæpe etiam simulat: bonus vero Rom. 12. 17. mali aliquid simulare non potest. *Providentes enim bona*, inquit, *non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus.*

INTERROGATIO XXIX.

Quomodo possit quis non irasci.

RESPONSIO.

Si ab inspectore Deo & a Domino præsente se semper conspici putet. Quis enim subjectus umquam in principis oculis quidquam audet eorum, quæ ipsi non placent? Etsi non exspectet ab aliis obedientiam, ipse tamen præparetur ad obtemperandum, ratus se ab omnibus superari. Si B enim obedientiam requirit utilitatis suæ causa, noverit quod Domini sermo unumquemque aliis inservire debere doceat: sin ulciscitur violatum Domini præceptum, non opus est ira, sed misericordia & commiseratione, juxta eum qui dixit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 2. Cor. 11. 29.

INTERROGATIO XXX.

Quomodo amputabimus vitium pravæ concupiscentiæ.

RESPONSIO.

Flagranti atque vehementi desiderio explendi voluntatem Dei, talique, quale se habere indicavit, qui dixit: *Judicia Domini vera, justificata in semetipsa: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & favum.* Semper enim desiderium rerum meliorum, si potestatem habeat atque facultatem fruendi iis quæ desiderantur, cogit minora aspernari, aversarique, uti docuere omnes sancti: quanto autem magis ea, quæ mala sunt, & pudore digna? Psal. 18. 10. & 11.

INTERROGATIO XXXI.

An omnino ridere non liceat.

RESPONSIO.

Cum Dominus eos qui nunc rident, condemnet, perspicuum est nullum tempus fideli ad ridendum umquam dari: maxime, cum tot sint, qui Deum ignominia afficiant per legis violationem, & in peccatis morti tradantur, pro quibus mœrere convenit, ac ingemiscere. Luc. 6. 25. Rom. 2. 23.

E

INTERROGATIO XXXII.

Intempestivus & immodicus sopor unde nascatur, & quomodo ipsum propulsemus.

RESPONSIO.

Contingit hujusmodi sopor, cum anima in Dei cogitationibus fit segnior, Deique judicia aspernamur: deponimus autem ipsum, cum sincere ac rite cogitamus de majestate Dei, ejusque voluntatem expetimus, juxta eum qui dixit: *Si dedero* Ps. 131. 4.

som-

num oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec in veniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.

INTERROGATIO XXXIII.

Qua ratione deprehenditur quis studio placendi hominibus obnoxius esse.

RESPONSIO.

CUm studium erga laudatores ostenderit, segnitiem vero & socordiam erga vituperatores. Si enim Domino placere vult, semper & ubique idem erit, perficiens quod
2. Cor. 6. 7. dictum est: *Per arma justitiæ a dextris, & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces.*

INTERROGATIO XXXIV.

Quomodo effugerit quis vitium complacendi hominibus: & quomodo hominum laudes ei futuræ non sint admirationi.

RESPONSIO.

SI sibi certo persuaserit Deum præsentem esse: si studuerit assidue Deo placere, si denique beatitudines a Domino promissas animo ferventi concupiscat. Nemo enim in sui heri oculis ad illius ignominiam & ad suam ipsius condemnationem, conservo placiturus, evagator.

INTERROGATIO XXXV.

Quo pacto agnoscitur superbus, & quomodo curatur.

RESPONSIO.

COgnoscitur quidem ex eo quod ea quæ ad principatum pertinent, requirit: curatur vero, si fidem habeat sententiæ il-
Jac. 4. 6. lius, qui dixit: *Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Illud tamen sciendum est, ut quis superbiæ judicium exriuerit, non posse tamen ab eo vitio sanari, nisi omne dominandi studium reliquerit: quemadmodum linguam aut qualemcumque artem dediscere non potest, qui non omnino supersederit non solum facere, aut loqui aliquid quod pertineat ad hanc artem, sed etiam de ea loquentes audire, & eam factitantes videre: quod in quovis etiam vitio observandum est.

INTERROGATIO XXXVI.

An honos debeat quæri.

RESPONSIO.

Rom. 13. 7. REddere quidem honorem, cui honor debetur, edocti sumus: requirere autem honorem, prohibiti, his Domini verbis: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam* Joan. 5. 44.
ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis? Quare gloriam ab hominibus quærere, argumentum est incredulitatis, & pietatis abalienatio, cum Apostolus dixerit: *Si adhuc hominibus placerem,* Gal. 1. 10.
Christi servus non essem. Quod si ii qui accipiunt datam ab hominibus gloriam, sic condemnati sunt: ii qui non oblatam inquirunt, judicium quod exprimi non potest subibunt.

INTERROGATIO XXXVII.

Quomodo qui piger est ad mandatum conficiendum, diligentiam studiumque queat recuperare.

RESPONSIO.

SI ei persuasum sit de præsentia Domini Dei omnia inspicientis, & de minis pigrescenti intentis, deque spe magnæ illius remunerationis retribuendæ a Domino, qui per Apostolum Paulum pollicitus est, acce- 1. Cor. 3. 8.
pturum unumquemque propriam mercedem secundum suum laborem. Item ad id faciunt quæcumque alia id genus scripta sunt, ut aut proprium uniuscujusque studium accendatur, aut comparetur patientia, ad gloriam Dei.

INTERROGATIO XXXVIII.

Si præcipiatur aliquid fratri, & contradicat, postea vero a semetipso abeat.

RESPONSIO.

IN eo quidem quod contradixit, velut contumax, aliosque ad idipsum provocans, statuatur esse obnoxius judicio huic: *Contradictiones suscitat omnis malus: Domi-* Prov. 17. 11.
nus autem angelum immisericordem immittit ipsi. Sit autem persuasissimum ei, se non homini contradicere, aut obedire, sed Domino ipsi, qui dixit: *Qui vos audit, me* Luc. 10. 16.
audit: & qui vos spernit, me spernit. Ac tandem prius compunctus, excuset sese, sicque si sibi permissum fuerit, opus peragat.

INTERROGATIO XXXIX.

Si quis obediendo murmuret.

RESPONSIO.

CUm Apostolus dixerit, *omnia facite si-* Philip. 2. 14.
ne murmurationibus & hæsitationibus, quisquis murmurat, abalienatus est etiam a conjunctione fratrum, & opus illius ab illorum usu. Palam est enim eum tum incredulitate, tum spei ambiguitate laborare.

INTERROGATIO XL.

Si frater fratri molestiam aspergat, quomodo emendandus est.

RESPONSIO.

2. Cor. 7. 9. SI quidem ita molestiam exhibuit, quemadmodum Apostolus, cum dixit: *Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis*, non is qui contristavit, indiget emendatione, sed qui contristatus fuit, proprietates ejus quæ secundum Deum fit tristitiæ debet ostendere. Quod si tristitia affecit in rebus indifferentibus, recordetur is qui molestum se præbuit, Rom. 14. 15. Apostoli dicentis: *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas:* & cognito ejusmodi peccato, impleat quod dictum est a Domino: Matth. 5. 23. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo; & tunc veniens, offer munus tuum.*

INTERROGATIO XLI.

Si vero purgare se nolit qui contristavit.

RESPONSIO.

EA erga ipsum exsequi debemus, quæ de eo, qui peccavit, nec tamen pœnitentiam egit, Matth. 18. 17. dicta sunt a Domino: *Si autem etiam Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*

INTERROGATIO XLII.

Quod si purget se qui molestia affecit: is autem qui contristatus est, nolit cum eo in gratiam redire.

RESPONSIO.

MAnifestum est Domini judicium, quod de tali prolatum est in parabola servi cnm conservo suo, qui cum rogaretur, Matth. 18. 31. patientiam habere noluit: Conservi autem, inquit, videntesquæ facta fuerant, narrarunt Domino suo: Domious autem iratus revocavit suam in illum gratiam, eumque tradidit tortoribus, donec debitum redderet.

INTERROGATIO XLIII.

Quomodo quis auscultare debet expergefacienti ad precandum.

RESPONSIO.

SI quis cognoscit detrimentum sibi ex somno allatum, videlicet quod animus neque seipsum sentit, intelligit vero lucrum vigiliarum, & maxime præstantissimam illam gloriam, quando quis Deo accedit ad A precandum, is auscultabit expergefacienti, sive ad orandum, sive ad conficiendum aliud quodvis mandatum, tamquam homini, qui beneficia magna & omne desiderium superantia conferat.

INTERROGATIO XLIV.

Sed si mœstus fiat, qui fuit expergefactus, aut etiam irascatur, qua mulcta dignus est.

RESPONSIO.

B INterim separatione & inedia plectendus est, si forte possit compunctus agnoscere quot & quantis bonis se ipse stupide privet, sicque conversus exhilaretur, eodem affectus beneficio, quo ille, qui dixit: *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Psal. 76. 4. Quod si permanserit in suo stupore, abscindatur a corpore, tamquam putrefactum corruptumque membrum. Scriptum siquidem est: *Expedit ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum projiciatur in gehennam.* Matth. 5. 30.

INTERROGATIO XLV.

C

Si quis audito Domino, qui dixit, quod servus qui cognoverit voluntatem heri sui, nec tamen fecerit, neque paraverit se ad ipsius voluntatem, multas plagas accepturus sit, qui vero non cognoverit, digna autem plagis peregerit, paucis sit plectendus, neglexerit nihilominus internosse Dei placita, num habeat quo se soletur. Luc. 12. 47. & 48.

RESPONSIO.

D PErspectum est hunc ignorantiam simulare, & peccati judicium evitare non posse. *Si enim non venissem*, inquit Dominus, *& loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo*, Joan. 15. 22. cum Scriptura sacra omnibus ubique annuntiet Dei voluntatem. Quare qui ejusmodi est, minime cum iis qui ignoravere, levius subit judicium: imo vero cum illis gravius condemnatur, de quibus dictum est: *Sicut aspidis surdæ, & obturansis aures suas, quæ non exaudict vocem incantantium, licet a venefico incantata sa-* Psal. 57. 5.
E *piente.* Cæterum cui tradendæ doctrinæ munus commissum est, is si aonuntiare neglexerit, perinde ut homicida damnatur, sicut scriptum est. Ezech. 33. 8.

INTERROGATIO XLVI.

An qui patitur alterum peccare, reus sit peccati.

RESPONSIO.

JUdicium hoc perspicuum est ex verbis Domini ad Pilatum, cum dixit: *Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet.* Joan. 19. 11. Ex hoc enim

enim

enim planum eſt Pilatum quoque, cum eos A qui tradiderant, toleravit, obnoxium fuiſſe peccato, licet leviori. Quinetiam id aperte declarat Adamus, qui ſuſtinuit Evam: item Eva ipſa, quæ toleravit ſerpentem; nullus enim ex his tamquam innocens dimiſſus eſt impunitus. Sed & ipſa Dei contra eos indignatio, re diligentius conſiderata, idipſum oſtendit: nam cum Adam excuſatio-
Gen. 3. 12. nis loco prætenderet illud, *Uxor quam dedi-*
Ibid. v. 17. *ſti mihi, hæc dedit mihi, & comedi: Reſpondit Deus: quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo ſolo præceperam* B *tibi, ne comederes, maledicta terra in operibus tuis*, & cætera.

INTERROGATIO XLVII.

Si erga eos qui peccant, ſilendum ſit.

RESPONSIO.

SAoe quod hoc fieri non debeat, perſpicuum eſt ex præceptis Domini, qui in
Levit. 19. 17. veteri quidem teſtamento dixit: *Correptione corripies proximum tuum: & non accipies*
Matth. 18. 15. *peccatum propter ipſum*. In Evangelio vero, C *ſi peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam quoque non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Porro quam grave ſit hujuſce peccati judicium, intelligi poteſt primo quidem ex ſententia Domini,
Joan. 3. 36. qui in univerſum dixit: *Quiſquis non obedit filio, non videbit vitam: ſed ira Dei mane-* D *bit ſuper eum*: deinde ex hiſtoriis etiam, quæ tum in veteri, tum in nova ſcriptura re-
Joſue 7. 21. feruntur. Ecce enim quando Achar furatus eſt linguam auream & veſtem, iratus eſt Dominus omni populo, idque tum peccati auctorem, tum peccatum ipſum ignoranti, donec detectus eſſet is, cujus jam facta eſt mentio, ac horrendum illud exitium una cum ſuis omnibus ſubiiſſet. Heli vero etiamſi ſilentio non ferret filios ſuos, qui erant filii peſtilentes; ſed ſæpenumero commonuiſſet ipſos, ac dixiſſet; *Nolite filii, non bona au-* E *dio de vobis*; itemque longiore ſermone & peccati abſurditatem & inevitabilem condemnationem pateſeciſſet, quoniam tamen non penitus ultus fuerat, neque in eos oſtenderat idoneam æmulationem, adeo exaſperavit iram Dei, ut & populus una cum filiis ipſius interemptus ſit, & capta ſit ab alienigenis arca ipſa, & ipſe quoque miſeranda morte interierit. Quod ſi adverſus eos qui ſceleris auctori conſcii non fuerunt, imo qui prohibuerunt peccatum, & teſtimonium reddidere adverſus illud, ira tanta exarſit, ec-
quid quis dicere poterit de iis qui ſciunt, & tamen conticeſcunt? Qui quidem, niſi ea præſtiterint quæ ab Apoſtolo ad Corinthios dicta ſunt, his verbis: *Quare non magis lu-* 1. Cor. 5. 2.
ctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit? ac etiam quæ deinceps ipſos fecisse teſtatus eſt ipſe, cum ſcripſit: *Ecce* 2. Cor. 7. 11.
enim hoc ipſum, quod ſecundum Deum contriſtati eſtis, quantam in vobis operatum eſt ſollicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam? In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe in hoc negotio, periclitantur omnino omnes ſimul hoc etiam tempore idem exitium ſubire, aut etiam tanto gravius, quanto legis Moſaicæ con- Hebr. 10. 29.
temptore deterior eſt qui Dominum ſpernit, patratque idem quod ille qui ante peccavit, ac etiam ante damnatus eſt: *Septies enim vin-* Gen. 4. 24.
dicatum eſt de Cain: de Lamech vero in ſimile peccatum lapſo *ſeptuagies-ſepties*.

INTERROGATIO XLVIII.

Quo termino definiatur avaritia.

RESPONSIO.

CUm quis tranſgreſſus fuerit legis limitem. Contingit autem hoc juxta vetus Teſtamentum, cum quis majorem ſuiipſius quam proximi curam ſuſcipit. Scriptum eſt enim: *Diliges proximum tuum ſi-* Lev. 19. 18.
cut teipſum. At vero juxta Evangelium, quando quis ſuimet cauſa aliquid præter res pro inſtanti die neceſſarias expetit, velut is, qui audivit: *Stulte, hac nocte animam tuam* Luc. 12. 20. & 21.
repetunt a te: quæ autem paraſti, cujus erunt? Quibus magis generatim adjungit: *Sic qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives.*

INTERROGATIO XLIX.

Quid eſt perperam agere.

RESPONSIO.

QUidquid non ob neceſſitatem, ſed propter ornatum atque jactantiam aſſumitur, id tamquam res perperam acta accuſatur.

INTERROGATIO L.

Si quis veſtimentis pretioſioribus rejectis, aliud vile, ſive pallium, ſive calceamentum ita velit, ut ſibi conveniat, iſne peccat, aut quali morbo laborat.

RESPONSIO.

QUiſquis, hominibus placiturus, vult ut deceat ſe veſtis, eum liquet morbo complacendi hominibus laborare, animumque habere a Deo abalienatum, & oſtentationis vitio in ipſis etiam rebus vilibus indulgere.

A

INTERROGATIO LI.

Matth. 5. 22. *Quid sit Raca.*

RESPONSIO.

VErnaculum verbum est, contumeliam mitiorem significans, quod erga familiares usorpatur.

INTERROGATIO LII.

Gal. 5. 26. *Cum Apostolus dicat*, *modo quidem*, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, *modo vero*, Non ad oculum servientes, quasi homi- B

Ephes. 6. 6. nibus placere studentes; *quis est inanis gloriæ cupidus, & quis est, qui placere hominibus studet.*

RESPONSIO.

CUpidum qoidem inanis gloriæ arbitror esse eum, qui ob tenuem mundi gloriam a spectaturibus aut ab auditoribus accipiendam facit aliquid aut dicit: studiosum vero complacendi hominibus eum, qui ad alicujus hominis arbitrium, ipsi placiturus, aliquid peragit, etiamsi id quod efficitur, sit C ignominia dignum.

INTERROGATIO LIII.

Quodnam sit inquinamentum carnis, & quodnam sit spiritus inquinamentum, & quomodo ab ipsis purgabimus nosmetipsos: aut quæ est sanctimonia, & quomodo ipsam adipiscemur.

RESPONSIO.

CArnis quidem inquinamentum fuerit, admisceri iis qui patrant prohibita: D spiritus vero, indifferentem esse erga eos qui talia sentiunt, aut peragunt. Purus est autem aliquis, cum obedit Apostulo qui dixit, ne cibum quidem cum ejusmodi homine sumendum esse, & quæcumque sunt in hanc sententiam, aut cum in se sentiet quod a Davide dictum est: *Tædium tenuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam*, talemque mœstitiam ostenderit, qualem ostenderunt Corinthii, quando ipsis vitio datum est, quod erga eum qui peccaverat, fuerant indifferenter affecti: siquidem in omni- E bus testificati sunt se in eo negotio puros fuisse. Sanctimonia autem est, addictum esse Deo sancto iotegre & indesinenter omni tempore iis, quæ ipsi accepta sunt, curandis, diligenterque agendis. Nam quod mutilatum est, nequaquam accipitur inter sacra dona: & quod semel dedicatum est Deo, in communem & humanum usum reducere impium est & horrendum.

(1. Cor. 5. 11. — Ps. 118. 53. — 2. Cor. 7. 11.)

INTERROGATIO LIV.

Quid sit amor suiipsius: item quomodo qui suiipsius amans est semetipsum cognoscat.

RESPONSIO.

MUlta dicuntur improprie, velut illud: *Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam.* Amaos igitur suiipsius est, qui seipsum amat. Agnoscit autem seipsum, si quæ facit, ea faciat sui causa; etiamsi id quod efficitur, juxta mandatum fuerit. Nam requiei suæ gratia, aliquid omittere eorum, quæ sive in aoimo sive io corpore attineaot ad fratris utilitatem, hoc vel ab aliis etiam habetur ceu manifestum amoris suiipsius vitium, cujus finis interitus est. (Joan. 12. 25.)

INTERROGATIO LV.

Quodnam sit discrimen inter amaritudinem, furorem, iram, & excandescentiam.

RESPONSIO.

FUroris quidem & iræ discrimen in aoimi forte affectione & motu consistit: quandoquidem qoi irascitur, in solo animi affectu perturbationem patitur, uti indicat qui dixit: *Irascimini & nolite peccare.* Qui autem furit, præterea præ se fert majus quiddam. *Furor enim illis*, inquit, *secundum similitudinem serpentis.* Item, *Herodes furens pugnabat adversus Tyrios & Sidonios.* Denique vehementior ille qui ex furore oritur motus, nominatur excandescentia: amaritudo vero graviorem quamdam mali stabilitatem osteodit. (Gal. 4. 5. — Psal. 57. 5. — Act. 12. 20.)

INTERROGATIO LVI.

Cum Dominus hanc protulerit sententiam, Qui se exaltat, humiliabitur: *item cum præcipiat Apostolus*, ne alta sapiamus, *& alio in loco dicat*, arrogantes, superbi, elati: *& iterum*, charitas non inflatur, *quis est qui altum sapit, & quis arrogans, & quis superbus, & quis elatus, aut quis inflatus.* (Luc. 18. 14. — Rom. 11. 20. — 2. Tim. 3. 4. — 1. Cor. 13. 4.)

RESPONSIO.

SAne qui alta sapit, is fuerit, qui seipsum extollit, qui ob sua recte facta de se sentit magnifice, seque effert exemplo Pharisæi illius, nec dimittit se ad humilia. Quin & idem ille dici possit inflatus, quo crimine accusati sunt Corinthii. Arrogans autem est, qui non ambulat juxta instituta, neque facit, ut incedat secundum eamdem regulam, idemque sentiat: sed qui potius propriam comminiscitur justitiæ viam atque pietatis. Superbus autem est, qui de iis, (Luc. 18. 11. — 1. Cor. 5. 2. — Philip. 3. 16.)

iis, quæ habet, jactat se, quique supra quam est, studet videri. Elatus vero, aut forte est idem qui superbus, aut non longe ab illo differt; juxta illud Apostoli di-
1. Tim. 4. 6. ctum: *Elatus est, nihil sciens.*

INTERROGATIO LVII.

Si quis vitio cuipiam inemendabili obnoxius sit, frequentiusque reprehensus lædatur, an eum potius dimitti expediat.

RESPONSIO.

HOc jam alibi dictum est, peccantes cum mansuetudine atque lenitate esse convertendos, eo, quem Dominus indicavit, modo. Quod si ei, ut convertatur satis non fuerit plurium reprehensio & objurgatio, quemadmodum Corinthio illi: qui ejusmodi est, tamquam ethnicus habendus est. Nemini autem ulla ratione tutum fuerit eum qui a Domino condemnatus est, re-
Matth. 5. 29. tinere, cum dixerit Dominus, expedire ut quis uno oculo, aut una manu, aut uno pede amisso in regnum ingrediatur, quam si uni ex his pepercerit, totus mittatur in C gehennam ignis, ubi est fletus & stridor den-
1. Cor. 5. 6. tium: & Apostolus testificetur, totam massam modico fermento fermentari.

INTERROGATIO LVIII.

An tantummodo is qui de industria mentitus est, judicetur: aut etiam is, qui nesciens aliquid absolute contra veritatem loquutus sit.

RESPONSIO.

JUdicium Domini etiam de iis qui per ignorantiam peccant manifestum est ex D
Luc. 12. 48. verbis illis: *Qui non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Ubique autem poenitentia rite & egregie peracta, veniæ spem firmam & stabilem habet.

INTERROGATIO LIX.

Si quis cogitaverit dumtaxat aliquid facere, nec tamen fecerit: an & ille velut mendax judicetur.

RESPONSIO.

SI ex mandato est, quod facere cogitavit, non ut mendax solum, sed ut con- E
Ps. 7. 10. tumax etiam condemnatur. *Scrutans enim corda & renes Deus.*

INTERROGATIO LX.

Si quis præventus constituerit se quidpiam facturum eorum, quæ Deo non placent, magisne convenit abstinere ab eo quod male statutum est, an metu mendacii peccatum committere.

RESPONSIO.

2. Cor. 3. 5. CUm Apostolus dicat, *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis,* A *quasi ex nobis*, item cum Dominus ipse sic confiteatur: *Non possum ego facere a me quid-* Joan. 5. 19.
quam, & rursus, *Verba quæ ego loquor vobis,* Joan. 14. 10.
a me ipso non loquor, & alio in loco, *Descen-* Joan. 6. 38.
di de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris, poenitentiam agere debet qui est ejusmodi: primum quidem quod aliquid qualecumque tandem fuerit, a seipso audet decernere, neque enim ipsa etiam bona ex propria auctoritate facere oportet: deinde vero, & quidem multo magis, quod præter Dei placita B quidpiam statuere veritus non est. Quod autem rescindendum sit, quidquid ex præjudicata opinione statutum est præter præceptum Domini, aperte ostenditur in Apostolo Petro, qui præventus apud se statuerat quidem illud: *Non lavabis mihi pedes in æter-* Joan. 13. 8.
num: sed postquam audivit Dominum pronuntiantem: *Si non lavero te, non habebis partem mecum*, confestim mutata sententia dixit, *Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.*

INTERROGATIO LXI.

Si quis neque laborare potest, neque Psalmos discere velit, quid de eo fieri debet.

RESPONSIO.

CUm Dominus in parabola dixerit de ficu illa infecunda: *Succide illam, ut* Luc. 13. 7.
quid etiam terram occupat? necesse quidem est providere ei cum omni diligentia: sed si morem non gerit, id quod de eo qui in peccato perseverat, præscriptum est, etiam erga illum observetur. Quisquis enim bono non dat operam, cum diabolo & angelis ejus condemnatur.

INTERROGATIO LXII.

Quid fecerit quis, ut condemnetur velut qui talentum occultavit.

RESPONSIO.

QUisquis apud seipsum detinet qualemcumque tandem gratiam Dei, ut ea ipse perfruatur, non autem alios beneficii hujus facit participes, is velut occultans talentum, condemnatur.

INTERROGATIO LXIII.

Quid est, quod cum fecerit quis, condemnatur, ut ii, qui murmuraverunt contra postremos?

RESPONSIO.

COndemnatur ob suum quisque peccatum: & quidem qui murmuraverint, ob murmurationem. Verum sæpe alii alia de causa murmurant. Hi quidem, quod sibi desint alimenta: ut qui gulosi sint, & ven-

trem Deum faciant: illi vero, quod par cum postremis præmium acceperint, ostendentes invidiam homicidii sociam. Alii denique ob aliquam quamvis causam.

INTERROGATIO LXIV.

Matth. 18. 6. *Cum Dominus noster Jesus Christus dicat:* Expedit illi ut mola asinaria suspendatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, potius quam ut scandalizet unum de pusillis istis: *Quid est scandalum dare, aut quomodo illud caveamus, ut ne judicium adeo horrendum subeamus?*

RESPONSIO.

SAne scandalo est aliquis, cum verbo aut actione legem violat, aliumque inducit ad legem perfringendam, velut serpens Evam, & Eva Adam: ac etiam cum prohibet exsequi voluntatem Dei, ut Petrus Dominum, cum dixit: *Propitius sis sibi, Domine, non eris tibi hoc:* qui audivit, *vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* (Matth. 16. 22.) Aut quando suscitat animum infirmi alicujus ad vetitum quiddam, prout ab Apostolo scriptum est, his verbis: *Si quis enim viderit te qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus qui infirmus est ædificabitur ad manducandum idolothyta?* (1. Cor. 8. 10.) Quibus isthæc adjungit: *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* (Ibid. v. 13.) Oritur autem scandalum pluribus ex causis. Vel enim ex eo qui scandalizat, scandalum nascitur: aut scandalum proficiscitur ex eo qui scandalizatur. Ac rursus id in his contingit variis modis. Aliquando enim ex malitia, aliquando vero ex imperitia vel hujus, vel illius. Interdum etiam in recta verbi tractatione, eorum, qui scandalum patiuntur, malitia magis declaratur, perinde ut in ipsis rebus. Aut enim uno aliquo mandatum Dei faciente, aut iis, quæ in sua potestate sita sunt, libere utente, scandalizatur qui scandalizatur. Cum itaque de rebus quæ ex mandato fiunt, vel dicuntur, offenduntur homines, & de his scandalizantur, (ut in Evangelio quidam de his, quæ a Domino fiebant, & dicebantur ex voluntate Patris,) tunc Domini meminisse operæ pretium est, qui, cum accessissent ad se Discipuli, ac dixissent: *Scis quod Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt?* (Matth. 15. 12.) eis de hujusmodi hominibus responsum dedit, his verbis: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadent.* Et multa hujuscemodi poterit quis invenire tum in Evangeliis, tum apud Apostolum.

A Cum vero ob ea quæ in potestate nostra posita sunt, offenditur quis, aut scandalum patitur, tunc revocanda sunt in memoriam hæc Domini ad Petrum verba, quando dixit: *Ergo liberi sunt filii: ut autem non scandalizemus eos, profectus ad mare, mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te.* (Matth. 17. 26.) Item quæ ab Apostolo ad Corinthios scripta sunt, his verbis: *Non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* (1. Cor. 8. 13.) Ac rursus, B *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* (Rom. 14. 21.) Quam autem metuendum sit in iis quæ videntur sita esse in potestate nostra, aspernari fratrem, qui ob hæc scandalo afficitur, ostendit præceptum Domini, qui in universum prohibet omne scandali genus, ac dicit: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* (Matth. 18. 10.) Quin & idem testatur Apostolus, qui quidem modo dicit: C *Sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum:* (Rom. 14. 13.) modo vero hoc delictum vehementius interdicit verborum apparatu uberiore, ubi ait: *Si quis enim viderit te qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus, qui infirmus est, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est.* (1. Cor. 8. 10.) Quibus adjungit: *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem* D *in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Et alio in loco postquam dixit: *An ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?* (1. Cor. 9. 6.) subinde adjungit: *Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.* (Ibid. v. 12.) Cæterum cum rem ita horrendam esse demonstratum sit, in iis quæ in potestate nostra posita sunt, fratri esse exemplo malo, quidnam possit quis de iis dicere, qui vetita faciendo aut loquendo dant scandalum? Et maxime, E cum aut scientia majore præditus esse videtur qui est offensioni, aut constituitur in aliquo gradu sacerdotali: qui cum debeat aliis esse præpositus velut regula & exemplar, si vel minimum quid neglexerit eorum quæ scripta sunt, aut fecerit prohibitum quiddam, aut aliquid quod præceptum sit, omiserit, aut uno verbo indifferenter & silentio tulerit quidvis hujusmodi, judicio tanto vel ob hoc unum obnoxius est, ut sanguis illius qui peccavit, inquit, ex manibus ipsius requiratur. (Ezech. 3. 18.)

Digitized by Google

INTERROGATIO LXV.

Quomodo quis veritatem detinet in injustitia.

RESPONSIO.

QUando datis a Deo bonis abutitur ad suas ipsius voluntates: quod respuit Apostolus, his verbis: *Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei.* 2. Cor. 2. 17. Ac rursus, *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.* 1. Thess. 2. 5.

INTERROGATIO LXVI.

Quid est æmulatio, & quid contentio.

RESPONSIO.

SAne æmulatio est, cum quis, ne altero videatur esse inferior, aliquid studet facere. Contentio autem est, alios per ea quæ quis facit, cum ostentatione atque jactantia provocare & exstimulare ad similia. Nam aliquando Apostolus, facta contentionis mentione, continenter adjungit inanem gloriam, his verbis: *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam:* Philip. 2. 3. aliquando vero inani gloria prius memorata, una cum hac prohibet quoque contentionem alio nomine, inquiens: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes.* Galat. 5. 26.

INTERROGATIO LXVII.

Quid est immunditia, & quid impuritas.

RESPONSIO.

IMmunditiam quidem lex indicavit, cum in rebus quæ ex naturali necessitate præter voluntatem accidunt, vocem illam usurpavit: impuritatem vero designare mihi videtur Salomon sapientissimus, cum indulgentem voluptati, & doloris expertem nominat, sic ut impuritas sit animi affectio, quæ non habet, vel non fert dolorem athleticum: quemadmodum incontinentia est, quæ non habet imperium in eas quæ infestant voluptates.

INTERROGATIO LXVIII.

Quid est furoris proprium, & quid proprium æquæ indignationis? & quomodo plerumque exorsi ab indignatione, in furorem incidisse deprehendimur.

RESPONSIO.

FUroris proprium, est animæ impetus cum consilio opprimendi ejus qui irritavit. Indignationis autem, quæ prudens fit, proprium fuerit, sibi emendationem peccantis proponere, ex affectu rem factam A ægre ferente. Porro animum a bono exordientem delabi in malum, nihil mirum est: quippe a quolibet plura hujusmodi possunt reperiri. Quapropter operæ pretium est meminisse Scripturæ divinæ, quæ sic habet: *Juxta iter scandala posuerunt mihi.* Psal. 139. 5. Et iterum: *Si autem & certet aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit.* 2. Tim. 2. 5. Est autem ubique cavenda nimietas, importunitasque et perturbatio. Nam ea de causa unumquodque eorum quæ memorata sunt, quamquam bonum esse videtur, sæpenumero in malum B degeneravit.

INTERROGATIO LXIX.

Qui non minus edit quam cæteri, neque est fracto & invalido corpore, cujusque morbi non cognoscuntur, conqueritur tamen se laborare non posse, quomodo agendum cum illo sit.

RESPONSIO.

OMnis prætextus segnitiei, prætextus est peccati. Nam ad mortem usque C par est studium sicut & patientiam ostendere. Quod autem segnities, nequitiæ conjuncta, segnem ac pigrum condemnet, planum est ex verbis Domini, qui dixit: *Serve male, & piger.* Matth. 25. 26.

INTERROGATIO LXX.

Quomodo tractandus sit qui abutitur vestibus aut calceamentis? Cum enim reprehenditur, nimiam parcitatem & murmurationem in reprehendente suspicatur. Quod si permaneat in eodem proposito post alteram D *tertiamve admonitionem idoneam, quid huic facere conveniat.*

RESPONSIO.

ABusum amandat Apostolus, cum ait: *tamquam utentes mundo hoc, & non abutentes.* 1. Cor. 7. 31. Usus enim mensura, est utendi necessitas inevitabilis: usus vero qui necessitatem excedit, aut avaritiæ, aut voluptatis, aut vanæ gloriæ morbo obnoxius est. Cæterum qui perseverat in peccato, is subit judicium idem, quod qui pœnitentiam E non agit.

INTERROGATIO LXI.

Sunt qui in cibis suavitatem consectantur magis, quam copiam: alii vero copiam magis quam suavitatem satietatis causa exoptant: qui igitur utrique tractandi sunt.

RESPONSIO.

ÆGrotant utrique, hi voluptate, illi immodica aviditate. Neque vero voluptarius, neque is qui plus æquo in quacumque re avidus est, vitat condemnationem.

nem. Quamobrem leniter & benigne ambo A curandi sunt, ad vitium hoc sanandum. Quod si ex morbo non convalescant, judicium eorum qui pœnitentiam non agunt, perspicuum est & compertum.

INTERROGATIO LXXII.

Si quis in cibis sumendis inter fratres se gerat immodeste, voracius edens aut bibens, an ipsum reprehendere oporteat?

RESPONSIO.

QUi hujusmodi est, non servat præceptum Apostoli, qui dixit: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Ac iterum: *Omnia honeste, & secundum ordinem fiant.* Et indiget correctione, nisi si qua illum urgeret laborandi, aut festinandi necessitas: imo etiam tunc vitanda sedulo offensio est.

1. Cor. 10. 31.
Ibid. 14. 40.

INTERROGATIO LXXIII.

Qui non desiderio correctionis fraternæ, sed libidine seipsum ulciscendi redarguit delinquentem, quomodo is corrigi debeat, si sæpius admonitus perseveret in eodem vitio.

RESPONSIO.

QUi hujusmodi est, pro homine sui amante, dominandique cupido habeatur, ac correctionis modus pro pietatis solertia ei declaretur. Quod si in sua perseveret nequitia, manifestum est judicium, quod in eos, quos non pœnitet, pronuntiatur.

INTERROGATIO LXXIV.

Qui secedunt a fratrum conventu, voluntque solitariam vitam degere, aut cum paucis eumdem pietatis scopum sequi, an a cæteris sint separandi, ex scriptura edoceri postulamus.

RESPONSIO.

CUm Dominus sæpe dixerit: *Filius a seipso nihil facit:* item, *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris;* quin etiam E cum ita testetur Apostolus, *quod caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque volumus, illa faciamus,* quidquid eligitur propria voluntate, id alienum est a pietatis cultoribus. Verum de iis, qui hujusmodi sunt, in quæstionibus fuse explicatis uberius respondimus.

Joan. 5. 19.
Joan. 6. 38.
Gal. 5. 17.

INTERROGATIO LXXV.

An peccati cujusque, sive mente, sive verbo, sive actione patratum fuerit, Satanam auctorem dicere conveniat.

RESPONSIO.

IN universum arbitror Satanam per se ipsum cuiquam auctorem esse non posse ad peccandum: sed modo insitis unicuique a natura motionibus, modo etiam interdictis affectionibus utens, per has eos, qui non B vigilant, ad ea quæ vitiorum propria sunt conatur abducere. Naturalibus quidem motionibus usus est, velut in Domino facere tentavit, quando illum esurientem animadvertens, dixit: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Affectibus vero interdictis utitur; ut in Juda, quem cum avaritiæ morbo laborare intellexisset, hacce affectione usus, avarum illum nummis triginta argenteis ad proditionis scelus impulit. Quod autem etiam mala ex nobisipsis nascantur, manifeste Dominus ostendit: *De corde enim,* C inquit, *exeunt cogitationes malæ.* Id autem iis contingit, qui ex incuria naturalia bonorum semina inculta relinquunt: convenienter dicto illi Proverbiorum: *Velut ager, vir insipiens, & velut vinea, homo ratione egens. Si dimiseris eum, desertus fiet, & herbis luxuriabit totus, & fit derelictus.* Ea autem anima quæ ex hujusmodi negligentia manet inculta & derelicta, necessaria quadam consequutione producit spinas ac tribulos, experiturque quod dictum est: *Exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas.* De qua ani- D ma prius dictum fuerat: *Et plantavi vineam Sorec:* quod si interpreteris, sonat electam. Huic autem consimile quiddam potest quis invenire etiam apud Jeremiam ex persona Dei dicentem: *Ego plantavi vitem fructiferam, totam veram: quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena?*

Matth. 4. 3.
Matth. 15. 19.
Prov. 24. 30. juxta LXX.
Isa. 5. 4.
Ibid. v. 2.
Jerem. 2. 21.

INTERROGATIO LXXVI.

An oporteat mentiri, videlicet rei cujusdam utilis causa.

RESPONSIO.

HOc non permittit sententia Domini, qui præcise dixit mendacium ex diabolo esse, nullo assignato mendacii discrimine. Quin & Apostolus id testatur cum scripsit: *Et si certet aliquis, non coronatur nisi legitime certaverit.*

Joan. 8. 44.
2. Tim. 2. 5.

IN-

INTERROGATIO LXXVII.

Quid est dolus, & quid malignitas.

RESPONSIO.

MAlignitas quidem est, uti arbitror, ipsa prima & occulta morum malitia: dolus vero, est sedula ad struendas insidias opera, cum scilicet quis bono quodam simulato, eoque alicui instar illecebræ objecto, illius ope molitur insidias.

INTERROGATIO LXXVIII.

Inventores malorum qui sint.

RESPONSIO.

QUi præter ea quæ plerisque familiaria, ac nota sunt mala, quædam adhuc alia comminiscuntur, inveniuntque.

INTERROGATIO LXXIX.

Si quis assidue seipsum accusat, quod aspere tractet fratrem, quomodo corrigetur.

RESPONSIO.

REs quidem ista, quantum ex ea conjecto, venit vel ab animo eximium aliquid de se excogitante, aut a tristitia ex delictis eorum, qui recte agere deberent, ortum habente. Cum enim bono aliquo exspectato, contrarium quiddam & molestum accidit, tum id vehementius nescio quomodo animum percellit. Cura autem opus est majore, ut si quidem primum fuerit superbiæ vitium, id coerceamus: sin secundum, antequam ad indignationem veniatur, misericordiam exhortando atque commonefaciendo ostendamus. Quod si hæc medendi ratio inefficax apparuerit propter infidentis vitii pravitatem, tum demum indignationis vehementiam una cum commiseratione ad peccantis utilitatem emendationemque opportune ac jure adhibuerimus.

INTERROGATIO LXXX.

Unde fit, ut cogitationes bonæ sollicitudinesque Deo placitæ mentem veluti deficiant: & qua ratione fiet, ut id caveamus.

RESPONSIO.

Ps. 118. 28. CUm David dixerit: *Dormitavit anima mea præ tædio*, perspicuum est hujusmodi vitium ex animi sopore ac stupore exoriri. Siquidem animum vigilantem & sobrium sollicitudo Deo grata, & bona cogitatio nequaquam deficit: quin potius eis semetiplum deesse videt. Nam si corporis oculus neque satis est ad contemplanda etiam pauca quædam Dei opificia, neque si quid semel conspicatus sit, exsatiatur, sed etiamsi semper idem videat, tamen aspicere non A desinit, quanto magis animæ oculus, si vigilans sit & expergefactus, ad Dei mirabilia, & ad illius judicia speculanda nequaquam sufficit. *Judicia* enim, inquit, *tua abyssus multa*. Et alio in loco: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, non potero ad eam*. Et multa hujuscemodi. Quod si deficit animam cogitatio bona: profecto adhuc deficit ipsam illuminatio: non quod deficiat, quod illuminat, sed quod dormitet, quod illuminari debet. Psal. 35.7. Ps. 138. 6

B

INTERROGATIO LXXXI.

Si pii sunt æqualiter objurgandi atque quivis alii indifferentes, quando in eodem utrique peccato deprehenduntur.

RESPONSIO.

SI respexerimus ad animum peccantis, & ad modum peccati, cognoscemus etiam modum increpandi. Nam etiamsi idem peccatum esse videatur tum hominis indifferenter se gerentis, tum pii, tamen inter utrumque intercedit discrimen non mediocre. Pius C enim, cum pius sit, laboretque simul ac contendat ut placeat Deo, casu aliquo & fere quasi invitus aberravit & lapsus est: qui vero gerit se indifferenter, nullam neque suiipsius, neque Dei rationem habens, atque vel ipso nomine id indicante, nullum discrimen ponens peccatum inter & virtutem, præcipuis ac ingentibus malis ægrotat: videlicet quod aut Deum aspernetur, aut Deum esse non credat. Hæc enim duo in causa sunt, cur peccet anima, ut testatur Scriptura, cum nunc quidem ait: *Dixit injustus, ut delin-* Ps. 35. 1.
D *quat in semetipso: non est timor Dei ante oculos ejus*, nunc vero: *Dixit insipiens in corde* Ps. 13. 1.
suo, non est Deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis. Itaque aut contemnit, proptereaque peccat, aut inficiatur Deum ipsum esse, & eam ob causam in studiis corrumpirur; tametsi videtur confiteri. *Confitentur enim*, inquit, *se nosse Deum, factis autem negant*. Quæ cum ita se habeant, etiam objurgandi modum erga eos qui sunt ejusmodi diversum esse oportere puto. Pius enim quasi locali quodam præsidio indiget, E & in ipsa re in qua offendit, debet objurgationem sufferre: indifferens vero cum totum simul corruperit animæ bonum, ægrotetque ipsis generalioribus malis, aut tamquam contemptor, uti jam dixi, aut tamquam incredulus & lugeri, & admoneri, & objurgari debet; quoad ei persuaderi possit aut Deum esse justum judicem, & ita expavescat, aut in universum, Deum esse, sicque perterreatur. Atque etiam id scire operæpretium est, contingere sæpe piorum delicta, divina providentia ita dispensante ad eorum utilitatem. Deus enim labi eos aliquando Tit. 1. 16.

per-

permittit, ad sanandam priorem quamdam A animi elationem, quale est quod a Petro dictum fuit, & in eo ipso obtigit.

INTERROGATIO LXXXII.

1. Tim. 5. 2. *Quoniam scriptum est*, Anus ut matres: *si forte anus admiserit peccatum idem quod adolescentula, an obnoxia sit mulctæ eidem.*

RESPONSIO.

APostolus quidem anus honorari oportere docuit ut matres, non ut facientes quidquam reprehensione dignum. Quod B si contigerit aliquando ut anus peccatum idem atque adolescentula admiserit, primum quidem, ut ita dicam, consideranda sunt naturalia ætatis vitia, atque hoc pacto objurgationis modus ætati utrique conveniens est definiendus. Exempli causa, naturalis fere est senectæ pigritia, juventuti non item: quemadmodum mentis aberratio, perturbatioque & audacia, & quæcumque ejusdem generis sunt, juventuti, non autem senectuti insita sunt, & a naturali juventutis calore videntur adjuvari. Quamob- C rem peccatum idem, puta segnities, gravius reprehendendum est in adolescentula, ætate nihil illam excusante. Sic peccatum idem, mentis aberratio, aut audacia, aut perturbatio anum reddit majori animadversione dignam, ætate ipsa ad lenitatem tranquillitatemque ostendendam suppetias veniente. Adhæc & peccati modum abs re non fuerit in utraque persona expendere, sicque mulcta quadam convenienti idoneam medendi rationem adhibere.

INTERROGATIO LXXXIII.

Si quis multa recte faciens, in uno delinquat dumtaxat, quomodo ipsum tractabimus.

RESPONSIO.

VElut Petrum Dominus.

INTERROGATIO LXXXIV.

Si quis turbulentis ac tumultuosis moribus præditus, propterea correptus, dicat, alios E *bonos, alios malos a Deo fuisse factos, an recte loquatur.*

RESPONSIO.

HÆc opinio jampridem veluti hæretica damnata est: siquidem est blasphema, & impia, animamque ad peccatum 1. Tim. 5. 2. proclivem efficit. Quare aut corrigatur, aut pellatur e medio, ut ne illud contingat: Gal. 5. 9. *Modicum fermentum totam massam adulterat.*

INTERROGATIO LXXXV.

Numquid conveniat aliquid proprium habere in fratrum societate.

RESPONSIO.

HOc contrarium est testimonio, quod in Actis refertur de iis qui crediderant, in quibus scriptum est: *Nec quisquam* Act. 4. 32. *eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat.* Quare qui dicit suum aliquid esse, seipsum alienum facit ab Ecclesia Dei, & a charitate Domini, qui & verbo & facto docuit animam suam pro amicis ponendam esse, nedum opes externas.

INTERROGATIO LXXXVI.

Si quis dicat, neque accipio a fratribus, neque eis do, sed meis contentus sum, ecquid nobis erga talem observandum fuerit.

RESPONSIO.

HIc nisi pareat doctrinæ Domini, qui dixit: *Diligite invicem, sicut ego dilexi vos*, pareamus nos Apostolo, qui ait: Joan. 13. 34. *Auferte pravum ex vobis ipsis*, ne illud usu 1. Cor. 5. 2. & 6. veniat: *Modicum fermentum totam massam adulterat.*

INTERROGATIO LXXXVII.

Si liceat unicuique suum vetus indumentum, aut calceamentum dare cui velit, juxta mandatum.

RESPONSIO.

D DAre aut accipere etiam secundum mandatum, non est cujuslibet, sed ejus cui post factum periculum delatum est munus dispensandi. Proinde sive vetus, sive novum fuerit, hic habita ratione temporis cujusque, & dabit, & recipiet.

INTERROGATIO LXXXVIII.

Quid sit sollicitudo hujus vitæ.

RESPONSIO.

OMnis cura tametsi nihil eorum quæ prohibita sunt, videtur complecti, nisi tamen conferat ad pietatem, hujus vitæ sollicitudo est.

INTERROGATIO LXXXIX.

Quoniam scriptum est, Pretium redemtionis animæ viri, sunt suæ ipsius divitiæ; Prov. 13. 8. *quid nobis faciendum est, quibus id non suppetit?*

RESPONSIO.

SI quidem hoc nobis studio fuerit, nec tamen potuerimus, meminerimus responsi Domini ad Petrum, qui de hujusmodi re

Matth. 19. 27. & 29. re admodum sollicitus dixerat: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: Quid ergo erit nobis?* Sic autem ipsi respondet: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter me, & Evangelium, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* Si vero hoc prætermiserimus ex incuria, nunc studium ostendamus. Quod si jam neque tempus suppetit, neque facultas, consoletur nos Apostolus, qui dicit: *Non quæro vestra, sed vos.* 2. Cor. 12. 14.

INTERROGATIO XC.

Si licet nocturnum vestimentum habere, sive ex pilis confectum, sive aliud alterius generis.

RESPONSIO.

SUa sunt tempora usui ejus quod ex pilis conficitur vestimenti. Non enim hæc in usu sunt corporalis necessitatis causa, sed afflictationis, & humiliationis animæ. At cum prohibita sit duorum possessio, an possit usus ille adhiberi citra eam, quam ante dixi, causam, secum quisque reputet.

INTERROGATIO XCI.

Si frater cui nihil proprium suppetit, rogatus fuerit ab aliquo, ut det idipsum quod gestat, quid facere debet, maxime si nudus fuerit, qui petit.

RESPONSIO.

SIve nudus, sive pravus, sive etiam qui, ex necessitate, sive ex avaritia petat semel dictum est non esse cujuslibet dare, aut accipere: sed ejus, qui prius probatus, muneri hujusmodi fuit præpositus. Observetur autem illud: *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc maneat.* 1. Cor. 7. 20.

INTERROGATIO XCII.

Cum Dominus facultates jubeat vendere, qua ratione hoc faciendum est? utrum quoniam bona ipsa nocent natura sua, an propter animi aberrationem, quæ ex eis ipsi accedere solet?

RESPONSIO.

AD hoc primum quidem dici illud potest, quod bona singula, si ipsa per se essent mala, nequaquam fuissent a Deo creata; *Omnis enim*, inquit, *creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum:* deinde vero, quod mandatum Domini non docuit bona tamquam mala rejicienda esse & fugienda, sed dispensanda. Et condemnatur aliquis, non quod habuerit omnino, sed quod senserit de ipsis perverse, aut quod non bene eis usus sit. Animus siquidem horum amore li- 1. Tim. 4. 4.

A ber, sanusque, necnon & eorumdem juxta mandatum dispensatio nobis prodest ad plurima, eaque maxime necessaria, modo quidem ad emendanda nostra peccata, quapropter scriptum est: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis*, modo vero, ad possidendum cælorum regnum, & ad thesaurum qui numquam defecturus est comparandum, sicut in alio loco dictum est: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro cælesti dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* Luc. 11. 41. Luc. 12. 32.

B

INTERROGATIO XCIII.

Qui semel bona sua reliquit, & nihil proprium habere professus est, quo animo uti debet rebus ad vitam necessariis, veluti vestitu ac victu.

RESPONSIO.

ITa ut meminerit, uti scriptum est, Deum esse qui dat escam carni omni. Verumtamen cura opus est, ut tamquam Dei operarius cibo suo sit dignus, isque in ipsius potestate positus non sit, sed ab eo cui suis cura hæc concredita, & in tempore & in mensura sibi subministretur, sicut scriptum est: *Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.* Ps. 135. 25. Act. 4. 35.

C

INTERROGATIO XCIV.

Si quis relictis tributis ad fratres accedat, cognati autem ipsius pro ipso divexentur ab exactoribus, utrum detur inde hæsitandi locus, aut afferatur detrimentum, tum huic, tum iis, qui illum receperunt.

D

RESPONSIO.

DOminus noster Jesus Christus iis qui se percontabantur, liceretne censum Cæsari dare, an non, respondet: *Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inscriptionem?* Cum autem dixissent, *Cæsaris*, respondit, his verbis: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Cum igitur ex hoc perspicuum sit declarasse Dominum, eos subjectos esse mandatis Cæsaris, apud quos inveniantur quæ sunt Cæsaris, si is cum ad fratrum conventum accessit, tale aliquid ex iis quæ ad Cæsarem pertinebant, attulerit, tributa exsolvere debet. Quod si cum discessit, sua omnia propinquis suis reliquit, nullus est hæsitandi locus, neque ipsi, neque iis, qui eum receperunt. Luc. 20. 22. & 24.

E

A

INTERROGATIO XCV.

An expediat iis qui recens advenerunt, statim scripturarum sententias ediscere.

RESPONSIO.

ET hæc ipsa quæstio ex iis quæ superius jam dicta sunt, explanetur. Etenim quæ ad usum spectant, ea par est & necessarium ab unoquoque ex divina scriptura edisci, & ut perficiatur pietas, & ut humanis traditionibus non assuescat.

INTERROGATIO XCVI.

Numquid cuilibet volenti permittendum sit, ut discat litteras, aut lectioni vacet.

RESPONSIO.

Gal. 5. 17. CUm Apostolus dicat: *Ut non quæcumque vultis, illa faciatis*, quidquid in unaquaque re deligitur ex propria voluntate, id cuipiam permittere exitiosum est: quidquid vero præfectis comprobatur, tametsi repugnat voluntati, id amplecti operæ pretium est. Cæterum huic etiam competit incredu- C
Luc. 12. 40. litatis crimen, cum Dominus dixerit: *Estote parati; quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Compertum est enim istum vitæ diuturnitatem moramque sibi proponere.

INTERROGATIO XCVII.

Si quis dicit: Volo ad modicum tempus vestra opera proficere, isne admittendus est.

RESPONSIO.

Joan. 6. 37. CUm Dominus dixerit, *Eum qui venit* D *ad me non ejiciam foras*, Apostolus vero
Gal. 2. 4. ita loquutus fuerit, *Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent: quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos*, par quidem fuerit accessum ipsi concedere, tum quod eventus incertus est: si quidem sæpenumero utilitate per aliquod tempus percepta, jam lubens illud vitæ institutum omnino amplectetur, quod non raro factum est: E tum ut ipse servatam apud nos disciplinam, perspectam habeat, qui fortasse de nobis longe alia suspicabatur. Cæterum necesse est etiam coram ipso servari exactiorem disciplinam, ut & elucescat veritas, & cujusvis negligentiæ tollatur suspicio. Ita enim & nos Deo placebimus, & ille aut capiet utilitatem, aut redarguetur.

INTERROGATIO XCVIII.

Qualem animum habere debeat præfectus in iis quæ præcipit, vel constituit.

RESPONSIO.

ERga Deum quidem velut minister 1. Cor. 4. 1.
Christi, & dispensator mysteriorum Dei, timens ne quid præter voluntatem Dei in scripturis testatam aut dicat, aut instituat, & inveniatur falsus testis Dei, aut sacrilegus, quod aut introducat quidpiam a Do- B mini doctrina alienum, aut aliquid Deo gratum & acceptum prætermittat. Erga fratres vero, *Tamquam si nutrix foveat filios suos*, 1. Thess. 2. 7.
cupidus impertiendi unicuique ad placendum Deo, & ad utilitatem simul omnibus afferendam, non modo Dei Evangelium, sed suam etiam animam, juxta mandatum Domini & Dei nostri Jesu Christi, qui dixit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invi-* Joan. 13. 34.
cem, sicut ego dilexi vos. Majorem hac dile- Ibid. 15. 13.
ctionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

INTERROGATIO XCIX.

Quonam animo oporteat increpantem increpare.

RESPONSIO.

ERga Deum quidem, eo ipso quem habuit David, cum diceret: *Vidi in-* Psal. 118. 158.
sensatos, & tabescebam; quia eloquia tua non custodierunt. Erga eos vero, qui increpantur, habendus est hujusmodi animus, qualem induerit pater & medicus, commisera- D tioni & misericordiæ admixtum, curans scilicet filium suum perite, & maxime si adfuerit dolor, & curandi modus sine cruciatu adhiberi non possit.

INTERROGATIO C.

Quomodo eos qui forinsecus adveniunt ac mendicant, dimittemus? Item utrum unusquisque qui voluerit, debeat panem, aut aliud quidvis erogare, an potius conveniat manus hoc uni alicui delegari?

RESPONSIO.

CUm Dominus pronuntiarit non esse bo- Matth. 15. 26. & 27.
num sumere panem filiorum, & projicere canibus, & tamen illud etiam approbarit: *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*, cui munus dispensandi fuit assignatum, is examine præmisso illud impleat. Quisquis autem id facit præter hujus sententiam, increpetur veluti disciplinæ corruptor, donec suum locum servare didicerit, cum Apostolus dicat: *Unus-* 1. Cor. 7. 24.
quisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat.

IN-

A

INTERROGATIO CI.

An ille cui dispensatio eorum, quæ Domino dedicata sunt, concredita est, necesse habeat Luc. 6. 30. *exsequi illud:* Omni petenti te, tribue: Matth. 5. 42. & volentem a te mutuum accipere, ne averseris.

RESPONSIO.

ILlud: *Omni petenti te tribue*, &, *volentem a te mutuum accipere, ne averseris*, est loco quasi tentationis, quemadmodum eorum, quæ proxime sequuntur, series declarat. Atque præceptum illud datum est in improbos: quod non primaria ratione, sed casu quodam exigente, debet perfici. Siquidem primarium Domini præceptum, illud est: Luc. 18. 22. *Vende quæ habes, & da pauperibus.* Et rursus: Luc. 12. 33. *Vendite quæ possideris, & date eleemosynam.* Quod si non sine periculo ad alios transfertur quod aliis destinatum est, cum Dominus dicat: Matth. 15. 24. & 26. *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel*: item, *Non est bonum sumere panem filiorum, & objicere catellis*, quidni & a se quisque judicet quod justum est?

C

INTERROGATIO CII.

An quacumque de causa e fratrum conventu egredientem exhortando oporteat detinere, an non? & si oportet, quibus tandem conditionibus detinendus sit.

RESPONSIO.

Joan. 6. 37. CUm Dominus dixerit: *Eum qui venit ad me non ejiciam foras*, ac rursum, Matth. 9. 12. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*, & alio in loco: Ibid. 18. 12. *Quis ex vobis habens centum oves, si aberraverit una ex ipsis, non dimittit nonaginta novem, & profectus quærit errabundam, donec invenerit?* nihil non adhibendum est ad curandum infirmum, atque danda est sedula opera, ut luxatum membrum, ut ita dicam, in suum locum restituatur. Quod si in suo vitio qualecumque tandem sit, perseveraverit, tum perinde atque alienus dimittendus est. Scriptum est Matth. 15. 13. enim: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt.*

E

INTERROGATIO CIII.

Quod quidem senioribus parendum sit vel usque ad mortem, hoc jam didicimus: verum quoniam usu venit non numquam, ut & ipse senior labatur in aliquibus, an sit ipse redarguendus, & quomodo, & a quibus, edoceri postulamus. Si vero id non ferat, quid faciendum est?

RESPONSIO.

DE his enucleate dictum est in latiore responsione.

INTERROGATIO CIV.

Quomodo debent fratribus munera & officia committi? utrum a solo præfecto ita judicante, an etiam a fratribus suffragium ferentibus? itemque in sororibus similiter.

RESPONSIO.

SI unusquisque ea quæ sentit, aliis proponere edoctus est, quanto magis quæ sunt hujusmodi, ea fieri debent, adhibito eorum, qui ad hoc apti sunt, judicio? Quare Dei negotium secundum Deum concredendum est iis qui se jam ostenderint credito munere fungi posse modo Domino grato. Et in summa, necessarium fuerit præfectum in omni negotio sacræ scripturæ meminisse, quæ sic habet: *Fac omnia cum consilio.* Eccli. 32. 24.

B

INTERROGATIO CV.

Numquid ii qui accedunt ad fratres debeant statim artes ediscere.

RESPONSIO.

PRæpositi judicabunt.

INTERROGATIO CVI.

Cujusmodi mulctis in fratrum societate uti oporteat ad peccatores convertendos.

RESPONSIO.

TEmpus & modus præpositorum judicio decernatur, spectatis tum vigore ac D ætate corporis, tum habitu animi, tum discrimine peccati.

INTERROGATIO CVII.

Si quis dicat cupere se cum fratribus vivere, sed tamen propter obsequium quod fuit secundum carnem propinquis præstandum est, aut etiam propter tributa sæpe impediatur quominus omnino amplectatur hujusmodi vitam, an accessus ad fratres ei permitti debeat.

RESPONSIO.

CUpido quidem æqui bonique non exscinditur sine periculo: neque tamen ei, qui semel ingressus sit, tempus & facultatem res externas & a vita secundum Deum instituta alienas tractandi dare tutum est. Quod si ingressus quis seipsum rebus internis dedat, nec quidquam secum afferat eorum quæ externa sunt, is meliorem de se spem ostendit.

INTERROGATIO CVIII.

A

An conveniat præfectum præfecta absente, cum sorore aliqua loqui de iis quæ ad fidei ædificationem pertinent.

RESPONSIO.

IN his non servatur præceptum Apostoli, qui dixit: *Omnia honeste, & secundum ordinem fiant.* 1. Cor. 14. 40.

INTERROGATIO CIX.

An conveniat præfectum cum præfecta frequenter colloqui: & maxime si id aliquos fratres offendat.

RESPONSIO.

CUm Apostolus dixerit. *Ut quid enim libertas mea judicatur ab alia conscientia?* 1. Cor. 10. 29. non abs re fuerit imitari ipsum, dicentem: *Non usi sumus hac potestate, ne quod offendiculum demus evangelio Christi;* 1. Cor. 9. 12. & quoad fieri potest, rariora brevioraque colloquia facere operæpretium est.

INTERROGATIO CX.

An sorore seniori confitente, adesse oporteat etiam ipsam seniorem.

RESPONSIO.

HOnestius cautiusque coram ipsa seniore fiet confessio seniori, qui scite ac prudenter pœnitentiæ atque correctionis modum possit suggerere.

INTERROGATIO CXI.

Cum senior ipse jussit aliquid a sororibus fieri, nesciente ipsa seniore, an senior illa jure ac merito indignetur.

D

RESPONSIO.

JUre optimo.

INTERROGATIO CXII.

Si quis accedit ad vitam quæ secundum Deum est, convenitne talem recipi a præfecto citra fratrum notitiam: an potius hoc cum illis quoque prius communicari oporteat.

RESPONSIO.

DOminus docet ob pœnitentem amicos ac vicinos convocari. Quare multo magis necessarium est, ut is qui accedit, scientibus cunctis fratribus suscipiatur, ut simul inter se & gaudeant, & precentur.

INTERROGATIO CXIII.

An possit is cui animarum cura concredita est, observare illud: Nisi conversi fueritis, & facti fueritis sicut parvuli: Matth. 18. 3. *quandoquidem res illi est cum multis personis & diversis.*

RESPONSIO.

CUm sapientissimus Salomon dixerit: *Tempus est omni rei,* Eccl. 3. 1. scire debemus & humilitati, & potestati exercendæ, & reprehensioni, & exhortationi, & misericordiæ, & libertati loquendi, & benignitati, & severitati, &, ut uno verbo dicam, rei cuique suum tempus esse. Quare sunt aliquando edenda humilitatis specimina, puerorumque imitanda est humilitas: & maxime tum cum tempus est mutui honoris & officiorum præstandorum, operæque & curæ circa corpus adhibendæ, quemadmodum Dominus docuit: aliquando vero potestate 2. Cor. 13. 10. a Domino ad ædificationem, non autem ad destructionem tradita utendum est, cum videlicet necessitas postulat loquendi libertatem. Et ut exhortationis tempore exhibenda est benignitas: ita tempore severitatem exigente, æmulatio est ostendenda, atque in reliquis rebus singulis, eodem modo.

B ... C

INTERROGATIO CXIV.

Cum Dominus præcipiat: Si quis te adegerit ad milliarium unum, vade cum illo duo; Matth. 5. 41. *itemque Apostolus doceat, ut subjecti simus alter alteri in timore Christi, num cuivis* Ephes. 5. 21. *& quodvis imperanti obediendum sit.*

RESPONSIO.

IMperantium differentia obedientiæ eorum, quibus imperatur, nihil officere debet; neque enim Moses Jothor rectum sibi consilium dantem aspernatus est. Cum Exod. 18. 19. autem eorum quæ jubentur, exiguum non sit discrimen (alia siquidem adversantur mandato Domini aut corrumpunt illud, aut re, quæ prohibita sit, admixta, ipsum multis modis coinquinant: alia conveniunt cum mandato: alia etiamsi aperte cum eo non conveniant, adjuvant tamen, ac veluti adminicula quædam mandati sunt), E necesse est meminisse Apostoli, qui dicit: *Prophetias nolite spernere. Omnia autem probantes, quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos.* 1. Thess. 5. 20. Ac rursus, *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* 2. Cor. 10. 4. Quare si quid quod omnino cohæreat cum mandato Domini, aut ei conducat nobis præcipitur, id tamquam Dei voluntatem studiose diligentiusque suscipere debemus, exsequentes quod dictum est: *Obedientes* Ephes. 4. 2.

res alter alteri in charitate Christi. Cum vero A aliquid quod contrarium sit mandato Domini, aut id corrumpat, aut inquinet, nobis ab aliquo præceptum fuerit, tunc opportu-
Act. 5. 29. ne dicemus: *Obedire oportet Deo magis quam*
Joan. 10. 5. *hominibus*: memores Domini, qui ait: *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo: quia non noverunt vocem alienorum*, & Apostoli etiam qui securitatis nostræ gratia ausus est vel ipsos Angelos perstringere his verbis: *Etiamsi nos ipsi, aut Angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*. Ex quibus il- B lud docemur, quod licet necessitudine maxima nos attingat, & gloria præter modum excellat, qui vetat, quod a Domino imperatum est, aut contra quod ille vetuerit, faciendum suadeat, is cuivis Dominum diligenti fugiendus est, aut etiam exsecrationi habendus.

INTERROGATIO CXV.

Quomodo alter alteri obedire debeat.

RESPONSIO.

C

Marc. 10. 44. VEluti Dominis servi, prout a Domino præceptum est: *Qui vult inter vos esse magnus, sit omnium ultimus, & omnium servus*. Quibus hæc efficaciora & ad persuaden-
ibidem v. 45. dum aptiora adjungit: *Quemadmodum filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret*: item, prout ab Apostolo
Gal. 5. 13. dictum est: *Per charitatem Spiritus servite invicem*.

INTERROGATIO CXVI.

Ad quosnam terminos sese debet extendere obe- D *dientia, ut servetur mensura, qua Deo placere possimus.*

RESPONSIO.

HOc Apostolus docuit, proposita nobis
Philip. 2. 8. obedientia Domini, qui *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*.
Ibid. v. 5. Quin & dixerat antea: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu*.

INTERROGATIO CXVII.

Qui non assentitur iis quæ sibi quotidie injun- E *guntur, ut propositum quoddam mandatum conficiat, cupit vero artem ediscere, quali morbo laboret, & numquid debeat tolerari.*

RESPONSIO.

QUi est hujusmodi, is & contumax, & sibimetipsi placens, & incredulus est: quandoquidem non timuit judicium
Luc. 12. 40. Domini, qui dixit: *Estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet*. Si quis enim diebus singulis & quavis hora Dominum exspectet, is sollicito animo est, ne diem hodiernum otiosus prætereat, nihilque amplius curat. Quod si jussus fuerit arteoi ediscere, ex obedientia id lucrum referat, ot placeat Deo, nou autem condemnetur ob procrastinationem.

INTERROGATIO CXVIII.

Qui strenuus est in mandato conficiendo, sed facit quod sibi non præcipitur, sed quod ipse vult, qualem mercedem habet.

RESPONSIO.

ILlius, qui sibi placet. Cum autem Apostolus dicat: *Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem*, Rom. 15. 2.
magisque nos invitet his quæ subjungit verbis: *Nam & ipse Christus non sibi placuit*: imminens sibi periculum nosse debet, qui placet sibimetipsi. Quinetiam ille idem contumax esse & intractabilis convincitur. Ibid. v. 3.

INTERROGATIO CXIX.

An liceat unicuique assignatum sibi opus recusare, & aliud petere.

RESPONSIO.

CUm obedientia, sicut jam dictum est, limites suos ad mortem usque extendat, delatum munus qui recusat, & requirit aliud, primum violat obedientiam, & aperte declarat se minime abnegasse semetipsum: deinde etiam aliorum plurium malorum tum sibi, tum cæteris auctor existit. Aperit enim plerisque januam contradictionis, ac seipsum ad hanc assuefacit. Et quoniam non potest unusquisque judicare quid conducat sibi, non raro opus sibi noxium deligit. Adhæc pravas fratribus suspiciones movet, tamquam si operi quod requirit, esset magis addictus, quam iis, quibuscum operari necesse est. Quare uno verbo, imperium detrectare, multorum ac ingentium malorum radix est. Quod si inesse sibi rationem aliquam operis recusandi putet, declaret illam præfectis, idque ipsis expendendum relinquat.

INTERROGATIO CXX.

An conveniat aliquo abire, moderatore non prius commonefacto.

RESPONSIO.

CUm Dominus dicat: *Neque enim a meipso veni, sed ille me misit*, quanto magis unusquisque nostrum non debet sibiipsi illud permittere? Enimvero id qui sibi indulget, clare ostendit laborare se morbo superbiæ, seque esse obnoxium judicio Domini, Joan. 7. 28.
qui dixit: *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum*. Et in summa, quidquam sibi permittere, id vitio datur. Luc. 16. 15.

IN-

INTERROGATIO CXXI.

An liceat graviora opera recusare.

RESPONSIO.

Qui vere & sincere Deum diligit, & constanter ac certo exspectat retribuendam a Domino mercedem, nequaquam præsentibus contentus est, sed semper aliquam requirit accessionem, & quiddam amplius exoptat. Et tametsi supra vires quidpiam efficere videtur; non tamen est securus, tamquam qui mensuram impleverit: quin B potius sollicitudinem assiduam patitur, velut qui longe absit a debita perfectione, audiens
Luc. 17. 10. Dominum ita præcipientem: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt, tum dicite: Servi inutiles sumus: quod debebamus facere, fecimus.* Item cum audit Apostolum, cui mundus crucifixus erat, & ipse mundo, qui hæc
Galat. 6. 14. dicere veritus non est: *Ego me nondum arbi-*
Philip. 3. 13. *tror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in* C *Christo Jesu.* Qui cum sibi utpote evangelium annuntianti, ex evangelio vivere lice-
1. Cor. 9. 14. ret, ait: *In labore & fatigatione, nocte & die*
2 Thess. 3. 8. & 9. *operantes, non quod non habeamus potestatem, sed ut nos ipsos formam demus vobis ad imitandum nos.* Quis igitur adeo stupidus est & incredulus, ut in iis quæ fecerit, umquam acquiescat, aut aliquid velut gravius aut laboriosius detrectet?

INTERROGATIO CXXII.

Cui hæc mulcta irrogata fuit, nimirum ut non D *accipiat benedictionem, si it dicat: Nisi accepero benedictionem, non edo, numquid ferendus sit.*

RESPONSIO.

Certe an peccatum tanta mulcta dignum sit, ut quis arceatur a sumendo cibo, prorsus judicabit, qoi pœnam hanc irrogavit. Quod si quispiam habitus fuerit benedictione sola indignus, & edendi facultate ei data, edere tamen recuset, is tamquam contumax in hoc & pervicax judicetur. At- E que etiam noverit semetipsum, intelligatque se sibi, dum hoc facere cupit, non mederi, sed peccatum peccato adjungere.

INTERROGATIO CXXIII.

Si quis ægre ferat non permitti sibi, ut faciat quæ apte facere non potest: isne tolerandus est.

RESPONSIO.

De hac re dictum est plerisque in locis, quod in universum propria voluntate uti, aut pro arbitrio agere, alienum sit a recta ratione: itemque, quod plurium judicio non parere, est contumaciæ, & contentionis periculum adire.

INTERROGATIO CXXIV.

Si quando forte inciderit quispiam in hæreticos, aut in gentiles, an is debeat aut cum ipsis cibum capere, aut ipsos salutare.

RESPONSIO.

Salutationem quidem, si videlicet communis illa sit & vulgaris, nullo modo vetuit Dominus, cum dixerit: *Si salutaveritis* Matth. 5. 47.
amicos vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici sic faciunt? Quod vero ad cibum una capiendum attinet, habemus præceptum Apostoli, quo docemur, in quibus hoc vitari debeat, ita loquentis: *Scripsi vo-* 1. Cor. 5. 9.
bis in epistola, ne commisceremini cum fornicariis, ac non omnino cum fornicariis hujus mundi, aut cum avaris, aut cum rapacibus, aut idolorum cultoribus: alioquin deberetis utique de hoc mundo exiisse. Nunc autem scripsi vobis, ut ne commisceamini. Si aliquis qui frater nominatur, est aut fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi ne cibum quidem capiatis.

INTERROGATIO CXXV.

Cui munus aliquod creditum est, & nemine admonito facit aliquid præter id quod ei injunctum fuit, aut ultra quam ipsi præscriptum est: isne debet id munus retinere.

RESPONSIO.

Aliquid sibimetipsi assumere, in universum displicet Deo: neque id convenit, neque expedit iis quibus vinculum conservandæ pacis in studio est. Quod si perseveraverit in sua protervia, præstat id officii ab ipso auferri. Non enim servat præceptum ejus qui dixit: *Unusquisque in quo vo-* 1. Cor. 7. 24.
catus est, fratres, in hoc permaneat. Et quod ad commovendum magis valet, addit: *Non* Rom. 12. 3.
plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

INTERROGATIO CXXVI.

Qua ratione quis non vincatur a voluptate eduliorum.

RESPONSIO.

Nempe si utilitatis rationem semper habere apud se statuerit ducem ac magistram eorum, quæ pro usu assumuntur, sive suavia fuerint, sive insuavia.

INTERROGATIO CXXVII.

Dicunt quidam fieri non posse, quin homo irascatur.

RESPONSIO.

NOn continuo fieri potest ut miles irascatur in oculis regis, rationi consentaneum est quod dicitur. Etenim si hominis, qui secundum naturam æqualis est, aspectus, id vitium coerceat propter dignitatis præstantiam, quanto magis idem vitabitur si cui sit persuasum, se motuum suo- B rum Deum inspectorem habere? Deus enim qui scrutatur corda & renes, multo magis videt animi motus, quam homo quæ oculis subjiciuntur.

INTERROGATIO CXXVIII.

Cum quis vult abstinentia supra vires uti, ita ut etiam in mandato quod sibi proponitur conficiendo impediatur, id ne ipsi permittendum est.

RESPONSIO.

QUæstio hæc non mihi rite proposita videtur. Abstinentia enim non sita est in ciborum nihil ad rem pertinentium amotione, ex qua consequitur ea, quæ ab Apostolo redarguitur, immoderata corporis afflictatio, sed in perfecto a propriis voluntatibus secessu. Quam autem periculosum sit a mandato Domini excidere ob propriam voluntatem, ex Apostoli verbis liquet, ubi ait: *Facientes voluntates carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ.*

Col. 2. 23. Ephes. 2. 3.

INTERROGATIO CXXIX.

Qui multum jejunat, ob idque in capiendo cibo communem escam sufferre non potest, utrum potius eligere debet, jejunare ne cum fratribus, & una cum ipsis edere, an immodici jejunii causa, in cibo sumendo aliis eduliis opus habere.

RESPONSIO.

JEjunii tempus non est arbitrium cujusque; sed est, cum ea, quæ ad Dei cultum pertinent, id requirunt: quemadmo- E dum & Acta Apostolorum narrant, & ab electo Davide discimus. Si quis igitur jejunat hunc in modum, utique consequitur etiam jejunandi facultatem. *Fidelis est enim qui repromisit.*

Ps. 34. 13. Act. 13. 2. & 3. item c. 14. 22. Hebr. 10. 23.

A

INTERROGATIO CXXX.

Quomodo jejunandum est: cum opus fuerit jejunio propter aliquid eorum quæ ad pietatem excolendam requiruntur: utrum tamquam coacte, an cum animi promtitudine.

RESPONSIO.

CUm Dominus dicat: *Beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam*, quidquid ad pietatem conducit, id nisi libenter ac studiose fiat, periculosum est. Quare qui jejunat quidem, sed id animo alacri non facit, vocatur in periculum. Cæterum in tempore necessitatis ejusmodi necesse est jejunare, quandoquidem Apostolus inter sua alia recte facta, illud etiam ad docendos nos enumerat, *In jejuniis sæpe.*

Matth. 5. 6. 2. Cor. 11. 27.

INTERROGATIO CXXXI.

Qui non capit cibos, quos fratres edunt, sed alios requirit, numquid recte faciat.

RESPONSIO.

C IN universum cibos requirere contrarium est mandato, cum Dominus dixerit: *Nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis: & nolite in sublime tolli:* cumque, quod ad perterrendum magis valet, statim addiderit: *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Est autem ejus, penes quem distribuendi munus est, diligenter exsequi illud: *Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.*

Luc. 12. 29. Act. 4. 35.

INTERROGATIO CXXXII.

D *Qui dicit: id mihi nocet, & ægre fert, nisi aliud sibi datum fuerit, quid hoc est.*

RESPONSIO.

APparet, huic persuasum non esse desepe Lazari, neque ipsum charitatem illius cui omnium, & suipsius cura concredita est, perspectam habere. In universum autem non debet quivis de re aut noxia aut expedienti judicium sibi permittere: sed id deferendum est ei, cujus munus est de cujusque utilitate judicare: qui præcipue inquirat animæ emolumentum, sicque secundo loco ea quæ ad corporis necessitatem pertinent, subministret, juxta Dei voluntatem.

INTERROGATIO CXXXIII.

Si vero ob cibum etiam murmuraverit.

RESPONSIO.

EOrum qui in deserto murmuravere, judicio obnoxius est. Ait enim Apostolus: *Neque murmuretis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.*

Num. 11. 1. 1. Cor. 10. 10.

A

INTERROGATIO CXXXIV.

Si iratus quispiam aliquid eorum quæ necessaria sunt, accipere recuset.

RESPONSIO.

QUi ejusmodi est, etiamsi poscat, dignus est qui non impetret, quoad vitium illud, imo potius vitia illa sanata esse præpositus judicaverit.

INTERROGATIO CXXXV.

An conveniat quempiam labore defatigatum, B *quidquam consuetis amplius exposcere.*

RESPONSIO.

SI laborem suscipit ob retribuendam a Deo mercedem, hinc laboris sui quærere non debet levamentum, sed semetipsum ad Domini præmium apparare, haud ignorans se ut pro labore remunerationem, ita quoque pro angustia consolationem a Domino consequuturum. Ille autem cujus ea provincia est, ut impleat illud: *Dividebatur singulis prout cuique opus erat;* debet necessario laborantem quemque cognoscere, & ut par est, curare. C

Act. 4. 35.

INTERROGATIO CXXXVI.

An necesse sit omnes ad horam prandii convenire: & qui abfueris, veneritque post prandium, quomodo nobis cum eo agendum sit.

RESPONSIO.

SI abfuerit quidem ob loci aut operis necessitatem, tamquam qui fervet præceptum illius, qui dixit: *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat;* examine præmisso ignoscet communis disciplinæ inspector: sin cum simul occurrere potuisset, non festinavit, culpa hujusce negligentiæ cognita, usque ad constitutam horam sequentis diei maneat jejunus. D

1. Cor. 7. 24.

INTERROGATIO CXXXVII.

Numquid rectum sit hoc, ut aliquis, exempli causa, in animo statuat se ad aliquid certum tempus ab aliquo cibo aut potu abstinere. E

RESPONSIO.

CUm Dominus dixerit: *Non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me,* omne judicium voluntatis propriæ periculo non vacat. Cujus rei gnarus David, ajebat: *Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ,* non voluntates meas.

Joan. 6. 38.

Psal. 118. 106.

INTERROGATIO CXXXVIII.

An in fratrum conventu cuipiam permitti debeat, ut plusquam cæteri jejunet, aut vigilet, ex propria voluntate.

RESPONSIO.

CUm Dominus dixerit: *Descendi de cælo; non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris,* quidquid quis fecerit ex propria voluntate, id cum facientis sit proprium, alienum est a pietate: & metuendum est, ne quando de eo quod facere videtur, a Deo audiat: *Ad te conversio illius, & tu dominaberis illius.* Quin & in ipsis etiam bonis aliquid amplius præ cæteris velle, contentionis vitium est, a vana gloria proficiscens: quod vetitum esse ostendens Apostolus, ait: *Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant.* Quare relictis propriis voluntatibus, eoque, ut videri velimus aliquid excellentius facere, quam reliqui, parere debemus Apostolo admonenti, ac dicenti: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Contendere enim, & efferri inani gloria, ac sibi placere res sunt omnino alienæ ab iis qui bonum certamen legitime decertant. Quapropter ait modo quidem, *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi:* modo vero, *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei:* Item in alio loco, *Debemus nos non nobismetipsis placere:* quibus hæc ad commovendum efficaciora adjungit: *Etenim Christus non sibi placuit.* Quod si quispiam existimat opus sibi esse asperitate majore, sive in jejuniis, sive in vigiliis, sive in quacumque alia re, patefaciat rei communi præfectis hanc ipsam rationem, ob quam asperitate majori indigere se arbitratur: quod autem ipsis probatum fuerit, observet. Sæpe enim alio potius modo necessitati ipsius consulere oportebit.

Joan. 6. 38.

Gen. 3. 16.

2. Cor. 10. 12.

1. Cor. 10. 31.

Gal. 5. 26. 1. Cor. 11. 16.

Rom. 15. 1.

Ibidem v. 3.

INTERROGATIO CXXXIX.

Aucto jejunio, evadimus ad laborem debiliores: Quid igitur magis facto opus est? rescindere laborem propter jejunium, an negligere jejunium propter laborem?

RESPONSIO.

OPeræpretium est & jejunare, & edere juxta accommodatam pietati rationem; ut cum conficiendum fuerit Dei mandatum per jejunium, jejunemus, ac vice versa, cum Dei mandatum cibum corpus corroborantem exigit, comedamus, non tamquam helluones, sed ut operarii Dei. Servandum est enim quod dictum est ab Apo-

1. Cor. 10. 31. Apostolo: *Sive manducatis, sive bibitis, sive* A *quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

INTERROGATIO CXL.

Si quis temperans non fuerit in noxiis cibis capiendis: imo vero iis abunde sumtis incidat in morbum, numquid ejus cura suscipienda sit.

RESPONSIO.

INtemperantia manifestam præfert nequitiam. Atque in primis de hoc vitio sollicitum esse necesse est, ut remedium B ei afferatur. Etenim benignus Deus, quantum malum incontinentia sit, ostendere cum vellet, animam sæpe in iis etiam quæ corpori nocent, in vitium intemperantiæ labi permisit, si forte posset per corporalem morbum, quem intemperantiæ causa perferebat, suum ipsius detrimentum nosse, & adduci ad servandam in omnibus temperantiam. Cæterum curam corporis erga eos qui ob intemperantiam male afficiuntur, gerere quidem cito, rationi & benignitati convenit, non tamen sine ullo examine, C sed sollicite, ne forte corpore curando animam relinquamus incuratam. Quamobrem si quis quempiam ita affectum conspexerit, ut per corporis curationem probe eruditus sit, animamque vitiis propriis irretitam curet, adhibenda est ipsi corporalis cura. Quod si in curando corpore, contemnere animam deprehendatur, præstabilius est, qui ejusmodi est, eum in doloribus iis, quos ob suam intemperantiam suffert, derelinqui, si forte temporis progressu ad suiipsius & æterni supplicii notitiam perveniens, pos- D sit animæ sanitati providere. *Dum enim judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* 1. Cor. 11. 32.

INTERROGATIO CXLI.

An conveniat peregrinos reperiri in officinis, aut etiam aliquos ex contubernalibus, loco suo relicto.

RESPONSIO.

EO excepto, qui operariis invisendis, & dispensandis operibus præfectus fuit, E quisquis hoc facere inventus fuerit, veluti qui rectum ordinem harmoniæ membrorum dissolverit, licito etiam egressu prohibeatur: in loco autem, qui castigationi idoneus judicatus fuerit, sedens, attente & solito laboriosius pensum reddat, quoad servare didicerit quod dictum est ab Apostolo: *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc permaneat.* 1. Cor. 7. 24.

INTERROGATIO CXLII.

An debeant artifices opus ab aliquo accipere citra sententiam illius, cui demandata est hujusce rerum cura.

RESPONSIO.

JUdicio furis, aut cujusvis cum fure currentis obnoxius esto uterque, tum qui dat, tum qui accipit.

INTERROGATIO CXLIII.

Quomodo operarii commissa sibi instrumenta debeant accurare.

RESPONSIO.

PRimum tamquam dicata Deo & consecrata: deinde tamquam qui sine ipsis studium impigrum quod debetur, ostendere non queant.

INTERROGATIO CXLIV.

Si quis ex negligentia aliquod perdiderit, aut eo præ contemptu abusus fuerit.

RESPONSIO.

QUi abusus fuerit, veluti sacrilegus: qui vero perdiderit, tamquam sacrilegii auctor judicetur, cum sint Domino dedicata omnia, & Deo consecrata.

INTERROGATIO CXLV.

Quod si suo jure commodaverit alicui, aut ab eo acceperit.

RESPONSIO.

VElut temerarius & contumax judicetur. Hæc enim ejus qui his curandis præpositus est, ipsaque distribuit, propria sunt.

INTERROGATIO CXLVI.

Quod si etiam urgente necessitate præpositus ipse ab eo petierit instrumentum, ille vero negaverit.

RESPONSIO.

QUi semetipsum suaque membra in Christi charitate tradidit usui aliorum; qua ratione de supellectile poterit cum præposito litigare, ad quem etiam pertinet supellectilis cura?

INTERROGATIO CXLVII.

Cum quis obeundo cellarii aut culinæ munere detinetur, vel quovis alio hujusmodi, si non interfuerit constituto psalmodiæ & precationis tempore, nullum ne patitur animæ detrimentum.

RESPONSIO.

UNusquisque in officio suo, velut membrum in corpore regulam propriam ser-

servat. Et munus quidem commissum si negligat, infert sibi detrimentum: sed si communi utilitati insidias struat, majorem in modum periclitatur. Quare juxta ipsum verborum Ephes. 5. 19. sensum impleat quod scriptum est: *Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino*. Quod si corpore non possit cum cæteris accurrere, non sit sollicitus, perficiens quod 1. Cor 7. 24. dictum est: *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc maneat*. Cavendum autem est, ne quis forte cum rem injunctam valeat conficere opportuno & convenienti tempore, ita ut aliis etiam exemplum detur, nihilominus B tamen ad reliquorum offendiculum muneris sui prætexat occupationem, atque adeo in negligentium judicium incidat.

INTERROGATIO CXLVIII.

Qualem potestatis modum inter dispensandum obtineat is, cui cellarii cura concredita est.

RESPONSIO.

ERga eum quidem a quo huic præfectus est post prævium examen, memor fuerit Domini ipsius, qui dixit: *Non possum* C Joan. 5. 30. *ego a meipso facere quidquam*: erga eos vero, quorum curam suscipit, respiciat uniuscujusque necessitatem. Nam scriptum est: *Di-* Act. 4. 35. *videbatur singulis, prout cuique opus erat*. Eadem autem ratio ab omnibus teneatur, quibus dantur ejusmodi negotia.

INTERROGATIO CXLIX.

Cuinam judicio obnoxius erit œconomus, si quid fecerit habita personarum ratione, aut per contentionem.

RESPONSIO.

CUm Apostolus nunc quidem præcipiat 1. Tim. 5. 21. nihil agendum esse ex animi inclinatione, nunc vero pronuntiet illud: *Si quis* 1. Cor. 11. 16. *videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei*; qui fuerit hujusmodi, is quoad se emendaverit, declaretur a Dei ecclesia alienus. Expendendum est autem circumspectus, ad quid quisque idoneus sit, sicque committendum munus quodlibet, ut ii qui cuipiam committunt quod ei non convenit, nequaquam veluti E mali & animarum & mandatorum Domini dispensatores condemnentur, nec ii quoque quibus munus committitur, excusandi peccati rationem hinc invenire videantur.

INTERROGATIO CL.

Si ex negligentia non dederit fratri necessaria.

RESPONSIO.

HOc judicium manifestum est ex verbis Matth. 25. 41. Domini, qui dixit: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum, &c.* Item ex his dictis: *Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter*. Jerem. 48. 10. juxta LXX.

INTERROGATIO CLI.

An ministranti liceat voce altiore loqui.

RESPONSIO.

VOcis modum præfinit audientium necessitas. Quare ea si sit submissior, tamquam languidior ad susurrum prope accedit, atque redarguenda est. Sin autem altior sit citra necessitatem, cum scilicet is qui audit, etiam submissius loquentem posset audire, tunc is qui damnatus est clamor efficitur, nisi Ephes. 4. 31. audientis languor eo necessitatis nos adducat, ut clamore utamur, sicque eum veluti ex somno excitemus. Hoc enim & Dominus fecisse memoratur, velut ait Evangelista: *Jesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in* Joan. 12. 44. *me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.*

INTERROGATIO CLII.

Si quis vice sua dum culinæ dat operam, supra vires laboret: adeo ut per dies aliquot a solito opere impediatur, numquid conveniat imponi huic ejusmodi munus.

RESPONSIO.

DIctum est oportere, ut cui operum dispensatio delegata est, is prius habilitatis & virium laborantis habita ratione, mandata sua dirigat, ut ne audiat illud: *Qui* Psal. 93. 20. *fingis laborem in præceptum*. Verumtamen D refragari non debet, cui datum est mandatum: quandoquidem obedientia ad mortem usque limites suos extendit.

INTERROGATIO CLIII.

Quomodo ea cui lanæ fuerunt concreditæ, has debeat servare, & quomodo debeat iis quæ operantur, attendere.

RESPONSIO.

SErvet lanas, tamquam quæ fuerit custodiendo Dei deposito præfecta. Unicuique autem sorori citra ullam contentionem, ullamque personarum rationem opus proprium assignabit, atque distribuet.

INTERROGATIO CLIV.

Si forte quando pauci sunt fratres, & inserviunt pluribus sororibus, eo necessitatis deveniant, ut a se invicem separentur, ut pote ad agenda opera divisi, idne periculo vacat?

RESPONSIO.

SI cura hæc a Domini mandato accipit testimonium, & secundum Deum impen-

penditur, quilibet operantium in suo opere placet Deo. Ipsorum autem conjunctio inter se, in eo posita est, si omnes unanimes sint sentientes idem, implentes quod ab Apostolo dictum est: *Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum.* Coloss. 2. 5.

INTERROGATIO CLV.

Quandoquidem nos qui in hospitio infirmis inservimus, edocemur ita operam præbere, quasi Domini fratribus serviamus: si talis non fuerit cui ministratur, quomodo illum debemus curare?

RESPONSIO.

Matth. 12. 50. CUm Dominus dixerit: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, hic meus frater, & soror & mater est*, si quis ejusmodi non fuerit, sed peccator esse deprehendatur, sitque dignus sententia illa: Joan. 8. 34. *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati*; primum quidem cohortatione atque admonitione præfecti indiget. Sed si perseveraverit in iisdem vitiis, perspicuum est adversum ipsum judicium ejusdem Domini, qui ita Ibid. v. 35. subjungit, *Servus autem non manet in domo*, 1. Cor. 5. 13. itemque Apostoli, ita præcipientis: *Auferte malum ex vobis ipsis.* Sic enim nullus ministrantibus inerit hæsitandi locus, omnesque quibuscum degebat, tuti erunt & securi.

INTERROGATIO CLVI.

Numquid is cui cellarii, aut alterius rei ejusmodi cura tradita est, debeat semper illius curam habere, aut permutari.

RESPONSIO.

SI recti ordinis scientiam & regulæ integritatem servat, supervacaneum hunc permutari, vel potius grave est & difficile. Habeat autem necesse est asseclam aliquem, qui paulatim ad id instituatur muneris, ut ne necessitate successorem postulante, si hic deesset, perturbemur: imo etiam, ne sæpe aliquem ineptum huic operi præficere cogamur: unde fit necessario, ut corrumpatur integritas ob ejus imperitiam, rectaque disciplina dissolvatur.

INTERROGATIO CLVII.

Quo affectu debeat quis servire Deo: & in universum, quid sit hic affectus.

RESPONSIO.

BOnum affectum puto esse vehemens desiderium placendi Deo: quod sit & insatiabile, & firmum, & immutabile. Comparatur autem hic solerti & assidua contemplatione majestatis gloriæ Dei, itemque cogitationibus ex grato animo proficiscentibus, ac continua recordatione concessorum nobis a Deo bonorum. Ex quibus animæ innascitur illud: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua*, exemplo illius qui dixit: Marc. 12. 30. *Quemadmodum desideras cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Psal. 41. 1. Serviendum itaque Deo est hoc affectu, ita ut impleatur quod ab Apostolo dictum est: *Quis separabit nos a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persequutio, an nuditas, an periculum, an gladius? &c.* Rom. 8. 35.

INTERROGATIO CLVIII.

Quo animo debeat quis irrogatam sibi pœnam recipere.

RESPONSIO.

EO scilicet, qui filio convenit ægrotanti, & in vitæ discrimen adducto, cum a patre & medico curatur, etiamsi amarus acerbusque fuerit medendi modus, cum ei persuasum esse oporteat, diligi se, ac peritum esse objurgatorem, debeatque sanitatem cupere.

INTERROGATIO CLIX.

Qui ægre fert increpantem se, qualis est.

RESPONSIO.

NEque novit periculum peccati, & maxime erga Deum, neque emolumentum pœnitentiæ, neque fidem habuit ei, qui dixit: *Qui vero diligit, diligenter castigat.* Prov. 13. 24. Atque etiam semetipsum constituit alienum a quæstu illius, qui dixit: *Corripiet me justus in misericordia & increpabit me.* Ps. 140. 5. Prætereaque qui hujusmodi est, ejus consuetudo fratribus exitiosa est: siquidem eos a suscepto certamine abducit.

INTERROGATIO CLX.

Quo animo debeamus fratribus inservire.

RESPONSIO.

VEluti Domino ipsi servientes, qui dixit: *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matth. 25. 40. Cæterum si fuerint ejusmodi ii, quibus obsequium præstatur, id quoque conducit ad comparandam hujusmodi affectionem. Quapropter curam illorum diligentiorem præpositi suscipere debent, ut ne velut corporis studio dediti, ventri serviant, atque voluptatibus: sed tamquam Dei & Christi amatores, per patientiam perfectam fiant gloriatio Domini, ad diaboli ignominiam, non aliter atque justus Job.

INTERROGATIO CLXI.

Qua humilitate debeat quis a fratre obsequium accipere.

RESPONSIO.

Velut servus ab hero, & qualem ostendit Petrus Apostolus, Domino sibi ministrante: in quo etiam periculum eorum qui aliquam sibi operam dari recusant, edis-cimus.

INTERROGATIO CLXII.

Qualem alter erga alterum debeat habere charitatem.

RESPONSIO.

Joan. 15. 13. Qualem Dominus ostendit & docuit, cum dixit: *Diligite invicem, sicut ego dilexi vos. Majorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quod si ipsam quoque animam ponere oporter, quanto magis necesse fuerit in rebus minoribus studium, animique promptitudinem ostendere? non quod humanis officiis satisfacere quæramus, sed eo consilio, ut Deo placeamus, ad uniuscujusque utilitatem.

INTERROGATIO CLXIII.

Qui poterit quis dilectionem erga proximum consequi.

RESPONSIO.

Primum quidem si timeat judicium transgredientium mandatum Domini, qui Joan. 3. 36. dixit: *Qui incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.* Deinde Joan. 12. 50. si requirat vitam æternam; nam mandatum Matth. 22. 37. ejus vita æterna est. *Primum autem & magnum mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis: secundum vero simile est huic, Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Tum etiam si studeat Domino si-Joan. 13. 34. milis fieri, qui dixit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos.* Denique si secum ita cogitet: Si de nobis bene meritus est frater, debemus ei vel ipso humano more charitatem, quam etiam servant gentiles, ut in Evangelio Dominus de-Luc. 6. 32. clarat, his verbis: *Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.* Sin autem male meritus est, etiam sic eum non modo propter mandatum, sed etiam tamquam majorum beneficiorum largitorem debemus diligere; Matth. 5. 11. si modo Domino credamus, qui dixit: *Beati estis cum vos affecerint probris, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

INTERROGATIO CLXIV.

Quid sibi velit illud: Nolite judicare, & non judicabimini. Luc. 6. 37.

RESPONSIO.

Cum Dominus aliquando dicat: *Nolite judicare, & non judicabimini*, aliquando vero justum judicium judicare præcipiat; Supra. Joan. 7. 24. non omne nobis interdicitur judicium, sed judicii discrimina edocemur. In quibus autem judicare oporteat, & in quibus non sit judicandum, clare ostendit nobis Apostolus: qui de his quidem quæ in uniuscujusque potestate sita sunt, nec a scriptura præscripta, sic loquitur: *Tu autem quid judicas fratrem tuum?* ac rursus, *Non ergo amplius invicem judicemus.* Rom. 14. 10. Ibid. v. 13. De his vero quæ displicent Deo, ita scribit, condemnans eos qui non judicant, & suum ipsius judicium proferens in medium, his verbis: *Ego quidem ut absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui id ita operatus est: in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Jesu, tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu.* 1. Cor. 5. 3. Quare si quid in nostra potestate positum sit, aut etiam plerumque incertum sit, ob hoc non debet frater judicari, juxta id quod ab Apostolo de iis quæ ignorantur, dictum est: *Itaque nolite ante tempus de aliquo judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* 1. Cor. 4. 5. At Dei judicia omnino necesse est vindicari, ut ne simul iræ Dei particeps fiat qui conticescit: nisi si sit aliquis, qui quod eadem atque ille qui accusator, perpetret, fratris judicandi libertatem non habeat, audiens Dominum dicentem: *Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.* Matth. 7. 5.

INTERROGATIO CLXV.

Quomodo cognoscet quis, utrum Dei studio commoveatur in peccantem fratrem, an iracundia.

RESPONSIO.

Si adversus quodvis peccatum senserit in se illud quod scriptum est: *Tabescere me fecit zelus tuus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*, Psal. 118. 139. tum Dei zelus perspicue ostenditur. Sed tamen & hic quoque opus est solerti prudentia, ad fidei ædificationem. Hæc autem affectio nisi fuerit prius in animo, eumque moverit, motus fit inæqualis, & in nulla re pietatis propositum servatur.

IN-

INTERROGATIO CLXVI.

Quo affectu ei qui ad mandatum conficiendum urget, auscultandum est.

RESPONSIO.

Affectu tali, quali puer fame victus, nutrici ad sumendum cibum advocanti obsequitur: quali etiam homo quilibet, qui victum quærens, res ad vitam necessarias largienti obedit: imo vero longe etiam majore, quanto scilicet æterna vita præsenti præstantior est. *Nam mandatum Dei, in-* B Joan. 12. 50.
quit Dominus, *vita æterna est.* Quod autem in pane comestura est, id in mandato est operis exsequutio, dicente iterum Domino ipso: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, Patris.* Joan. 4. 34.

INTERROGATIO CLXVII.

Qualis debeat esse anima, cum digna habita est, quæ in Dei opere occupetur.

RESPONSIO.

Qualis erat, quæ dicebat: *Quis sum* C 2. Reg. 7. 18. in LXX.
ego, Domine mi, Domine, & quæ domus mea, quia dilexisti me? exsequens videlicet quod scriptum est: *Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* Coloss. 1. 12.

INTERROGATIO CLXVIII.

Quo animo vestimentum aut calceamentum qualecumque tandem fuerit, accipere oportet.

RESPONSIO.

Si minus aut majus quam pro statura est, indicet necessitatem suam debita cum modestia: sin autem dissidium fuerit de vilitate, vel propterea quod non novum sit, recordetur Domini, dicentis: *Dignus est,* non simpliciter quivis, sed *operarius cibo suo.* Percontetur autem se ipse, an pro dignitate mandatorum Domini, aut promissionum, effecerit quidquam, & tunc non requiret aliud, sed futurus est de eo, quod da- E Matth. 10. 10.
tum fuit, sollicitus, velut qui ultra meritum acceperit. Nam quod dictum est de alimento, id in omni re ad corporis usum attinente, loco regulæ habendum est.

INTERROGATIO CLXIX.

Si frater junior jubeatur aliquid docere alterum ætate grandiorem, quomodo sese erga illum geret.

RESPONSIO.

Velut qui fungitur ministerio, ex mandato Domini Dei, timens ne subeat A judicium illius, qui dixit: *Maledictus quisquis facit opera Domini negligenter:* ac etiam cavens, ne forte inflatus in diaboli judicium incidat. Ier. 48. 10. juxta LXX. 1. Tim. 3. 6.

INTERROGATIO CLXX.

Si æqualis habenda sit ratio tum ejus, qui magis, tum illius, qui minus recte facit.

RESPONSIO.

Quod in condonandis peccatis sanxit Dominus, his verbis: *Remittuntur* Luc. 7. 47.
B *peccata ejus multa, quoniam dilexit multum: cui autem parum dimittitur, parum diligit,* itemque quod de presbyteris Apostolus constituit, cum dixit: *Qui bene præsunt* 1. Tim. 5. 17.
presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina, id erga omnes qui ejusmodi sunt, servari debere arbitror.

INTERROGATIO CLXXI.

Si tristitia afficiatur inferior, cum is qui magis pius est sibi anteponitur, quomodo ipsi consulemus.

RESPONSIO.

Qui hujusmodi est, ob malignitatem perspicue condemnatur per evangelii parabolam, in qua eos qui quosdam pari præmio secum donatos fuisse ægre tulerant; ita Dominus alloquitur: *An oculus tuus* Matth. 20. 15.
nequam est, quia ego bonus sum? Quin etiam adversus hunc & alios ejusmodi, manifestum est judicium Dei per Prophetam, qui dicit: *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malig-* Psal. 14. 4.
D *nus: timentes autem Dominum glorificat.*

INTERROGATIO CLXXII.

Quali cum timore, aut qua animi persuasione, aut quo affectu corpus & sanguis Christi nobis accipienda sint.

RESPONSIO.

Timorem quidem docet nos Apostolus, cum ait: *Qui manducat & bibit indi-* 1. Cor. 11. 29.
gne, judicium sibi manducat & bibit: persuasio vero integra habetur ex fide verborum
E Domini, qui dixit: *Hoc est corpus meum, quod* Ibid. v. 24.
pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem. Item ex fide testimonii Joannis, qui memorata prius Verbi gloria, posthac Incarnationis modum induxit, his verbis: *Verbum caro factum est, & habitavit in* Joan. 1. 14.
nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis. Itidem quoniam Apostolus scripsit: *Qui* Philip. 2. 6.
cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

Digitized by Google

homo. Humiliavit semetipsum factus obediens A *usque ad mortem, mortem autem crucis*. Cum igitur animus his & talibus verbis fidem adhibens, gloriæ majestatem didicerit, humilitatisque & obedientiæ magnitudinem admiratus fuerit, quod talis ac tantus ad mortem usque Patri obtemperarit, vitæ nostræ causa, eum arbitror ita affici, ut simul

Rom. 8. 32. Deum & Patrem diligat, *qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, simul unigenitum ejus Filium, qui obedivit usque ad mortem pro nostra redemtione ac salute. Et ita demum obsequi potest B Apostolo, qui bonam in his conscientiam iis qui sani sunt proponit ceu regulam quamdam, ubi ait:

2. Cor. 5. 14. *Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit*. Quisquis panis & poculi fit particeps, sic affici & præparari debet.

INTERROGATIO CLXXIII.

An deceat tempore psalmodiæ quæ in domo fit, C *colloquia aliqua fieri.*

RESPONSIO.

NOn oportet, exceptis iis, quorum munus & cura est disciplinæ & operum distributioni providere, idque aliqua re necessaria urgente: & neque tunc inconsiderate, sed habita ratione & loci, & disciplinæ, & gravitatis, & scandali, quod vitari debet: reliquis omnibus necessarium est silentium. Si enim ipso loquendi tempore, & ex iis ipsis quibus concreditum est munus D

1. Cor. 14. 30. docendi, prior silere jussus est, si alii revelatum fuerit, quanto magis psalmodiæ tempore silentium privatis necessarium est?

INTERROGATIO CLXXIV.

Quomodo possit quis ex animo & cum alacritate Domini exsequi mandata.

RESPONSIO.

EXperimentum jucundæ & utilis rei, & ipsa rerum hujusmodi exspectatio animum naturaliter movet ad id diligendum & E

Psal. 118. 163. concupiscendum. Si quis igitur odio habuerit, & abominatus fuerit iniquitatem, purusque fuerit ab omni peccato, per quod, quemadmodum per morbum satietas cibi atque fastidium contingit, sic in animo etiam circa Dei justificationes segnities & pigritia ingeneratur: si præterea constantissime crediderit mandatum Dei vitam æternam esse, omniaque promissa, iis qui id servant, certa esse & vera, is afficitur perinde atque il-

Psal. 18. 10. le, qui dixit: *Judicia Domini vera, justificata in idipsum: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & favum. Etenim servus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.*

INTERROGATIO CLXXV.

Quomodo constet fratrem ab aliquo amari ex mandato Domini: & quomodo convincatur non ita diligere.

RESPONSIO.

DIlectionis duæ sunt dotes præcipuæ; dolere & sollicitum esse de iis quibus læditur qui amatur: gaudere contra, & allaborare pro ipsius commodis. Beatus igitur quisquis luget propter peccantem, cujus periculum formidandum est: itemque, quisquis ob recte facientem gaudet, cujus lucro nihil potest conferri, sicut scriptum est. Quin & illud etiam Paulus Apostolus testatur, cum ait: *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*, servata utique ratione ejus, quæ in Christo est, charitatis. *Et si gloria afficitur unum membrum*, ex consilio videlicet placendi Deo, *congaudent omnia membra*. Qui autem non ita affectus est, aperte fratrem non diligit. 1. Cor. 12. 26.

INTERROGATIO CLXXVI.

Quinam sint inimici quos diligere jussi sumus? & quomodo diligemus inimicos? utrum tantummodo beneficiis in ipsos conferendis, an etiam ipso animi affectu: & numquid hoc fieri possit?

RESPONSIO.

INimici proprium est nocere, & insidiari. Quisquis igitur quoquo modo nocet cuipiam, inimicus appellari potest: præcipue autem, qui peccat. Nam, quantum in ipso est, modis variis nocet, eique quocum vivit, aut consuetudinem habet, insidiatur. Quoniam autem ex corpore & anima constat homo, quod ad animam quidem pertinet, amemus hujusmodi viros, redarguendo ipsos, admonendoque, & omni modo ad conversionem inducendo: quod vero ad corpus, eos, si vitæ necessariis indigeant, beneficiis afficiendo. Quod autem dilectio in animi consistat affectione, perspicuum est omnibus. Id autem fieri posse ostendit ac docuit Dominus, qui Patris, ac suam ipsius dilectionem pro inimicis, non autem pro amicis usque ad mortem obediendo declaravit: quemadmodum testatur Apostolus, his verbis: *Commendat autem charitatem suam Deus in nos: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Rom. 5. 8.

Quin etiam ad idipsum nos adhortatur, cum dicit: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum* Ephes. 5. 1.

pro

pro nobis oblationem, & hostiam Deo. Neque vero hoc præcepisset, ut pote honus & justus, nisi id faciendi tribuisset facultatem: quod vel ipsi naturæ necessario insitum esse declaravit. Nam bestiæ quoque bene de se meritos naturaliter diligunt. Quodnam autem beneficium tantum ab amico, quantum ab inimicis confertur? conciliant nobis beatitudinem a Domino his verbis promis-
Matth. 5. 11. sam: *Beati estis cum persequuti vos fuerint, & affecerint probris, & dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

INTERROGATIO CLXXVII.

Rom. 15. 1. *Quomodo debent fortes infirmorum infirmitates portare.*

RESPONSIO.

SI portare, est tollere & curare, secun-
Esa. 53. 4. dum id quod scriptum est: *Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portavit,* non quod in se hæc ille susceperit, sed quod eos in quibus hæc erant, curaverit; etiam hoc in loco pœnitentiæ modus & ratio conveniet, per quam infirmiores valentiorum cura atque diligentia curabuntur.

INTERROGATIO CLXXVIII.

Gal. 6. 2. *Quid hoc significet:* Alter alterius onera portate? *Et hoc facientes, qualem legem adimplebimus?*

RESPONSIO.

HOc idem est atque id quod dictum est superius. Peccatum enim grave est, atque ad ima inferni animam detrudit. Alii autem aliorum peccatum tollimus & auferimus, cum eos qui peccant, ad conversionem inducimus. Cæterum verbum *portare*, pro eo quod est tollere, etiam ab hujus regionis incolis solet usurpari, veluti ipse sæpenumero a plerisque audivi. Adimplebimus
Luc. 5. 32. autem legem Christi, qui dixit: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam:*
Matth. 18. 15. quique nobis hanc legem imposuit: *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe eum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.*

INTERROGATIO CLXXIX.

Quomodo potest quis absque charitate fidem habere tantam, ut montes transferat, aut omnia sua bona det pauperibus, aut corpus suum tradat, ut exuratur.

RESPONSIO.

Matth. 6. 5. SI recordemur Domini, qui dixit: *Faciunt enim ut spectentur ab hominibus,* itemque si meminerimus responsi illius ad
Matt. 7. 22. quosdam, qui dixerant: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* quibus respondet,
Nescio vos unde sitis, non quod mentirentur, Luc. 13. 27.
sed quod Dei munere ad proprias voluntates fuissent abusi, quæ res a Dei dilectione aliena est, possumus nullo negotio ea quæ dicta sunt, intelligere. Porro Dei munus seu donum vel ab indigno recipi nihil mirum est:
siquidem Deus in tempore bonitatis & pa- Rom. 2. 4.
tientiæ, solem suum oriri facit super malos Matth. 5. 45.
& bonos, idque sæpe ad utilitatem etiam aut ejus ipsius, qui donum suscipit, si forte bonitatem Dei reveritus, hincque exstimulatus, studeat ei complacere, aut etiam aliorum, juxta id quod ab Apostolo dictum est:
Quidam quidem & propter invidiam & con- Philip. 1. 15.
tentionem: quidam vero & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quibus paulo
post hæc subjungit: *Verumtamen quod omni* v. 18.
modo, sive occasione, sive veritate Christus annuntietur, & in hoc gaudeo.

INTERROGATIO CLXXX.

Quo animo & qua attentione ea audienda sint, quæ nobis cibum sumentibus leguntur.

RESPONSIO.

VOluptate majore quam qua edimus ac bibimus, ut mens videatur non distrahi ad corporis voluptates: sed potius delectari magis verbis Domini, quemadmodum
affectus erat qui dixit: *Et dulciora super mel* Ps. 18. 11.
& favum.

INTERROGATIO CLXXXI.

Si quædam fratrum societates fuerint inter se vicinæ, & una egestate laboret, altera vero ad largiendum sit arctior difficiliorque, quomodo inopem affici oportet erga tenacem.

RESPONSIO.

QUi edocti sunt vel ipsam animam in dilectione Christi pro se invicem ponere, quomodo rerum ad corpus pertinentium parci esse possunt? tamquam si
obliti sint ejus, qui dixit: *Esurivi & non de-* Matth. 25. 42.
distis mihi manducare, &c. Quod si hoc contigerit, æquo animo ferre debent, qui in egestate versantur: & Lazarum imitantes persuadeant sibi, se in futuro sæculo consolationem inventuros.

INTERROGATIO CLXXXII.

Ex quibus fructibus probari debet, qui misericordiæ impulsu peccantem fratrem redarguit.

RESPONSIO.

PRimum quidem ex præcipuis misericordiæ argumentis, juxta id quod ab Apostolo

1. Cor. 12. 26. stolo dictum est: *Si patitur unum membrum*, A
2. Cor. 11. 29. *compatiuntur omnia membra*. Et, *Quis scandalizatur, & ego non uror?* Deinde vero, si parem de quolibet peccato accipiat dolorem, & ex quibuslibet, sive in se, sive in alium peccantibus, simili tristitia ac luctu afficiatur, denique si redarguendo traditum a Domino modum non corrumpat.

INTERROGATIO CLXXXIII.

Si contingat aliquando ut aliqui in fratrum conventu viventes dissideant inter sese, an tutum sit charitatis gratia talibus assentiri. B

RESPONSIO.

Joan. 17. 21. CUm Dominus dixerit, *Da, Pater, ut sicut ego & tu unum sumus: sic & ipsi unum sint in nobis*, itemque Apostolus scripserit,
Philip. 2. 2. *Unanimes, idem sentientes*, itidem
Act. 4. 32. cum narretur in Actis illud, *Erat credentium cor unum, & anima una*, inter quos dissensio est, ii sunt ab iis quæ modo diximus, alieni. Dilectio enim quæ quidem rationi consentanea sit, servat quod dictum est:
Prov. 13. 24. *Qui autem diligit, diligenter castigat*: quæ C vero aliena est a ratione, qualiscumque tandem fuerit, reproba est: Domino ipso di-
Matth. 10. 37. cente, *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.*

INTERROGATIO CLXXXIV.

Quomodo possit quis, & quando exhortatur, & quando corripit, non modo id curare, ut scite loquatur, sed ut animi etiam affectionem tum Deo, tum iis quos alloquitur, debitam conservet.

RESPONSIO.

1. Cor. 4. 1. SI quis meminerit Apostoli, qui dixit, *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, is non ut propriam quamdam scientiam dispensat ex sua autoritate, sed veluti Dei ministerio in curandis animabus quæ Christi sanguine redemtæ sunt, fungitur, cum timore ac tremore erga Deum, ad exemplum illius, qui
1. Thess. 2. 4. dixit, *Ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra*, & cum affectu atque misericordia erga audien- E
Ibid. v. 7. tes, faciens quod dictum est: *Tamquam si nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras.*

INTERROGATIO CLXXXV.

Si quis in aliquo, quem habeat, sermone, auditores videat affici ex iis quæ dicit, propsereaque lætetur, quomodo cognoscet seipsum, utrum affectu bono, an vitiosa quadam affectione sibi propria gaudeat.

RESPONSIO.

SI in laudibus solis gaudium collocarit, planum est hunc vitiosa affectione sibi propria commoveri. Sed si lætetur quod statim laudatores id quod audiunt, intelligere animadverterit, sataque sit spes obedientiæ: postea vero de utilitate sollicitior, si aut recte facta his laudibus consentanea in ipsis comperiens afficiatur lætitia, aut si laudatores nihil profecisse videns, doleat, agat gratias Deo, quod velut Dei & fratrum amans, dignus habitus sit qui commoveretur, non inquirens gloriam suam, sed gloriam Dei, & fratrum ædificationem.

INTERROGATIO CLXXXVI.

Quandoquidem talem dilectionem habere edocemur, ut animam etiam pro amicis ponamus; discere postulamus, pro qualibus amicis id velle oporteat.

RESPONSIO.

CRedere par est animi quidem affectionem, aut hujus recte facti modum varium quiddam esse & diversum. Alia enim sæpe suscipienda sunt pro peccatoribus, alia pro justis facienda. Sed tamen edocti sumus & pro justis & pro injustis ad mortem usque D dilectionem indiscriminatim ostendere. *Commendat enim*, inquit, *caritatem suam* Rom. 5. 8.
Deus in nos: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hæc vero ad sanctos dicit Apostolus: *Tamquam si* 1. Thess. 2. 7.
nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

INTERROGATIO CLXXXVII.

An unusquisque ab iis qui sibi sanguine conjunguntur, quidquam accipere debeat.

RESPONSIO.

CErte necesse est, ut iis, qui ad Dominum accedunt, bona ad ipsos pertinentia reddant cognati, nihilque subtrahant, ne subeant judicium sacrilegii. Attamen dum hæc consumuntur in oculis eorum ad quos attinere visa sunt, id plerumque & his ipsis causam dat sese efferendi, & pauperibus ad idem vitæ genus accedentibus tristitiæ fit occasio. Quare contingit illud, ob quod redarguuntur Corinthii ab Apostolo,

1. Cor. 11. 22. cum dixit: *Confunditis eos qui non habent*. Quapropter cui Ecclesiarum in loco sitarum concredita est cura, is si fidelis sit, prudenterque dispensare possit, sic se erga eum gerat, ut in illis fiebat, quorum habetur mentio in Actis: qui ferentes, ponebant ante pedes Apostolorum. Quod si talia administrare non est omnium, sed eorum dumtaxat qui præmisso examine huic rei præfecti sunt: ita quoque id quod a talibus datum est, hic, prout judicarit, administrabit. Act. 4. 35.

INTERROGATIO CLXXXVIII.

Quomodo eos qui nostri olim fuere contubernales, & eos qui cognatione nobis conjunguntur, cum ad nos accedunt, videbimus.

RESPONSIO.

UT Dominus ostendit, ac docuit, cum annuntiatum fuisset ipsi: *Mater tua & fratres tui foris stant, videre te volentes:* ad quos objurgatoriis verbis respondet, *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, hic meus frater, & soror, & mater est.* (Luc. 8. 20.; Matth. 12. 48.) C

INTERROGATIO CLXXXIX.

Quod si etiam adhortando velint nos ad propria reducere, numquid ipsis auscultandum sit.

RESPONSIO.

SI id fiat propter fidei ædificationem, qui sic potest abire, is præmisso prævio examine dimittatur: sin autem propter officium humanum, audiat Dominum respondentem ei, qui dixerat: *Permitte mihi prius abire, & dicere vale iis, qui sunt domi meæ. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*. Quod si de eo qui renuntiare tantum voluerat, hujusmodi prolatum est judicium, ecquid de hoc dicendum est? (Luc. 9. 61. & 62.) D

INTERROGATIO CXC.

An debeamus misereri cognatorum secundum carnem, salutem illorum concupiscentes.

RESPONSIO.

QUi natus est ex spiritu juxta Domini vocem, quique potestatem accepit ut fieret filius Dei, hunc pudet cognationis secundum carnem, & propinquos agnoscit eos qui fidei propinquitate sibi conjunguntur, quibus testimonium dat Dominus, his verbis: *Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt*. Atque ille misereatur omnium quidem, qui se a Domino removent, sed non aliter propinquorum secundum carnem, quam omnium. Quod si quispiam erga hos magis affe- (Joan. 3. 8.; Joan. 1. 12.; Luc. 8. 21.) E

ctus, affectionis suæ patronum habere putat Apostolum, qui dicit, *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem*, is intelligat ex iis quæ sequuntur, non cognationem secundum carnem, sed Israel ipsum, egregiaque beneficia in eum a Deo collata in pretio ab Apostolo haberi: non quod Israelitæ essent ipsius cognati, sed quod cognati ejus secundum carnem essent Israelitæ, quodque tot ac tantis fuissent a Deo affecti beneficiis. Et quidem quoniam ipsorum erat adoptio, & gloria, & legis constitutio, cultusque, quoniam ad ipsos pertinent testamenta & promissiones, quoniam ipsorum sunt patres, quoniam ex ipsis est Christus secundum carnem, idcirco tanti salutem illorum facit: non respiciens ad cognationem, sed ad Domini incarnationem pro ipsis factam: qui dixerat, *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel*. (Rom. 9. 3.; B; Matth. 15. 24.)

INTERROGATIO CXCI.

Quis sit mitis.

RESPONSIO.

QUi non immutatur in judiciis eorum, quæ ad complacendum Deo in studio habentur.

INTERROGATIO CXCII.

Quæ sit tristitia secundum Deum, & quæ mundi.

RESPONSIO.

TRistitia quidem secundum Deum est, cum quis ex neglecto mandato Dei afficitur dolore, sicut scriptum est, *Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam*: mundi vero tristitia est, cum id quod ægritudinem creat, humanum est, & mundo dignum. (Psal. 118. 53.)

INTERROGATIO CXCIII.

Quale est in Domino gaudium: & quid est, quod si fecerimus, gaudere debeamus.

RESPONSIO.

GAudere iis quæ secundum mandatum Domini ad Dei gloriam fiunt, gaudium in Domino est. Cum igitur Domini conficimus mandata, aut aliquid propter nomen Domini perpetimur, tum gaudere, & alter alteri gratulari debemus.

A

INTERROGATIO CXCIV.

Matth. 5. 5. *Qualem luctum suscipiemus, ut beatitudine digni efficiamur.*

RESPONSIO.

Continetur hæc quæstio in superiori, quæ est de tristitia illa, quæ secundum Deum est, cùm scilicet lugemus ob peccata, aut ob contumeliam Deo illatam, ex eo quod quis Deum ignominia afficiat per legis transgressionem, aut ob periclitantes in peccato. Ezech. 18. 4. *Anima enim*, inquit, *quæ peccat, ipsa morietur*: imitantes illum, qui dixit: 2. Cor. 12. 21. *Et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt*.

INTERROGATIO CXCV.

Quomodo quis omnia faciat ad gloriam Dei.

RESPONSIO.

Cum omnia propter Deum ex mandato Dei facit, & nulla in re ad humanas laudes respicit, cumque ubique memor est Matth. 5. 16. Domini, qui dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*

C

INTERROGATIO CXCVI.

Quomodo edat quis, bibatque ad gloriam Dei.

RESPONSIO.

Si benefacientis meminerit, ejusque animus ita afficiatur, vel ipso corporis statu id attestante, ut non velut curarum expers edat, sed tamquam qui Deum habeat inspectorem: item si inter sumendum cibum habet hunc scopum, ut non veluti servus ventris comedat propter voluptatem, sed velut operarius Dei; ut in faciendis operibus quæ mandato Christi fiunt, vegetior reddatur.

INTERROGATIO CXCVII.

Quomodo faciat dextera, ut nesciat sinistra.

RESPONSIO.

Tum cum assiduo ac vehementi desiderio placendi Deo, mens omnino sollicita ne excidat ab officio, legitimis modis decertat. Tunc de nulla re, & ne de altero quidem membro cogitat, nisi de eo dumtaxat, quod ad propositum conducit: ut artifex, qui in singulis operibus unum illud tantummodo instrumentum spectat, quod sibi ad ea facienda utile est.

INTERROGATIO CXCVIII.

Quid sit humilitas, & quomodo eam assequemur.

RESPONSIO.

Omnes seipso præstantiores existimare, Philip. 2. 3. humilitas quidem est, ex præscripto Apostoli. Ea autem comparabitur primum quidem, si quis meminerit mandati Domini, qui dixit: *Discite a me, quia mitis sum,* Matth. 11. 29. *& humilis corde*. Quod locis multis, variisque modis & ostendit, & docuit. Itidem, si

B

fidem ei adhibuerit, qui hoc promissum fecit: *Qui humiliat se, exaltabitur*. Deinde, Luc. 14. 11. si ex æquo & indesinenter in omni negotio vacaverit humilitatis studiis, seque in ipsis exercuerit. Vix enim hoc modo per assiduam meditationem humilitatis habitum poterit adipisci, ut in artibus etiam fieri consuevit. Atque etiam in qualibet virtute quæ secundum mandatum Domini nostri Jesu Christi possidenda fuerit, idem est modus comparandi.

INTERROGATIO CXCIX.

Quomodo quis paratissimus erit ad se etiam periculis objiciendum pro Domini mandato.

RESPONSIO.

Primum quidem si meminerit Domi- Philip. 2. 8. num ipsum pro nobis patri obedientem fuisse usque ad mortem: deinde si ei sit persuasum de vi ac virtute mandati, quod vita Joan. 12. 50. æterna sit, sicut scriptum est. Postremo si crediderit Domino, qui dixit: *Qui voluerit* Marc. 8. 35.

D

animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & evangelium, hic salvam faciet eam.

INTERROGATIO CC.

Qui fieri potest, ut ii qui jam pridem in Dei opere laboraverunt, queant recens accedentes adjuvare.

RESPONSIO.

Hoc modo, cum videlicet, si corporis viribus valeant, studium impigrum

E

ostendunt, atque semetipsos cujusvis recte facti exemplar præstant. Sin valetudine sint infirma, cum eum animi statum præ se ferunt, ut & ex vultu, & ex omni motu notum sit persuasum eis esse, Deum ipsos inspicere, & Dominum adesse. Denique, cum in se ostendunt charitatis proprietates, quæ enumerantur ab Apostolo, cum dicit: *Charitas* 1. Cor. 13. 4. *patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non indecore se gerit, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert,*

omn-

omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. A *Charitas numquam excidit.* Hæc enim omnia etiam in debili corpore perfici possunt.

INTERROGATIO CCI.

Quomodo quis attentionem in precando assequetur.

RESPONSIO.

SI ei persuasum sit, Deum sibi ob oculos esse. Si quis enim principem aut præpositum intuens, & cum eo loquens, oculos intentos habet, quanto magis qui Deum precatur, intentam mentem habebit in eum, B qui scrutatur corda & renes? facturus quod scriptum est: *Levantes puras manus sine ira,*
1. Tim. 2. 8. *& disceptationibus.*

INTERROGATIO CCII.

An fieri possit, ut in omnibus & semper attentio acquiratur: & quo pacto eam possit quis assequi.

RESPONSIO.

Psal. 24. 15. FIeri id posse ostendit, qui dixit: *Oculi* C *mei semper ad Dominum.* Et, *Providebam*
Psal. 15. 8. *Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Quomodo autem possit illud fieri, dictum est superius: nimirum si facultas non detur animæ per tempus, ut intermittat de Deo, deque operibus & donis Dei cogitare, & pro omnibus confiteri, & gratias persolvere.

INTERROGATIO CCIII.

Utrum eorum quæ ex mandato Domini recte fiunt, una & eadem mensura in omnibus D *sit, an alius majorem, alius minorem habeat.*

RESPONSIO.

NEquaquam unam esse in omnibus mensuram, sed alium & plus accepisse, & plus præ se ferre, alium vero minus, compertum est ex verbis Domini, qui modo qui-
Matth. 13. 23. dem ait: *Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, qui recte fructum affert, & facit, alius quidem centesimum, alius autem sexagesimum, alius* E *vero trigesimum.* Quod in iis quoque qui mnas
Luc. 19. 16. acceperant, reperitur: modo vero, *Uni qui-*
Matth. 25. 15. *dem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.*

INTERROGATIO CCIV.

Quomodo quis efficiatur dignus, qui fiat Spiritus sancti particeps.

RESPONSIO.

Joan. 14. 15. DOminus noster Jesus Christus docuit his verbis: *Si diligitis me, mandata* *mea servate. Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum: Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.* Quamdiu igitur non servamus omnia mandata Domini, neque ii sumus, qui hoc testimonium ab ipso recipiamus, *Vos non estis ex hoc mundo,* ne id Joan. 15. 19. exspectemus, ut Spiritus sancti participes efficiamur.

INTERROGATIO CCV.

Qui sint pauperes spiritu. Matth. 5. 3.

RESPONSIO.

CUm Dominus dicat, alias quidem, *Ver-* Joan. 6. 64. *ba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt;* alias vero, *Spiritus sanctus do-* Joan. 14. 26. *cebit vos omnia, & suggeret quæcumque dixero vobis; Non enim,* inquit, *loquetur a semet-* Joan. 16. 13. *ipso, sed quæcumque audierit a me, hæc loquetur;* ii pauperes sunt spiritu, qui non ob ullam aliam causam pauperes facti sunt, nisi ob doctrinam Domini, qui dixit: *Vade,* Matth. 19. 21. *vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Quod si quispiam paupertatem sibi etiam quoquomodo oblatam amplexus, hanc ad Dei voluntatem direxerit exemplo Lazari, ne hic quidem ab illa beatitudine alienus est.

INTERROGATIO CCVI.

Cum Dominus præcipiat, ut ne solliciti simus, Matth. 6. 31. *quid edamus, aut quid bibamus, aut quo tegamur, quo usque id mandatum se extendit, aut quomodo perficitur.*

RESPONSIO.

HOc mandatum perinde atque mandatum quodlibet ad mortem usque se extendit. Dominus enim obedivit etiam us- Philip. 2. 8. que ad mortem. Conficitur autem per fiduciam Dei. Nam prohibita sollicitudine, promissionem adjungit Dominus, his verbis: *Novit enim pater vester, quibus opus habetis,* Matth. 6. 32. *antequam vos petatis ipsum.* Talis erat Apostolus, qui dicebat: *Responsum mortis ha-* 2. Cor. 1. 9. *buimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos.* Nimirum quod ad animi propositum atque præparationem attinebat, moriebatur quotidie, sed servabatur benevolentia Dei. Quapropter fidenter ajebat: *Quasi morientes, & ecce vivi-* 2. Cor. 6. 9. *mus.* Adjuvat autem hujusmodi voluntatem fervens etiam circa mandata Domini studium, horumque conficiendorum desiderium inexplebile, quo quis si teneatur, ei ne vacat quidem circa corporis necessitates distrahi.

INTERROGATIO CCVII.

Itaque si neque sollicitos esse oportet de vitæ necessariis, & aliud est præceptum Domini, qui dixit : Ioan. 6. 27. Operamini non cibum qui perit, *inutile fuerit operari & laborare.*

RESPONSIO.

Dominus ipse in utroque loco præceptum suum explanavit. Illic enim posteaquam vitæ necessaria inquitere prohi- Matth. 6. 31. & 32. buisset, his verbis : *Nolite quærere quid edatis, aut quid bibatis; hæc enim omnia gentes* B *mundi inquirunt*, tunc præceptum dedit, & Ibidem v. 33. dixit : *Quærite autem regnum Dei, & justitiam ejus*. Quomodo autem ea quæri debeant, in illis, qui ipsis digni habentur, decla- Ioan. 6. 27. ravit. Hic vero, cum vetuit operari cibum, qui perit, illud docuit, nos operari debere cibum, qui permanet in vitam æternam : quem ipse alio in loco rursus indicavit, cum Joan 4. 34. dixit : *Meus cibus est, ut faciam voluntatem* Matth. 25. 35. *ejus qui misit me Patris*. Quod si Deus vult, ut enutriatur esuriens, ut sitiens potum accipiat, ut vestiatur nudus, & reliqua, pror- C sus necesse est Apostolum imitari, qui ait: Act. 20. 35. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos*. Item obediendum Ephes. 4. 28. est eidem, dicenti : *Magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti*. His igitur sic nobis a Domino per evangelium & Apostolum traditis, omnino prohibitum esse patet, aut suiipsius causa sollicitum esse, aut operari : sed ex Domini mandato, ob necessitatem proximi sollicitum esse, ac diligentius operari par est : maxime cum D Dominus datam iis qui sibi dicati sunt operam recipiat in semetipsum, ejusque gratia regnum cælorum promittat.

INTERROGATIO CCVIII.

An in universum bona sit exercitatio silentii.

RESPONSIO.

Silentii utilitas ex temporis opportunitate, exque persona probatur, uti ex divina scriptura edocemur. Ex temporis qui- Amos 5. 13. dem opportunitate, veluti cum dicit : *Pru-* E *dens in tempore illo tacebit, quia tempus ma-* Psal. 38. 2. *lum est*. Et rursus : *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me*. Ex persona vero, ut cum Apostolus scribit : 1. Cor. 14. 30. *Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat*. Ibid. v. 34. Ac iterum : *Mulieres vestræ in ecclesiis taceant*. Aliquando etiam iis qui linguam intemperantiorem habent, nec servare pos- Ephes. 4. 29. sunt illud ; *Omnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei*, necessarium est silentium integrum, donec in dicendo & a vitio petulantiæ per id A curentur, & per otium discere potuerint, quando, & quid, & quomodo loqui oporteat, ut, quemadmodum scriptum est, *det* Ibidem. *gratiam audientibus.*

INTERROGATIO CCIX.

Quomodo timere potuerimus Dei judicia.

RESPONSIO.

Mali cujusvis exspectatio, naturaliter timoris est conciliatrix. Ita enim metuimus & bestias & principes, ubi ab B ipsis mali alicujus exspectamus experimentum. Si quis igitur crediderit veras esse minas Domini, earumque exspectaverit horrendum gravissimumque experimentum, Dei pertimescit judicia.

INTERROGATIO CCX.

Quisnam est amictus ille honestus, ab Apostolo traditus.

RESPONSIO.

Usus ad proprium scopum honeste ac de- C center accommodatus, habita ratione temporis, loci, personæ, atque necessitatis. Non enim eadem integumenta ratio comprobat tempore hyemis ac æstatis: neque idem est habitus operarii & quiescentis, famuli & ejus cui famulatur, militis & privati, aut viri & feminæ.

INTERROGATIO CCXI.

Quis modus diligendi Deum.

RESPONSIO.

Assidua & animi supra vires contentio, D ad exsequendam Dei voluntatem, eo proposito desiderioque, ut ejus gloria quæratur.

INTERROGATIO CCXII.

Quomodo Dei obtineatur dilectio.

RESPONSIO.

Si cum bona conscientia & æquo animo affecti fuerimus ob ejus beneficia : id quod contingit vel in brutis. Videmus enim & E canes panis largitorem tantummodo diligere. Discimus hoc etiam ex iis quæ sic objurgatorio modo dicta sunt per Esaiam prophetam : *Filios genui & exaltavi : ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem, & asinus præsepe domini sui : Israel vero me non cognovit, & populus me non intellexit.* Esa. 1. 2. & 3. Quemadmodum enim bos & asinus sponte naturæ altorem diligunt, ob beneficium ab ipso acceptum : ita & nos, si animo bene conscio & æquo suscepetimus beneficia, quomodo Deum tot ac tantorum beneficiorum auctorem non amabimus? cum secundum naturam,

ram, ut ita dicam, & nemine docente, hujusmodi affectus animæ sanæ innascatur.

INTERROGATIO CCXIII.

Quæ sint indicia charitatis erga Deum.

RESPONSIO.

Docuit nos Dominus ipse, cum dixit: *Si diligitis me, mandata mea servate.* Joan. 14. 15.

INTERROGATIO CCXIV.

In quo discrepent a se invicem benignitas & bonitas.

RESPONSIO.

Psal. 144. 9. Cum David dixerit, alias quidem, *Benignus est Dominus universis*, &, *Beni-*
Psal. 111. 5. *gnus vir qui miseretur & commodat*, alias ve-
Psal. 124. 4. ro, *Benefac Domine bonis*. Jeremias itidem,
Thr. 3. 25. *Bonus est Dominus sustinentibus eum*, latius arbitror benignitatem patere, quippe quæ quoslibet quibus opus est, beneficiis afficiat: contractiorem vero esse bonitatem, ut quæ in dandis beneficiis justitiæ rationes adhibeat.

INTERROGATIO CCXV.

Matth. 5. 9. *Quis sit pacificus, qui a Domino dicitur beatus.*

RESPONSIO.

Is qui una cum Domino operatur, juxta
2. Cor. 5. 20. Apostolum, qui dicit: *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliami-*
Rom. 5. 1. *ni Deo*. Et rursus: *Justificati ex fide, pacem habemus ad Deum*. Pax enim quæ aliter se
Joan. 14. 27. habet, rejecta est a Domino, cum dixit: *Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

INTERROGATIO CCXVI.

Matth. 18. 3. *Qua in re converti, & effici sicut parvuli debeamus.*

RESPONSIO.

Docet nos ipse evangelii locus, ubi rationem ob quam hoc dictum sit, declarat. Nimirum ut ne quæramus principatum, sed naturæ agnoscamus æqualitatem, & ejusmodi amplectamur æqualitatem, erga eos qui videntur inferiores nobis esse in aliquibus. Tales enim sunt pueri inter sese, ii certe, qui eorum quibuscum versantur, malitiæ nondum assuefacti sunt.

INTERROGATIO CCXVII.

Quomodo suscipiemus regnum Dei, ut parvulus.

RESPONSIO.

Si tales fuerimus in recipienda Domini doctrina, qualis est puer in discendis

A disciplinis, non contradicens, non contendens cum præceptoribus, sed fideliter & cum docilitate tradita sibi documenta excipiens.

INTERROGATIO CCXVIII.

Cujusmodi intelligentiam petere debeamus a Deo: quomodove ipsa fieri digni possimus.

RESPONSIO.

Sane quid intelligentia sit, ipse nos Deus Jerem. 9. 23.
docet per prophetam, cum ait: *Non*
B *glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, quod intelligat ac cognoscat Dominum*. Et per Apostolum, his verbis: *Sed* Ephes. 5. 17.
intelligentes quæ sit voluntas Domini. Possumus autem effici intelligentia digni, si modo fecerimus quod scriptum est: *Vacate, &* Psal. 45. 11.
intelligite, quod ego sum Deus: & si persuasum nobis sit, verum esse omne verbum Dei: *Nisi enim credideritis*, inquit, *non in-* Esa. 7. 9. apud LXX.
telligetis.

C

INTERROGATIO CCXIX.

Si beneficium acceperimus ab aliquo: quomodo poterimus tum Domino debitam gratiarum actionem puram ac integram persolvere, tum eam quoque, quæ benefacienti debetur, scite & rite rependere, neque deficientes a modo, neque illum transgredientes?

RESPONSIO.

Si nobis fuerit persuasissimum, Deum quidem cujusvis boni & auctorem esse &
D perfectorem: eum autem, qui nobis operam præbet, tamquam accepti a Deo beneficii ministrum agnoverimus.

INTERROGATIO CCXX.

An cuilibet volenti permittendum sit, ut veniat in colloquium cum sororibus: aut quis, & quando, & quomodo cum sororibus sermonem habebit.

RESPONSIO.

De his dictum est in quæstionibus fusius
E explicatis, virum scilicet cum viro quemque suo jure, simpliciter & sine delectu unum cum alio colloqui non debere, nedum cum muliere: sed eum, qui præmisso prævio examine, potest juvare & juvari. Quod si quispiam meminerit Domini, qui dixit: *Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint* Matth. 12. 36.
homines, reddent rationem de eo in die judicii, is pertimescit in omni re judicium hujusmodi. Quinetiam obedit Apostolo, qui ait, *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid faci-* 1. Cor. 10. 31.
tis, omnia in gloriam Dei facite: & alibi, *Om-* 1. Cor. 14. 26.
nia ad ædificationem fiant: nec quidquam vult otio-

otiose & inutiliter facere. Quod autem attinet ad illam quæstionis partem : *Quis, & quando, & quomodo*, illud observandum est ut tempus, locusque & persona eligantur, a quibus remota sit vel mali cujusque suspicio : ac etiam cavebitur in omnibus offendiculum, fietque congressus ad fidei ædificationem. Imo neque ratio finit personam unam cum una congredi. Nam, inquit, Eccl. 4. 9. apud LXX. *Boni duo super unum*. Et præterea ad faciendam fidem plus valent. Ibidem. *Væ autem soli : quia si ceciderit, non est qui erigat.*

INTERROGATIO CCXXI.

Luc. 22. 40. *Cum Dominus doceat orandum esse, ut ne intremus in tentationem, an rogandum sit, ut ne incidamus in corporis dolores : & si quis inciderit, quomodo eos perferet.*

RESPONSIO.

NOn distinxit tentationis genus, sed in universum præcepit : Supra. *Orate ne intretis in tentationem :* qui autem jam inductus 1. Cor. 10. 13. sit, ei a Domino petendus est una cum tentatione exitus ejusmodi, quo possit sufferre : ut perficiatur a nobis illud, Matth. 24. 13. *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

INTERROGATIO CCXXII.

Matth. 5. 25. *Quis sit cujusque nostrum adversarius : aut quomodo ipsi consentientes erimus.*

RESPONSIO.

SPecialiter hoc loco Dominus adversarium vocat eum, qui aliquid eorum quæ ad nos pertinent, a nobis auferre conatur. At vero sumus ei consentientes, si servaverimus præceptum Domini, qui dixit : Ibid. v. 40. *Ei ipsi qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & pallium*, & in omni hujusmodi te ad eumdem modum.

INTERROGATIO CCXXIII.

Matth. 6. 17. *Cum Dominus dixerit :* Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans : *Qui ob aliquam rationem Deo placitam jejunare vult, quemadmodum etiam sancti sæpenumero fecisse comperiuntur : quando vel invitus conspicitur, quid faciet.*

RESPONSIO.

HOc præceptum spectat ad eos qui ideo mandatum Dei conficere student, ut videantur ab hominibus, ut videlicet vitium complacendi hominibus curent. Nam quod Domini mandatum ad gloriam Dei factum, natura sua a Dei amatoribus occultari ægre admodum possit, Dominus his verbis ostendit : Matth. 5. 14. *Non potest civitas abscondi supra montem posita : neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, &c.*

INTERROGATIO CCXXIV.

An etiam nunc alii a prima hora operentur, alii ab undecima : & quinam sint hi. Matth. 20.

RESPONSIO.

HOc fortasse cuilibet notissimum est ex iis quæ in divina scriptura memorantur, multos quidem esse, qui juxta Apostoli testimonium a puero discunt sacras litteras : 2. Tim. 3. 15. Act. 10. multos etiam, qui, Cornelii exemplo, naturæ quidem motibus recte utuntur, sed tamen, præceptorum penuria, tarde pertingunt ad scientiæ perfectionem. *Quomodo* Rom. 10. 14. *enim*, inquit, *credent si non audierint?* Si igitur contigerit, ut sint non nulli, qui, Cornelii exemplo, in nulla re mala occupati, contra perfectionis cupidi, ea bona quæ facere & cognoscere possunt, vere sincereque exerceant, his Deus largitur quæ & Cornelio largitus est, nec eis vertit segnitiei vitio præteritum tempus, quandoquidem, uti jam dixi, id non accidit ipsorum culpa : sed hoc studio contentus est, quod per ea quæ pro tempore posthac studiose agunt, & ad finem usque diligentius perficiunt, declaratur.

INTERROGATIO CCXXV.

Cum Dominus dixerit : Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum : Matth. 18. 20. *quomodo hoc digni effici poterimus.*

RESPONSIO.

QUi in nomine alicujus congregati sunt, ejus, qui eos congregavit, consilium scire omnino debent, & ad illud sese componere, ut consequantur ipsius gratiam, eique complaceant, non autem fiant obnoxii malitiæ aut negligentiæ judicio. Ut enim qui sunt ab aliquo vocati, si metere in animo habuerit qui vocavit, ad metendum se parant, si vero ædificare sibi proposuerit, accingunt se ad ædificandum : ita nos qui vocati sumus a Domino, memores esse debemus Apostoli, qui ait : *Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut* Ephes. 4. 1. *digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate : solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut & vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Apertius autem rem totam nobis Dominus ostendit, per id promissum quod privatim unicuique fecit, his verbis : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget* Joan. 14. 23. *eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Sicut igitur observatis mandatis fit apud eum mansio : sic quoque in medio

dio duorum vel trium est, si se ad illius volun- A
tatem conformarint. Qui vero non ex vocationis dignitate, neque ad voluntatem Domini congregati sunt, tametsi videntur fuisse in nomine Domini coacti, audiunt tamen:
Luc. 6. 46. *Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico.*

INTERROGATIO CCXXVI.

1. Cor. 4. 12. *Cum Apostolus dicat*: Dum maledicimur, benedicimus: dum blasphemamur, consolamur: *quomodo male audiens debet benedicere, & quam consolationem adhibere de-* B
bet qui conviciis afficitur.

RESPONSIO.

IN universum existimo Apostolum illud hic docere nos exemplo suo, ut patientia utamur erga omnes, iisque qui mala faciunt, bona rependamus: ut videlicet non modo erga maledicos, sed etiam erga quemcumque maleficum hanc servemus agendi rationem, perficiamusque quod dictum est:
Rom. 12. 21. *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.*
Illud autem consolari, usurpare solet scri- C
ptura, non ex usu consueto, sed ut animum in certam veritatis notitiam adducat, veluti
Esa. 40. 1. apud LXX. hoc loco: *Consolamini populum meum, dicit*
Rom. 1. 11. *Deus*. Quin & Apostolus ait: *Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis, per eam quæ invicem est, fi-*
2. Cor. 7. 6. *dem vestram atque meam.* Et alibi: *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.*

INTERROGATIO CCXXVII. D

Utrum oporteat unumquemque ea quæ sentit, aliis patefacere: an cum sibi persuasum fuerit rem quæ geritur, Deo esse gratam, tam debeat apud seipsum continere.

RESPONSIO.

MEmores sententiæ Dei, qui dixit per
Esa. 5. 21. prophetam, *Væ vobis qui prudentes estis in vobis ipsis, & coram vobis ipsis scientes*, itemque horumce verborum Apostoli,
Rom. 1. 11. *Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos* E
vos, id est, simul consolari in vobis, per eam quæ invicem est, fidem vestram atque meam, communicare nos res nostras cum iis qui nobis conjunctissimi sunt, quique tum fidei tum prudentiæ specimen dederunt, necesse esse arbitramur: ut aut quod erroneum est, corrigatur, aut quod recte factum est, stabiliatur, sicque effugiamus nos memoratum jam judicium, quod adversum eos qui in seipsis prudentes sunt, prolatum est.

INTERROGATIO CCXXVIII.

Utrum voluntas eorum qui scandalizantur, in omni re prorsus facienda sit, an potius sint quædam, in quibus simulatione utendum non sit, etiamsi scandalum patiantur nonnulli.

RESPONSIO.

MAnifestum quoddam in his discrimen ostendimus, cum interrogati fuimus suo loco, & maxima qua potuimus cura, ea de re disseruimus.

INTERROGATIO CCXXIX.

An oporteat vetitas actiones citra verecundiam omnibus detegere, aut aliquibus dumtaxat, & quinam hi sint.

RESPONSIO.

SErvanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui horum curandorum periti sunt: ita fieri quoque debet peccatorum confessio, coram iis, qui curare hæc possint, prout scriptum est: Vos qui fortes estis, infirmitates debi- Rom. 15. 1.
lium portate: hoc est, cura ac diligentia vestra tollite.

INTERROGATIO CCXXX.

Quid sit cultus, & quis sit rationalis cultus. Rom. 12. 1.

RESPONSIO.

CUltus est, ut opinor, intenta, perpetuaque nec interrupta ejus qui colitur, cultura: sed discrimen quod interest rationalem inter & irrationalem cultum, declarat nobis Apostolus, cum ait, modo quidem: *Scitis quod cum gentes essetis, ad* 1. Cor. 12. 2.
simulacra muta, prout ducebamini, ibatis: modo vero, *Exhibete corpora vestra hostiam* Rom. 12. 1.
viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Qui enim it, prout ducitur, reddit cultum irrationalem: siquidem non præeunte ratione, sed suo impetu atque voluntate impulsus, ducentis arbitrio quoquoversum ducitur, ac etiam præter sententiam fertur: qui vero ratione sana & consilio bono, multaque cura semper & ubique id quod Deo placet, spectat & peragit, ab eo conficitur mandatum rationalis cultus, juxta eum, qui dixit: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis.* Psal. 118. 105.
Ac rursus: *Consilium meum, justificationes tuæ.* Ibidem v. 24.

INTERROGATIO CCXXXI.

Si frater inique se gerat in me, & inimicus sit mihi, aut aliquando sacerdos etiam, an liceat mihi data de inimicis præcepta etiam erga illum servare.

RESPONSIO.

NUllum Dominus in traditis de inimicis mandatis, neque inimici, neque inimicitiæ discrimen expressit: quin potius in iis qui cæteris gradu præstant, idem peccatum gravius esse indicavit, cum ad ipsos dixit: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem vero in oculo tuo non vides?* [Matth. 7. 3.] Maxime igitur in talibus & in iis qui videntur esse præstantiores, opus est studio ac consideratione, ut & debitam curam pro eis sive in consolando, sive in redarguendo cum convenienti lenitate suscipiamus, & reliquis omnibus ex Domini mandato erga ipsos observatis, nosmetipsos inculpatos in hac quoque parte servemus.

INTERROGATIO CCXXXII.

Si quis ab aliquo injuria affectus, nemini id referat, lenitatis & patientiæ gratia, & Deo relinquere judicium videatur, an secundum Dominum faciat.

RESPONSIO.

CUm Dominus dixerit modo quidem, *Dimittite si quid habetis adversus aliquem* [Marc. 11. 25.]: modo vero, *Si peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam quoque non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus* [Matth. 18. 15.], is lenitatis atque patientiæ fructum ostendere debet, ita ut pro eo qui injuriam intulit, preces ex vero affectu offerat Deo, dicatque: *Domine, ne statuas illi peccatum:* [Act. 7. 59.] ut ne, veluti suo fratri iratus, judicio fiat obnoxius. Admoneri autem & redargui par est injuriæ auctorem, ut & iste ab ira quæ super contumaciæ filios venit, liberetur. Quod si neglexerit, conticueritque, exercendæ scilicet suæ patientiæ causa, admittit duplex peccatum: & quod ipse violat mandatum illud, *Arguendo argues proximum tuum, & non accipies propter eum peccatum,* [Lev. 19. 17. apud LXX.] & hoc silentio peccati fit particeps: & quod quem poterat fortasse redarguendo lucrari, velut Dominus præcepit, [Matth. 18. 15.] hunc sinit in malo perire.

INTERROGATIO CCXXXIII.

Ex omnibus recte factis, si vel unum desit alicui: num propterea salutem non adipiscitur.

RESPONSIO.

CUm multa sint tum in veteri, tum in novo testamento, quæ nos possint de hoc certiores facere, tamen satis esse duco cuivis fideli vel illud unum de Petro judicium, qui post tot & tanta præclare gesta, postque tales beatitudines a Domino promissas, laudesque ab eodem tributas, ubi in uno dumtaxat visus est non obedire, atque hoc neque ob segnitiem, neque ob contemptum, sed propter reverentiam & honorem Domini, ob id solum audit: *Si non lavero te, non habes partem mecum.* [Ioan. 13. 8.]

INTERROGATIO CCXXXIV.

Quomodo quis mortem Domini annuntiat.

RESPONSIO.

SIcut Dominus his verbis docuit: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.* [Matth. 16. 24.] Quin & Apostolus idipsum declaravit, cum hoc confessus est: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* [Gal. 6. 14.] Quod quidem jam ante spopondimus in ipso baptismo: *Quicumque enim,* inquit, *baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus:* [Rom. 6. 3.] quibus hæc subjungit, interpretans quid sit in morte Domini baptizari: *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati: ut nos ultra non serviamus peccato:* [Ibidem v. 6.] quin potius ut omni vitæ studio puri, efficiamur digni testimonio Apostoli, qui dixit: *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo:* [Coloss. 3. 3.] adeo ut confisi libere dicere possimus: *Venit princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.* [Ioan. 14. 30.]

INTERROGATIO CCXXXV.

An expediat multa ex scripturis ediscere.

RESPONSIO.

DUo cum sint magis generales ordines, & eorum, qui aliis præficiuntur, & eorum, quorum partes sunt morem gerere & obedire, secundum diversa dona, arbitror, cui præfectura & cura plurium concredita est, eum quæ omnibus congruunt, scire ac ediscere debere, ut cunctos doceat voluntates Dei, singulisque ea quæ ad ipsorum officium spectant, ostendat. At vero omnes alii memores Apostoli, qui dixit, *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, unicuique sicut Deus divisit,* [Rom. 12. 3.] officium suum diligenter discant, perficiantque, nihil amplius curantes: ut digni evadant voce Domini, qui ait: *Agedum serve* [Matth. 25. 21.]

bone,

bone, super pauca fuisti fidelis, super multa A *te constituam.*

INTERROGATIO CCXXXVI.

Quicumque digni habiti sunt, qui discerent quatuor evangelia, quomodo hanc debent suscipere gratiam.

RESPONSIO.

CUm Dominus hanc sententiam protulerit, *Cui commendaverunt multum, plus repetent ab eo*, amplius timere ac sollicitos esse debent, quemadmodum Apostolus B docuit, his verbis: *Adjuvantes autem etiam exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Hoc autem fit, si Domino credamus, dicenti, *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.*

Luc. 12. 48.
2. Cor. 6. 1.
Joan. 13. 17.

INTERROGATIO CCXXXVII.

Quinam animus ad Dei dirigatur voluntatem.

RESPONSIO.

IS qui amplexus est sententiam Domini, qui dixit: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequa*-C *tur me.* Nisi enim quis illud prius assequutus sit, ut abneget semetipsum & tollat crucem suam; multa quæ quominus sequatur, impediant, in processu ex seipso nanciscitur.

Matth. 16. 24.

INTERROGATIO CCXXXVIII.

Numquid fieri possit, ut quis sine ulla intermissione psallat, legatve, aut seria tractet de Dei verbis, nullumque omnino sit medium temporis spatium, cum nonnullis contingat, ut sordidioribus corporis necessitatibus parere cogantur.

RESPONSIO.

DE hac re Apostolus nobis regulam præscribit, cum dixit: *Omnia honeste & secundum ordinem fiant.* Quamobrem oportet magis tum pro tempore tum pro loco, honestatis ac recti ordinis curam habere.

1. Cor. 14. 40.

INTERROGATIO CCXXXIX.

Quis sit bonus thesaurus, & quis malus.

RESPONSIO.

PRudentia quidem quæ circa omnem in Christo virtutem versatur ad gloriam Dei, bonus thesaurus est: prudentia vero, quæ circa rerum a Domino prohibitarum malignitatem versatur, malus est thesaurus: ex quibus, juxta Domini vocem, in propriis utriusque factis ac verbis, sive bona, sive mala proferuntur.

Matth. 12. 35.

INTERROGATIO CCXL.

Cur dicta sit lata porta, & cur via quæ ducit ad interitum, appellata sit spatiosa.

Matth. 7. 13.

RESPONSIO.

DOminus ob multam benignitatem, earum rerum, quæ notæ sunt, nominibus vocabulisque usus est ad declaranda veritatis dogmata. Quemadmodum igitur in terra declinatio a recto itinere, magnam habet latitudinem: sic, inquit, qui aberrat a via ducente ad regnum cælorum, in multa erroris latitudine deprehenditur. Has autem voces, *lata* & *spatiosa*, idem valere arbitror. Nam *spatiosum* etiam apud externæ doctrinæ peritos, *latum* dicitur. Spatium igitur, id est, locus erroris late extenditur: cujus finis est interitus.

INTERROGATIO CCXLI.

Quomodo angusta est porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam: & quomodo quis per ipsam ingreditur.

Matth. 7. 14.

RESPONSIO.

RUrsum hoc etiam loco *angustum* & *arctum* nequaquam res inter se diversas significant: sed *arctum* indicat aliquid valde angustum, cum via videlicet ita coarctata est, ut prematur, hoc est, in angustum utrimque concludatur viator; nulla declinatione sive ad dexteram, sive ad sinistram, periculo vacante. Velut in ponte, quisquis deflectit in alterutram partem, ab omne D undelibet subterfluente excipitur. Quapropter David dicit: *Juxta iter scandalum posuerunt mihi.* Itaque qui per angustam & arctam viam in vitam ingredi sibi proposuit, eum cavere oportet, ne ullo modo deflectat ac declinet a mandatis Domini, perficiens quod scriptum est: *Ne declines ad dextram, neque ad sinistram.*

Psal. 139. 6.
Deut. 5. 32.

INTERROGATIO CCXLII.

Quid sibi vult illud: Per fraternam charita- E tem, ad mutuo vos diligendos propensi.

Rom. 12. 10.

RESPONSIO.

STudium illud quod e propensione ortum habet, de intento amore dicitur, cum scilicet is qui diligitur, cupido ardentique affectu ab amante amatur. Ne igitur fraternus amor in superficie solum appareat, sed in animo infixus sit & fervidus, dictum est illud: *Per fraternam charitatem, ad mutuo vos diligendos propensi.*

INTERROGATIO CCXLIII.

Ephes. 4. 26. *Quid sibi vult Apostolus, cum ait:* Irascimini & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram: *cum tamen idem ipse alio in loco dicat;* Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur a vobis. Ibid. v. 31.

RESPONSIO.

ARbitror Apostolum Domini exemplo ita hic loquutum esse. Quemadmodum enim Dominus cum in evangelio antea B dixisset, *dictum est antiquis* hoc, deinde subjungit, *ego autem dico vobis* hoc: sic Apostolus etiam hoc loco, antiqui illius præcepti veteribus illis olim dati, *Irascimini, & nolite peccare*, facta prius mentione, paulo post id quod nobis convenit, a seipso infert, his verbis: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur a vobis.*

Matth. 5. 21. Psal. 4. 5. Ephes. 4. 31.

INTERROGATIO CCXLIV.

Rom. 12. 19. *Quid est hoc:* Date locum iræ. C

RESPONSIO.

Matth. 5. 39. HOc est aut non resistere malo, uti scriptum est, sed & percutienti in dexteram maxillam, obvertere etiam alteram, &c. aut illud, *Cum autem persequuti vos fuerint in civitate ista, fugite in aliam.* Matth. 10. 23.

INTERROGATIO CCXLV.

Ibid. v. 16. *Quis sit prudens ut serpens, & simplex sicut columba.* D

RESPONSIO.

PRudens quidem ut serpens is est, qui in doctrina tradenda ita se gerit, ut adhibita circumspectione, consideratiuneque, qua ratione quod docet & fieri, & facile fieri possit, omnia faciat, ut audientium animos ad auscultandum habeat paratos. Simplex vero ut columba, qui ne cogitat quidem de insidiatore ulciscendo, potiusque beneficia in illum conferre pergit, juxta præ- E ceptum Apostoli: *Vos autem nolite deficere benefacientes.* Dominus enim mittens discipulos ad prædicandum, hæc ipsis præscribit; ubi & sapientia opus erat ad persuadendum, & patientia erga insidiatores: ut quemadmodum illic novit serpens & vultu blandiore accedere, & modo suasorio loqui, quo a Deo abduceret, & manciparet peccato, ita nos quoque & faciem & mores & tempus assumamus, & omnibus modis sermones nostros in judicio dispensemus, ut abducamus nos a peccato, & ad Deum reducamus. Cæterum ad finem usque servemus patientiam in tentationibus, velut scriptum est.

2. Thess. 3. 13. Gen. 3. 1. Psal. 111. 5. Matth. 24. 13.

INTERROGATIO CCXLVI.

Quid significat illud, Charitas non indecore se gerit. 1. Cor. 13. 5.

RESPONSIO.

IDem est ac si dicas, a proprio habitu non excidit. Charitatis autem habitus eæ sunt charitatis proprietates, quæ eodem in loco enumeratæ sunt ab Apostolo.

INTERROGATIO CCXLVII.

Cum scriptura dicat: Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa: *item cum Apostolus aliquando ita confiteatur:* Quod loquor, non secundum Dominum loquor, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriationis: *ac rursus,* Factus sum insipiens gloriando: *alias vero gloriari sinat, cum dicit,* Qui gloriatur, in Domino glorietur: *quæ est gloriatio in Domino, & quæ est ea quæ vetita est.*

1. Reg. 2. 3. 2. Cor. 11. 17. 2. Cor. 12. 11. 2. Cor. 10. 17.

RESPONSIO.

VEhemens & necessarium Apostoli adversus vitia certamen aperte declaratur. Non enim hæc sui commendandi causa dicit, sed ut temeritatem arrogantiæ quorumdam ac fastum deprimat. Gloriatio autem in Domino est, cum quis recte facta non sibiipsi, sed Domino adscribit, dicens: *Omnia possum in Christo qui me confortat:* Vetita autem gloriatio potest duplici ratione considerari: vel juxta illud, *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ:* item, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es?* vel juxta illud, *Faciunt ut videantur ab hominibus:* quandoquidem dum ob ea quæ faciunt, laudari volunt, in suis factis quodammodo gloriantur. Quinetiam qui ejusmodi sunt, sacrilegi etiam dici possunt, ut qui sibi Dei vindicent dona, & debitam Deo gloriam ad se rapiant.

Philip. 4. 13. Psal. 10. 3. juxta Hebr. Psal. 51. 3. Matth. 6. 5.

INTERROGATIO CCXLIX.

Si Dominus det sapientiam, & a facie ipsius oriatur cognitio & prudentia; item si per Spiritum alii datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ: quomodo id exprobrat Dominus discipulis: Adhuc & vos sine intelligentia estis? *Et qua ratione Apostolus quosdam accusat velut intelligentia carentes.*

Prov. 2. 6. 1. Cor. 12. 8. Matth. 15. 16. Rom. 1. 31.

RESPONSIO.

SI quis novit bonitatem Dei, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitio- 1. Tim. 2. 4.

tionem veritatis venire, diligentiamque di- A dicit Spiritus sancti in divisione atque efficacia donorum Dei, ei compertum est & notum, intelligentiæ tarditatem non ex beneficientis segnitie, sed ex eorum in quos beneficia conferuntur incredulitate proficisci. Nec injuria reprehenditur qui intelligentiæ expers est, tamquam qui claudat oculos orto sole, ut in tenebris degat, neque sursum aspiciat ut illuminetur.

INTERROGATIO CCXLIX.

Quid est honestum, & quid est justum.

RESPONSIO.

Honestum quidem id esse puto, quod decet, & quod debetur ab inferioribus superiori, ex præstantiæ ratione: justum vero, quod pro operum merito atque dignitate singulis redditur. Et in honesto quidem optima quæque tantummodo animo grato in memoriam revocantur, & compensantur: sed in eo quod justum est, mala quoque examinantur ac puniuntur.

INTERROGATIO CCL.

Quomodo dat quis sanctum canibus, aut projicit margaritas ante porcos: aut quomodo contingit id quod sequitur: Ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos. Matth. 7. 6.

RESPONSIO.

Aperte hoc nobis explicat Apostolus, qui iis quæ ipse adversus Judæos dixerat, addit: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Rom. 2. 23. Itaque contumeliam, D qua afficimus sanctos Domini sermones per legis violationem, hoc loco prohibuit Dominus. Ex qua violatione sequitur etiam, ut ii qui alieni sunt a fide, simul & contemnenda ducant Domini dogmata, & ob illa ipsa audacia majore insurgant adversum nos, & conviciis atque accusationibus violatorem veluti disrumpant.

INTERROGATIO CCLI.

Luc. 10. 4. *Quomodo Dominus interdum vetat portare sacculum & peram in via: interdum vero di-* E *cit:* Luc. 22. 36. Sed nunc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.

RESPONSIO.

Hoc explanat Dominus ipse, his verbis: *Oportet enim adhuc in me impleri illud: Et cum iniquis deputatus est.* Ibid. v. 37. Confestim enim post eventum vaticinii de gladio, dicit Petro: Matth. 26. 52. *Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt:* ita ut illud, *Sed nunc qui habet sacculum, tollat*, seu *tollet*, (sic enim etiam multa exemplaria habent) non sit quoddam præceptum, sed vaticinium Domini, qui prænuntiabat futurum, ut Apostoli donorum & legis Domini obliti auderent & gladios assumere. Quod autem plerumque imperativo loquendi genere vice vaticinii usa sit scriptura, planum est ex multis locis: veluti ex illo, *Fiant filii ejus orphani:* Psal. 108. 9. & *diabolus stet a dextris ejus.* Ibid. v. 6. Et quæcumque sunt similia.

INTERROGATIO CCLII.

B *Quis sit panis ille quotidianus, cujus quotidianam largitionem rogare edocti sumus.*

RESPONSIO.

Cum quis opus aliquod facit, memor Domini, qui dixit, *Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis aut quid bibatis*, Matth. 6. 25. itemque Apostoli, qui laborare præcipit, Ephes. 4. 28. ut habeamus unde tribuamus necessitatem patienti, nec ob propriam utilitatem, sed ob mandatum Domini laborat (*Dignus est enim operarius mercede sua*, Matth. 10. 10.) is quotidia- C num panem, hoc est, panem naturæ nostræ ad quotidianam vitam utilem, non sui juris facit, sed eum a Deo petit. Atque adeo posita ipsi ob oculos indigentiæ suæ necessitate, sic edit quod datur ab eo, cui cum probatione hæc cura concredita est, ut quotidie faciat illud: *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.* Act. 4. 35.

INTERROGATIO CCLIII.

Quid sit talentum, aut quomodo illud multiplicabimus. Matth. 25. 15.

RESPONSIO.

Parabolam hanc ad omne munus Dei significandum dictam fuisse existimo, ut unusquisque, quocumque tandem dono eum Deus dignatus sit, id multiplicet, hoc ipso ad beneficentiam & utilitatem plurium adhibito. Siquidem nemo est, qui sit benignitatis Dei expers.

INTERROGATIO CCLIV.

Quæ est mensa illa, in quam oportebat te, inquit Dominus, injicere pecuniam.

RESPONSIO.

Parabolæ non reipsa repræsentant res contemplandas, sed dumtaxat mentem deducunt ad propositum. Quemadmodum igitur pecunia solet numulariis ad quæstum dari (sunt enim, ut ego Alexandriæ novi, qui recipiant, & idipsum peragant): sic necesse est, ut qui qualecumque tandem donum acceperit, illud communicet cum indigenre: aut efficiat quod ab Apostolo de doctrina dictum est: *Hæc commenda fidelibus hominibus,* 2. Tim. 2. 2.

bus, qui idonei erunt & alios docere. Non enim A solum in doctrina id consuevit fieri, sed etiam in omni negotio : quandoquidem aliis inest facultas, alii vero dispensandi peritiam acceperunt.

INTERROGATIO CCLV.

Matth. 20. 14. *Quo abire jussus est qui audivit :* Tolle quod tuum est, & vade.

RESPONSIO.

Matth. 25. 41. EUm in locum fortasse, quo etiam qui a sinistris steterunt, abire jussi sunt, qui- B bus crimini datum est, quod cessassent a bonis operibus. Quisquis autem invidet fratri, Rom. 1. 29. & Galat. 5. 21. homine nihil agente deterior est, cum mos sit scripturæ multis in locis, invidiam cum cæde conjungere.

INTERROGATIO CCLVI.

Quæ sit merces, quam hi pariter atque ultimi accipiunt.

RESPONSIO.

FOrtasse non incusari ob ea recte facta quæ quis gessit, commune est omnium C obedientium. Nam coronari, proprium est eorum qui bonum certamen legitime decertarunt, qui perfecerunt cursum, qui fidem servaverunt, in dilectione Jesu Christi Domini nostri. Potest autem pacta illa merces esse illud centuplum, quod Dominus spopondit recepturos in hoc tempore esse eos, qui cunctas res præsentes reliquerint ob ipsius mandatum : ita ut illud, *Tolle quod suum est*, de hac mercede dictum sit. Quoniam autem qui priores laborasse visi fuerant, adversus eos qui æquale præmium receperant, invidiæ D morbo laborarunt, non par est ipsos vitam æternam sortiri, sed solo illo centuplo nunc accepto, in futuro sæculo condemnari ob invidiam, & audire illud : *Vade*.

INTERROGATIO CCLVII.

Matth. 3. 12. *Qui sint paleæ, quæ inextincto igne comburitur.*

RESPONSIO.

II nimirum, qui utiles quidem sunt iis qui digni sunt regno cælorum, perinde ut paleæ frumento, nec tamen affectu dilectionis E erga Deum & proximum hoc faciunt, sive in spiritualibus donis, sive in corporalibus beneficentiis, atque ita imperfectos se esse sinunt.

INTERROGATIO CCLVIII.

Coloss. 2. 18. *Quis sit qui condemnatur ab Apostolo, his verbis :* Volens in humilitate & religione, &c.

RESPONSIO.

ARgumentum de quo hic agitur, iis quæ sequuntur verbis arbitror explanari. Mox enim nominat immoderationem corpori haudquaquam parcentem : cujusmodi sunt Manichæi, & si qui sint horum similes.

INTERROGATIO CCLIX.

Quis sit fervens spiritu. Rom. 12. 11.

RESPONSIO.

QUi ferventi animi alacritate, & inexplebili desiderio, & studio impigro facit voluntatem Dei, in charitate Jesu Christi Domini nostri, juxta id quod scriptum est: *In mandatis ejus volet nimis.* Psal. 111. 1.

INTERROGATIO CCLX.

Cum Apostolus nunc quidem dicat : Nolite fieri imprudentes : *nunc vero*, nolite esse prudentes apud vosmetipsos, *fieri ne potest ut prudens non sit apud semetipsum, is qui imprudens non est?* Ephes. 5. 17. Rom. 12. 16.

RESPONSIO.

UNumquodque præceptum habet proprium limitem. Etenim huic mandato, *Nolite fieri imprudentes*, hoc subjungit, *Sed intelligentes quæ sit voluntas Dei :* alteri vero, *Ne sis prudens apud temetipsum*, additur illud : *Verum time Dominum, & declina ab omni malo.* Quare imprudens quidem est, qui non intelligit voluntatem Domini : prudens vero apud semetipsum, quisquis suis ipsius ratiocinationibus utitur, neque in verbis Dei ambulat secundum fidem. Si quis igitur vult neque imprudens esse, neque prudens apud seipsum, debet Domini intelligere voluntatem per fidem in ipsum, & in timore Domini imitari Apostolum, qui ait : *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Prov. 3. 7. 2. Cor. 10. 4.

INTERROGATIO CCLXI.

Cum Dominus hoc promissum fecerit : Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Ac rursus :* Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint fiet illis : *quomodo vel ipsi sancti quæ petierunt, non acceperunt? velut etiam Apostolus, qui ait :* Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me, *nec tamen votis compos factus est : similiterque Jeremias propheta, & Moyses ipse.* Matth. 21. 22. Ibid. 18. 19. 2. Cor. 12. 8.

RESPONSIO.

CUm Dominus noster Jesus Christus in precatione sua dixerit, *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste :* deinde addiderit, *Verumtamen non voluntas mea, sed tua fiat:* Matth. 26. 39.

fiat. Primum quidem nosse operæpretium A est, non licere nobis, quæcumque volumus, petere: imo vero ne id quidem quod nobis expedit, poscere ullo modo novimus. Nam quid exposcamus, ut oportet, nescimus. Quare multa cum consideratione secundum voluntatem Dei petitiones adhibendæ sunt. Quodsi non audimur, scire oportet aut perseverantia aut ingenti contentione opus esse, juxta Domini parabolam, qua docemur semper orare oportere, non autem defatigari, & juxta id quod ab ipso in alio loco dictum
Luc. 11. 8. est, *Propter improbitatem ejus surget, & da-* B *bit illi quotquot habet necessarios*: aut emendatione & diligentia, juxta id quod Deus per prophetam ad quosdam dixit, ita loquens;
Esa. 1. 15. *Cum extenderitis manus vestra ad me, avertam faciem meam a vobis, & si preces multiplicaveritis, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lavamini, mundi estote, &c.* Quin autem & nunc fiant, & sint plenæ sanguine manus multorum, dubitare non debent, qui fidem habent judicio illi Dei, quod adversus eum pronuntiavit, qui populo renuntiare jussus, obticuerit, ita lo- C
Ezech. 3. 18. quutus: *Sanguis peccatoris ex manibus speculatoris requiretur*. Quod cum verissimum ac constantissimum esse sibi persuasisset Aposto-
Act. 20. 26. lus, dicebat: *Mundus ego ex hoc tempore sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei*. Quod si qui conticuerit solum, is reus futurus est sanguinis eorum, qui peccaverint, quid quis dixerit de iis qui per sua facta aut dicta aliis fuerint offensioni. Fit autem interdum, ut etiam propter indignitatem petentis petitum non impetretur: ve- D lut in Davide, qui eum rogasset, ut liceret sibi ædificare domum Deo, prohibitus est: qui etiamsi gratus acceptusque esset Deo, tamen hoc honore non habitus est dignus. Jeremias vero ob nequitiam eorum pro quibus precatus est, videtur non exauditus fuisse. Quinetiam non raro contingit, ut prætermisso ex nostra negligentia opportuno tempore, quo orare oportuisset, comperimur posthac intempestive & incassum roga-
2. Cor. 12. 8. re. Quod autem attinet ad illud: *Propter hoc ter Dominum rogavi, ut discederet a me*, scien- E dum est earum calamitatum quæ tum in rebus externis, tum in ipso corpore nobis eveniunt, multiplicem esse & variam rationem, Deo has vel inferente vel permittente per quamdam dispensationem subita horum malorum liberatione nobis utiliorem. Si quis igitur nosse potuerit, se ab adversitate per precationem ac rogationem liberari oportere, si rogat, tum exauditur: velut duo cæci in evangelio, & decem leprosi, aliique complures: si vero perspectam non habuerit rationem, ob quam in tentationem inciderit (nam plerumque finem ob quem mala sibi irrogantur, assequi etiam per patientiam debet,) deprecatusque fuerit calamitatem, cum tamen ad finem usque eam sustinere debuisset, non auditur: quandoquidem consilio benignitatis Dei non assentitur. Illud autem, *Si duo ex vobis consenserint*, quid sibi velit, ipsa loci series aperte declarat. Ibi enim de eo qui peccantem arguit, & de eo qui arguitur, verba facit. Quamobrem cum Deus non velit mortem peccatoris, sicut vult ipsum converti & vivere: qui reprehensus est, si animo compunctus sit, atque redarguentis assensus fuerit consilio, pro re omni, hoc est, pro omni peccato, cujus petierint veniam, dabitur ipsis a clementissimo Deo. Si enim qui increpatur, haud consenserit cum increpante, jam non conceditur venia, sed fit alligatio, juxta ea quæ sequuntur verba: *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata in cælo*, sic ut impleatur judicium illud, *Si ecclesiam quoque non audierit qui redargutus est, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Matth. 18. 18. Ibid. v. 17.

INTERROGATIO CCLXII.

Cum scriptura in rerum laudabilium numero egestatem & paupertatem ponat, velut in hoc loco: Beati egeni: *ac etiam in illo*, Desiderium pauperum exaudivit Dominus. *Et rursum*: Egenus & pauper laudabunt nomen tuum, *quodnam est discrimen egestatem inter & paupertatem: & quomodo verum dicit David, cum ait*: Ego autem egenus sum & pauper. Matth. 5. Psal. 10. 17. juxta Hebr. Psal. 73. 21. Psal. 39. 8.

RESPONSIO.

Cum recordor Apostoli qui dixit de Domino, quod propter nos egenus factus est, cum dives esset, existimo egenum quidem eum esse, qui a divitiis exciderit in egestatem: pauperem vero, qui ab initio in egestate fuerit, ac certo quodam qui Deo placeret modo ejusmodi adversitatem rexerit. Cæterum David egenum & pauperem esse se confitetur: sed fortasse hoc etiam dicit in persona Domini, qui egenus quidem nominatur secundum illud, *Qui propter nos egenus factus est, cum esset dives*: pauper vero, quod non divitis alicujus, sed fabri lignarii filius secundum carnem dictus est. Forte etiam quoniam sicut Job non noverat res suas in thesaurum recondere, neque divitiis studere tamquam propriis, sed dispensare omnia ex voluntate Domini. 2. Cor. 8. 9. 2. Cor. 8. 9. Matth. 13. 55.

IN-

Digitized by Google

INTERROGATIO CCLXIII.

Quid vult docere Dominus per exempla, quibus subjungit illud: Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. *Si enim qui turrim ædificare vult, aut prælium committere cum alio rege, apparare se debet aut ad ædificationem, aut ad bellum: sin autem impar fuerit, potest aut ab initio fundamentum non jacere, aut petere pacem: ergone is etiam, qui voluerit discipulus Domini fieri, debet renuntiare: & si animadverterit id difficile a se toleratum iri, an liceat ei ne ab initio quidem discipulum Domini fieri.* (Luc. 14.33.)

RESPONSIO.

PRopositum est Domino in his exemplis, non permittere ut quivis Domini fiat discipulus, vel non: sed docere nullo modo fieri posse, ut aliquis inter ea quæ animum distrahunt, Deo placeat: in quibus periclitatur etiam, ut pote qui facile possit insidiis diaboli capi, & ita demum rebus iis, quarum studio teneri videbatur, imperfectis relictis, ludibrio & risu dignus esse perhibetur. Quod sibi ne accideret deprecans propheta, dicebat: *Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna loquuti sunt.* (Psal. 37. 17.)

INTERROGATIO CCLXIV.

Cum Apostolus dicat: Ut sitis sinceri: *ac rursus,* Sed velut ex sinceritate, *quid est sincerum?* (Philip. 1. 10. 2. Cor. 2. 17.)

RESPONSIO.

SIncerum esse arbitror quod cum nulli rei admixtum sit, & a re qualibet contraria summe purgatum, coactum est & directum ad solam pietatem: imo vero non ad pietatem modo, sed ad ea etiam, quæ in singulis & temporibus & rebus plane ad ipsius scopum requiruntur, ita ut si quis muneri alicui præpositus sit, is ne ad affinia quidem ei muneri distrahatur. Quod quidem prius est, declaratur ex ipsa serie verborum. Nam his verbis, *Sed velut ex sinceritate*, subdit illud: *Sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.* Alterum vero, ex illo: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei:* itidem ex aliis verbis, quæ his subjunguntur. (2. Cor. 2. 17. Rom. 12. 3.)

INTERROGATIO CCLXV.

Utrum ad solos sacerdotes dictum sit: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum, *an etiam ad omnes? Et quomodo unusquisque nostrum offert munus ad altare.* (Matth. 5. 23.)

RESPONSIO.

HOc quidem præcipue ac primario loco par fuerit ad sacerdotes referri, cum scriptum sit: *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei omnes.* Et, *Sacrificium laudis honorificabit me.* Ac rursus, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Quin & Apostolus ait, *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum:* quorum unumquodque omnium commune est; atque quod est ejusmodi, id ab unoquoque nostrum perfici necesse est. (Esai. 61. 6. Psal. 49. 23. Psal. 50. 19. Rom. 12. 1.)

INTERROGATIO CCLXVI.

Quid est sal quod habere Dominus jussit, cum dixit: Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. *Quin & Apostolus ait:* Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus. (Marc. 9. 49. Coloss. 4. 6.)

RESPONSIO.

ET hic ex contextu & serie utriusque capitis, sensus perspicuus est. Nam ex Domini verbis docemur, nullam causam ob quam alter ab altero disjungamur & dissideamus, præbere, sed nosmetipsos semper in vinculo pacis ad unitatem spiritus conservare. Ex verbis autem Apostoli discet quicumque meminerit illius, qui dixit, *Numquid comedetur panis sine sale? Numquid vero & est sapor in verbis vanis?* sermones suos dispensare ad fidei ædificationem, *Ut det gratiam audientibus*, tempore opportuno & decoro ordine utens, quo auditores magis morigeri fiant. (Ephes. 4. 3. Job 6. 6. Ephes. 4. 29.)

INTERROGATIO CCLXVII.

Si alius multis vapulabit, alius vero paucis: quomodo dicunt quidam nullum esse pœnarum finem. (Luc. 12. 47.)

RESPONSIO.

QUæ ambigue & obscure videntur dicta fuisse in quibusdam divinæ scripturæ locis, ea ex confessis ac manifestis aliorum locorum sententiis explanantur. Cum igitur Dominus pronuntiet aliquando hos in supplicium æternum ituros, aliquando vero mittat quosdam in ignem æternum para- (Matth. 25. 46.)

Ibidem 41. paratum diabolo & angelis ejus; & alibi ge- A hennæ ignis mentione facta, subjiciat illud:
Marc. 9. 43. *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non ex-*
Esa. 66. 24. *stinguitur*; olimque etiam de quibusdam prædixerit per prophetam, vermem eorum non moriturum, neque ignem eorum exstinctum iri: hæc igitur & horum similia cum in multis divinæ scripturæ locis habeantur, hoc quoque unum est ex artificiis diaboli, ut plerique homines velut obliti tot & talium Domini verborum ac sententiarum, quo majore cum audacia peccent, supplicii sibi finem præscribant. Etenim si æterni suppli- B cii futurus est aliquando finis, finem utique habitura est etiam vita æterna. Quod si non possumus illud de vita æterna intelligere, qua ratione supplicio æterno adscribitur finis? Nam æqualiter pro utroque habetur
Matth. 25. 46. *æterni* adjectio. *Ibunt enim*, inquit, *hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam*. Itaque cum hæc ita sint in confesso, sciendum est, neque illud, *vapulabit*
Luc. 12. 47. *multis*, neque illud, *vapulabit paucis*, significare finem, sed diversitatem supplicii. Si enim Deus justus judex est, non bonis solum, C sed malis etiam reddens unicuique juxta opera sua, potest alius esse dignus igne inexstinguibili, qui aut mollius aut acrius adurat: alius verme numquam morituro, qui etiam aut mitius aut acerbius excruciet pro cujusque merito: alius gehenna, quæ varia ac penitus diversa supplicia habeat: alius exterioribus tenebris, ubi hic quidem in fletu solum, ille vero in dentium etiam stridore ob dolorum vehementiam exsistat. Quin & exteriores illæ tenebræ alias etiam prorsus esse interiores indicant. Et illud quod di- D
Prov. 9. 18. ctum est in Proverbiis, *In profundum inferni*, declarat quosdam esse in inferno quidem, sed non in profundo inferni, qui leviorem pœnam perferant. Nunc autem hoc etiam in corporis morbis ostendere licet. Nam febricitanti alteri accedunt symptomata, & aliæ quædam molestæ affectiones: alter vero febricitat tantummodo, & hic non simili modo, quo alter. Et alius non febri quidem, sed quodam membri alicujus dolore discruciatur: & hic rursus alio plus aut minus. Hæ autem voces *multis* & *paucis*, prolatæ sunt E quoque a Domino ex consueto usu, velut etiam alia quædam ejusmodi. Neque enim ignoramus hujusmodi loquendi genus sæpe de iis etiam qui uno aliquo morbo affligantur, usurpari: veluti cum de aliquo homine dumtaxat febricitante, aut ab oculis dolente mirabundi dicimus, hic quot & quanta sustinuit mala, aut quot & quantos pertulit cruciatus. Quamobrem illud, *multis & paucis vapulare*, iterum dico, nequaquam porrigi, aut compleri ac finiri tempus, sed supplicium diversum esse significat.

INTERROGATIO CCLXVIII.

Quo sensu dicantur quidam, filii contumaciæ, Ephes. 5. 6.
& filii iræ. Ephes. 2. 3.

RESPONSIO.

Filios alicujus sive bonus sive malus fuerit, solet Dominus appellare eos, qui ejus voluntatem faciunt. *Si enim*, inquit, Joan. 8. 39.
filii Abraham essetis, opera Abraham faceretis. Ac rursus: *Vos ex patre diabolo estis: &* Ibidem v. 44.
desideria patris vestri vultis facere. Quamobrem quisquis contumaciæ opera peragit, efficitur etiam contumaciæ filius. Fortasse etiam quemadmodum non peccator modo, sed ipsum etiam peccatum diabolus nominatur, quod peccati, ut opinor, fuerit auctor: sic quoque ob eamdem causam contumacia ipsa poterit diabolus appellari. Filius autem iræ est aliquis, quatenus semetipsum ira dignum præstitit. Ut enim qui Domino sunt digni, faciuntque opera lucis ac diei, eos Apostolus filios lucis ac filios diei 1. Thess. 5. 5.
vocavit, ita par fuerit intelligere & illud: *Eramus filii iræ*. Scire autem oportet filium Ephes. 2. 3.
contumaciæ & filium iræ unum & eumdem esse, cum Dominus pronuntiaverit: *Qui* Joan. 3. 36.
contumax est in Filium, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.

INTERROGATIO CCLXIX.

Cum scriptum sit: Facientes voluntates car- Ephes. 2. 3.
nis & cogitationum: *numquid voluntates carnis aliæ sunt, & aliæ cogitationum: & quales sint hæ.*

RESPONSIO.

Carnis quidem voluntates alio in loco singulatim nominatimque recenset Apostolus, his verbis: *Manifesta sunt autem* Galat. 5. 19.
opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & quæ his similia. Et alibi generalius: *Sapien-* Rom. 8. 7.
tia carnis inimicitia est in Deum, legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. At vero cogitationum voluntates dici possunt ea consilia, quæ scripturæ testimonio non probantur, qualia sunt illa, de quibus dictum est: *Consilia destruentes, & omnem altitudinem* 2. Cor. 10. 4.
extollentem se adversus scientiam Dei, & cogitata, quæ ad obediendum Christo captiva non ducuntur. Quapropter necessarium & tutum est semper & ubique servare illud quod a Davide dictum est: *Et consilium meum* Psal. 118. 24.
justificationes tuæ.

IN-

INTERROGATIO CCLXX.

2. Cor. 4. 8. *Quid sibi vult illud :* In maximis difficultatibus versamur, sed non succumbimus.

RESPONSIO.

CUm Apostolus certissimam suam pleniſſimamque in Deum fiduciam ex humana sapientia huic adversa ostendit, singula quæ hoc loco habentur, sic ordinat. Quantum quidem attinet ad humanam sapientiam : *In omnibus*, inquit, *tribulationem patimur :* quantum vero ad fiduciam in B Deum, subjungit illud : *Sed non angustiamur*. Rursus quantum attinet ad sapientiam humanam, *In maximis difficultatibus versamur :* quantum vero ad fiduciam in Deum, *non succumbimus*. Et reliqua similiter. Cujusmodi sunt ea quæ fuerunt alibi ab ipso dicta : *Quasi morientes, & ecce vivimus: sicut egentes, multos autem locupletantes : tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.*

Ibidem. 2. Cor. 6. 9. & 10.

INTERROGATIO CCLXXI.

Luc. 11. 41. *Cum Dominus dicat :* Verumtamen quod superest, date eleemosynam : & ecce omnia munda sunt vobis *: numquid peccata omnia, quæ quis commisit, mundantur per eleemosynam.* C

RESPONSIO.

SEries ipsa eorum quæ præcedunt, propositam quæstionem explanat. Nam cum antea dixisset : *Mundatis quod de foris est calicis & catini : quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate*, tum demum addidit illud : *Verumtamen quod superest, date eleemosynam : & ecce omnia munda sunt vobis :* omnia hæc videlicet quæcumque per rapinam & avaritiam peccamus, & nequiter agimus. Sed & Zacchæus hoc declarat, his verbis : *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus : & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum*. Itaque quæcumque sunt ejusmodi peccata, ut resolvi possint, & pro quibus liceat longe plura rependere, hoc modo expurgantur : hoc, inquam, modo : quandoquidem ipse per seipsum haud sufficit ad purgationem, sed primum indiget misericordia Dei & sanguine Christi : in quo etiam reliquorum omnium habemus redemtionem, si fecerimus ob singula fructus dignos pœnitentiæ.

Ibidem v. 39. D Luc. 19. 8. E Ephes. 1. 7. Luc. 3. 8.

INTERROGATIO CCLXXII.

A *Cum præceptum Domini sit, ut ne solliciti simus de crastino : quomodo sumus hoc mandatum recte intellecturi? Videmus enim nos ad parandas res necessarias multum studii convertere, ita ut ea etiam quæ possunt ad longius tempus sufficere, recondantur.* Matth. 6. 34.

RESPONSIO.

QUisquis suscepit doctrinam Domini, qui dixit : *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus*, adhibuitque certissimam & integerrimam fidem veritati promissionis, quam ipse subjungit : *Et hæc omnia adjicientur vobis :* nequaquam in hujus vitæ curis verbum suffocantibus, ipsumque infecundum reddentibus, animum inutiliter occupat. Imo vero in bono certamine decertans ad complacendum Deo, credit Domino, dicenti : *Dignus est operarius cibo suo*, nec quidquam curat alimenti causa : sed laborat & sollicitus est, non propter seipsum, sed propter mandatum Christi, quemadmodum ostendit ac docuit Apostolus, cum dixit : *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos*. Nam sui ipsius gratia sollicitum esse, crimen est amoris sui ipsius : contra, mandati ergo sollicitum esse & laborare, laus & præconium est animi, qui Christi & fratrum amore succenditur.

Ibidem v. 33. Matth. 10. 10. Act. 20. 35.

INTERROGATIO CCLXXIII.

Quid est quod faciens aliquis, blasphemat in Spiritum sanctum. Marc. 3. 22.

RESPONSIO.

EX blasphemia, quæ tunc prolata est a Pharisæis, in quos etiam pronuntiatum est judicium ejusmodi, perspicuum est, eum etiamnum in Spiritum sanctum blasphemum esse, qui efficaciam & fructus sancti Spiritus adscribit adversario : quod plerisque nostrum contingit, qui sæpe probum virum vanæ gloriæ cupidum temere appellamus, falsoque iracundiæ accusamus hominem, æmulationem bonam ostendentem, & ejusdem generis alia per pravas suspiciones ementitis nominibus vocamus.

INTERROGATIO CCLXXIV.

Quomodo quis efficiatur stultus in hoc sæculo.

RESPONSIO.

SI timuerit judicium Dei, qui dicit : *Væ vobis qui prudentes estis in vobis ipsis, & coram vobis scientes*, eumque imitatus fuerit, qui dixit : *Brutus factus sum apud te :* & si rejecta omni opinione prudentiæ, nullam propriam cogitationem prius comprobarit tamquam

Esa. 5. 21. Psal. 72. 23.

quam

quam bonam, imo si ne initio quidem quid-quam prius cogitaverit, quam ab ipso Domini præcepto sit assuefactus ad id quod placet Deo, sive in opere, sive in sermone, si-
2. Cor. 3. 4. ve in cogitatione, cum Apostolus dicat: *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia*
Psal. 93. 10. *nostra ex Deo est, qui docet hominem scientiam*, sicut scriptum est.

INTERROGATIO CCLXXV.

Numquid sancti alicujus consilium propositum-que satanas possit impedire: quoniam scrip-
1. Thess. 2. 18. *ptum est:* Ego quidem Paulus proposui venire & semel & iterum, sed impedivit nos satanas.

RESPONSIO.

INter recte facta quæ in Domino fiunt, alia perficiuntur a voluntate & a judicio animæ: alia vero ope corporis aut per studium aut per patientiam eduntur. Quæcumque igitur in animæ voluntate ac judicio sita sunt, ea satanas impedire nullo modo potest: in iis vero quæ per corporalem actionem geruntur, Deus plerumque, eum, qui impeditur, probaturus ac exploraturus, aliquid nasci permittit impedimenti: ut aut mutasse bonum propositum convincatur, velut ii qui fuerant supra petram seminati, qui
Luc. 8. 13. ad breve quidem tempus cum gaudio susceperunt verbum, exorta vero adversitate, confestim recesserunt: aut appareat eum per recte factorum studium in bonis persevera-
Rom. 1. 13. re: quemadmodum ipse Apostolus, qui non raro proposuit ad Romanos accedere, & licet impeditus, velut ipse confessus est, tamen non destitit velle, donec quod proposuerat, perfecerit. In patientia vero, uti Job, qui tanta mala perpessus a diabolo, qui eum impellebat, ut blasphemi aliquid diceret, aut esset in Deum ingratus, nihilominus tamen etiam ad extremas usque calamitates neque a pio judicio, neque a sana de Deo sententia recessit: siquidem de eo scri-
Job 1. 22. ptum est, *In omnibus his nihil peccavit Job labiis suis coram Deo, & non dedit insipientiam Deo.*

INTERROGATIO CCLXXVI.

Rom. 12. 2. *Quid est, quod dictum est ab Apostolo:* Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

RESPONSIO.

MUlta sunt, quæ vult Deus: alia quidem per tolerantiam & benignitatem, quæ & bona sunt & vocantur: alia vero per iram ob peccata nostra, quæ nomi-
Esa. 45. 7. nantur mala. *Ego enim sum*, inquit, *qui facio pacem & creo mala*. Mala autem non propter quæ punimur, sed per quæ erudimur. Porro quæ erudiunt, & per afflictationem ad conversionem ducunt, cedunt in bonum. Quæcumque igitur Deus vult ceu tolerans & benignus, hæc & nos velimus imitemurque necesse est. *Estote enim*, inquit, *miseri-* Luc. 6. 36.
cordes, sicut & pater vester misericors est. Itidem Apostolus: *Estote*, inquit, *imitato-* Ephes. 5. 1.
res Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Quæcumque vero peccatorum nostrorum causa per iram inducit, quæ, uti jam dixi, ideo appellantur mala, quod molestiam afferant, ea facere nobis nullo modo licet. Neque enim quoniam voluntas Dei est, ut homines sæpe aut fame, aut peste, aut bello, aut alia quadam hujusmodi calamitate intereant, convenit huic nos voluntati inservire. Nam ad res hujusmodi etiam malis ministris utitur Deus, juxta id quod scri-
ptum est: *Misit in eos iram indignationis suæ,* Psal. 77. 49.
indignationem, & iram, & tribulationem: immissionem per angelos malos. Primum igitur quærendum est, quæ sit Dei voluntas bona: deinde ubi cognoverimus bonam, tum expendendum, an bona hæc voluntas, sit etiam Deo grata & accepta. Est enim aliquid quod peculiari quidem ratione & Dei est voluntas, & bona voluntas est: sed tamen si id factum sit modo aut personæ aut tempori non apto, non jam amplius Deo placet. Exempli causa, voluntas erat Dei, eaque Num. 16. 17.
bona erat, adolere Deo: sed Deo gratum non erat id a Dathan & ab Abiron præstari. Ac rursus Dei est voluntas, eaque bona est, ut detur eleemosyna: sed id ad humanam glo- Matth. 6. 2.
riam consequendam facere, non amplius Deo gratum est. Et iterum, voluntas Dei erat, eaque bona erat, ut discipuli id quod Matth. 10. 27.
in aurem audierant, prædicarent in domibus: sed ante tempus quidquam dicere, non jam amplius Deo erat jucundum. *Nemini* Matth. 17. 9.
enim, inquit, *dixeritis visionem hanc, donec filius hominis a mortuis resurgat.* Et in summa, omnis voluntas Dei bona, tunc etiam placita est, cum in ipsa impletum fuerit quod dictum est ab Apostolo: *Omnia in Dei* 1. Cor. 10. 31.
gloriam facite. Et, *Omnia honeste & secun-* Ibid. 14. 40.
dum ordinem fiant. Rursus vero cum aliqua fuerit voluntas Dei, eaque bona ac grata extiterit, ne sic quidem oportet securo esse animo: sed contendere & curare, ut id perfectum sit & integrum, modo habita ratione ejus quæ sit rei, an fiat ex præcepto, modo facientis consideratis viribus. *Diliges* Luc. 10. 27.
enim, inquit, *Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut teipsum:* quemadmodum etiam in evangelio secundum Joannem Do-

minus docuit. Sed & sic conficiendum est A mandatum omne, prout scriptum est: *Nam,* inquit, *beatus ille servus quem cum venerit Dominus ejus, inveniet sic facientem.* [Matth. 24. 46.]

INTERROGATIO CCLXXVII.

Quale est conclave, in quod orantem intrare Dominus jubet.

RESPONSIO.

COnclave consuetudo nominare solet, partem domus vacantem & separatam, in qua reponimus quidquid asservare B voluerimus: aut in qua quis potest occultari, juxta id quod in propheta quoque dictum est: *Vade populus meus: ingredere in conclave tuum, abscondere.* [Esa. 26. 20.] Cæterum vim mandati argumentum ipsum declarat: siquidem sermo est ad ægrotos quosdam, quorum morbus studium erat placendi hominibus. Quare si quis ab illo vitio infestetur, recte facit, si secedat, sitque in precando solitarius, donec habitum assequi potuerit non respiciendi ad humanas laudes, sed in solum Deum intuendi, exemplo ejus, qui dixit: *Ecce sicut oculi* C *servorum in manibus dominorum suorum: sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* [Psal. 122. 2.] Quod si quispiam ex Dei munere liber sit ab hoc vitio, non necesse habet bonum abscondere: id quod docet Dominus ipse, his verbis: *Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui* D *in cælis est.* [Matth. 5. 14.] Atque hoc idem sentiendum est & de eleemosyna & de jejunio, quorum mentio fit in eodem loco; & in universum de omni negotio pietatis.

INTERROGATIO CCLXXVIII.

Quomodo spiritus alicujus orat, mens autem illius sine fructu est. [1. Cor. 14. 14.]

RESPONSIO.

HOc dictum est de iis qui lingua aliqua, quæ audientibus ignota sit, precan- E tur. Ait enim: *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.* [Ibidem.] Quando enim ignota sunt adstantibus precum verba, sine fructu est mens precantis, cum nemo utilitatem ullam percipiat: quando autem qui adsunt, precationem quæ prodesse audientibus possit, intelligunt; tunc qui orat fructum hunc habet, ut meliores fiant qui juvantur. Atque etiam similis ratio est in omni pronuntiatione verborum Dei. Scriptum est enim: *Sed si quis bonus ad ædificationem fidei.* [Ephes. 4. 29.]

INTERROGATIO CCLXXIX.

Quid significet illud, Psallite intelligenter. [Psal. 46. 8.]

RESPONSIO.

QUod est in cibis sensus qualitatis cibi cujusque, hoc in verbis sacræ Scripturæ est intelligentia. *Nam,* inquit, *fauces cibos degustant: mens vero verba dijudicat.* [Job 12. 11. apud LXX.] Si quis igitur animo ita afficitur per vim & efficaciam uniuscujusque verbi, velut afficitur gustu per qualitatem cibi cujusque, is confecit mandatum illud: *Psallite intelligenter.*

INTERROGATIO CCLXXX.

Quis est qui mundus est corde. [Matth. 5. 8.]

RESPONSIO.

QUi non convincitur a semetipso, tamquam qui mandatum spreverit Dei, aut prætermiserit, aut neglexerit.

INTERROGATIO CCLXXXI.

Quæ psallere non vult, an cogenda sit.

RESPONSIO.

NIsi alacriter accedat ad psallendum, & nisi ferat præ se affectum illius, qui dixit, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo:* [Psal. 118. 103.] & nisi putet magnum detrimentum desidiam esse, aut corrigatur, aut expellatur; *Ne modicum fermentum totam massam corrumpat.* [Gal. 5. 9.]

INTERROGATIO CCLXXXII.

Quinam sunt ii, qui dicunt: Manducavimus coram te, & bibimus: *& tamen audiunt:* Nescio vos. [Luc. 13. 26.]

RESPONSIO.

FOrtasse illi, quos in sua persona descripsit Apostolus, his verbis: *Si linguis hominum loquar & angelorum,* & quæ sequuntur. *Et si habeam omnem scientiam, & omnem fidem: & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: & si tradidero corpus meum ut comburar: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest:* [1. Cor. 13. 1.] quod didicerat Apostolus a Domino, qui de quibusdam dixit: *Faciunt enim ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam.* [Matth. 6. 2.] Quicquid enim non charitatis erga Deum, sed humanæ laudis gratia efficitur, qualecumque tandem id fuerit, laudem pietatis non consequitur, sed vituperatur tamquam studium aut placendi hominibus vel sibiipsi, aut contentionis, aut invidiæ, aut similis cujusdam causæ. Quamobrem quod est hujusmodi, id Dominus iniquitatis opus appellat, ubi eos qui

Luc. 13. 27. qui dixerunt, *Manducavimus coram te &c.* A sic alloquitur: *Discedite a me omnes operarii iniquitatis.* Quomodo enim non essent operarii iniquitatis, qui Dei donis ad inquirendas suas voluptates abutuntur? quales erant
2. Cor. 2. 17. illi, de quibus dicit Apostolus: *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei.*
1. Tim. 6. 5. Et rursus: *Existimantium quæstum esse pietatem*, & ejusdem generis multa. A quibus omnibus esse se purum nobis declaravit Apo-
1. Thess. 2. 4. stolus, his verbis: *Non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus vobis in sermone adu-* B *lationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.*

INTERROGATIO CCLXXXIII.

An qui cujuspiam facit voluntatem, socius illius sit.

RESPONSIO.

Joan. 8. 34. Si credimus Domino, qui dicit, *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati,*
Ibid. v. 44. & iterum, *Vos ex patre diabolo estis, & desi-* C *deria patris vestri vultis facere*, intelligimus quod non simpliciter exstitit socius, sed dominum & patrem suum constituit eum, cujus opus facit, juxta ipsam Domini vocem. Quin & Apostolus perspicue idipsum testa-
Rom. 6. 16. tur, his verbis: *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam?*

INTERROGATIO CCLXXXIV.

Si in egestate sit aliqua fratrum societas ob D *quamdam adversitatem aut morbum, numquid sine ulla dubitatione ab aliis possit necessaria recipere. Et si convenit: a quibus hæc accipiet.*

RESPONSIO.

Matth. 25. 40. Quisquis memor est Domini, qui dixit, *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*, studiosius diligentiusque multum adhibet curæ, ut dignus sit qui Domini habeatur frater. Si quis igitur fuerit hujusmodi, accipiat ci- E tra ullam hæsitationem, sed gratias agat. A quibus autem accipere conveniat, & quando, & quomodo, expendere debet is cui concredita est communis cura, adeo ut
Psal. 140. 5. recordetur Davidis, qui dixit: *Oleum peccatoris ne impinguet caput meum.* Ac rursus:
Psal. 100. 6. *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.*

INTERROGATIO CCLXXXV.

An fratrum aliqua societas cum altera negotians, justum rei traditæ pretium sollicite inquirere debeat.

RESPONSIO.

An Scriptura permittat emtionem ac venditionem a fratribus mutuo exerceri, de eo quid dicam, non habeo. Docemur enim alii cum aliis res nostras communicare ad usum ac necessitatem, sicut scri-
ptum est: *Vestra abundantia illorum inopiam* 2. Cor. 8. 14. *suppleat, & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas.* Quod si ejusmodi necessitas aliquando contingat, debet emtor magis sollicitus esse, ne res minoris ematur, quam venditor ipse. Meminerint autem utrique ejus, qui dixit: *Da-* Prov. 17. 26. *mnum inferre viro justo non est bonum.*

INTERROGATIO CCLXXXVI.

Qui in fratrum conventu vivit, sed incidit in morbum corporalem, num in hospitalem domum abducendus sit.

RESPONSIO.

Habenda est ratio loci cujusque, & finis, qui accommodetur ad communem utilitatem, ad gloriam Dei.

INTERROGATIO CCLXXXVII.

Qui sint digni fructus pœnitentiæ.

RESPONSIO.

Opera justitiæ peccato contraria: quos fructus edere debet pœnitens, exsequens quod dictum est: *In omni opere bono* Coloss. 1. 10. *fructificantes.*

INTERROGATIO CCLXXXVIII.

Qui confiteri vult peccata sua, debetne confiteri omnibus, & quibuslibet, aut quibus?

RESPONSIO.

Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est: *Non volo mortem peccatoris, si-* Ezech. 33. 11. *cut ut convertatur ipse, & vivat.* Quoniam igitur conversionis modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus dignis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, ut ne fru- Luc. 3. 8. ctuum penuria locum habeant eæ quæ subsequuntur minæ: *Nam*, inquit, *omnis arbor* Ibid. v. 9. *non faciens fructum bonum, exscinditur, & in ignem mittitur*, peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est. Sic enim & qui olim pœni- 1. Cor. 4. 1. tentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evange-

Matth. 3.6. lio quidem, quod peccata sua Joanni Bapti-
Act. 19. 18. stæ confitebantur; in Actis vero, Apostolis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti.

INTERROGATIO CCLXXXIX.

Quem pœnituit peccati, & rursus in idem peccatum labitur, quid facies.

RESPONSIO.

Si quis acta semel pœnitentia, rursus idem peccatum admittat, liquet primam peccati illius causam non fuisse expurgatam, a qua veluti a quadam radice similia necesse B est nasci. Quemadmodum enim si quis relicta radice voluerit arboris ramos resecare, nihilominus radix manens aliquid haud dissimile rursus producit: sic quoniam peccata aliqua non in seipsis habent principium, sed ex aliis originem ducunt, necessarium omnino est eum qui ab ipsis purus esse vult, primas peccatorum illorum causas tollere. Exempli causa, jurgium aut invidia haudquaquam a seipsis sumunt exordium, sed ex radice amoris gloriæ pullulant. Qui enim humanam gloriam aucupatur, huic jurgium C est cum eo, qui bene audit: aut ei invidet, cui fuerit nominis splendore inferior. Si quis igitur, ubi se ipse semel condemnaverit invidiæ aut dissidii, in eadem rursus vitia incidat, noverit in intimis laborare se ex primaria illa invidiæ aut altercationis causa, ipso videlicet gloriæ studio. Et quidem oportet eum ex diverso per humilitatis exercitia (exercitium autem humilitatis est, in vilioribus negotiis occupari,) id vitium amoris gloriæ curare, ut sic animo humili affectus, deinceps, in ea, quæ ante dixi- D mus, amoris gloriæ germina nequaquam incidat: & in singulis ejusmodi peccatis similiter.

INTERROGATIO CCXC.

1. Cor. 15. 58. *Quomodo abundat quis in opere Domini semper.*

RESPONSIO.

Videlicet cum aut traditum sibi donum multiplicat, eorum, quibus benefacit, utilitati atque profectui consulendo: aut studium majus in opere Domini ostendit, E quam in iis rebus, quæ ab hominibus magnopere requiruntur.

INTERROGATIO CCXCI.

Matth. 12. 20. *Quæ est arundo quassata, aut fumigans linum? & quomodo quis illam non confringet, hoc vero non exstinguit.*

RESPONSIO.

Quassatam arundinem arbitror esse eum, qui vitio alicui obnoxius, mandatum Dei conficit: quem confringere A & abscindere non oportet, sed curare potius, velut Dominus docuit, cum dixit: *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Quin & Matth. 6.1.
Apostolus præceptum dat, his verbis: *Omnia* Philip. 2.14.
facite sine murmurationibus, & disceptationibus. Et alio in loco: *Nihil per contentionem,* Ibid. 3.
aut inanem gloriam. Linum vero fumigans esse dicitur, cum quis exsequitur mandatum non ardenti desiderio, nec perfecto studio, sed segnius quodammodo ac remissius: quem non convenit coercere, sed potius excitare, B recordatione judiciorum Dei, ac promissorum ipsius.

INTERROGATIO CCXCII.

Numquid conveniat, ut in fratrum societate magister sit puerorum sæcularium.

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit: *Patres nolite ad* Ephes. 6. 4.
iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini: si qui eos adducunt, adducant hac mente, C & qui suscipiunt, tales sint ut planissime confidant posse se oblatos pueros in disciplina ac correctione Domini educare, servetur quod a Domino præceptum est his verbis:
Sinite parvulos venire ad me, & nolite eos pro- Matth. 19.
hibere: talium est enim regnum cælorum. Sed 14.
citra propositum & spem ejusmodi, neque hoc gratum Deo, neque conveniens nobis, neque utile esse existimo.

INTERROGATIO CCXCIII.

Quomodo cum iis agendum est, qui devitant D *graviora peccata: patrant vero leviora indiscriminatim.*

RESPONSIO.

Primum quidem nosse oportet, hanc differentiam in novo testamento non reperiri. Una namque habetur sententia adversus quælibet peccata, cum Dominus dicat: *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Joan. 8 34.
Et rursus, *Sermo quem locutus sum, ille ju-* Ibid. 12. 48.
dicabit eum in novissimo die. Et Joannes cla- Ibid. 3. 36.
mat: *Qui non obedit Filio, non videbit vitam,* E *sed ira Dei manebit super ipsum,* contumacia non ob peccatorum discrimen, sed ob transgressionem locum comminationi præbente. Uno verbo, si parvum & magnum peccatum liceat nobis dicere, sine controversia negari non potest, hoc cuique magnum esse, cujus quisque subjicitur dominio: illud vero parvum, cui quisque dominatur. Ut in Athletis, fortior est qui vincit: victus vero debilior victore est, quisquis ille sit. Quapropter erga quemcumque cujuscumque generis peccatum admittentem servandum est præceptum Domini, qui dixit: *Si peccaverit in* Matth. 18. 15.

te

Digitized by Google

te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem non audieris, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, aut trium testium stet omne verbum. Quod si non audieris eos, dic ecclesiæ; si autem ecclesiam quoque non audieris, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Servetur autem in omnibus, quæ sunt ejusmodi, id quod dictum est ab Apo-
1. Cor. 5. 2. stolo: *Quare non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit?* Oportet enim lenitatem atque misericordiam cum severitate conjungi.

INTERROGATIO CCXCIV.

Quæ causa est, quamobrem excidat quis a jugi recordatione Dei.

RESPONSIO.

SI quis beneficiorum Dei sit immemor, & in benefacientem exstiterit ingratus.

INTERROGATIO CCXCV.

Quibus signis cognoscitur is, cujus animus peregre est.

RESPONSIO.

CUm quis negligit ea, quæ conducunt ad placendum Deo, cum propheta dicat:
Psal. 15. 8. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.*

INTERROGATIO CCXCVI.

Qua ratione persuadebit sibi animus esse se purum a peccatis.

RESPONSIO.

Psal. 118. 163. SI quis in seipso deprehendat affectum Davidis, qui ajebat: *Iniquitatem odio habui & abominatus sum:* aut si conscius fuerit impletum fuisse in semetipso illud præce-
Coloss. 3. 5. ptum Apostoli, qui dixit: *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus: propter quæ venit ira Dei:* ubi & extendens ejusmodi sententiam adversus omne peccatum, adjecit: *In filios non obe-*
Psal. 100. 3. *dientes*, ut dicere valeat: *Non adhæsit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam.* Jam vero intelligit aliquis esse se hoc modo affectum, si etiam adversus peccantes terribilem hanc sanctorum commiserationem induerit. Et quidem David dicit:
Psal. 118. 158. *Vidi insensatos, & tabescebam, quia eloquia*
2. Cor. 11. 29. *tua non custodierunt.* Apostolus vero ait: *Quis infirmatur, & non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror.* Si enim revera anima præstantior est corpore, videmus autem ægerrime ferre nos quasvis sordes in corpore, easque aversari; atque ut omnis lacera-
A tionis, ita omnis damni aspectu cordi creari dolorem ac tristitiam, quanto magis æquum est, ut ea quæ diximus, in se ob peccantes sentiat is, qui Christum ac fratres diligit, quotiescumque viderit peccantium animam velut a bestiis sauciari ac corrodi, atque ceu saniem putredinemque in ea apparere. David dicit: *Iniquitates meæ super-* Psal. 37. 5.
gressæ sunt caput meum: sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curvatus sum usque in fi-
B *nem: tota die contristatus ingrediebar.* Ait vero Apostolus: *Stimulus mortis, peccatum* 1. Cor. 15. 56.
est. Cum igitur quis aut ob propria peccata, aut ob aliena, uti jam dictum est initio, animam suam ita affectam perspexerit, tunc certissime credat esse se a peccato liberum.

INTERROGATIO CCXCVII.

Quomodo a peccatis se convertere oportet.

RESPONSIO.

C SI imitetur affectum Davidis, qui primum quidem ait: *Iniquitatem meam* Psal. 31. 5.
cognitam feci, & peccatum meum non abscondi. Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino. Deinde si animi statum detegat, uti per sextum psalmum aliosque variis ac diversis modis edoctus est, atque ab Apostolo ea didicerit, quæ pro alieno peccato facta fuisse a Corinthiis testatus est, his verbis:
Quæ secundum Deum tristitia est, pœniten- 2. Cor. 7. 10.
tiam ad salutem haud pœnitendam operatur. Quin & tristitiæ proprietates adjungit. *Ecce*
D *enim hoc ipsum, secundum Deum contristari, quantam in vobis peperit sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam: in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in hoc negotio.* Quare ex iis planum est & perspicuum, non oportere solum a peccato recedere, hosque pro peccatoribus affectus pati, sed ab ipsis etiam peccatoribus removeri. Nam & David id quoque
declaravit, cum dixit: *Discedite a me omnes,* Psal. 6. 9.
qui operamini iniquitatem: & Apostolus præ- 1. Cor. 5. 11.
E cepit, ut ne sumatur cibus cum ejusmodi viro.

INTERROGATIO CCXCVIII.

Numquid permittat Scriptura, prout placet, bona facere.

RESPONSIO.

QUi placet sibiipsi, homini placet. Homo enim & ipse unusquisque est.
Quemadmodum igitur *Maledictus est* Jerem. 17. 5.
homo, qui spem habet in homine, & firmabit carnem brachii sui; quod suiipsius indicat fidu-

duciam: quibus subjungit, *Et a Domino recesserit anima ejus*: sic etiam qui placet alteri, aut qui sibiipsi placiturus aliquid agit, a pietate excidit, inciditque in studium ho-
Matth. 6. 5. minibus placendi. *Faciunt enim*, inquit Do-
Gal. 1. 10. minus, *ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, recipiunt mercedem suam*. Sed & Apostolus hoc confitetur: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*. Imo divina scriptura minas graviores intendit, his ver-
Psal. 52. 6. bis: *Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent*.

INTERROGATIO CCXCIX.

Quomodo animus sibi certissime persuadebit esse se alienum a studio gloriæ.

RESPONSIO.

Matth. 5. 16. CUm obtemperat Domino, qui dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est*: itemque
1. Cor. 10. 31. Apostolo sic præcipienti: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis: omnia in gloriam Dei facite*: ut Dei cultor neque præsenti neque futura gloria quæsita, sed Dei amore omnibus antepofito, possit præter ea, quæ
Rom. 8. 38. præmissa sunt, hoc confidenter dicere: *Neque instantia, neque futura poterunt nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro*. Dicit enim ipse Dominus no-
Joan. 8. 50. ster Jesus Christus: *Ego autem non quæro glo-*
Ibid. 7. 18. *riam meam*. Item, *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est*.

INTERROGATIO CCC.

Quis modus conversionis, cum de re sub aspectum non cadente sermo est.

RESPONSIO.

SAne modus conversionis declaratur in ea quæstione, in qua quæsitum est, quomodo convertere se a peccatis oporteat. Ubi autem sermo est de re oculorum aciem fu-
Matth. 10. 26. giente, meminerimus Domini, qui ait: *Nihil est absconditum, quod non cognoscetur*.
Luc. 6. 45. Item, *Ex abundantia cordis os loquitur*.

INTERROGATIO CCCI.

Quod si dixerit quis: mea me conscientia non condemnat.

RESPONSIO.

HOc accidit etiam in morbis corporis. Multi enim sunt morbi, quos non sentiunt ægri: & tamen medicorum potius credunt observationi, quam suo ipsorum stupori attendant. Hunc ad modum & in morbis animi, hoc est, in peccatis, etiamsi quis, peccati haud conscius, se ipse non arguat:

A fidem tamen debet iis adhibere, qui res illius melius videre possunt. Hoc præstiterunt sancti Apostoli, qui cum de sua sincera erga Dominum affectione nihil dubitarent, audientes tamen, *Unus ex vobis tradet me*, po- Matth. 26. 21.
tius Domini verbis credidere, diffidebant- Ibid. v. 22.
que, ac dicebant: *Numquid ego sum, Domine?* Apertius autem idipsum docet nos sanctus Petrus, qui ex vehementi humilitate non vult quidem sibi operam a Domino & Deo & magistro præberi: sed tamen cum esset sibi persuasissimum vera esse Domini ver-
B ba, ubi audivit, *Si non lavero te, non habes* Joan. 13. 8.
partem mecum, dicit: *Non tantum pedes meos, sed & manus, & caput*.

INTERROGATIO CCCII.

An ex cella penaria erogandum sit externis inopibus.

RESPONSIO.

CUm Dominus dixerit, *Non sum missus* Matth. 15. 24.
nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel, Ibid. v. 26.
&, *Non est bonum sumere panem filiorum, &*
C *projicere canibus*, ea quæ viris Deo dicatis destinata sunt, non necesse est in quoslibet promiscue insumere. Utrum autem fieri possit quod a muliere, quæ ob fidem laudatur, dictum est, *Etiam Domine: nam & ca-* Ibid. v. 27.
telli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, id in œconomi situm sit arbitrio, communi eorum, qui secundum ipsum præsunt, accedente consensu: ut ex abundanti sol, velut scriptum est, super bo- Matth. 5. 45.
nos & malos oriatur.

D

INTERROGATIO CCCIII.

An in fratrum communitate iis quæ a quibuslibet dicuntur, obediendum sit.

RESPONSIO.

QUæstioni huic sine multo negotio responderi non potest. Primum quidem, quod manifestæ perturbationis indicium præbet, ex eo, quod ab omnibus aliquid dicatur, cum Apostolus dicat: *Prophe-* 1. Cor. 14. 29.
tæ autem duo aut tres dicant: & cæteri dijudi-
E *cent*. Itidem ipse in donorum partitionibus, proprium ot uniuscujusque loquentis ordinem constituit, his verbis. *Unicuique sicut Deus* Rom. 12. 3.
divisit mensuram fidei. Et in exemplo mem- Ibidem.
brorum corporis, peculiarem esse loquentis locum perspicue ostendit, ac etiam idipsum accuratius distinguit explicatque his verbis, *Sive qui docet in doctrina: sive qui* Ibid. v. 7.
exhortatur in exhortando, &c. Quare ex his planum est, non omnia omnibus permissa esse: sed debere unumquemque in sua vocatione manere, atque id quod a Domino concreditum est, diligentius perficere. Pariaque fuerit eum, qui præficitur communitati,

Digitized by Google

ti, præponiturque omnibus, multo cum A
examine hanc curam suscipere: ita ut congruenti sollicitudine vigilet pro singulis, ut Deo placendo, & habilitatis ac virium cujusque habita ratione, ad commune commodum sanciat imperetque: subditi vero servata disciplina, & obedientia limites suos agnoscente, debent meminisse Domini, qui
Joan.10.27. dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis*: recordarique eum prius di-
Ibid. v. 5. xisse: *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo: quia non noverunt vocem alieno-* B
2.Tim.6.3. *rum*: & Apostolum ita loqui, *Si quis aliter docet, & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens*: & iis quæ accidere solent, enumeratis, adji-
Ibidem v. cit: *Secede ab his qui ejusmodi sunt*: & rursus
1. Thess. 5. 20. alio in loco, *Prophetias nolite spernere: omnia probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete vos*. Quamobrem si quidpiam dicitur secundum mandatum Domini, aut dirigitur ad mandatum Domini, etiamsi mortis minas ingerat, obediendum est: sin C autem aliquid præter mandatum est, aut mandatum lædit, etiamsi angelus ex cælo, aut aliquis ex Apostolis præcipiat, etiamsi promittat vitam, etiamsi mortem minitetur, nullo modo obtemperandum est, cum
Galat. 1.8. Apostolus dixerit: *Licet nos ipsi, aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*.

INTERROGATIO CCCIV.

Utrum pro iis qui fratribus traditi sunt, sit aliquid accipiendum ab eorum propinquis, si D *quidpiam velint dare.*

RESPONSIO.

Hujus rei cura judiciumque attinet ad præfectum. Sed tamen si mea sententia exquiritur, existimo offendicula a multis magis remotum iri, & ad fidei ædificationem fore utilius, si ejusmodi repudientur munera. Nam si accipiantur, primum quidem contingit probris plerumque affici communitatem. Deinde ex ea re illud incommodum nascitur, quod propinquo etiam eorum E qui quidpiam attulerunt, elationis detur occasio. Ad hæc, quod secundum id quod dictum est ab Apostolo de iis qui in communi loco sua edebant bibebantque, usu veniat
1. Cor. 11. 22. illud: *Confunditis eos qui non habent*, & ejusmodi pleraque. Quare cum inde tot occasiones ad peccandum nascantur, operæpretium est hujusmodi dona non accipere, sed præpositi arbitrio permittere, ut judicet & expendat a quibus ea accipi, & quomodo dispensari oporteat.

INTERROGATIO CCCV.

Utrum conveniat quidquam ab externis accipere, sive amicitiæ, sive prioris propinquitatis gratia.

RESPONSIO.

Quæstio hæc eamdem vim habet quam quæstio altera, *An quidpiam a propinquis accipiendum sit*.

INTERROGATIO CCCVI.

Quomodo vitetur mentis aberratio.

RESPONSIO.

Nimirum si quis eam mentem induerit, in qua erat electus ille David, qui modo quidem dicebat: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*: modo vero, Psal.15.8.
Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos: modo autem, Psal.24.15.
Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum: sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Atque ut res majores diligentius peragendas curemus, minore exemplo usi; reputet secum quisque, qualis est coram adstantibus, etiamsi sint æquales: quomodo studeat præstare se inculpatum, tum in stando, tum in ambulando, tum in cujusque membri motu, tum in dicendo. Quemadmodum autem in eis quæ in hominum conspectum veniunt, decus coram hominibus tenere satagimus: ita quoque, multo magis, si sit alicui persuasum habere se & Deum inspectorem, qui scrutatur corda ac renes, Psal.122.2.
ut scriptum est: & unigenitum Filium Dei, Psal. 7.10.
qui implet promissum illud, *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*: & Spiritum sanctum, qui præsidet, partiturque dona ac efficit: & angelos uniuscujusque custodes juxta id quod dictum est a Domino: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis quia angeli eorum in cælo semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est*, is modis pluribus & vehementius curat, quomodo complacentem Deo pietatem acquirat, & ita demum attentio vehementius perfectiusque stabilitur. Atque etiam si illud perficere studuerit: *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo*. Itidem illud: *Meditabitur in lege ejus die ac nocte*: ut animus ob æquabilem perpetuamque meditationem ac contemplationem voluntatum ac decretorum Dei, nullum inveniat aberrandi tempus.

Matth. 18. 20. — 1. Cor. 12. 11. — Matth. 18. 10. — Psal. 33. 2. — Psal. 1. 2.

IN-

A

INTERROGATIO CCCVII.

Numquid alternis vicibus incipiendum sit psallere, aut precari.

RESPONSIO.

IN hoc inter multos qui idonei fuerint rectus ordo servetur, ut neque parvi momenti res putetur, aut indifferens: neque æquabilis unius aut alterius personæ delectus superbiæ suspectum reddat eum, qui præficitur, & quasi cæteri contemnerentur.

INTERROGATIO CCCVIII.

Utrum danti aliquid retribuere oporteat in fratrum conventu: & utrum necesse sit pro ratione rei datæ, vices rependere.

RESPONSIO.

TOta hæc quæstio humana est. Sed si grati animi danda significatio est, in eo penes quem distributio est, positum arbitrium sit, & accipiendi ea quæ dantur, & vices rependendi ei, qui dat.

INTERROGATIO CCCIX.

Si consueta, & quæ secundum naturam sunt contingant cuipiam, debetne is ad sanctorum communionem accedere.

RESPONSIO.

SUperiorem natura & consuetudine do-
Rom. 6. 4. cuit Apostolus esse eum, qui in baptismo una cum Christo sepultus fuit. Nam aliquando, nimirum eo in loco ubi de aquæ baptismate agitur, aliis quibusdam præmis-
Ibid. v. 6. sis ait: *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato:* aliquando
Col. 3. 5. vero præcipit, *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus: propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis.* Nonnumquam etiam regu-
Gal. 5. 24. lam proposuit, his verbis: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Ego autem novi hæc Christi gratia completa fuisse tum in viris tum in feminis per genuinam in Dominum fidem. Quam autem metuendum sit judicium proferendum in eum, qui in immunditia degens ad sancta accederet, discimus etiam ex
Matth. 12. 6. veteri Testamento. Quod si amplius templo hic est, nos utique modo magis formidan-
1. Cor. 11. 29. do docebit Apostolus, qui dixerit: *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit.*

INTERROGATIO CCCX.

Numquid in communi domo dominicam cœnam conveniat celebrari.

RESPONSIO.

QUemadmudum Scriptura nullum vas commune permittit deferri in sancta, ita neque sancta in communi domo perfici, cum ex Dei jussu testamentum vetus quidquam ejusmodi fieri aperte non sinat. Cum autem Dominus dicat: *Plus*
B *quam templum est hic:* Apostolus item, *Num-* Matth. 12. 6.
quid enim domos non habetis ad manducandum 1. Cor. 11. 22.
& bibendum? Quid dicam vobis? Laudabo vos? In hoc non laudo. Ego enim tradidi vobis quod & accepi, &c. hinc erudimur non debere, neque communem cœnam in ecclesia edere, aut bibere, neque dominicam cœnam in domo contumelia afficere, præterquam si quis necessitate cogente locum aut domum puriorem delegerit in tempore oportuno.

C

INTERROGATIO CCCXI.

Utrum rogati aliquibus, eos invisere debeamus.

RESPONSIO.

VIsitare quidem res est Deo grata: sed eum, qui visitat, oportet esse auditorem prudentem, & sapientem in responsionibus, ita ut faciat quod dictum est: *Ser-* Coloss. 4. 6.
mo vester in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat unicuique respondere. Illud autem, quempiam visere vel consanguinitatis, vel amicitiæ causa, alienum est a no-
D stra professione.

INTERROGATIO CCCXII.

Numquid laicos qui nos invisunt, oporteat ad precandum exhortari.

RESPONSIO.

SI Dei sunt amici, haud abs re est, cum ad eos Apostolus scripserit: *Orate & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ut loquar cum fiducia mysterium Dei.*

E

INTERROGATIO CCCXIII.

Numquid nos invisentibus aliquibus, laborare conveniat.

RESPONSIO.

EOrum quæ ex præcepto fiunt, nihil interrumpi debet, propter eos qui humani officii gratia ad nos accedunt: nisi peculiaris quædam animæ cura suscipi debeat, quæ ex Domini mandato operæ corporali anteponenda sit, cum sancti Apostoli in Actis dicant: *Non est placitum, ut nos derelicto ser-* Act. 6. 2.
mone Dei, ministremus mensis.

POE-

POENÆ.

1. SI quis integra corporis valetudine precati, aut psalmos ediscere neglexerit, *excusans excusationes in peccatis*, is a reliquorum consortio segregetur, aut jejunet hebdomadam unam. Psal. 140. 4.

2. Si quis cum charitate objurgatur ob aliquod erratum, nec tamen objurgationem susceperit, summa cum reverentia rogans & exposcens, ut delictorum sibi venia detur, is quoque a communitate separetur hebdomadam unam. B

3. Si quis peccatum alicujus cognitum habuerit, neque correxerit ipsum, aut redarguerit in pace cum charitate Christi, sed cum tristitia ac molestia, quasi magis triumphet de fratre, quam curet peccati auctorem, is etiam hebdomadas duas a cæteris sejungatur una cum eo, qui fuit in peccato deprehensus: quandoquidem velut hostis, non ut statet corripuit.

4. Si quis quæ facere possit, a fratre jussus, eum afficiat contumelia, aut contradicat, neque morem gerat, cum omni in Christo gaudio, tamquam qui præsidens in suo abundet sensu, similiter hebdomadam unam segregator. C

5. Si quis inaniter garriat, aut sit facetiis deditus, non servans cum timore ac tremore doctrinam beati Apostoli & evangeliorum, is quoque ipse ab aliis separetur hebdomadam unam.

6. Si quis præter *etiam* & *non*, aliud jusjorandum juret, & ipse a cæteris sejungatur unam hebdomadam. D

7. Si quis quempiam deliquisse fratrem conscius est, idque ei advenienti exprobraverit, veluti traducendi causa, ipse similiter veluti nulla miseratione commotus, & alienis malis lætatus, a cæteris segregetur hebdomadam unam.

8. Si quis quempiam peccasse conscius est, eumque videt id indifferenter ferentem, nec cum cordis contritione ac multis lacrymis Dominum placantem, adhortetur & admoneat ipsum, ut agat pœnitentiam, E & pœnitentiæ ostendat opera. Quod si his factis neglexerit suam salutem, separetur protĭus qui est ejusmodi a communitate. *Nam modicum fermentum totam massam corrumpit*, ut vir sanctus dixit. Gal. 5. 9.

9. Si quis exeat citra necessaria negotia, ac circumeat intempestive, segregator qui hujusmodi est, ut quiescant domi pedes ejus, sicut scriptum est. Prov. 7. 11.

10. Si quis irascatur temere, nec actutum fratrem a se tristitia affectum consoletur, ut peccatum quod in ipsum peccavit, condonet sibi, ipse similiter segregator hebdomadam unam. A

11. Si quis fuerit a fratre contumelia affectus, & a communitate rogatus peccatum non condonarit, recordatus ejus qui dixit: *Si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Christus donavit:* & ipse pariter a cæteris consortio segregetur hebdomadam unam. Coloss. 3. 13.

12. Si quis egrediatur e monasterio non accepta benedictione, aut non dimissus ab Archimandrita cum precatione, a cæteris sejungatur.

13. Si quis possidet aliquid in monasterio, aut extra monasterium, cæterorum privetur consortio.

14. Si quis conjungens se cum aliquo, cogitat e monasterio egredi ob aliud quoddam malum, sit excommunicatus.

15. Si quis ex cubiculorum præfectis inveniat aliquem turbas excitantem, aut colloquentem in dormitorio, & non ejicit ipsum extra cœtum, ipse careat benedictione.

16. Si quis careat benedictione castigationis gratia, & ex contemtu se non excusarit, & acceperit benedictionem, a cæteris sejungatur.

17. Si quis apponit quidpiam in mensa aut sibiipsi, aut alteri: si non permissum fuerit sibi ab Archimandrita, privetur benedictione.

18. Si quis absque capitis velamine opus facit in quocumque loco, privetur benedictione.

19. Si quis non data ab Archimandrita facultate, cum aliquo externo accedente, aut cum aliquo contubernali colloquitur; exceptis iis, quorum hoc munus est, expers sit benedictionis.

20. Si quis abstulerit aliquid a fratre, & occultaverit, careat benedictione.

21. Si quis cum nulli pœnæ addictus sit, edit tamen non accepta benedictione, segregetur a cæteris.

22. Si quis benedictionem ordine suo non receperit, careat benedictione: sin autem necessitate cogente non occurrit, excuset se.

23. Si quis inveniatur noctu privatim cum aliquo degens, vel locum ubi dormit commutans præter voluntatem præpositorum, cæterorum privetur consortio.

24. Si quis absque permissu intrudit se in opus aliud, privetur benedictione.

25. Si quis permutet aliquid cum aliquo, aut quidpiam largiatur præter sententiam Archimandritæ, expers sit benedictionis.

26. Si quis vesperi post *Pater noster*, inveniatur colloquens, aliorum privetur societate.

27. Si quis ex iis qui integra sunt valetudine, dormit extra oratorium, sit ab aliis sejunctus.

28. Si quis in mensa comedens nugatur, adigatur ad orandum.

29. Si quis caruerit benedictione, & ægre ferens vicissim redargueerit redarguentem, aut contradicens morem non gesserit, separetur a cæteris. Quod si dixerit redargui se immerito, causam notam faciat Archimandritæ, & quod ab ipso statutum fuerit, sequatur.

30. Si quis sit cuipiam offensus, & id contemnens non reconcilietur ante ministerium: nisi dicat causam Archimandritæ aut cubiculorum præfecto, sejungatur a cæteris.

31. Si quis in die oblationis removerit se a communione præter sententiam Archimandritæ, expers sit benedictionis.

32. Si quis ex Scripturis contentiose disputat, careat benedictione: si vero commonitus perseveret, velut inobsequens & contumax, cæterorum privetur consortio.

33. Si quis lavet aut alterius, aut suam vestem præter voluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

34. Si quis absit a mensis non dicta causa, maneat jejunus.

35. Si quis aliquid perdiderit, & hoc non invento, rem minime declararit Archimandritæ, privetur benedictione.

36. Si duo simul familiarem inter se consuetudinem habere comperiantur, & commoniti non fecesserint, sint a cæteris segregati, donec corrigantur.

37. Si quis vesperi non accesserit ad *Pater noster*, absque causa aliqua, is precari pergat, donec omnes dormierint.

38. Si quis in tempore communionis fratri alicui offensus, ei pacem non dederit, sit excommunicatus.

39. Si quis amovet fratrem ab ordine ministerii, exceptis iis, quorum hoc munus est, careat benedictione.

40. Si quis noverit fratrem, qui clam secedere e monasterio velit, & non declararit Archimandritæ, aut præfectis, a cæteris separetur.

41. Si quis surgit de mensa præter voluntatem Archimandritæ, insistat precationi usque ad tempus lucernarum.

42. Si quis post communionem egreditur de ministerio, quousque omnes acceperint benedictionem, citra humanam necessitatem, solus seorsum comedat.

43. Si quis in causa est cur aliquis benedictione careat intempestive, ipse careat benedictione.

44. Si quis inventus fuerit loquens per cellas, exceptis iis qui eas occupant aut etiam Hesycastis, sit benedictionis expers.

45. Si quis facetias loquatur, aut inaniter garriat, privetur benedictione.

46. Si quis inventus fuerit detrahens cuipiam aut aliquos detrahentes audiens, & non increpans ipsos, aut non indicans Archimandritæ, una cum ipsis excommunicetur.

47. Si quis repertus fuerit in horto loquens cum aliquo, aut repetens psalmos, aut dormiens, exceptis operariis & præpositis, careat benedictione.

48. Si quis jerit ad janitoris ædes sine permissu præpositorum, privetur benedictione: si vero jerit ad custodiæ locum, cæterorum privetur consortio.

49. Si quis dederit foris aliquid aut acceperit, præter voluntatem Archimandritæ, a cæteris separetur.

50. Si quis præter præpositos, alicui ex peregrinis accedentibus obviam factus, cum eo colloquatur, excepto quod det pacem, sit benedictionis expers.

51. Si quis molestus est Archimandritæ prætextu operæ per vices suscipiendæ, excepto cellario, aut archihebdomariu, sit benedictionis expers: ut archihebdomarius qui cuique vici præest, & procurator habeant sedulam curam rerum quarumlibet necessariarum, ne in judicium negligentiæ incidant.

52. Si quis intempestive venit in culinam aut cellarium præter præpositos & disciplinæ curatores, privetur benedictione.

53. Si quis expergefactus ab aliquo in tempore ministerii aut lectionis, ægre ferat, a cæteris segregetur.

54. Si quis sine causa post visitationem matutinam ingreditur in valetudinarium præter Hesycastas & præter eos, quorum hoc officium est, careat benedictione.

55. Si quis præter voluntatem curatoris ægrotorum, ingressus in valetudinarium, illic requiescit, careat benedictione: si vero affligatur, aut ægrotat, indicet id prius valetudinarii præfecto.

56. Si quis male habentium mutat locum ubi dormit præter voluntatem illius, qui valetudinario præest, a cæterorum separetur consortio.

57. Si quis ex designatis ad serviendum in valetudinario, apponat quidquam fratri præter sententiam illius qui valetudinario præponitur, sit benedictionis expers.

58. Si quis ex ægrotantibus inventus fuerit quidpiam permutans præter voluntatem illius, qui valetudinario præficitur, aut alicujus ex designatis ad ministerium, careat benedictione.

59. Si quis inventus fuerit scribens aut recipiens litteras, excepto Archimandrita, a cæterorum sejungatur societate.

60. Si

60. Si quis mittit alicui munusculum, aut A recipit quidpiam alicunde præter Archimandritam, careat benedictione.

EPITIMIA
IN CANONICAS.

1. Quæ juravit quodvis jusjurandum, hebdomadas duas a cæteris segregetur.
2. Quæ maledixit alicui ex senioribus, quæ rebus monasterii regendis præponuntur, B cæterarum privetur consortio hebdomadam unam.
3. Si qua quidpiam clanculum dicat adversus abseotem sororem, eo consilio ut ei detrahat, cæterarum consortio privetur hebdomadam unam.
4. Quæ contumelia quavis aliquam affecerit, a cæteris separetur hebdomadam unam.
5. Si qua alia præter anus quibus credita administratio est, comperitur susurrare, a cæterarum societate removeatur hebdomadam unam. C
6. Quæ nulla cogente necessitate, intempestivum colloquium ferens futiliter garrit, sejungatur a cæteris hebdomadam unam.
7. Quæ facetias loquitor, aut indecore ridet, segregator hebdomadam unam.
8. Quæ ministerii sui opus peragens, & necessario negotio occupata, cum proxima colloquetur utendo aut clamore, aut temerario sermone, sejungatur a cæteris hebdomadam unam. D
9. Quæ defendit eam quæ condemnata est ob aliquod erratum, ab iis quibus post prævium examen administratio & cura rerum demandata est, simul cum ea quam defendit, a reliquarum consortio segregetur hebdomadas duas.
10. Quæ cum aliquo ex iis qui foris accedunt colloquuta fuerit, priusquam fuerit ei data facultas ab ea cui concredita cura est, in omni disciplinæ auctoritate, segregetur a cæteris hebdomadam unam.
11. Quæ reperta fuerit murmurans ob rerum necessariarum angustias, aut ob laborem operum, cæterarum consortio privetur hebdomadam unam.
12. Quæ refragatur præcepto earum quibus rerum commissa est cura, segregetur a cæteris per unam hebdamadam.
13. Quæ contemtim, non autem quiete & silentio implet præceptum, cæterarum consortio privetur hebdomadam unam.
14. Quæ exquisite ornare se velit, semel atque iterum commonefacta, coram præfecto redarguatur.
15. Quæ citra sententiam illarum quibus commissa est rerum cura, ad matrem aut sororem abierit, segregetur hebdomadam unam.
16. Quæ movens oculos modo malo, proximam affecerit molestia, a cæteris separetur hebdomadam unam.
17. Quæ post absolutas synaxes cum aliqua externa muliere confabulatur, separetur hebdomadas duas.
18. Quæ ab uno opere ad aliud opus transit sine jussu eorum, qui rerum curam habent, a cæterarum consortio removeatur hebdomadam unam.
19. Quæ epitimium rejecerit, aut quæ contradicit, aut murmurat, utilitatem sibi ipsi ex correctione accessuram non agnoscens, a cæteris segregetur hebdomadas duas.

CAPITA CONSTITUTIONUM.

1. *Quod precatio omnibus anteponenda est.*
2. *De cogitationibus cohibendis ac moderandis, & quod corpus malum non est, ut quidam putaverunt.*
3. *Quod non oportet cum mulieribus incaute colloqui.*
4. *Quod oportet abstinentiam corporeis viribus metiri, & quod corporis labor, bona res est & legitima.*
5. *Quod convenit ascetam in congruis operibus exercitari.*
6. *Quod non convenit ascetam cum omnibus hominibus incaute sermocinari.*
7. *Quod non oportet crebro & temere egredi.*
8. *Quod asceris instabilibus confidentia ac loquendi libertas danda non est: imo vero quod hi vitandi sunt.*
9. *Quod non convenit ut asceta ingredi in clerum, aut fratribus præfici umquam cupiat.*
10. *Quod non convenit bona æmulari ob vanam gloriam.*
11. *De idoneo ad loquendum tempore.*
12. *Quod non convenit ascetam ad facetias respicere.*
13. *De mansuetudine, & quomodo charitas constituatur.*

14. *De prudentia.*
15. *De fide & spe.*
16. *De humilitate.*
17. *Quot modis nascantur pravæ cogitationes.*
18. *Ad Canonicos in communi viventes.*
19. *Quod oportet ascetam firmo judicio accedere ad asceticam vitam, & de obedientia.*
20. *Quod non oportet sectari colloquia cum cognatis sæculo addictis, aut illorum res curare.*
21. *Quod non oportet a spirituali fraternitate resecari.*
22. *De obedientia uberius.*
23. *Quod asceta vilia etiam opera debet multa cum alacritate suscipere.*
24. *Quod non convenit honores ac dignitates requiri ab asceta.*
25. *De frugalitate ac simplicitate in alimentis.*
26. *Quod qui respicit ad perfectionem, nihil lædi possit egrediendo.*
27. *Quod asceta non debet privata negotia habere.*
28. *Quod oportet præfectum paterna benevolentia res ac negotia subditorum dispensare.*
29. *Quod non addecet in instituto ascetico duorum aut trium fratrum esse sodalitium.*
30. *Quod non convenit ut asceta delectum vestium expetat.*
31. *Quod debet præfectus viribus corporis sua mandata accommodare: & de iis qui vires suas occultant.*
32. *Quod non debent fratres tristitia affici, cum levamenti aliquid affertur debilioribus.*
33. *Quod non debent præfecti ascetis, qui suum ipsorum conventum deserunt loquendi libertatem dare, aut ipsos admittere ad vitæ communitatem.*
34. *Quod non oportet ascetam in societate degentem, quidquam rerum terrenarum privatim possidere.*



MONITUM.

Annotavimus non unam omnium sententiam esse de Asceticorum Scriptore. Alii Ascetica omnia Basilio magno tribuunt: alii aliquam eorum partem ei tribuere satis habent, sed ita tamen, ut omnes in eo conveniant, quod Constitutionum monasticarum Basilium magnum auctorem faciant. De quibus omnibus satis fuse in præfatione disputamus, ubi privatim ostendere conati sumus, si quid in Asceticis pro suspecto habendum sit, eam suspicionem maxime in Constitutiones monasticas injici debere.

SANCTI



SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ
ARCHIEPISCOPI,

CONSTITUTIONES ASCETICÆ, AD EOS QUI SIMUL AUT SOLITARIE VIVUNT.

PROOEMIUM.

EX quo Christi amplexus es philosophiam, & supra cupiditates mundanas atque voluptates ac curas animum extulisti, & mentem instituisti omni modo ab affectionibus carnalibus abducere & avocare, non raro nobiscum habuisti sermonem, ac percontatus es, quomodo susceptum certamen oporteat absolvere, ut carnis cupiditatibus, quæ per corpus ad animam obrepunt, nusquam capiare : & quid primum quam maxime vitandum sit, & quid deinde : & quæ bona æmulanda, ut alia vitando, ab ineptis operibus faciendis declines : alia vero æmulando, perficias bona. Postea vero postulasti etiam, ut nostram de hac re sententiam exscriberem tibi, exponeremque. Quare adducti sumus ut ne bonam tuam æmulationem aspernaremur, sed potius eos quos jam habes mores, nostris consiliis fulciremus confirmaremusque; non quod doctrinam pro rei argumento idoneam prolaturi simus, sed ne doctrinam qua præditi sumus, silentio veluti aggere quodam abscondamus, & ita demum intentas homini talentum in terra occultanti pœnas effugiamus. Conjugium autem, ut plurimum, causa est hominibus & occasio cupiditatis illius, quæ circa voluptates mundanas ac curas versatur. Neque enim cupiditas ulla, quæ naturæ corporis insita sit, umquam reperiri potest vehementior violentiorque, quam ea est, qua viri feminas, aut feminæ mares appetunt, idque non mirum, cum ipsa tendat suapte natura ad liberorum procreationem. Itaque cum conjugium maximi momenti esset, impetum quoque indere debebat vehementiorem : similiterque neque curæ ullæ ex iis quæ hominibus accidere solent, graviores sunt, quam quæ

A ex connubio acervatim advolant, velut Paulus ait : *Qui uxorem duxit sollicitus est de iis quæ sunt mundi*, ut pote curarum sarcina degravatus. 1. Cor. 7. 33. Etenim qui solus degit, seipsum tantummodo suasque necessitates corporales curat : aut fortasse eas etiam contemturus est, si semel id in animum suum inducere facile possit : qui vero curam suscipit uxoris ac liberorum, non jam amplius dominus exsistit suæ ipsius voluntatis, sed ea de causa necessario inservit voluptatibus, ac circa liberorum curam occupatus, haurit immensum B curarum gurgitem : quas recensere longius foret, quam permittit præsens tempus.

2. Qui igitur cupit a mundi vinculis liber esse, nuptias quasi pedicas quasdam fugit: his autem vitatis, suam Deo vitam consecrat, profiteturque castitatem, ut jam sibi non liceat recurrere ad nuptias, sed adversus naturam, ejusque vehementiores impetus decertans, initis pro castitate certaminibus prorsus incumbet. Nam quisquis est ejusmodi, is Dei factus amator, ejusque apathiam paululum saltem consequi cupiens, C atque spiritualem sanctimoniam, tranquillitatemque & quietem, ac mansuetudinem, & quæ ex his nascuntur, lætitiam & gaudium degustare desiderans, in eo elaborat, ut procul ab omni terreno ac corporali affectu animum perturbante cogitationes suas abducat : imo etiam animi obtutu puro nullisque tenebris obvoluto contemplatur divina, & lumine hinc emanante insatiabiliter perfunditur. Ubi autem animum exercuit ad habitum statumque hujusmodi, tum demum D Deo, quantum fas est, fit similis, efficiturque dilectissimus ei atque carissimus: ut qui magno & arduo certamine exantlato, invita etiam materiæ admistione, animo a corporalium affectionum mistura expurgato ac semoto, potuerit in Dei colloquium venire. Par est igitur & consentaneum, eum,

qui

Digitized by Google

qui per eam, quam dixi exercitationem ad hujusmodi habitum pervenerit, non denuo per carnis irritamenta, vitiorum ipsius participem fieri: neque animi oculum, vapores illinc ascendentes suscipientem, veluti profundissima quadam caligine obscurari: neque mentis obtutum ceu mordaci acrique humore ex libidinum fumo affectum, a divina & spirituali contemplatione excidere.

Quod precatio omnibus est anteponenda.

CAPUT I.

1. Omnis actio, charissime, omnisque sermo Servatoris nostri Jesu Christi, pietatis ac virtutis regula est. Quapropter pietate ac virtute nobis veluti in quadam imagine depictis, etiam naturam humanam assumpsit, ut unusquisque & unaquæque ad id respicientes, pro viribus archetypum ac exemplar imitaremur. Nam eam ob causam corpus nostrum gerit, ut & nos illius vivendi rationem, quoad ejus fieri potest, exprimamus. Tu igitur aliquo ipsius C aut dicto aut facto auditis, cave oscitanter, simpliciterque ac temere audias; sed descende ad imas contemplationes: efficiare eorum quæ mystice tradita sunt, particeps. Martha quidem Dominum excipit: Maria vero ad illius pedes assidet. Bonum est in utraque sorore studium: sed tamen distingue res ipsas. Nam Martha in ministerio occupata, apparabat quæ hospitis corpori futura erant necessaria: Maria vero assidens ad illius pedes, sermones ipsius audiebat. Altera igitur reficiebat visibile, invisibili serviebat altera. D Vere enim qui aderat, is & homo erat & Deus, idem Dominus utriusque mulieris studium approbabat. At Martha cum premeretur labore internuntium fieri sibi Dominum postulabat, ut se sua soror in ministrando juvaret. *Dic illi*, inquit, *ut surgens ministret mecum*. Cui Dominus, *Martha, Martha, sollicita es & turbaris circa multa. Porro unum est necessarium. Maria enim bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Neque enim ideo venimus, ut recumbamus in lectis, ventremque nutriamus: sed adsumus E ut pascamus vos verbo veritatis, mysteriorumque contemplatione. Illam quidem non avocavit a suscepto opere, sed hanc laudavit ob illius attentionem. Vide mihi igitur duos status per mulieres duas designari, alterum quidem inferiorem, cum ministerium magis corporale amplectatur, (quamquam & ipsum est utilissimum,) alterum vero meliorem, cum ad mysteriorum contemplationem ascendat, magisque spiritualis sit. Hæc tu qui auditor es, spiritualiter accipe, & utrumvis elige. Quod si ministrare vis, mi-

Luc. 10. 38.

Luc. 10. 40.

A nistrato in nomine Christi. Ajebat enim ipse: *Quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Sive enim excipias hospites, sive mendicos reficias, sive misereaaris dolentium, sive auxiliarem manum iis qui in necessitate ac calamitate constituuntur, porrigas, sive inservias ægrotantibus, recipit in seipsum Christus omnia: sin autem velis Mariam imitari, quæ relicto corporis ministerio ad spiritualium spectaculorum contemplationem ascendit, hoc negotium legitime tracta. Relinque corpus, de- B sere agriculturam, & obsoniorum compositionem atque apparatum, & assideto ad pedes Domini, ejusque sermones auscultato, ut arcanorum divinitatis fias particeps. Nam contemplatio documentorum Jesu, ministerium corporis transcendit.

Matth. 25. 40.

2. Accepisti igitur, charissime, exempla ac specimen. Utrumvis æmulare, aut egentium esto minister, aut dogmatum Christi amator. Quod si potes utraque imitari, utrimque referes fructum salutis. Primus tamen est spiritualis sermo, reliqua omnia sunt posteriora. *Maria enim*, inquit, *bonam partem elegit.* Si igitur & tu Christi cupis esse mystes, assideas ad ipsius pedes, suscipias ipsius evangelium, ibi derelinques totam rem familiarem, & vacuus ab omni sollicitudine deges, imo etiam oblivíscere tui ipsius corporis, & ita demum poteris speculando cum ipso colloqui, ut imiteris Mariam, ac gloriam supremam consequare. Cum autem oras, cave alia pro aliis exposcas, & Dominum irrites, non pecunias, non humanam gloriam, non potentiam, non aliud quidquam rerum fluxarum, sed pete regnum Dei, & cunctas res corpori necessarias tibi ille suppeditaturus est, quemadmodum ipse Dominus ait: *Quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Duplex est autem, charissime, orandi modus. Alter quidem situs est in glorificatione cum humilitate: alter vero qui huic inferior est, in petitione. Cum ergo oras, nolito confestim ad petitionem accedere: sin aliter, in tuam voluntatem id criminis infers, quod necessitate adactus preces Deo adhibeas. Cum igitur ingrederis precari, relinque teipsum, uxorem, liberos; desere terram, transcende cælum, derelinque omnem visibilem ac invisibilem creaturam, & incipe a glorificatione conditoris universorum, & ubi ipsi dederis gloriam, ne vagare mente huc & illuc, neque Græcorum more enarres fabulas, sed carpe de sanctis scripturis, & dic: Domine, benedico tibi, clementi & toleranti malorum, qui me quotidie peccantem fers patienter, & omnibus nobis pœnitentiæ agendæ facultatem præbes. Idcirco enim taces, ac nos susti-

Matth. 6. 33.

sustines, Domine, ut tibi generis nostri salutem moderanti tribuamus gloriam: qui modo terrendo, modo admonendo, modo per prophetas, postremum per adventum
Psal. 99. 3. Christi tui nos visitasti. Tu enim finxisti nos, non autem ipsi nos, tu es Deus noster.

3. Cum autem pro viribus ex scripturis glorificaveris, laudaverisque Deum, tum ordire humiliter, ac dic: Equidem non sum dignus, Domine, qui loquar coram te, quoniam valde peccator sum, & licet nullius mali tibi conscius sis, tamen ita te oportet dicere. Nemo enim sine peccato est, nisi B solus Deus. Nam cum peccata multa committamus, tamen ne intelligimus quidem eorum maximam partem. Quapropter di-
1. Cor. 4. 4. cit Apostolus: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*, hoc est, committo multa peccata, nec tamen ea cognosco.
Psal. 18. 13. Unde ait quoque propheta: *Delicta quis intelliget?* Quare non mentiris cum teipsum dicis peccatorem. Etenim si ita esse noveris, etiam in hoc ipso peccas, quod dicis: *Non sum peccator:* sed dic potius: Pecco ego magis quam cæteri peccatores, qui violem C
Luc. 17. 10. illud præceptum, quod sic jubet: *Cum omnia recte feceritis, dicite: servi inutiles sumus: quæ enim debuimus facere, fecimus.* Sic semper cogitare te oportet, *inutilis sum.* Ac
Philip. 2. 3. rursus tecum reputa illud: *Humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* Precare igitur Deum cum timore & humilitate. Ubi ergo protuleris humilitatis verba, dixerisque, gratias ago tibi, Domine, quod patienter pertulisti peccata mea, & usque ad hoc tempus me reliquisti inultum: equidem jam pridem eram dignus, qui innumera supplicia D paterer, expellererque e conspectu tuo, sed clementissima tua benignitas sustinuit me patienter, gratias, inquam, ago tibi, tametsi non possum grates clementiæ tuæ debitas persolvere; & ubi duas glorificationis & humilitatis partes absolveris, tum demum quod debes petere, pete, non divitias, uti jam dixi, non gloriam terrenam, non corporis sanitatem. Ipse enim finxit te, ipsique curæ est salus tua, nec ignorat qua ratione profit unicuique sive bona, sive mala valetudo: sed quemadmodum jussus es, pe- E
Matth. 6. 33. te regnum Dei. Nam ipse, ut prius dixi, providebit corporis tui necessitatibus. Etenim rex noster maximæ est dignitatis, atque augustissimus, & indigne fert, si quis parvum quiddam ab ipso petat, si quis nostrum res haud convenientes ab eo efflagitet. Cave igitur ne orando in te convertas illius indignationem, sed pete tibi ipsi digna rege Deo. Cum autem exposcis digna Deo, ne destiteris, donec accipias. Hoc enim indi-
Luc. 11. 5. cans Dominus, in evangelio dicit: *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media A nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via, & non habeo quod ponam ante illum: & ille de intus respondeat: Noli mihi molestus esse, jam enim ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.*

4. Hoc exemplum idcirco nobis a Domino proponitur, ut doceat nos in fide firmos esse ac pertinaces. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem, ut discas numquam desperare; ut cum petieris, nec acceperis, non desistas tamen, quoad accipias, si modo, uti dixi prius, quæ Deus vult postules: neque dixeris, Peccator sum, & ideo non exaudior. Verum enimvero ne spem abjiceres, idcirco ait: *Et si non propterea quod ejus amicus sit, dabit illi, propter improbitatem tamen ejus dabit illi quotquot habet necessarios.* Cæterum sive mensis, sive annus, sive triennium, sive quadriennium, sive anni complures præterierint, donec impetres, ne supersederis: sed cum fide roga, semper quod bonum est perficiens. Contigit enim non raro, ut quis in juventute pudicitiam coluerit, deinde subrepserit voluptas, excitatæ sint naturales libidines, elanguerit precatio, accesserit juventuti vinum, perierit pudicitia, & homo alius pro alio factus sit. Sic fiunt mutationes, quod strenuo animo vitiosis affectibus non obsistamus. Oportet igitur unumquemque ex se omnem conatum adhibere, & tamen ad Deum clamare, ut sibi veniat suppetias. Si quis enim per ignaviam seipsum libidinibus dedat, prodatque seipsum hostibus: ei Deus auxilium non fert, neque exaudit, quandoquidem prior suo se peccato a Deo abalienavit. Qui enim a Deo se optat juvari, suo non deest officio: qui autem officio non deest, numquam divino auxilio destituitur. Oportet itaque in nulla re a propria conscientia condemnari, & ita demum divinum auxilium flagitare: flagitandum autem est non segniter, neque mente huc & illuc divagante: siquidem quisquis est ejusmodi, non solum non consequuturus est quæ petet, imo vero Dominum magis exasperabit. Si enim cum aliquis coram principe stat, ac loquitur, stat cum multo timore, atque tum externum tum internum animæ oculum nequaquam vagum, sed intentum habet, ne forte in aliquod periculum veniat: quanto magis coram Deo cum timore ac tremore standum est, mente tota in illum solum, nusquam vero alio intenta. Nam ipse non externum hominem modo videt velut homines, sed internum etiam intuetur. Proinde si sic, ut decet, steteris coram

coram Deo, & quæ in te sunt, omnia pro viribus præstiteris, ne desistas, donec postulata obtineas: sin a tua ipsius conscientia negligentiæ ac contemtus condemnaris, ftesque in precando vaga mente, cum possis citra mentis aberrationem stare, stare coram Deo ne aude, ut ne cedat precatio tua tibi in peccatum. Quod si a peccato debilitatus, non potes citra mentis aberrationem precari, quantum potes, vim tibi ipsi inferas, ac constanter sta coram Deo, mente in illum defixa, eaque ad seipsam advocata, sicque ignoscet Deus, quoniam non ex contemtu, sed ex infirmitate, ut convenit, stare coram Deo non potes. Si sic vi tibi illata omne opus bonum perficias; ne supersederis, quoad petita consequare: sed patienter fores ejus pulsa, cum petis: *Omnis enim*, inquit, *qui petit accipit: & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur*. Quam enim aliam rem assequi vis, nisi solam secundum Deum salutem?

Luc. 11. 10.

5. Vis discere, o dilecte, quomodo patientes fuerint sancti, nec spem abjecerint? Abraham, cum junior esset vocavit Deus, & ex Assyriorum terra transtulit in Palæstinam, atque ad eum dixit: *Tibi dabo terram hanc, & semini tuo post te, & velut sydera cæli, sic erit semen tuum, quod non enumerabitur*. Et multorum annorum numerus effluxerat, & natura ipsius jam exstincta erat, mors vero pro foribus stabat, nec tamen dixit: Domine mihi semper filios promittis, & gentium omnium futurum me patrem prænuntias. Mortui sunt mei naturales motus propter senectam, & Saræ uxori meæ nihil jam muliebre accidit præ senectute, tua igitur falsa est pollicitatio. Ambo enim jam senes qualem spem habere possumus? Non dixit hæc, neque cogitavit, sed in fide inconcussus permansit, & ætate ipsius senescente, spes juvenescebat. Et corpore vires suas amittente, ac desperationi locum dante, fides & animum & corpus corroborabat. Deus, inquit, est, qui promisit, ipse est Dominus naturæ, & aliter fieri non potest. Ipse est, qui quæ ex se fieri non possunt, ut fieri possint, facit: siquidem efficit omnia, & pro arbitrio transmutat. Imitare fidem Abrahæ. Postquam igitur debilitata fuisset natura, motusque exstincti, tum demum Dei vixit promissio. Accipe exempla. Nos autem annum oramus, & desistimus: biennium jejunamus, & supersedemus. Nolimus igitur animum despondere, cum Deus nobis aliquid promittit. Qui enim huic promiserat multiplicaturum se semen illius, idem quoque promisit se nobis daturum quod petierimus. Ait enim: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Cum enim tu longe ab ipso abesses, misericordia motus accer-

Gen. 15. 5. Amos 5. 8. Matth. 11. 28.

A sivit te laborantem, & gravissima peccati sarcina oneratum: ut levaret te onere, & requiem in posterum tibi largiretur, & tu ei fidem non habes? Atqui licet tacere voluerimus, ab ipsa nostra conscientia redarguimur. Neque enim propterea ei fidem abrogamus, quod nos reficere non possit: sed jugum ipsius supra nos tollere recusamus, bonum illud & leve: pigetque in Dei regnum per angustam portam introire, & malumus peccatorum sarcinam gestare, & per voluptates libidinosas lata via incedere, & per B amplam portam ingredi in interitum. At sæpe, inquit, petivi, & tamen non accepi. Prorsus, quia male petivisti, aut dubitanter, aut vaga mente, aut ea quæ tibi non conducunt. Quod si sæpe etiam flagitasti conducibilia, at non perseverasti. Scriptum est enim: *In patientia vestra possidete animas vestras*. Item, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

Luc. 21. 19. Matth. 10. 22.

6. Deus corda novit precantium. Quid igitur, inquit, petitione nostra opos est Deo? Nonne novit quibus indigemus? Quid ergo C necesse est petere? Novit quidem Deus quibus opus habemus, & omnia corporalia nobis fruenda abunde suppeditat, & cum bonus sit, pluit super justos & injustos, vultque solem suum super bonos & malos oriri, prius etiam quam a nobis rogatus sit: sed fidem, & virtutis opera & regnum cælorum nisi cum labore & perseverantia multa efflagitaveris, ea nequaquam consequere. Oportet enim prius desiderare: tum ubi desideraveris, omnesque vires tuas adhibueris, ita ex animo quærendum in fide & patientia, neD que committendum, ut ulla in re a propria conscientia condemnere, tamquam qui aut negligenter aut oscitanter roges, & ita demum, cum Deus voluerit, accipies: quandoquidem quæ tibi expediant, melius ipse intelligit quam tu. Et fortasse ea de causa differt largitionem, ut hac arte te erga ipsum perseverantem reddat, intelligasque quid sit Donum Dei, ac cum tremore custodias quod datum est. Quidquid enim multo labore ab aliquo comparatum est, id custodire conatur, ut ne hoc deperdito, perdat quoE que multum suum laborem, neve contemto Dei munere, æterna vita indignus efficiatur Quid enim Salomoni profuit cito sapientiæ donum accepisse, cum ipsum amiserit?

Matth. 5. 45.

7. Itaque animo ne concidas, si illico non assequaris postulata. Si benignus Deus intellexisset futurum fuisse, ut donum illico acceptum a te non amitteretur, necdum rogatus ad id conferendum paratus fuisset. Nunc autem tibi prospiciens, hoc facit. Si enim qui talentum acceperat, idque integrum servaverat, propterea tamen quod ex ipso nullum quæstum comparaverit, condemnatus

tus est, quanto magis condemnabitur qui ipsum perdiderit? Nos igitur horum haud ignari, sive citius, sive serius quidpiam receperimus, pergamus gratias Domino rependere: quando Dominus quæcumque facit, ea omnia pro nostra salute dispensat, tantum nos ne ex animi demissione flagitare desinamus. Idcirco enim Dominus protulit parabolam de vidua illa, quæ judicem iniquum flexit perseverando, ut nos quoque per perseverantiam petita consequamur. Ex eo enim & nostra fides & dilectio erga Deum ostenditur, si re etiam non illico impetrata, nihilominus tamen grates ipsi perseveranter exsolvamus. Itaque ei semper agamus gratias, ut digni habeamur, qui sempiterna ipsius bona recipiamus: quandoquidem ipsum addecet gloria in sæcula sæculorum, amen.

De cogitationibus cohibendis ac moderandis, & quod corpus malum non sit, ut quidam putaverunt.

CAPUT II.

1. PRimum quidem omnibus modis cogitationem continere debemus, ei pervigilis mentis inspectionem præficientes, ita ut menti non permittatur, ut ob inconsideratos impetus affectibus corporis facile in adversam partem trahentibus cedat. Corpus enim videt per oculum, animus vero cernit per mentem sibi agnatam, neque tamen alterum veluti in altero est, sed animus, & mens unum sunt & idem; cum mens vis quædam naturalis sit, non autem adventitia ejus animi partis, in qua sita ratio est. Etenim animus quandoque intelligendi vi commora, quæ ei naturaliter a sancta Trinitate ipsius opifice insita est, de rebus, quæ & ad officium pertinent, & honestæ sunt deliberat, tunc corporis assultus effugit; motusque ejus inordinatos prospiciens ac reprimens, & in se digna tranquillitate degit, & in pacatissimo otio res naturæ suæ convenientes contemplatur, hoc videlicet, quantum fieri potest, intentis animi oculis in sancta & adoranda Trinitate contuens, consideransque divinam illam majestatem ex splendoris magnitudine inaccessam, beatitudinis claritatem, sapientiam nullis terminis circumscriptam, firmam omnique fluctuatione vacuam tranquillitatem, & naturam affectuum nesciam ac immotam. Cui enim ex improviso accidere nihil potest, ut qui rerum omnium tam præsentium quam futurarum cognitionem in seipso reconditam habeat, complectaturque universa, & omnia teneat in manu, cuique nihil resistere, aut cujus aspectum nihil omnino sustinere potest, ei consentaneum est inesse tranquillitatem ac quietem perpetuam. Etenim rerum inexspectatarum repentini casus perturbationem hominum mentibus solent afferre. Quare quem nullum vitium infestat, imo quem virtus omnis, & omne bonum comitatur, is utique jure ac merito immutabile perpetuumque gaudium gaudere poterit, quando virtutis ac bonitatis comes est lætitia, quemadmodum propheta dicit: *Lætabitur Dominus in operibus suis.* Ps. 103. 31.

2. Animus igitur qui mentem suam pervigilem & idoneis actionibus occupatam detinuerit, in iis, quas dixi contemplationibus versabitur, moresque suos ad rectitudinem, & justitiam, honestatemque ac pacem exercebit. Ubi autem meditari, & res convenientes clare speculari destiterit, tunc insurgentia corporis vitia veluti canes temerarii & audaces, non parum, amisso moderatore, allatrant animam, & unumquodque vitium trahens ad se ejus vitalem facultatem, ipsam variis modis dilaniare conatur. Duplicem enim ego arbitror vim esse animæ, cum ipsa una & eadem existat, alteram corpus animantem, alteram vero rerum speculatricem, quam etiam rationalem nominamus. Jam vero propterea quod conjuncta est corpori anima, ei suapte natura ob eam conjunctionem, non autem voluntate, facultatem hanc vitalem impertitur. Quemadmodum enim fieri non potest quin sol eas res ad quas radios suos appulerit, illustret: ita fieri non potest quin animus corpori in quo fuerit, vitam tribuat. Facultas vero speculatrix in voluntate motum suum habet. Itaque si facultatem suam contemplatricem & rationalem assiduo vigilantem reddiderit, velut propheta dicit: *Neque dormitet qui custodit te*, duplici ratione consopit vitiosos corporis affectus; ut Psal. 120. 3. quæ, & rerum præstantiorum sibique affinium contemplationi vacans, & corporis tranquillitati providens, frenet illos & compescat. Si vero quod se ignaviæ dediderit, detinet sine motu facultatem suam speculatricem, jam corporis libidines vitalem partem otiosam nactæ, partitæque, nullo regente ac prohibente, animum ad impetus actusque sibi proprios pertrahunt. Quare violentæ quidem sunt corporis affectiones, ratione in nobis otium agente: morigeræ vero, ipsa ordinante ac gubernante. Non igitur corpus dignum est reprehensione, si qui recte de ipso judicare velint. Par est enim etiam pravas opiniones eorum qui male de corpore sentiunt, per meæ sententiæ expositionem evertere. Quemadmodum enim, o dilecte, bona res equus est, & quo suapte natura concitatior ac vehementior fuerit, eo

eo habetur præstantior: tamen ei ut pote rationis experti opus est & moderatore & gubernatore. Ubi autem conscenderit illum auriga, conabitur ipse natura uti.

3. Auriga igitur, si rite jumenti impetus regat, & sibiipsi utiliter eo utitur, & ad finem, quem sibi proposuit, pervenit, ipseque servatur incolumis, & jumenti usus sibi videtur optimus. Cum vero auriga male rexerit pullum, plerumque & pullus ipse deflectit a publica via, & in invia delabitur; imo etiam præceps actus, non numquam sessorem ipsum præcipitat, atque ex aurigæ desidia uterque in periculum adducitur. Eumdem ad modum de anima quoque & de corpore cogita. Corpus enim naturales impetus sortitum est non ineptos, sed prorsus ad aliquid idoneos ac utiles. Expers est autem rationis, ut majori in pretio anima habeatur, ob rationis prærogativam. Ipsa enim si impetus corporis rite gubernarit, & ipsum servat, & ipsa caret periculo: sin jus negligat regendi, & segnitiei somno victa, gubernationem corporis deseruerit, & ipsum veluti ratione destitutum, a recta via aberrat, & animam in eamdem ruinam detrudit, non ex sua ipsius pravitate, sed propter illius socordiam. Etenim si ejusmodi essent istæ corporis affectiones, ut non possent ab animo domari, merito non a culpa abesset corpus: at si multorum, qui eis dominari studuerint, imperio subditæ fuerint, corpus ab iis qui ipsum velut pravitatis auctorem criminari conantur, nequaquam culpari potest: sed incusanda est negligentiæ anima, si suum in corpus dominium deseruerit, cum neque ipsa suapte natura malum in se habeat, sed in malo versetur boni defectu. Vitium enim nihil aliud est quam virtutis defectus.

Quod non oportet incaute cum mulieribus colloqui.

CAPUT III.

1. AC de moderandis quidem Deus cogitationibus, regendisque corporeis affectionibus, deque amplitudine atque tranquillitate interni hominis, itemque de rerum ad hunc attinentium contemplatione ac studio abunde pro virili superius disseruimus. Par est autem non solum cogitationes moderari, sed etiam, quoad ejus fieri potest, a rerum consuetudine recedere: maxime earum, quæ suo ad nos accessu libidinem nobis in memoriam revocantes, turbant ac confundunt mentem, bellaque & pugnas animo faciunt. Bellum enim quod invitis nobis accidit, sufferre plane necesse fuerit: sed spontaneum bellum sibi ciere est absurdissimum.

A In priore enim etiamsi quis superetur, forte veniam consequetur (absit tamen hoc a Christi athletis:) at vero in altero si quis vincatur, præterquamquod id admodum ridiculum est, præterea venia caret. Itaque operæpretium est & mulierum colloquia & consuetudines quam maxime fugere, nisi inevitabilis quædam necessitas adigat ad colloquutionem. Quod si devenerimus ad hoc necessitatis, ab his tamquam ab igne cavendum est, & ab ipsis ocissime & celerrime secedendum. Considera autem quid ea de re sapienB tia ipsa dicat: *Alligabit quis ignem in sinu, vestes autem non comburet? Aut ambulabit quis super carbones ignis, & pedes non comburet?* Prov. 6. 27. & 28.

2. Quod si quis dicat, se ex frequenti mulierum colloquio atque consuetudine nequaquam lædi, is aut particeps non est masculæ naturæ, & est res quædam portentosissima, in utriusque sexus confinio posita, quales dicunt eos qui eunuchi nati sunt, si tamen hoc illis etiam demus quod nullo modo fœminæ libidine afficiantur, aut commoveanC tur: *Concupiscentia enim spadonis devirginare juvenculam*, inquit Sapiens: Eccli. 20. 2. aut si expers non est, cum totus libidinibus immersus sit, insciens ebrios & phreneticos imitatur, qui, gravissimis morbis affecti, existimant esse a morbo immunes. Agedum quod rationi haud consentaneum est, id inter disceptandum concedamus, esse quempiam, qui nullo masculo affectu exstimuletur. Verum tametsi nihil sentit, tamen se nihil sentire vix cæteris etiam persuadere poterit. Porro quod quis nulla sibi proposita virtute, mulD tis offensioni est, hoc ei periculosum esse arbitror. Deinde vero aliud etiam considerandum est, quod etiamsi nullam viro perniciem afferant cogitationes, at non item de muliere quoque nobiscum contendet, quasi ea etiam corporeatum libidinum expers sit: quin potius ipsa cum sæpe debili ratione prædita sit, irrepatque facile in eam libido, ex eo qui in ipsius colloquutionem incaute venit, detrimenti aliquid accipit. Et ipse quidem non sauciatur: sed non raro, licet nesciens, sauciavit: Et muliercula, E quæ spiritualis scilicet charitatis simulatione atque nomine ad ascetam frequenter accedit, incipit per oculos peccato impleri, obtutibusque lascivis depasci speciem proximi, & internam virginem, quam maxime sponsus amat, cogitationibus impuris corrumpere. Proinde ne eorum, quæ diximus, quidquam eveniat, omnia prorsus, (id si fieri poterit,) sin minus, crebra saltem & longa mulierum colloquia consortiaque vitanda sunt: neque id ex odio sexus, apage: neque quasi abnegemus illarum cognationem, sed ut earum patrocinium suscipiamus,

Digitized by Google

mus, atque pro virili singulis quæ naturæ humanæ consortes sunt, suppetias feramus, iis maxime, quæ procastitate in certamen descenderunt, velut quæ communia nobiscum certamina subeant. Caveamus autem congressum ac consuetudinem, ut ne libidinem cui vale diximus, cuique nuntium remisimus, in memoriam revocemus.

Quod oportet corporeis viribus abstinentiam metiri: & quod corporis labor bona res est & legitima.

CAPUT IV.

1. Consequens utique fuerit, ut ventri etiam dominemur. Etenim ventris castigatio turbulentorum motuum refrænatio est: refrænatio vero turbulentorum motuum, quies est animi atque tranquillitas: animi autem tranquillitas, fons existit virtutum fecundissimus. Porro temperantia & moderatio ventris optima est, si eam quisque corporis viribus metiatur. Enimvero ingens etiam afflictatio visa est C quibusdam non gravis, eamque levamenti potiusquam laboris loco habuere, ob corporeæ constitutionis fortitudinisque firmitatem ac vigorem. Verum quod hi tolerare potuerunt, aliis fuit periclitandi causa. Nam discrimen tantum invenerit quis corpora inter & corpora, quantum æs & ferrum a sarmentitiis lignis differunt. Itaque pro suis quisque viribus temperantiam debet colere. Et quidem quæ in solo animo adolescunt virtutes, omnes omnibus æqualiter excolendæ proponentur, veluti mansuetu- D do, morum facilitas, humilitas, bonitas, fraternus amor, sinceritas, studium veritatis, commiseratio, lenitas, humanitas. Has enim virtutes dicimus animi esse peculiares, quandoquidem ad eas & parandas & excolendas nihil amplius corpus animo confert, nisi quod ei locus consilii & curia est, ubi de his deliberatur: sed abstinentia, corporearum virium habita ratione unicuique præscribetur, sic ut neque minus quam pro viribus contendamus, neque ultra vires progrediamur. Nam & hoc, opinor, con- E siderandum est, ut ne corporis viribus per immodicam abstinentiam resolutis, ipsum ad bona opera iners & invalidum reddamus. Neque enim Deus cum hominem conderet, eum inertem & otiosum esse voluit, sed ad officia sua actuosum promptumque: quandoquidem Adamo præcepit, ut laboraret in paradiso, illumque custodiret, (Gen. 2. 15.) (etsi enim hisce verbis subjecta est notio quædam sublimior, nihilominus tamen ipse etiam proprius verborum sensus imitatione ac studio dignus est,) & tum deinde posteaquam ex eo A ejectus est, pronuntiavit fore, ut in sudore (Gen. 3. 19.) vultus sui comederet panem. Quod autem ea quæ Adamo dicta sunt, dicta sint omnibus ex eo oriundis, ex re perspicuum est. Etenim illud quidem morti addixit, his verbis: *Terra es, & in terram reverteris*: sed omnes quotquot ab eo originem duxere, non secus ac ipse hujusce calamitatis participes exstitere. Convenit igitur nihil innovare præter naturam terminosque, quos qui naturæ commodis consulit, præscribit: sed in his immorari, corpusque ad agendum para- B tum, nusquam vero per immoderationem resolutum habere. Hæc est enim, meo quidem judicio, optima agendi ratio, statutos limites servare.

2. Cæterum possimus etiam pluribus divinæ Scripturæ testimoniis nostrum sermonem confirmare. Divina namque Scriptura operari jubet, & corpore moveri, & potius aliorum fulcire debilitatem, quam alterius manu indigere: at illud tabe absumere & immodicis afflictationibus enervare, non item. Atque hujus rei testem fide dignissimum tibi adducam sanctum Paulum, qui alicubi quidem dicit: *Audimus quosdam inter vos ambulare inordinate, nihil operantes*. (2. Thess. 3. 11.) Quin & inertiam, ordinis desertionem pronuntiavit: *Non enim*, inquit, *inordinate gessimus* (Ibidem v. 7.) *nos inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte & die operantes*. Et quod hoc etiam majus est: *Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui* (Act. 20. 34.) *mecum sunt, ministraverunt manus istæ*. Ac iterum alio in loco: *Ut operantes*, inquit, (2. Thess. 3. 12.) *suum panem manducent*. Et rursus alibi: *Ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, &* (1. Thess. 4. 11.) *operemini manibus vestris*. Oportet ascetam ab omni fastu liberum esse, & viam vere mediam & regiam euntem, numquam ad alterutram partem declinare; neque dedere se mollitiei, neque per abstinentiæ immoderationem corpus inutile reddere. Etenim si bonum esset hominem corpore fractum esse, & dum spiraret viveretque, mortuum tamen jacere, utique nos tales Deus ab initio condidisset. Quod si non ita fecit, omnino quod bonum esse novit, hoc etiam effecit: sin autem nos ita, ut bonum erat, condidit, peccant qui qood bene factum est, quantum in ipsis est, nequaquam servant.

3. Unum igitur consideret pietatis cultor, num pravitas aliqua per incuriam in anima sua delituerit, numcubi vigilantia & vehemens animi in Deum intentio oblanguerit, num Spiritus sanctificatio, & quæ illinc animo accedit illustratio, obscorata sit. Nam si vigeant quæ diximus bona, nullum rebellandi locum invenient affectiones corporis, animo in supernis occupato, nullamque

corpori excitandarum libidinum occasionem tribuente. Si enim sæpe cum nos de aliquibus hujusce vitæ rebus intento animo cogitamus, tum visus tum auditus inertes permanent & desides, animaque, sensibus sine functione derelictis, tota in hac cogitatione hæret: potiori jure si viguerit in animo nostro divinus amor, ne spatium quidem de libidinibus cogitandi nobis futurum est. Quod si insurrexerint vel paululum, illico animi sublimitate sedabuntur. Utrum quæso præstabilius est, arbores ne frugiferas imitari, quæ & ipsæ opulentæ sunt, & alios sua fertilitate exhilarant, an similem esse oleribus, quæ præ æstu atque siccitate marcescunt; & esse, ut est apud prophetam, *Esa. 32. 20.* velut betam semicoctam, quæ ne suis quidem usibus inservire possit, (idque cum integras ad nos curandos vires a natura accepimus,) atque ex dimidia tantum parte, solo videlicet animo, ac non etiam corpore philosophiæ operam dare? Etenim si fuissemus sine corpore constituti, necessario optima quæque animo solo sectaremur. Verum quia duplex est homo, duplex etiam convenit esse virtutis studium, quod & corporis laboribus, & animæ exercitiis excolatur. Labores autem corporis, non sunt otium, sed ipsum opus.

4. Atque etiam illud considerandum est, ut ne necessitatis corporeæ obtentu inserviamus voluptatibus. Nam si perpetuam inediam sustinentes, possemus debita corporis officia explere, utique optimum hoc esset: sed quoniam perpauca sunt corpora, quæ ejusmodi victu non concidant, idcirco ut moderate jejunandum est, ita levamen maxime necessarium corpori afferendum; sic tamen, ut voluptas in sumendis cibis haudquaquam ducis vicem impleat, sed ratione necessitati terminos diligenter præscribente; ac congruenter citra ullam commiserationem more periti medici infirmitatem curante. Quisquis enim, animo sic affecto, cibum sumit, in nihilo videbitur inferior non sumenti, quantum attinet ad philosophiam. Imo quod ad consilium mentemque spectat, non jejunium perpetuum modo, sed inediam etiam servavit, ac corpori prospiciendo laudem consequitur dispensationis optimæ. Non enim moderatus corporis victus & abstinentia solent cupiditates accendere, ac libidines indomitas reddere. Hoc enim ex ciborum redundantia oritur, & ex deliciis. De his satis, cum ad confirmandum quod nunc examinandum nobis propositum est, sufficiant quæ & ex naturæ legibus, & ex divinæ Scripturæ testimoniis protulimus. Sed cum ea quæ dicta sunt, non verbis ac monitis solum stabilire, sed efficacibus etiam exemplis sententiam nostram confirmare operæ pretium sit, ad ipsam jam progrediar Servatoris nostri vitam, quam in carne transactam, omnibus pie vivere volentibus virtutis formam ac exemplar proposuit, ut reliqui conspecta hac effigie, similem in vita sua formam exprimerent, nusquam hoc exemplar diversa ac impari imitatione pervertentes. Nam quod Servator suam ipsius vitam omnibus ipsi obtemperare volentibus proposuit imaginem vitæ optimę, audi ipsum aperte hoc docentem: *Si quis enim*, inquit, *Joan. 12. 26.* *mihi ministrat, me sequatur*, haud indicans corpoream sequendi rationem, (erat enim omnibus impervia, cum Dominum nunc secundum corpus in cælis esse notum sit,) sed vitæ, quantum fieri potest, accuratam imitationem.

5. Quomodo igitur vixit Servator noster, & quomodo conversatus est? Peccatum quidem non fecit. Qui enim a peccato vinci justitia potuisset? Qui vero mendacium vincere veritatem? *1. Pet. 2. 22.* Qui debellaretur potentia ab infirmitate? Aut quomodo quod non est, id quod est superasset? Deus enim semper est, nullumque habet exsistendi tempus limitatum, nec finem ullum admittit. Peccatum vero numquam est, neque in sua ipsius substantia deprehenditur. Verum in peccantibus magis quam in ipsis rebus, quæ male fiunt per boni defectum subsistens, caliginem spiritualem per injustitias imprimit, quæ justitiæ lumine dissolvitur, cum lux in tenebris luceat, & eousque durent, quamdiu delicta *Joan. 1. 5.* durant. Nam cessantibus pravis actionibus, jam peccati substantia simul etiam deletur & evanescit. *Quæretur enim*, inquit, *peccatum illius, & non invenietur*, *Psal. 10. secundum Hebr. v. 15.* etiamsi alioqui supplicium peccantibus reservatum sit ob peccata, sitque perpetuus cruciatus ob iniquitates exspectandus. *Peccatum igitur non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus.* *Esa. 53. 9.* Sed contra lenitatis, patientiæ, benignitatis, mansuetudinis, humanitatis, comitatis, humilitatis, prudentiæ, & uno verbo virtutis cujuscumque exempla multa præbuit, quæ clare recensentur in evangeliis. Lenitatis quidem & patientiæ, cum pertulit Judæorum insidias, quæ posteriorum injuriarum magnitudine semper contegebant flagitia priora. Atque etiam cum redarguit ipsos leniter, solum videlicet quantum opus erat, ut eorum coerceret malignitatem, non ut etiam eos ulcisceretur, aut reos perageret vel tantillum, sed ut beneficiis illorum inhumanitatem, & bonorum largitione magnitudinem nequitiæ eorum vincere conaretur. Ad extremum etiam pro crucifigentibus se crucifigitur. Mansuetudinis autem & lenitatis, cum omnes ex convenienti sibi benignitate admisit, ac colloquendi præbuit libertatem, non viris probis modo, sed iis

etiam,

etiam, quibus studia turpissima familiaria erant ac consueta. Itaque sic accesserunt scorta ac publicani; non ut libidinis aut avaritiæ morbum augerent, sed ut detergerent morbum animæ. Neque magis confundebantur ex nequitiæ suæ conscientia, quam in spe medelæ confiderent. Nam inveniebant experientiam spe etiam altiorem. Humanitatis quoque & misericordiæ, cum nunc quidem famem in deserto confectis copiosam men-
Matth. 15. 32. sam ex tempore construxit, eosque dupliciter accepit, tum rerum necessariarum copia, tum insolenti suppeditandi modo; nunc vero, cum misertus est jacentium, quod dispersi essent & dissipati velut oves pastore ca-
Matth. 9. 36. rentes, & cum sanavit corporeas infirmitates, & vitiata ac mutilata membra redintegravit, itemque, quando & animi morbos, & indissolubilia peccatorum vincula, & violentarum pactionum obligationes, quas cum diabolo peccati parente contraxeramus, dissolvit. Quanta autem exhibuit humilitatis exempla? Etenim non carne solum indui,
Matth. 13. 55. sed parentum etiam, pro præsenti eorum statu, humilium partim fieri filius, partim putari voluit: fieri quidem, matris: putari autem, illius, qui pater est appellatus.
Matth. 22. 25. Quot prudentiæ, cum modo Sadducæos, qui quodam septem fratrum vita functorum unius & ejusdem uxoris maritorum commento resurrectionem irridere conabantur, refutavit; modo Pharisæorum discipulos una cum Herodianis pudore affecit, ubi ancipi-
Ibidem v. 16. ti hac & captiosa quæstione proposita: *Num Cæsari dare censum oportet, an non*, ambiguum ancepsque responsum acceperunt, quod cum non dari, sed reddi præciperet, poterat utraque parte illorum amentiam resecare. *Reddite enim*, inquit, *quæ sunt Cæ-*
Ibid. v. 21. *saris, Cæsari*: Cæsaris enim erat numisma, cujus imaginem ac inscriptionem ferebat.

6. Et hæ sunt præcipuæ animi virtutes, & præter illas aliæ etiam infinitis partibus plures: at corporis quot & quantæ exstant dotes? quarum ostendendarum causa maxime alla-
Luc. 2. 51. tum est exemplum. In prima quidem ætate subditus parentibus, omnem laborem corporalem leni ac obedienti animo cum ipsis sustinuit. Cum enim homines illi essent justi quidem & pii, sed pauperes & rebus ad vivendum necessariis non admodum instructi,
Ibid. v. 7. (cujus rei testis est præsepe quod venerando partui inservivit,) erant, ut verisimile est, laboribus corporis assiduis dediti, sic ut hac ratione res necessarias sibiipsis compararent. Jesus autem, ut ait Scriptura, his subjectus, laboresque una cum ipsis perferendo, obedientiam suam prorsus declaravit. Cæterum autem temporis progressu, cum herilia divinaque beneficia detegeret, &, electis posthac discipulis, de prædicando cælorum re-

A gno cogitaret, nequaquam in uno angulo positus aut corpore exsolutus, aliorum indigebat ministerio, sed modo obambulans, & assidue pedibus iter conficiens, una cum discipulis suis ministrabat, velut ipse dixit;
Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui mi- Luc. 22. 27.
nistrat. Item, *Sicut filius hominis non venit* Matth. 20. 28.
ministrari, sed ministrare: modo vero lavabat pedes discipulorum. Rursus autem in Joan. 13. 5.
docendo diu immorari, ac locum ex loco impigre permutare salutis nostræ gratia non intermittebat. Semel autem jumento, eoque
B ad exiguum dumtaxat tempus usus fuisse comperitur, non ut reficeret corpus, sed ut Matth. 21. 7.
ipsis operibus prophetiam obsignaret. Quid vero Apostoli, nonne Dominum imitati sunt? Nonne vacabant assiduis laboribus? Considera Paulum indesinenter laborantem, acriter iter facientem, navigantem, periclitantem, tempestate jactatum, fugatum, flagris cæsum, lapidibus petitum, animi alacritate & corporis firmitate ferendis omnibus tentationibus non imparem. Quod si enervasset corporis vires per immoderatio-
C nem, haudquaquam ob hæc coronam assequutus fuisset. Quamobrem præclare faciet, qui Domini, illiusque discipulorum ac apostolorum vitam tam per animi virtutes quam per corporis exercitia imitando, corpus strenuum & optimorum operum ministrum præstabit. Animi enim est, bona seligere, quæ posthac perficiuntur corporis opera: corporis vero, exsequi quæ animus selegit. Quod si corpus invalidum est ad agendum, imperfectum remanet virtutis opus, cum occultetur in animi sententia ve-
D luti germen quoddam, quod in terræ finibus emarcescit, nec ad usum eorum propter quos productum est, pervenit.

7. Sed, inquit, & Dominus pertulit inediam diuturnam, & Moyses quoque, & Helias propheta. Verum illud etiam animadverte, Dominum nostrum, & Moysen, itemque Heliam, id semel dumtaxat fecisse: sed toto reliquo tempore corpus debita moderatione gubernasse, illudque reddidisse strenuum & validum, semper & in laboribus & in ærumnis versantes, sicque animi vir-
E tutes corporis ope illustrarunt, actuosam vitam ceu sigillum atque perfectionem spiritualis vitæ præstantes. Hoc Moyses, hoc Helias, hoc etiam Joannes ipse effecit: qui ex arcano quodam Dei consilio diu in deserto commoratus, completoque hoc consilio ad regionem cultam profectus, tunc & prædicavit, & baptizavit, (quod pertinet ad actionem,) & ob suam loquendi libertatem adversus Herodem, certamen absolvit. Hoc & omnis sanctorum turma, & ipse Jesus fecit, in agendo scilicet perseverans: ut undelibet planum esset & exploratum cum ex na-
turæ

turæ legibus, tum ex divinarum Scriptura-rum doctrina, tum ex omnium sanctorum factis, tum ex vivendi ratione ipsius Servatoris nostri, tum ex regula vitæ virorum pie degentium, melius esse atque præstabilius, si corpus firmum sit ac robustum, quam si exsolutum sit ac enervatum: itemque, si reddatur ad bonas actiones strenuum, quam si voluntaria afflictatione iners fiat ac deses.

Quod convenit ascetam in iis operibus, quæ ipsum deceant, exercitari.

CAPUT V.

CÆterum in iis se operibus exercere asceta debet, quæ sibi conveniant: quæ videlicet ab omni cauponaria, longiorique mentis avocatione & turpi lucro aliena sint, quæque manentibus intra tectum nobis ut plurimum confici possint, ut & compleatur opus, & quies servetur. Quod si oporterit ob inevitabilem quamdam necessitatem opus aliquod etiam sub dio perfici, ne hoc quidem philosophiæ futurum est impedimento. Qui enim vere philosophus est, ei cum corpus sit loco scholæ & gymnasii, sitque eidem animi sedes firmissima, etiamsi in foro fuerit, sive in conventu, sive in monte, sive in agro, sive in media multitudinis frequentia, ceu in naturali monasterio commoratur: quippe qui intus ad se advocet animum, & de rebus, quæ sibi conveniant, philosophetur. Fieri enim potest, ut & qui domi desidet, is tamen mente foras evagetur, & qui in foro versatur, is, si vigilet quasi in solitudine sit, cum & ad semetipsum & ad Deum solum conversus sit, tumultusque ex rebus sensibilibus in animum irrepentes nequaquam sensibus excipiat.

Quod non convenit ascetam incaute cum omnibus hominibus colloqui.

CAPUT VI.

1. JAm ne illud qnidem decet, seipsum hominibus omnibus concredere, aut se aperire, aut se incaute detegere. Qui enim secundum Deum vivit, huic complures insidiantur, atque ii ipsi plerumque qui sunt ei conjunctissimi, sæpe vitam ipsius explorant. Itaque operæpretium est non temere cum externis congredi. Si enim, ut ait evangelium, non omnibus seipsum concredebat Servator, (*Ipse enim*, inquit, *Jesus non credebat semetipsum eis;*) si ille, licet purus, inculpatus, nulli reprehensioni obnoxius, justus, si ille qui prorsus virtus ipsa erat, ita se gessit, quomodo nos peccatores, ad lapsum proclives, quorum viæ non semper dire-

Joan. 2. 24.

A ctæ sunt ad scopum, partim propter infirmitatem naturalem, partim propter eum qui maligne ac fortiter nobis adversatur, quomodo, inquam, fieri poterit, ut si nosmetipsos curiosis hominibus prodiderimus, non confiemus in nos pravas calumnias, & nobis ipsis offendicula non struamus? Nam maligni ea etiam quæ recte fiunt, calumniari non raro conantur, & ne levissima quidem errata a conviciis immunia relinqui sinunt.

B 2. Par est igitur caute cum externis hominibus confabulari. Nam incidunt & in aliud quoddam vitium, dum de iis qui e sæculo recesserunt, imperite ac inscite cogitant. Suspicantur enim non mentem sententiamque eorum, qui vitæ genus immutarunt, immutatam fuisse, sed ipsam naturam humanam penitus in illis fuisse transformatam, nec judicant de ascetis, tamquam de hominibus, qui cum in iisdem affectibus versentur, eos tamen animi viribus, & sua a voluptatibus abalienatione vincant; sed arbitrantur corC poris eorum naturam affectibus nullomodo obnoxiam esse. Ex quo fit, ut si vel paululum spiritualis vir a recto declinarit, statim omnes, etiam ii ipsi qui erant antea ferventissimi laudatores, admiratoresque, fiant amarulenti accusatores, atque adeo non veras laudes prius tribuisse convincuntur. Quemadmodum enim labente aliquo athleta, confestim adversarius insurgit, illumque ferit, ac magis prosternit: sic etiam illi, ubi viderint eum qui in virtutis exercitio vivit, tantillum a recto deflexisse, tum ipsum conD viciis calumniisque perinde ut immissis quibusdam spiculis insectantur: neque reputant secum, se quotidie innumeris vitiorum telis transfigi. At vero pietatis propugnatores, etiamsi ab iisdem obsideantur affectibus, sæpe tamen ab his aut parum, aut nihil accipiunt detrimenti; idque, quamvis adversarium vehementiorem quam illi sustineant. Nam hi quidem ei se adversarios professi sunt, & magni aliquid adeptum se esse arbitratur malignus ille, si de ipsis reportet victoriam, contraque, si succumbit, putat E mortiferam plagam sibi infligi, tamquam qui perfecte, & in omnibus virtutis partibus victus sit: sed bellum iis, qui se mundo sæculoque addixerunt, illatum, despicatui habetur, partim quod maxima eorum pars ad suam cladem stragemque suapte sponte currant, voluptatibus variis atque cupiditatibus ad peccatum allecti, adversatioque victoriam de se facillime reportandam offerentes, partim quod ii etiam qui parum peccato obsistere videntur, ob varia impedimenta haud difficile a palæstra secedant, & terga vertentes, vehementerque sagittis petiti, multas ac fœdas cladis suæ notas ferant.

3. Quod si forte non nulli, impetu etiam mun-

mundanarum curarum superato, maligni A illius bello obversa facie opponere se potuerunt, non tamen paria certamina sustinuerunt, sed multo, vel potius infinitis partibus minora sunt ascetarum certaminibus. Alter enim contendit retinere jus suum, atque in litibus, quæ de præsentibus fiunt, pertinaciter decertat; alter vero vel de jure etiam suo iis qui secum litigant, concedit, perficiens illud: *Ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repete*. Ille percussus percutit vicissim, & affectus injuria injuriam vicissim infert, atque hoc pacto stare se in æqualitate arbi- B tratur: hic vero tolerat, quoad injuriam facienti aut etiam ferienti satietatem attulerit. Et hic idem studet omnibus corporis voluptatibus dominari: alter vero ad satietatem usque indulget voluptatibus. Quomodo igitur qui civile vitæ genus ducit, inter athletas numerabitur, si cum asceta comparetur? Velim consideres & aliud, quod iis solitum est usu venire, qui communem ac vulgarem vitam sequuntur quandocumque res ascetarum expendunt. Simul ac enim asceta æquum esse duxerit, corpus post C longam famem alimento suffulcire, tunc quasi is incorporeus esset, & materiæ expers, ipsum aut nihil, aut quam paulum alimenti sumere volunt.

4. Et si viderint ascetam non omnino immisericorditer corpus tractare, sed partim saltem præsenti necessitati satisfacere, eum conviciis ac calumniis consectantur, ac eos vocant heluones, voracesque, & id dedecus bibendique intemperantiam ab uno in omnes extendunt: neque illud reputant, se, cum bis, & ex ipsis non nulli etiam ter die D cibum capiant, & escis crassissimis ac pinguissimis, ingentique carnium mole exsatientur, immodicamque vini copiam infundant, nihilominus tamen perinde atque canes post longam famem a vinculis solutos, mensis inhiare. Sed veri ascetæ & alimento siccissimo utuntur, & in quo præter imbecillitatem tenues admodum ad alendum vires sint, & comedunt semel per totam diem: qui cum ordinate vitam degere statuerint, moderateque ac prudenter cibum sumant, jure ac merito ubi edendi tempus advenit, E tunc animo religionis libero corpori necessaria suppeditant. Quamobrem convenit libertatem nostram ab alia conscientia non judicari. Si enim nos cum gratia accipimus, quid pro iis de quibus gratias agimus, blasphemamur? dum tenuitatem, cibique vilitatem tanta cum hilaritate amplectimur, cum quanta ne illi quidem splendidissimum & omnigenum mensæ lautissimæ apparatum. Quod si quispiam ex his, quos dixi, hominibus ob prudentiam ac pietatem notus sit, habeatque in reverentia nostrum vitæ institutum, eum nostra mensa circumspecte communicare, si id usus poscat, a ratione alienum non est.

Quod non oportet crebro & temere egredi.

CAPUT VII.

1. Atque etiam operæpretium est nequaquam prætextu & visendi fratres, & cum ipsis colloquendi, crebro ac frequenter peregrinari. Nam & hoc diabolicum quoddam inventum est: siquidem conatur adversarius ejusmodi artificio constantiam nostram, & vitæ nostræ disciplinam evertere, nosque voluptatibus ac variis cogitationum tumultibus implicare. Imo vero nobiscum tacite colloquendo, peccata animæ & expendere & emendare debemus. Qui enim nuper ex animo hunc mundum dereliquit, ob suam quidem ad bona propensionem laudandus est: at nondum tamen virtutum assequutus est perfectionem, imo etiam quomodo eas consequi possit, ne cogitavit quidem; ob idque ei opus est, præmisso prius sui ipsius tacito examine, inordinatos animi impetus ac motus excutere, hisque fortiter obluctari, & melioribus consiliis perturbationem sedare; nam animi ordinatio ac sedatio, argumentum est virtutis. Qui igitur assidue peregrinatur, transitque de loco in locum, ac semper animi attentionem crebramque meditationem ventilat, & effundit, paulatimque assuescit ad corporis voluptates respicere, quomodo poterit inspicere seipsum, aut agnoscere ea quæ se non recte habent, aut ipsa ad honestum decorumque revocare, cum magis ac magis ad vitiosas affectiones animus illius irritetur?

2. Par est igitur in quiete ut plurimum manere, & quemlibet in propria sede persistere, ut hoc constantiæ morum testimonium habeat: non tamen prorsus in cella sua inclusum esse, sed libere, si propterea nihil conscientia exprobret, necessitate cogente egredi, & fratres vitæ integritate & optimos & utilissimos invisere, sed ita tamen, ut ex utili congressu virtutum capiat exempla: quod consequetur, si, ut diximus, in prodeundo modus teneatur, nihilque fiat quod reprehendi possit. Sæpe enim insitum etiam animo tædium exeundo dissipatur; idque in causa est cur iterum veluti convalescamus, ac paululum respiremus, alacriterque ad certamina pro pietate subeunda veniamus. Quod si quis, quod e cella non egrediatur, propterea sentiat de se magnifice, is noverit, se ob rem inanem inflari. Neque enim non exire, ex se laudandum est, aut data occasione exire, potest virum probum aut im-

improbum reddere : sed firmum & immutabile judicium circa bonum, aut contra levitas & inconstantia hominem bonum reddit vel malum. Si quis vero posteaquam bonum in animo firmiter constabiliverit, diuturnaque exercitatione gubernandorum affectuum experientiam adeptus fuerit, & domitis corporis libidinibus coercuerit tumultus animales, tum demum rationis freno confisus velit frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres egredi, eum, qui ejusmodi est, ratio ad exeundum potius inducet, ut posita super candelabro lucerna, doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus : si modo confidat posse & sermone & opere seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere : & si semetipsum ita muniverit, ut Apostolus dixit : *Ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* 1.Cor.9.27.

Quod asceti instabilibus confidentia ac libertas loquendi danda non sit : imo vero quod hi vitandi sint.

CAPUT VIII.

1. Atque ii etiam vitandi sunt, qui instabiles sunt, & modo ad hos, modo ad illos fratres accedunt, & irrequieto ac vehementi impetu jugiter circumeunt monasteria, & plane spiritualis dilectionis obtentu & nomine, carnis explent voluntates : quorum in animis nulla inest constantia, nulla stabilitas, nulla disciplina, nullus prudentiæ ornatus : sed potius quidquid curiosum ac pravum est, quidquid refertum est inconstantia & dementia, dolo & simulatione, mendacio & fraudulenta adulatione. Hi enim sunt & lingua imperiti, & ventre intemperantes, & animo semper elati ac ventilati, quorum cogitationes vespertilionum volatum imitantur, nusquam ad rectum spectantes, sed oblique ac perverse volantes : quippe qui primo impetu aliud præ se ferant, sed mox mentis instabilitate ad aliud ferantur præter opinionem omnem, repentes non parum, at nullo modo progredientes.

2. Quinetiam similes sunt jumentis, quæ circa molas acta multum conficiunt itineris, & tamen eodem in loco semper reperiuntur, & corpore defatigato, ipsa tamen ultra exigui loci spatium non progrediuntur : sic illi quoque, jugiter in corporis libidinibus volutati, nullo modo ad spiritualem altitudinem procedunt : quin potius conficiunt circulum interminatum, ut qui semper una cum corporis concupiscentiis ac voluptatibus circumagantur, rursusque ferantur ex iisdem in eadem, nec a mala servitute liberentur, ob voluntatis suæ pravitatem. Hi ob intuentium oculos posito habitu ovillo quasi illicio quodam, intus gulosam, malignamque & subdolam vulpem occultant, multosque in eamdem quoque nequitiam impellere conantur : qui cum rationis clavo destituantur, facile sive bono sive malo ductori morem gerunt ; & quidquid a quovis aut recte aut probabiliter sibi propositum est, id ab ipsis habetur bonum. Itaque hos quoque student trahere in suam ipsorum perniciem, rati eorum nequitiam, suam ipsorum defensionem esse, pravitatisque societatem, imminutionem criminum. Hi igitur sunt omnino fugiendi, ut ne communicata animi peste noceant aliis, sed hi ipsi undelibet coerciti sero saltem ad bonum convertantur, pudore in illis pædagogi vices explente, atque virorum proborum odio ipsos de nequitiæ fuga admonente. Hoc enim docuit & Paulus, loquens de iis qui operi nulli incumbunt, sed agunt curiose. *Hunc*, inquit, *notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur.* 2.Thess.3.14.

Quod non convenit, ut asceta cupiat umquam ingredi in clerum, aut fratribus præfici.

CAPUT IX.

Cæterum nequaquam convenit, ut asceta cupiat umquam ingredi in clerum, aut fratribus præfici. Nam diabolica ista pestis est, labesque libidinis dominandi : quæ res summæ diaboli nequitiæ insigne est. Nam & ille ab hoc vitio præceps actus est in superbiæ lapsum : qui autem hoc morbo corripitur, perinde atque ille ægrotat. Deinde vero quos occupat morbus ille, eos invidos, contentiosos, accusatores, impudentes, calumniatores, assentatores, molitores, & præter decorum humiles, illiberales, arrogantes, ac innumeris turbis refertos efficit. Invidet enim qui ejusmodi est, viris claris, eosque calumniatur : imo etiam plerumque eorum mortem exoptabit, ut, hominibus qui ad opus idonei sunt, deficientibus, suffragia ad se devolvantur. Itidem penes quos est sortitio electioque, iis adulabitur, ob idque habebit animum servilem : at vero adversus inferiores, si adversentur, superbe ac insolenter invehitur. Dolos igitur consuet, turbis ac suspicionibus innumeris futurus est obnoxius, animique dissolvet tranquillitatem, præterea que Deus pacis fugabitur, utpote cui locus non sit quiescendi. Cognito itaque detrimento, hanc absurdam cupidinem fugiamus. Quod si Deus aliquando eligat quempiam ad ejusmodi munera, novit, cum sit industrius ac sagax, quemadmodum ipsum etiam præstiturus sit di-

dignum: nos autem conscii esse debemus nobismetipsis, numquam nos aliquid tale appetivisse, neque ullo modo ejusmodi desiderium in animo habuisse. Nam & hic animæ morbus gravissimus est, & facit, ut a bonis excidamus.

Quod non convenit bona æmulari, vanæ gloriæ causa.

CAPUT X.

1. FUgienda est quam maxime inanis gloria, quæ nos non ante labores a suscipiendo labore deterret (siquidem levius hoc esset malum,) sed coronis spoliat post labores. Est autem difficilis expugnatu, illa salutis nostræ insidiatrix, cum locet nobis insidias vel in ipsis cæli orbibus, virtutesque, quarum caudex ad cælum usque pertingit, dejicere ac deturbare contendat. Ubi enim viderit pietatis mercatorem omnigenis virtutum mercibus onerariam mentis navem implevisse, tunc excitata sua tempestate, C evertere ac submergere navem conatur. Cum enim mentem ejus, qui ad regnum supernum navigat, eo adduxit, ut ad infernas res & ad glorias humanas respiciat, tum demum omnibus animæ divitiis ceu flatu repentino dissipatis, fundamentisque virtutum in terram dejectis, labores ad cælum usque porrectos diruit; quandoquidem facit, ut mercedem ab hominibus ob exantlatos labores expolcamus nos, quos tamen oportebat ad Deum solum respicere, eique nostra recte facta recondere, ab illo solo pro D merito præmia accipere. Nos vero, quoniam malumus ob hominum gloriam bona opera peragere, quam eis Dei causa incumbere, inciroo inani laudis mercede ab illis efflagitata, jure ac merito excidimus a divinis remunerationibus, non laborantes Deo, sed hominibus nosmetipsos operarios locantes: a quibus si semel præmiorum jacturam pro præmiis receperimus, quid jam a Deo expolcere possumus, cujus gratia nihil umquam agendum nobis proposuimus? Id autem verum esse disce ex sacro Evangelio, E quod de iis qui hominum ergo faciunt bona, Matth. 6. 5. ait: *Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam.*

2. Agedum fugiamus vanam gloriam, dulcem illum spiritualium divitiarum prædonem, jucundum animarum nostrarum hostem, virtutum tineam, non injucunde bona nostra diripientem: quæ fraudis suæ venenum melle illinit, porrigitque exitiosum poculum mentibus hominum, ut hoc vitio, opinor, inexplebiliter imbuantur. Nam dulce quiddam est imperitis humana gloria. Accedit etiam, quod quos subegit, eos nul- A lo negotio a recto judicio inducat in errorem. Qui enim illius tenetur desiderio, is ut evertit sua cogitata ac judicia, ita quidquid plebeculæ est admirationi, id existimat eximium. Quo fit, ut si pravi quidam sint aut temerarii, qui quæ mala sunt admirentur, necessario ea, quæ a studiorum suorum judicibus in bonis poni crediderit, facturus sit, qui laudari se cupit; sic ut inanis gloria non exstirpet modo bonas actiones, sed ad malas etiam conducat. Par est igitur oculis B in rectam rationem & in Deum rectæ rationis moderatorem conjectis, hoc itineris ingredi, quo Deus præit, ducitque. Sive autem laudent nonnulli hujusmodi viam, non oportet eorum laudem magni facere, erectis in supernum laudatorem oculis, sed ipsis dumtaxat de recto circa bona judicio gratulari: sive vituperent alii, nequaquam convenit regredi, at misereri eorum, quod veri judicii sint expertes, & in gravissimis mentis tenebris jaceant.

De idoneo ad loquendum tempore.

CAPUT XI.

HÆc quidem præcipua sunt officia, quæ non pro suæ præstantiæ magnitudine, sed pro modo facultatis nostræ explicata sunt: quæ vero sequuntur virtutes, quæ vulgares mores exornant, eæ, opinor, facile in omnium veniunt conspectum, velut est loquendi opportunitas, & utilis verborum prolatio. Utile autem fuerit, aut de virtute opportune differere, aut necessitate instante ac urgente verba facere, aut etiam omnino loqui ad audientium ædificationem; reliquos vero sermones velut superfluos ac vanos reprobare.

Quod non convenit ascetam facetias sectari.

CAPUT XII.

OPeræpretium est abstinere a facetiis omnibus. Contingit enim plerumque, ut qui talibus occupantur, a recta ratione aberrent, animo effundente se ad risum movendum, & prudentiæ cogitationem ac vim destruente. Sæpe autem hoc malum sensim procedens, postremo desinit in verborum obscenitatem & in extremas ineptias, adeo ut animi vigilantia, ejusque in facetias diffusio numquam simul cohæreant. Quod si opus aliquando fuerit oblectamento verborum ut tristitia paululum remittatur, sit sermo vester refertus spiritua-li lepore, & evangelico sale conditus; ut gratum interni cujusdam ac sapientis consilii afferat odorem, dupliciterque auditorem

exhilaret, & animi relaxatione, & prudentiæ gratia.

De mansuetudine, & quomodo charitas constituatur.

CAPUT XIII.

Oportet ascetam quam maxime plenum esse mansuetudine, quandoquidem spiritus mansuetudinis vel particeps jam factus est, vel fieri se participem cupit. Convenit autem hospitem hujus ei, qui hospitio B excipitur, similem esse. Quod si opus etiam aliquando fuerit indignatione adversus socordem, qui scilicet sit nobis subditus, ratione temperetur indignatio. Etenim ut homicidæ gladiis utuntur, ita utuntur & medici. Verum illi, quod ex ira & crudelitate ensem in manus sumunt, patrant facinora omnium scelestissima, cum eos qui ejusdem generis sunt, interimant: hi vero, quod ratione gladium admovent, maximam hinc afferunt utilitatem: quippe qui periclitantibus salutem conferant. Hunc ad C modum & qui novit cum ratione indignari, ei magnopere prodest, cui indignatus est, cum ejus segnitiem, aut nequitiam corrigat: qui vero iræ vitio victus est, nihil peragit sani. Quod autem & eos qui mansuetudinem excolunt, deceat opportuna indignatio, hinc planum perspicuumque efficitur. Moses enim qui hominum omnium mansuetissimus fuisse perhibetur, ubi ita temporis ratio poscere visa est, indignatus est, eoque processit concitationis, ut finierit indignationem tribulium cæde; hocque D tum, cum conflassent vitulum, tum etiam cum se per Beelphegor inquinassent. Quare potest etiam mansuetus cum ratione excandescere, nec tamen mansuetudinis dignitatem corrumpere. Nam nullo modo commoveri, aut tempestive non indignari, lentitudo fuerit naturæ, non mansuetudo. Atque etiam patientia solet nescio quomodo lenitatem sequi. Lenitas enim mater est patientiæ. Cæterum nihilominus in iis qui vere mansueti sunt, nec habent mores severitate attritos ac vitiatos, permista est etiam E benignitas. Etenim mansuetudinis materia benignitas est. Hæc autem inter se permista ac conjuncta, præstantissimam virtutum charitatem efficiunt.

Num. 12. 3. *Exod. 32.* *Num. 25. 5.*

De prudentia.

CAPUT XIV.

Cæterum in omnibus quæ suscipiuntur rebus antecedere prudentia debet. Nam citra prudentiam omnia etiam quæ videntur esse bona, ob adversum tempus & ob A immoderationem vertuntur in vitium: sed si ratio & prudentia tempus ac modum rebus bonis præscribat, mirabile quoddam emolumentum ex ipsarum usu tum a dantibus, tum ab accipientibus percipitur.

De fide & spe.

CAPUT XV.

Atqui res omnes quas aggredimur, præcedat fides in Deum, comiteturque spes bona, ut animæ quidem vires fulciamus per fidem, per bonam vero spem reddamur ad bona alacres. Neque enim ullus hominum in rebus binis conatus absque superna ope fiet: neque accessura umquam est superna gratia ad hominem non studiosum. Sed ad perfectum virtutis cumulum conjuncta simul esse utraque hæc oportet, & humanum studium, & cæleste auxilium per fidem e supernis accersitum:

De humilitate.

CAPUT XVI.

Atqui in omnibus quæ recte a nobis fiunt, animus causas rectæ actionis referat Domino acceptas, nihil omnino suis se viribus recte facere ratus. Ejusmodi enim affectus solet humilitatem in nobis ingenerare. Virtutum autem ærarium humilitas est. Hæc tibi, ut ita dicam, a nobis proponuntur ceu quædam sermonum ad virtutem spectantium semina: tu vero his hinc acceptis, multiplicem nobis fructum profer, & exple hoc sapientiæ dictum, quod sapientibus jubet occasiones dari, ut sapientiores fiant. *Prov. 9. 9.*

Quot modis malæ in animo cogitationes nascantur.

CAPUT XVII.

1. Cum autem jam antea disputaverimus de cogitationibus, neque tamen quot modis cogitationes pravæ in recto intellectu exoriantur, distinxerimus, id quoque nunc adjiciendum esse censuimos, ut perfectissima sit hujus partis tractatio. Duobus igitur modis intellectum rectum infestant turpes cogitationes, cum aut animus ex sua ipsius oscitantia in ea, quæ non decent, vagus fertur, inciditque ex imaginationibus in absurdas imaginationes, aut cum diabolus insidiose conatur menti res ineptas objicere, eamque a rerum laudabilium contemplatione consideratione que avocare. Dum

Cum igitur animus attentione ac contentione mentis remissa, obvias rerum etiam vulgarium memorias semel susceperit, tunc intellectus inscite imprudenterque in eas res, quæ sic in memoria hærent, præceps actus, in eisque diutius occupatus, ex erroribus in longos errores transit, ac tandem sæpenumero in turpissimas atque flagitiosissimas cogitationes delabitur. Oportet autem ejusmodi animi incuriam ac effusionem densiore & coarctiore mentis applicatione emendare, mentemque reducere, & eam bonorum contemplatione ad aliquam rem præsentem jugiter appellere.

2. Cum autem diabolus insidiari aggreditur, conaturque vehementer admodum suscitatas a se cogitationes velut ignita quædam spicula in quietum ac pacatum animum intorquere, eumque derepente incendere, & immissarum semel specierum memorias diuturnas ac tenaces efficere, tunc vigilantia quadam & attentione fortiore insidias hujusmodi vitare debemus, non secus ac athleta aliquis custodia quadam diligentissima & corporis agilitate non sinit apprehendi se ab adversariis; & de cætero precationi & superni præsidii invocationi prorsus belli cessatio, & telorum declinatio tribuendæ sunt. Hoc enim nos docuit Paulus, cum dixit: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere.* Etsi igitur etiam inter orandum suggerat pravas imaginationes, ne desistat animus ab orando, neque pravum illud hostis semen, aut imaginationes a versipelli illo præstigiatore suscitatas putet suam ipsius agriculturam esse, sed illud secum cogitans, ab impudente illo nequitiæ inventore absurdarum cogitationum speciem imprimi, insistat intentius precationi, rogetque Deum, ut malum illud munimen ab ineptarum cogitationum memoria exstructum evertat: ut citra impedimentum, subito quodam mentis impulsu, nulla temporis mora interposita, festinanterque, ad Deum accedere possit, nusquam pravarum cogitationum insidiis alienatus. Quod si etiam augeatur talis cogitationum assultus propter adversarii impudentiam, non propterea abjicienda spes omnis, aut certamina relinqui debent imperfecta: sed eousque perseverandum, quoad Deus conspecta nostra perseverantia nos gratia Spiritus illustret, quæ & insidiatorem fuget, purgetque mentem nostram, & ipsam divino lumine impleat, efficiatque, ut mens in tranquillitate pacatissima Deo cum lætitia inserviat.

Ephes. 6. 16.

Ad Canonicos in cœnobio versantes.

CAPUT XVIII.

1. AC de asceta quidem, qui seorsum agit, vitamque solitariam amplexus est, dilucide, quantum in nobis erat, superius disseruimus, quomodo & animum exercens ad bonum, & corpus apte & rite componens, philosophum perfectum nobis exprimere possit. At quoniam versantur simul in communitate plurimi ascetarum, animum mutuo exacuentes ad virtutem, & recte factorum comparatione seipsos ad progressum in bono faciendum concitantes, æquum esse putavimus, hos etiam sermonibus nostris adhortari. Cum autem prius cognoverint, qualis ac quanti boni participes fiant, eos oportet sic adhortationem nostram ad hoc spectantem suscipere, ut animi promptitudinem ac studium hujus boni præstantia dignum ostendant. Primum igitur ad id quod ex natura est bonum, revertuntur, amplectentes societatem, ac victum communem. Nam perfectissimam vitæ societatem appello ego, ea ma qua exclusa est omnis possessio propria, fugataque est animorum dissensio, & ex qua perturbatio omnis, contentioque ac dissidia absunt: in qua vero omnia sunt communia, animæ, sententiæ, corpora, & quæcumque alia, quibus corpora nutriuntur ac curantur, communis Deus, communis pietatis negotiatio, salus communis, communia certamina, communes labores, coronæ communes, ubi multi unus, & unus non solus, sed in pluribus.

2. Quid comparandum est huic vitæ instituto? quid beatius? quid hac conjunctione atque unitate perfectius? quid jocundius morum & animorum conspiratione? Homines ex diversis nationibus ac regionibus profecti, tam perfecte & sincere in unum coaluere, ut animus unus cernatur in multis corporibus, multa vero corpora mentis unius organa esse comperiantur. Qui infirmus est corpore, multos habet una secum ex affectu infirmos: qui animo ægrotat ac concidit, ei præsto sunt multi, a quibus curetur, pariterque erigatur. Hi æquabili jure inter se alii aliorum & servi sunt, & domini, & in libertate invicta servitutem sibi invicem exhibent integerrimam, quam vi non peperit fortuiti alicujus casus necessitas, quæ non parvam suis captivis affert tristitiam, sed eam cum gaudio produxit liberum animi arbitrium; charitate liberos homines alios aliis subjiciente, ac voluntati libertatem servante. Tales nos ab initio Deus esse voluit, & ea de causa condidit. Hi pec-

cato primi parentis Adæ occultato, antiquum revocant bonum. Divisio enim dissensioque & bellum non exstarent inter homines, nisi peccatum naturam divisisset. Hi Servatoris institutorumque vitæ ejus, quam in carne degit, imitatores sunt sinceri. Quemadmodum enim ille coacto discipulorum cœtu omnia communia, & seipsum communem præbuit apostolis: ita hi quoque duci obedientes, si modo probe vitæ regulam observent, apostolorum ac Domini ipsius vivendi genus accurate imitantur. Hi angelorum æmulantur vitam, illorum exemplo societatem diligenter tuentes. Nulla est lis inter angelos, nulla contentio, nulla controversia, sed quisque quæ omnium sunt, possidet, & tamen omnes integra bona apud seipsos recondunt. Non sunt enim angelorum divitiæ materia quædam circumscripta, quæ, quandocumque in plures distribui opus sit, sectione indigeat, sed possessio est expers materiæ, & mentus divitiæ.

3. Et idcirco bona hæc, cum apud singulos integra permaneant, omnes ex æquo efficiunt divites: quippe quæ peculiarem ipsis possessionem nulli controversiæ aut contentioni obnoxiam præbeant. Nam contemplatio summi boni, & virtutum manifestissima comprehensio, angelorum est thesaurus, ad quæ respicere licet omnibus, unoquoque horum notitiam ac possessionem adipiscente. Tales exsistunt qui veri sunt ascetæ, qui nequaquam vindicant sibi terrestria, sed discepiant de cælestibus, eademque singuli individuis quibusdam partitionibus apud se quisque integra recondunt. Virtutis enim possessio est, & recte factorum divitiæ, & laudanda avaritia, & lacrymarum expers rapina, & insatiabilis aviditas coronam consequuta, & reus efficitur quisquis vim non facit. Rapiunt omnes, & nemo afficitur injuria, ob idque pax has divitias dispensat. Hi promissi regni bona præripiunt, qui per eximiam suam vivendi rationem ac societatem plane imitentur vitam cælestem ac statum. Hi sunt perfecte inopes, nihil proprium, sed omnia inter se communia habentes. Quot & quanta bona nobis conciliarit Servatoris incarnatio, hi ipsi aperte humano generi ostenderunt, qui confractam hominum naturam, & in innumeras partes dissectam, quantum in ipsis fuit, rursus & ad seipsam & ad Deum collegerint. Hæc enim summa est eorum quæ in carne gesta sunt a Salvatore, ut humanam naturam tam ad seipsam, quam & ad seipsum etiam accerseret, & sublata prava sectione revocaret priscam conjunctionem, non secus ac medicus optimus, qui corpus plures in partes concisum salutaribus medicamentis religat.

4. Atque hæc recensui, non ut glorice ullo pacto, & cœnobitarum recte facta verbis extollam, (neque enim tanta mihi inest dicendi facultas, ut valeam magna exornare, imo potius his offundo tenebras per meam in dicendo infirmitatem,) sed ut præclari hujus instituti altitudinem magnitudinemque pro viribus explicem ac ostendam. Quid enim potest ex æquo cum hoc bono comparari? Ibi enim ut pater unus est, qui imitatur supernum Patrem, ita complures filii sunt, qui vincere se invicem sua in præfectum benevolentia student, filii, inquam, qui & inter se concordibus sunt animis, & pattem egregiis officiis & obsequiis prosequuntur, non in natura statuentes conjunctionis ac necessitudinis suæ causam; sed firmiorem natura rationem concordiæ suæ ducem ac custodem reponentes, seque constringentes vinculo Spiritus sancti. Quæ jam rerum terrestrium imago possit præclari illius instituti præstantiam ac dignitatem exprimere? Atqui profecto nulla quidem est in terrenis: sed sola superna relinquitur. Nullis affectibus obnoxius est Pater cælestis, his hic quoque immunis est, sibi sermone ac doctrina concilians omnes. Incorrupti filii cælestis Patris, hos etiam adoptavit integritas. Charitas connectit superna, charitas etiam hos inter se coadunavit. Vere & diabolus ipse de hujusmodi phalange desperat, impar tot pugnatoribus adeo composite ac confertim adversus ipsum militantibus, tantaque cum charitate, testitudine inter se facta, certantibus, Spirituque ita septis & communitis, ut ne minimum quidem illius assultibus accessum præbeant. Considera mihi concordem septem Maccabæorum pugnam, invenies quoque apud hos concordiam ferventiorem. De his David propheta in odis exclamavit, ac dixit: *Ecce nunc quid bonum, vel quid jucundum, nisi habitare fratres in unum?* Psal. 132. 1. per bonum quidem integritatem hujus vitæ exprimit: per jucundum vero, concordiæ & unanimitatis lætitiam. Hoc vivendi genus qui accurate ac diligenter excolunt, hi mihi videntur supremam virtutem æmulari.

Quod oportet ascetam cum firmo proposito accedere ad asceticam vitam, & de obedientia.

CAPUT XIX.

Atque iis quidem, qui perspicaci mente præditi sunt, oratio nostra, cum superius hujusce status proprietates exponeremus, vivendi regulam præscripsit. Verum, quoniam operæpretium est propter simpliciores fratres, etiam manifestius hujusce instituti præscripta singulatim explicare, jam-

jam

Digitized by Google

jam ad hoc convertamur. Oportet igitur in A primis eum qui ad ejusmodi vivendi genus accedit, stabilem, firmum, & immobilem animum habere, ac propositum ejusmodi, quod nequitiæ spiritus invadere ac mutare non possint, itemque martyrum constantiam firmitate animi usque ad mortem ostendere, sic ut & Dei mandata amplectatur, & magistris suis obtemperet. Hæc enim hujus instituti summa est. Quemadmodum enim Deus, qui pater omnium & est, & vocari vult, obedientiam integerrimam a suis servis exigit: ita quoque inter homines spiritualis pater ad B Dei leges præscripta sua accommodans, obedientiam requirit disceptationis contentionisque expertem. Si enim qui mechanicæ alicui arti, earum videlicet, quæ ad præsentem vitam utiles sunt, studium impertit, prorsus obedit artifici, neque ulla in re adversatur illius præceptis, & ne paululum quidem ab ipso secedit, sed omni tempore in oculis magistri est, cibumque & potum ac reliquum victum ab eo præscriptum recipit, multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel C persuaserint sibi, se ejusmodi scientiam a præfecto ediscere posse, se his præstabunt omnino dociles ac prorsus morigeros omnibus in rebus, neque eorum, quæ imperata sunt, exposcent rationem, sed injunctum opus perficient; præterquamquod si eorum quæ ad salutem attinent, quidpiam ignorent, licebit modeste & cum decenti reverentia interrogare, ac doceri. Omnis autem hominis diligentia in eo ponenda est, ut ne animi altitudo ob insurgentes voluptates deprimatur. Quomodo enim anima humi D per carnis voluptatem confixa, potest adhuc libero obtutu in affine sibi atque intelligibile lumen suspicere? Quare ante omnia temperantiam castimoniæ tutum custodem, & quæ præsidem mentem huc illuc errare non sinit, excoli oportet. Ut enim constricta per canales aqua, cum non habeat quo se diffundat, recta a comprimente vi in altum fertur: ita & humanus animus temperantia quasi angusto quodam canali undelibet constrictus, quodammodo ex motus natura ad rerum sublimiorum desiderium attolletur, qui scilicet, E quo effundatur, non habeat. Neque enim animus umquam stare potest, qui ejusmodi naturam a conditore accepit, ut semper moveatur, & si prohibeatur movere se ad res vanas, fieri non potest, ut ad veritatem recta omnino non tendat. Temperantiam autem arbitramur non sola ciborum abstinentia circumscribi, (hoc enim multi & apud gentiles philosophi factitarunt,) sed maxime oculorum accurata occupatione. Quid enim prodest a cibis abstinere, si adulterii libidinem per oculos vores, aut lubens vanas ac diabolicas voces auribus audias? Abstinentia prorsus inutilis est, nisi & a fastu & a superbia, & a vana gloria, & ab omni affectu vitioso abstineas. Aut quid inde emolumenti, si abstineas ab escis, a pravis autem & vanis cogitationibus non prorsus abstineas? Quamobrem Apostolus dicebat: *Timeo ne corrumpantur sensus vestri.* 2. Cor. 11. 3. Abstineamus igitur ab his omnibus, ne merito Domini accusatio veniat in nos quoque, tamquam qui excolemus culicem, camelum vero glutiamus.

Quod colloquia cum cognatis sæculo addictis non sunt requirenda, neque res illorum curandæ.

CAPUT XX.

1. Convenit utique tam disjunctos esse affectu a cognatis amicisque & parentibus, quam separari videmus mortuos a viventibus. Qui enim se vere ad subeunda virtutis certamina exuit, mundoque universo ac rebus omnibus mundanis nuntium remisit, & ut amplius aliquid dicam, qui mundo crucifixit seipsum, mundo & omnibus qui in mundo sunt, mortuus est, sive parentes fuerint, sive fratres, sive tertium, aut quartum, aut remotissimum cognationis gradum obtineant. Et quidem si parentes secesserint a sæculo, & ad filii se vivendi rationem contulerint, tunc vere sunt cognati; non parentum, sed fratrum obtinentes locum. Pater enim est verissimus, primus quidem universorum pater: secundus vero post illum, is, qui præit in spiritualis vitæ instituto. Si vero pergant cognati vitam priorem retinere, pars sunt mundi, a qua nos separati sumus, & jam nulla ex parte cognati sunt nobis, qui, carnali homine deposito, eam quam cum ipsis habebamus propinquitatem exuerimus. Qui autem hominum sæculo addictorum amicitiam diligenter requirit, studetque continuo cum ipsis congredi, is ex colloquiis assiduis affectus illorum introducit in animum, ac rursus mente cogitationibus mundanis repleta, a bono proposito excidit, atque semovet se a spirituali sapientia, & animus illius redit ad vomitum priorem, atque adeo sauciatur ab hoste, qui cognatione carnali vitam spiritualem conturbat.

2. Precemur itaque optima cognatis nostris, justitiam, inquam, & pietatem, & quæ nos magni fecimus. Decet enim nos hæc precari: illis vero conducit, ut opera nostra hæc ipsa consequatur. Quare nos neque simus de illis solliciti, neque anxii. Nam diabolus, cum animadvertit nos omnem temporalem curam exuisse, & succinctos ad cælum currere, tum referens nobis propinquo-

quorum memoriam, nosque ad res illorum curandas adigens, auctor est, ut etiam mens sit de mundanis negotiis sollicita, dum cogitat quæ sint cognatorum facultates, abundentne, an desint, quæ ipsis ex commerciis proveniant lucra, & quantum ex his augeantur divitiæ; quæ jacturæ nascantur ex adversis vitæ casibus, & quantum ex his illorum opes imminuantur: facitque, ut cum eis lætemur quidem de prosperis ipsorum successibus, contristemur vero ob infortunia, & simus ipsorum inimicis inimici, idque, licet jubeamur nullum inimicum habere, itemque gaudeamus una cum amicis, qui sunt sæpe indigni spirituali cognatione, & oblectemur de injustis ac fraudulentis ipsorum lucris: prava denique omnia temporalium rerum studia, quibus exutis spirituales cogitationes introduxeramus, ille denuo inducit in mentem, atque terrenis ac mundanis cogitationibus illius opera animum rursum subeuntibus destruit internum ascetam, solamque statuam, monachi figuram circumferentem, efficit: quæ scilicet nusquam virtutibus animata sit. Sæpe etiam ob ingentem in propinquos benevolentiam asceta ausus est & sacrilegium committere, ut inopiæ mederetur cognatorum. Etenim quæ pro sanctis, qui seipsos Deo dicarunt, servantur, res sacræ, vereque Deo consecratæ esse & intelliguntur, & judicantur. Quamobrem qui talium qoidpiam aufert, unus est ex iis qui sacrilegium audent perpetrare.

Matth. 5. 44.

3. Cognito igitur intolerabili illo damno, quod ex studio in propinquos nostro nascitur, susceptam eorum causa sollicitudinem tamquam diabolicum telum fugiamus. Nam & Dominos ipse ejusmodi affectum ac consuetudinem vetuit: qui uni ex discipulis id non permisit, ut diceret vale propinquis: nec alteri, ut vel cadaver mortui patris humo superinjecta contegeret. Ei enim qui vale propinquis sois dicere volebat, dixit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum*. Alteri vero, qoi sepelire patrem postulabat: *Sequere me*, inquit, & *sine ut mortui sepeliant mortuos suos*. Et quidem videbatur uterque rem æquissimam justissimamque rogare: sed Servator non probavit, & ne minimo quidem temporis momento permisit a se disjungi alumnos regni cælorum, ne alta & cælesti meditatione humilius aliquid ex quadam ad terrenos & carnales affectus propensione aut facerent, aut cogitarent, cum non liceat cælestia curantibus, aliquam babere rerum terrenarum rationem, velut jam translatis, & animo supra mundum evectis. Quod si dixerit quispiam: Quomodo igitur jubet lex curam suscipere cognatorum, bis verbis: *Et propinquos seminis tui ne despicias*. Et Apostolus similiter: *Si quis autem suorum & maxime propinquorum curam non babet, fidem negavit, & est infideli deterior*, ei pauci respondebimus, hoc a divino Apostolo ad homines sæculo addictos, ad homines qui terrenas opes possidebant, poterantque cognatorum inopiam levare, dictum fuisse. Similiter lex etiam hæc dicit, atque ut dicam brevius, sermo est de viventibus, non de mortuis: quandoquidem hi ab omni hujusmodi debito liberi sunt.

Luc. 9. 62.

Ibid. v. 59. & 60.

Esa. 58. 7.

1. Tim. 5. 8.

4. Tu autem mortuus es, & toti mundo crucifixus. Rejectis enim terrenis divitiis amplexus es paupertatem: & cum te ipse dicasti Deo, Dei factus es thesaurus. Ut mortuus, liber es ab omni in propinquos pecuniarum collatione: ut nihil omnino possidens, nihil habes, quod largiaris. Imo etiam cum ipsum corpus obtuleris, & de cætero ne illius quidem potestatem habeas, tamquam quod res sit Deo consecrata, tibi eo uti non licet ad humanum usum: sed cum iis solis qui iisdem moribus præditi sunt, quandoquidem & ipsi sunt Deo prorsus dicati, versari debes. Qui igitur in te convenient quæ ex sancta Scriptura retulimus verba? aut qoomodo peccaturus non es, si fœdus, quod tu ipse de colenda pietate cum Deo inivisti, irritum facias?

Quod non oportet a spirituali fraternitate resecari.

CAPUT XXI.

1. JAm illud quoqoe pro certo babendum est, eum, qui semel fraternitati spirituali alligatus est & adjunctus, ab iis, quibus adscitus est, nullo modo resecari ac separari posse. Si enim homines sæpenumero in societatem terrenæ hujus vitæ convenientes, non quæunt citra pacta separari: & qui hoc facit, futurus est reus præscriptarum multarum: longe magis qui fœdus inierit spiritualis illius contubernii, quod indissolubilem ac perpetuam conjunctionem habet, is seipsom ab iis quibus permixtus est, sejungere ac resecare non poterit. Alioqui si hoc facit, pœnis gravissimis e cælo infligendis obnoxium se reddit. Etenim si mulier quæ ad viri pervenit societatem, cum eoque carnali copula conjuncta fuit, si insidias ipsi struxisse deprehendatur, morte multatur: quanto magis qui spirituali societati adscitus est, is, ipso Spiritui sancto teste ac internuntio, reus fit ob secessum?

2. Quemadmodum igitur corporis membra naturæ vinculo colligata, non possunt a corpore abscindi, aut si abscissa fuerint, mortuum fit quod abscinditur: sic & asceta qui in collegium fratrum cooptatus est, Spiritus-

que

quo fœdere, quod vinculum est vinculo naturæ fortius, ligatus fuit & vinctus, jam ab iis quibuscum copulatus est, non poterit resecari. Alioqui si hoc facit, mortuus est animo, & privatus Spiritus gratia, ut qui id fœdus quod eo auctore inierat, violaverit. Si vero aliquis dicat, pravos esse aliquos fratres, (non enim omnes accusabit: siquidem non malo consilio pepigere societatem, sic ut uno consensu mali sint omnes,) si quis igitur dicat improbos esse aliquos fratres, & incaute bonum ab his everti, negligi honestatem, haberi despicatui convenientem ascetis disciplinam, ob idque a talibus separari se oportere, is secedendi sufficientem causam non excogitavit. Neque enim Petrus, aut Andreas, aut Joannes propter Judæ nequitiam subsmoverunt se a reliquo apostolorum choro, neque alius quisquam apostolus hanc ad recedendum ansam arripuit, neque quominus obediret Christo, ob illius pravitatem ullo modo impeditos est: sed documentis Domini obsequuti æmulabantur pietatem ac virtutem, non autem ad imitandam illius perversitatem adducebantur. Sic qui ait: cogor propter malos a spirituali communitate separari, non idoneam inconstantiæ suæ causam invenit: quin potius terra petrosa est ipse, qui veritatis doctrinam alere non potest ob consilii instabilitatem, sed per modicæ tentationis afflatum, aut affectuum vitiosorum intemperantiam, honestum vivendi genus non perfert, statimque tenerum doctrinæ germen per vitiorum æstum arescit. Atque causas verisimiles quidem illas, ut sibi ipse persuadet, sed quæ tamen ad se defendendum ante tribunal Christi haud satis idoneæ sunt comminiscitur; fallitque semetipsum facile. Nihil enim facilius est, quam seipsum decipere, quod quisque sibi benevolus justoque indulgentior judex est, jucunda judicans esse conducibilia.

3. Quamobrem qui ejusmodi est, sit ipso veritatis judicio condemnatus, tamquam qui multis scandali exsistat occasio, aut etiam pravo suo exemplo semper alios ad hujusmodi flagitia imitanda provocet, & vo- Matth. 18. 6. cis illius *væ* hæres evadat. *Et expedit ei ut suspendatur mola asinaria ad collum ejus, & demergatur in profundum maris.* Cum enim semel anima defectioni assuefacta fuerit, multa intemperantia repletur, avaritiaque, & edacitate, mendacio atque malignitate omni, & postremo in imam nequitiam fertur, malis extremis infixa. Qui igitur talium dux exstiterit, consideret quot animarum interitus reus fiat: qui tamen ne animæ quidem suæ rationi reddendæ par esse possit. Cor enim qui ejusmodi est, non magis imitatur magnum Petrum, sitque reliquis firmæ fidei & constantis in bonis animi exem-

A plum, ut fulgente virtutum illius splendore, etiam ii qui in nequitiæ tenebris degunt, ad quiddam melius deducantur? Deinde vero Noe justus ille haudquaquam Deo dixit: Gen. 6. 9. Oportet exire me de mundo, cum sint pravi omnes, sed potius athletico ac generoso animo perseveravit, servavitque in pravitatis abysso tranquillam ac pacatam pietatem, nec umquam dissensit a Domino, sed per patientiam ac tolerantiam in mediis impietatis fluctibus pietatis onerariam navim tutam & incolumem præstitit. Et Loth in Gen. 19.
B Sodomis inter tantam impietatem iniquitatemque ac injustitiam degens, virtutem incorruptam custodivit, neque ullis omnino passus est pravis insidiis circumventam captivamque teneri: atque inter hospitum interfectores, eosque qui multa petulantia atque libidine contra naturæ leges ferebantur, & ipse conservavit sanctitatem incontaminatam, & reliquos ad eam exhortatus est pro virili, prius factis quam verbis edocens bonum ac virtutem. Tu vero meditans defectionem, ac Spiritus sancti secessum exco-
C gitans, fratrum negligentias aut veras aut a te confictas prætendis, facisque, ut illata fratribus calumnia quasi quoddam velamentum sit & tuæ pravitatis, & tuæ in laboribus segnitiei, quos pro virtute debueras subire.

4. Quare qui talis fuerit, his exemplis ad frugem meliorem revocatus, in pactis cum Spiritu initis acquiescat, quibus se in primis cælestis partus incunabulis devinxerat. Neque enim si contigerit, ut unus digitus molesti aliquid in manu perferat, con-
D tinuo etiam alius resecari pertinaciter volet: sed primum quidem dolorem effugiet amputationis, deinde vero permanebit firmus & constans, ut & operam eam quæ a periclitante danda esset, det ipse corpori, & ne manus omnino ramis naturalibus spoliata, proprio & innato ornatu privetur. Velim igitur transferas exemplum ad ascetam & considera quantum dolorem ac dedecus animis acri sensu præditis per refectionem afferat, & quomodo constituat seipsum mortuum & vitæ exsortem. Quod autem præce-
E ptor discipulum suum ad pravitatem inducere non velit, sic ut prava magistri institutio causa discipulo sit secessus atque defectionis, hoc modo, si placet, consideremus. Quid est pater? quid vero est magister? pædotriba uterque. Alter quidem filio, alter vero discipulo, studiose precatur ac vult meliora. Siquidem & illud naturale patribus est, ut optent liberos sibi esse quam optimos & prudentissimos, honestissimosque ac modestissimos: quo & filii clari sint, & patres virtutibus filii ad se redundantibus magis inclarescant. Similiter & palæstræ magistri, quos ipsi

Digitized by Google

ipsi exercent, eos & strenuissimos & peritissimos efficere studens, ut cum fortiter ac A
perite prosperum certamen peregerint, adversariorum fiant splendidi victores, eorumque legitima pugna manifesta laus sit magistrorum. Quisquis autem animum ad docendum induxit, naturaliter vult discipulos suos ad perfectissimam documentorum suorum cognitionem pervenire. Cum igitur ita sint natura affecti patres, quomodo non optarit sanctitatis doctor, ut suus discipulus reddatur optimus, ac spirituali sapientia sapientissimus? præsertim cum sciat, B
se, si suus discipulus talis evaserit, tum apud homines futurum celebrem, tum a Christo eximias coronas consequuturum, quandoquidem famulos illius, vel, ut rectius dicam, fratres, quando & hac voce uti Christus voluit, diligentia ac cura sua efficit ipsius consortio dignos. Matth. 12. 50.

5. Sed & aliud præterea consideremus, quod si malus evaserit discipulus ob ipsius institutionem, inurenda sit magistro judicii tempore indelebilis ignominia coram orbis terrarum publico conventu, nec sit modo C
pudore afficiendus coram universo cælitum agmine, verum etiam puniendus sit. Unde igitur fiet, ut præceptor discipulum suum bene moratum ac modestum esse nolit? Et alioqui magistro non profutura est discipuli pravitas: cum enim ambo alter cum altero ætatem degere statuerit, in quod vitium discipulus inciderit, ejus fructus primum cum magistro communicat; more venenatorum serpentum, qui a quibus foventur, in eos primum virus immittunt. Quare perspicuum est undique, cum ex rerum natura, D
tum ex utilitate instituentis, optaturum ipsum, ac curaturum omni modo, ut suus discipulus fiat probus ac modestus. Etenim si malitiæ ac nequitiæ foret magister, ad hunc omnino finem eos qui ab ipso exercentur, studeret perducere: si vero doctor est virtutis ac justitiæ, haudquaquam volet, opinor, discipulum suum ad contrarium suis ipsius studiis finem pervenire. Itaque æquus omnis prætextus sublatus est ei, qui vult a spirituali societate separari. Posita est autem ipsi ob oculos causa hujus consilii, intemperantia E
affectuum, laborum negligentia, corrupte-la ac instabilitas judicii. Non enim audivit is a propheta Davide, *Beati qui custodiunt judicium*, qui custodiunt, non qui evertunt. Ps. 105. 3.
Hi sunt qui fatuis assimilantur: qui super arenam inconstantiæ mentis, ædificii spiritualis posuerunt fundamentum, quod paucæ tentationum guttæ, & modicus torrens ab illius maligni assultibus excitatus, subtracto fulcro, dissolvit ac disjicit.

De obedientia uberius.

CAPUT XXII.

1. Quomodo quidem indissolubilis conjunctio ab eo, qui se semel spirituali societati adjunxerit, servanda sit, quoad potuimus, ostendimus. Verum nunc iterum de obedientia instituamus sermonem, & quod superius paucis perstrinximus, nunc diligentius explicemus, ostendamusque quantam exigat ab ascetis erga præfectum obedientiam accurata doctrina. Ex ipsa enim Scriptura adnitar modum illius ac mensuram declarare. Ad Romanos scribens apostolus Paulus, subjici eos & potestatibus cunctis supereminentibus jubet, mundanis, inquam, non spiritualibus potestatibus: atque hoc ex his quæ sequuntur, declaravit, ubi de tributis ac vectigali loquitur, & ubi, qui vel minimum resistit potestati, eum affirmat Deo ipsi resistere. Itaque si hujus mundi principibus, qui ex humana lege principatum obtinuerunt, ita subjectos esse pietatis cultores voluit divina lex, idque, cum tunc in impietate degerent; quanta tandem ab asceta præstanda obedientia est ei, qui a Deo præses constitutus sit, ab ejusque legibus potestatem acceperit? Quomodo igitur Dei ordinationi non restiterit, qui resistit moderatori? præsertim cum aperte Apostolus jubeat omni in re parendum esse spiritualibus præpositis. *Obedite*, inquit, *præpositis vestris*, *& subjecti estote. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tamquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: inutile hoc enim vobis est*. Si igitur non perfecte obedire inutile est, operæpretium est persequi nos quod magis expedit. Nam mea quidem sententia, hoc quod dicitur inutile, magni cujusdam detrimenti, reique pœnitentiæ ac corrigendæ significationem habet.

Rom. 13. 1.
Ibid. v. 7.
Hebr. 13. 17.

2. Imitanda est autem maxime sanctorum obedientia, quam Deo exhibuerunt; si idoneo hoc exemplo ad exsequendum nostrum propositum utentes, obedientiam rite præstare velimus. Neque vero existimet quisquam, me, obedientiam præfectis debitam stabilire volentem, exempla sublimiora proferre, aut debitæ Deo obedientiæ obedientiam hominibus reddendam arroganter comparare audere. Non enim proprio marte, sed ipsis divinis Scripturis inductus hanc adhibui comparationem. Animadverte enim quid dicat Dominus in evangeliis, ubi de obedientia servis suis reddenda legem ponit. *Qui recipit vos, me recipit.* Et iterum alio in loco: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Quod autem apostolis dixit, id ab ipso de omnibus post eos moderamen Matth. 10. 40. Luc. 10. 16.

tamen habituris ſtatutum fuiſſe, ex multis & indubitatis ſacræ Scripturæ teſtimoniis evidentiſſimiſque argumentis probari poteſt. Quamobrem fuimus nos etiam convenienter divinis oraculis loquuti, cum diximus, nos ſanctorum erga Deum obedientiam, noſtræ erga præfectos obedientiæ exemplar nobis ipſis proponere oportere. Quomodo igitur ſuam ſancti declararunt erga Dominum obedientiam? Conſidera mihi Abraham, qui jubetur relinquere domum, patriam, opes, poſſeſſiones, cognatos, amicos; itemque contraria conſectari, terram alienam, locum ignotum, vagationem, paupertatem, timores, pericula, & ea quæ peregrinos comitantur incommoda. Conſidera illum & prompte obedientem, & relinquentem domeſticam felicitatem ac quietem, & ejus loco amplectentem in aliena terra ærumnas, atque errationem.

3. Vides aſcetam perfectiſſimum, & cujuſcumque felicitatis mundanæ contemptorem, Dei causſa? Sed reliqua perſequamur. Venit ille quidem in Palæſtinam, commonſtratum a Deo locum ad incolendum: ſed ſame regionem hanc invadente, tranſmigrat in Ægyptum, & illic uxore rapta haudquaquam animo concidit, neque de Dei conſiliis conqueritur, quod pro obedientia ejuſmodi præmia reciperet, quin potius animo leni hanc quoque injuriam injuriarum omnium graviſſimam pertulit, non ſemel, ſed rurſus etiam a Gerarorum rege illatam. Cum enim ſemel ſtatuiſſet Deo obedire, jam non attendebat, quid de ſe decerneret Deus, ſed qua ratione ipſe perfectiſſimam ac inculpatam obedientiam præſtaret. Et eam ob cauſam poſtremo recipit filium Iſaac, diuturnæ precationis ac fidei præmium ac donum. Cum autem videret illum ad ætatis florem progredientem, exhibentemque parentibus bonam ſpem ſucceſſionis, & generis ad poſteros propagandi, tum demum poſt ſpes tantas jubetur a Deo hunc ipſum ad altum montem deducere, & illic largitori immolare. Porro ille duriſſima hac voce accepta, munereque horrore pleniſſimo, & ejuſmodi, ut tantummodo auditum, nedum imperatum, naturam vinceret, hæc ut moderate tulit, ut non jam motus eſt mente, ut animo non concidit, ſed tamquam agnum aliquem mactaturus, ſic quieto & imperturbato animo, impoſito ſibi obedientiæ jugo, ibat cum filio, quod imperatum fuerat expleturus, nihil propterea Dei judicium curioſe perveſtigans, neque conquerens de eo, ſed ad ſuum ipſius officium reſpiciens, ut ne ulla in re obedientiam infringeret ſuam. Sic igitur ſpendidam coronam conſequutus eſt, toti terrarum orbi conſtitutus ipſe fidei atque obe-

A dientiæ columna. Poteram quidem reliquorum etiam ſanctorum, qui in veteri hiſtoria claruerunt, obedientiam commemorare, ut obedientia contradictionis expers formaretur in aſcetis: ſed ne orationem longam faciamus, unumquemque hæc diſcere volentem ad ſacras litteras auſcultandas remittentes, ipſi ad Servatoris noſtri diſcipulos ſermonem convertemus; oſtenſuri, quomodo obedierint, quomodove fuerint ſubditi. Dicebat ipſis Jeſus, cum rudes adhuc in ejus diſciplina eſſent, Dominumque arbitraren-
B tur tantum non jamjam regnaturum, atque exiſtimarent ſe nihil perpeſſuros, ſubituros nulla pericula, nullis moleſtiis afficiendos, ſed regnaturos cum Chriſto, atque in regalis gloriæ cultuſque & honoris ſocietatem venturos. Atque ut hoc declarat Petrus, cum Jeſum de ſua ipſius paſſione verba facientem increparet: *Aſſumens enim*, inquit: *eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Propitius ſis tibi, Domine, non erit tibi hoc*, his verbis oſtendens mali nihil aut moleſti ſuſpicatum ſe fuiſſe: ita quoque idem decla- Matth. 16. 22.
C rant & filii Zebedæi, qui deprecaturam pro ipſis matrem adduxerint ad Dominum, ut honore afficerentur ſedendi a dextris & a ſiniſtris. Etenim niſi cito admodum regnaturum eum exiſtimaſſent, non utique auſi fuiſſent id poſtulare; quippe cum ſeſſionem a dextris Patris in cælo, ad Servatorem pertinere intelligerent.

Quid igitur ipſis hæc exſpectantibus ac ſperantibus dicebat? *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum*. Et tamen re audita ſpei ſuæ maxime contraria, nequaquam Matth. 10. 16.
D reſponderunt: acceſſeramus ob alias ſpes, & tu contraria his quæ ſperavimus, præcipis nobis? Otium ac quietem ſperavimus, & emittis ad pericula? Exſpectavimus honores, & tu infers ignominias? regnum ſperavimus, & tu ut fugemur, omniumque ſervi ſimus, jubes? Nihil horum dixerunt, tametſi his quæ diximus, plura alia graviora audierant, veluti illud: *Tradent vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et ad præſides & reges ducemini propter me.* Matth. 24. 9. Matth. 10. 18.
E Itaque cum hæc omnia præter exſpectationem audiviſſent, tamen inflexa mentis cervice, ſubierunt jugum, animoque alacri ad pericula, ad fora, ad contumelias, ad lapidationes, ad flagra, ad ignominias, ad cruces, ad varias mortes proceſſere. Imo etiam hæc pertulerunt alacritate tanta, ut graviſi ſint, egerintque diem feſtum ſplendide tum, cum habiti ſunt digni, qui fierent Chriſti paſſionum participes. *Gaudebant enim*, inquit, *quod digni habiti ſunt pro nomine ipſius contumeliam pati*. Exigitur ab eo, qui ſecundum Deum aſceta eſt, ut ſuo Act. 5. 41.

præfecto hanc præstet obedientiam. Christus enim elegit discipulos, ut hujus vivendi generis quamdam formam hominibus, sicuti antea a nobis dictum est, relinqueret. Nam præfectus nihil aliud est nisi is qui personam Servatoris sustinet, cum & Dei hominumque factus sit mediator, & Deo offerat salutem eorum, qui sibi parent. A

5. Atque hoc ab ipso Christo edocemur, qui post se Petrum ecclesiæ suæ pastorem constituit: *Petre enim*, inquit, *diligis me plus his? pasce oves meas*. Joan. 21. 15. Atque etiam omnibus futuris pastoribus ac magistris eamdem potestatem tribuit. B Et hujus rei argumentum est, quod omnes perinde atque ille ligent & solvant. Ut igitur oves obtemperant pastori, pergentes quacumque via eas duxerit: ita it qui secundum Deum ascetæ sunt, præfectis obsequi debent, nequaquam curiosius perscrutantes eorum præcepta, quando libera sunt a peccato, sed omni alacritate atque studio imperata explentes. Quemadmodum enim faber lignarius aut domorum ædificator unoquoque artis instrumento utitur ad suum arbitrium, nec umquam dicet C instrumentum non inserviturum se ei usui, ad quem illud adhibet artifex, sed moderatoris cedit manui: sic convenit ascetam velut instrumentum quoddam utile artifici ad ædificium spirituale perficiendum, in omnibus obedire, in quibus ejus ministerium præfectus judicarit bonum ac laudabile, ne si suam ipsius operam non contulerit, spiritualis operis perfectionem corrumpat. Et ut instrumentum non sibiipsi deligit quod faciendum est ad artem juvandam: ita operæpretium est ascetam non sibiipsi opera deligere, D sed institutionem sui, prudentiæ ac gubernationi artificis permittere. Novit enim qui prudenter præest, uniuscujusque & mores, & affectus, & animi motus diligenter exquirere, & ad hæc suum etiam ministerium in unoquoque accommodare. Quocirca nullomodo est ejus statutis adversandum, sed pro certo credendum, rem omnium esse difficillimam, semetipsum cognoscere ac curare, propterea quod ingenitus est hominibus sui amor, & quilibet quadam erga semetipsum propensione veritatis judicium eludat: E at vero ab alio & cognosci & curari facile est, cum in iis qui cæteros judicant, vitiosus ille sui ipsorum amor ad veritatem discernendam nequaquam obstet. Stante enim in ascetarum conventu hac voluntatum consensione, nullo negotio & pax inter ipsos diversabitur, & salus cum charitate atque concordia omnium acquiretur.

Quod debet asceta vilia etiam opera cum multa alacritate suscipere.

CAPUT XXIII.

Atque etiam oportet ascetam viliora opera ingenti alacritate ac studio suscipere, scientem nihil omnino parvum esse, quod Dei causa fiat, sed magnum & spirituale, & cælo dignum, & ejusmodi, quod mercedem illinc accessuram nobis conciliet. Etsi igitur oneraria jumenta, quæ communibus commodis inserviunt, sequi oportet, reluctandum non est, cum meminisse Apostolorum debeat, quam alacriter Domino pullum adducere jubenti obediverint, cogitareque, eos etiam quorum causa nos jumentorum curam suscipimus, fratres Servatoris esse, benevolentiamque & studium in ipsos collatum referri ad Dominum, qui dixit: *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Matth. 25. 40. Quod si ea quæ fiunt pro minimis, attribuit sibimetipsi, longe magis quæ fiunt pro electis ea sibi vindicabit, modo ne suum ministerium teporis ac desidiæ causam putet, sed communiat seipsum in vigilantia omni, ut & ipse & qui secum sunt, percipiant utilitatem. Si igitur facienda sunt viliora quædam opera, scire convenit, Servatorem quoque ipsum discipulis serviviffe, abjectaque opera agere dedignatum non fuisse, & magnum esse homini, si Dei fiat imitator, atque per humilia hæc in hujus imitationis altitudinem ascendat. Quis autem jam quidquam eorum quæ Deus fecit, humile & abjectum appellarit?

Quod non convenit honores ac dignitates requiri ab asceta.

CAPUT XXIV.

1. Operæpretium est ascetam honores nullo modo consectari. Nam si hic laborum ac recte factorum præmium ac mercedem inquirit, miserandus est ob hanc remunerationem, qui scilicet pro temporalibus jacturam faciat æternorum: sin autem hic decertare instituerit, in cælo autem coronari, non honores solum exquirere non debet, sed delatos etiam recusare, ac rejicere, ut ne præsens honor gloriam illic possidendam imminuat. Nam præsens vita in operibus atque certaminibus posita est tota, futura vero in coronis atque præmiis, quemadmodum magnus ille Paulus præsentem vitam consummaturus, & ad ea quæ illic sunt, migraturus, ait: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi*: 2. Tim. 4. 7.

dc

de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, A *quam reddet mihi Dominus*, non hic, sed *in illa die justus judex*. Et rursus ipse Salvator
Joan. 16. 33. air: *In mundo hoc pressuram habebitis*. Ac ite-
Act. 14. 21. rum idem Apostolus: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum*. Proinde si vis in futurum regnare, hic quietem ac honorem ne sectere: sed etiamsi nunc divexeris propter doctrinam, veritatis scilicet, scias te postea regnaturum. Nam præsentis molestiæ, quæ ob virtutem toleratur, hæc merces constituta est. Quod si nihil patiare adversi, coronas illic distribuendas ne B exspectes, ut qui hic prius temetipsum constitutis ob coronas certaminibus ac laboribus non objeceris.

2. Honores igitur nequaquam ambiat as-
Luc. 14. 11. ceta, nolitque cæteris anteponi. *Omnis enim qui se exaltat, humiliatur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Si asceta se ipse exaltaverit, habet qui graviter ac potenter humiliet, ipsumque ad inferos usque demergere possit: sin autem humiliaverit seipsum, splendide & magnifice admodum extolletur, Deo per suam potentiam humiliatum exaltante. Ex- C specta igitur rite exaltantem, o asceta, nec ullo modo animo deficias ob præsentia. Nam athleta es, & operarius Christi, qui te diem totam decertaturum, & totius diei æstum perlaturum pactus es. Cur nondum completa diei mensura, requiem consectaris? Vesperam, finem hujus vitæ præstolare, ut cum paterfamilias venerit, tribuat tibi mercedem. Vespere enim facto dixit Dominus vineæ
Matth. 20. 8. procuratori suo: *Voca operarios, & redde illis mercedem*, non in meridie, neque initio conductionis. Opperire igitur finem vitæ, & D
Luc. 14. 10. tunc pro merito mercedem referes. Nunc autem postremum locum occupa, ut tunc primum consequare.

De frugalitate ac simplicitate in alimentis.

CAPUT XXV.

NEque vero ciborum varietatem ullo modo debet asceta requirere, neque prætextu continentiæ alimenta commutare. Hoc enim eversio est communis disciplinæ, E scandalorumque occasio, & hujus vocis *væ* hæres evadit is, qui in ascetica societate tales turbarum causas serit. Sed licet contingat, ut hoc obsonium sale conditum, quod sancti Patres loco alterius cujuspiam condimenti adhibendum judicarunt, tantillum aliis cibis injiciatur, immixtum scilicet reliquo edulio aqua aut oleribus confecto, neutiquam asceta obtentu & nomine vanæ videlicet & voluntariæ pietatis, velut qui carnes recuset, alimenta pretiosiora ac delicatiora perquirat, sed frustum panis citra attentionem intingens in minimi hujus frusti sale conditi jusculo, cum omni gratiarum actione comedat. Nam minimum illud frustum in tantam aquæ copiam, aut leguminum (si ita fors ferat) injectum, non præfert delicias, sed severissima vereque asperrima est abstinentia ascetarum. Oportet igitur quæ ejusmodi sunt, nequaquam a sanctimoniæ cultore observari. Neque enim Judæorum more, sed deliciarum satietatem fugientes, ab ejusmodi rebus abstinemus.

Quod qui respicit ad perfectionem, is nihil lædi possit egrediendo.

CAPUT XXVI.

1. QUod si asceta dicat, detrimenti aliquid se pati, cum egreditur, aut peregrinatur ob necessaria communitatis negotia, ob idque exire recuset, nondum novit obedientiæ integritatem, neque intellexit hanc virtutem nequaquam comparari ejusmodi inertia atque pigritia. Respiciat igitur C ad exempla sanctorum, quomodo morem gesserint, ne minimum quidem in quibusvis mandatis vel difficillimis contradicentes, aut reluctantes; & ita demum discat obedientiæ perfectionem. Si autem sit aliquis, qui etiam revera damnum inde recipiat, is roget fratres, ut pro ipso Deum orent, similiterque & ipse cum certissima spe a Deo petat, ut in omnibus spiritualibus recte factis, & in corporis ministeriis ad bona opera attinentibus, instrumentum fiat efficax & utile. Et sine dubio cui studium & alacritas quærentium D bonum accepta sunt, is dabit facultatem & vires, cum ipse ad petendum cohortatus sit,
ac dixerit: *Petite & dabitur vobis, quærite &* Matth. 7. 7.
invenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inve-
nit: & pulsanti aperietur. Et rursus alio in lo- Jac. 1. 5.
co: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus simpliciter, & non improperat: & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Ac in omnibus denique rebus, ubi mens in perfecta obedientia vacillat, aut animi alacritatem satanas E impedit, obtundendo infringendove, hoc remedium adhibeamus, precemur videlicet Deum, & postulemus recte agendi facilitatem nobis dari, Deique timore configi carnes nostras, & animum nostrum attentum fieri, & minime vagum, sic ut carnis cupiditatibus voluptatibusque non capiatur. Etenim per mentis aberrationem cupiditates mundanæ animo innascentes, inæqualitates varias efficiunt in cogitationibus, & pigros nos ad bona opera reddunt.

2. Itaque nemo nostrum recuset ad communia & necessaria corporis ministeria suam

ipsius operam conferre: sed rogemus Deum, ut facultatem adjuvandi cæteros ab ipso accipiamus. Nam si priorum exemplo recusent omnes, quis functurus est officiis? Cæteroquin operæpretium hoc te doceri aliquo etiam exemplo. Nam qui modo in aliquem ordinem adscriptus est miles, non eos, qui in exercitu sunt, ad suam consuetudinem transferre conatur, sed componit se ipse ad ordinis instituta atque consuetudinem. Par igitur fuerit, eum etiam, qui in spiritualem societatem allectus est, non illos ad suos mores accommodare velle, sed suos mores societatis moribus institutisque conformare.

Quod asceta non debet privata negotia habere.

CAPUT XXVII.

PORro ne minimo quidem temporis momento asceta sui juris sit, ita ut vacet suis ipsius negotiis. Neque enim potest instrumentum absque artifice moveri, neque membrum potest ne puncto quidem temporis separari a toto corpore, aut moveri præter voluntatem interni artificis, aut præfecti totius corporis, neque ascetæ licet facere quidquam, aut exsequi præter præpositi sententiam. Quod si dicat se propter corporis infirmitatem mandatis conficiendis imparem esse, infirmitatem suam præfecto probandam permittet. Et alioqui si meminerit Scripturæ, adhortabitur seipsum ad imperata implenda, quandoquidem audiet Scri-

Hebr. 12. 4 pturam dicentem: *Nondum usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnan-*

Ibid. v. 12. *tes.* Et rursus alibi: *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.*

Quod oportet præfectum paterna benevolentia res ac negotia subditorum administrare.

CAPUT XXVIII.

SEd & ipse præpositus, velut pater legitimorum filiorum curam suscipiens, quid fratri unicuique opus sit, attendet, curamque ac medelam convenientem afferet: & quod membrum sive animo sive corpore E reipsa infirmum fuerit, id cum charitate atque benevolentia patre digna sustentabit.

Quod non decet in ascetico instituto peculiarem quandam amicitiam esse inter duos aut tres fratres.

CAPUT XXIX.

AC decet fratres charitatem quidem inter se mutuam habere, sed non ita tamen, ut duo aut tres simul conspirantes, so- A dalitates aliquas constituant. Non enim hoc charitas est, sed seditio, divisioque, & eorum, qui sic coeunt, improbitatis argumentum. Si enim commune bonum disciplinæ diligerent, qui tales sunt, sine dubio communem æqualemque in omnes dilectionem haberent: si vero secantes ac separantes seipsos, aliqua communitas in communitate fiant, vitiosa est ejusmodi amicitiæ conjunctio, & est aliquid aliud, quod præter communem rem tales conjungit, novitas videlicet præter eum, qui obtinet, disciplinæ vigorem. B Quare oportet neque ejusmodi sodalitia permitti in conventibus, neque charitatis servandæ causa quemquam fieri socium fratris, qui velit improbe agere, & communis disciplinæ jura violare: sed quamdiu omnes in bono permanebunt, unusquisque cum cæteris omnibus sociari ac conjungi debet. Quod si quis vigenti rerum statui obesse volens, fratrem attrahit, hic primum quidem ab eo qui sanus est, veluti mente ægrotans secreto est admonendus: sed si nolit privatim curari, alii etiam fratres prudentiores ad eum sanan- C dum adjungendi sunt, juxta sacrum evangelium: *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos.* Quod si ne eis quidem obsequatur, declarandus est ipsi præfecto animæ illius morbus: at si ne præfecto quidem obtemperarit, habendus est perinde ut ethnicus & publicanus, & sicut ovis peste correpta ab ovili arcendus, ut ne cæteros etiam morbo impleat. Denique si nemo ex pravo exemplo damnum patiatur, tunc tantummodo patientia, adhibitis tamen antea quæ prius diximus remediis, locum erga eum D habebit, spe videlicet ipsum se aliquando in meliorem frugem recepturum. Verum patientia sic exercenda est, ut non resecetur quidem, sed non ita, ut non admoneatur, neque plectatur legitimis mulctis ac pœnis. Matth. 18. 16.

Quod non debet asceta vestium aut calceamentorum delectum expetere.

CAPUT XXX.

CÆterum vestimenta aut calceamenta pretiosa nobis exquirenda non sunt, sed eligenda viliora, ut in hac etiam re humilitatem ostendamus, & ne homines elegantes, & amantes sui ipsorum, & fraterni amoris exortes esse videamur. Qui enim primas exoptat, a charitate & humilitate excidit.

Quod

Quod debet præfectus viribus corporis sua mandata accommodare : & de iis qui vires suas occultant.

CAPUT XXXI.

AC etiam caveat oportet præfectos, ne si graviora quam corporis vires ferant, mandata injungat, iofirmum provocet ad contradicendum: sed perinde ut pater ex æquo in omnes benevolus, ac legitimus, corporeas cujusque vires consideret, atque ita mandata imponat, partiaturque. Cæterum gravissime plectentor ii, qoi quas a Deo datas sibi corporis vires habent, occultant, & adversus præpositos impudenter se gerunt, ac mandatis non obsequuntur. Si enim imminet præfecto periculum ingens ac intolerabile, si absconderit doctrinæ talentum, & non unicuique prænuntiaverit venturam ob peccatum frameam, longe magis periclitaturus est, qui acceptas a Deo ad commune commodum corporis vires otiosas reddit, occultatque.

Quod non debent fratres tristitia affici, cum levamenti aliquid affertur debilioribus.

CAPUT XXXII.

ATqui non convenit affligi fratres, aut indignari, quando præfectus infirmioribus convenientia munia assignat, eosque indulgentia dignos censet, necessitate ita postulante. Imo vero qui robustiores snot, eos cæteris qui indulgentia iodigent, tamquam debilioribus membris par est parcere, & hoc pacto charitatem spiritualem complere. Neque enim pes in corpore insurgit in manum, aut eam ad suum ipsius munus explendum cogit, neque tota manus minimo digito onus munii sui imponet: sed unumquodque membrum quam a natura sortitum est facultatem, hanc exercet, perfertque debiliora. 1. Cor. 12. 27. Hæc disciplina si in spirituali convento servetur, perspicuom erit nos vere corpus Christi esse, & membra ex parte: quippe qui conjunctionis harmoniam ac concordiam omnis dissidii expertem semper inter nos custodiamus.

Quod non debent præfecti iis monachis, qui suum conventum deserunt, licentiam ejus rei faciendæ dare, aut hos admittere ad vitæ communitatem.

CAPUT XXXIII.

1. OPortet autem & spiritualium cœtuum præfectos, mutuam exer- A centes benevolentiam, mutuamqoe sniipsorum curam suscipientes, alterum alterius studia non destruere, neque simpliciter & inconsiderate desciscentes fratres mutuo admittere. Hoc enim summa confusio est, dissolutioque & eversio spiritualis operis. Etenim de fratribus quidem, qui cordatiores sunt, ii cum Dei timore detineantor, constanter in bono persistunt: qui vero segniores sont & pigriores, eos incutiendus ab hominibus pudor, & vis ex hominibus impendens erudit ad bonum, ac dirigit. Si B igitur qui negligentior sit, licere sibi animadverterit, impune labores delectæ semel societatis effugere, ad aliamque sedem transmigrare, & incaute incontinenterque vivere, facile discedet, atque exitii ipsius reus futurus est, qui ipsum prompte ac festinanter suscipit. Atque etiam malum illud progressum faciens, eos quoque, qui bene ac rite incedunt, non raro a recta & justa via abducit, omniumque interitus ei, qui labendi occasionem dedit, attribuetur. Quamobrem ne hoc eveniat, desertores fratres C aut commonefaciamus, aut eo, unde exierunt, reducamus; aut si nobis non obsequantur, vitemus, aversemurque, & cum ipsis congredi nolimus, atque fratribus omnibus, ut hoc idem faciant, denuntiemus: ut videlicet aut illi ipsi ejusmodi aversatione castigati, revertantur ad proprium ovile, & ab eo, quem semel sortiti fuerint, pastore pascantur: aut si iidem illi spiritualem societatem pergant aspernari, reliqui saltem, qui viderint quam exsecrabiles fuerint facti, hoc exemplo emendentur, & turpitudinem D fugientes, imitari caveant.

2. Quod aotem mei noo sunt hi sermones, sed clari sermones Spiritus, apponam ipsa Pauli verba, quibus intemperanter viventes castigavit, atque inter cæteros ebriosos etiam & convitiatores pœnis ac mulctis subjicit. *Si enim*, inquit, *aliquis frater est fornicator aut convitiator, aut ebriosus, cum ejusmodi nec cibum sumere.* 1. Cor. 5. 11. Ac rursus alio in loco de iis qui nihil agebant, sed curiosius inqoirebant, dixit: *Hunc notate, & ne commisceamini cum illo.* 2. Thess. 3. 14. Quod autem is qui ini- E tam cum sancto Spiritu pacta violat, perpetret facinora pejora quam convitiatores, & ebriosi, & otiosi, perspectum est omnibus, & compertum. Quare consequenter invitat nos ratio ipsa, ut spiritualis disciplinæ eversores, ab eorum, qui ipsam conservant, congressione arceamus, prohibeamusque. Tunc autem tantummodo fratris secessum citra reprehensionem oportet manere, quando ex præfecti judicio ob aliquod negotium fit.

Quod

Quod non oportet ascetam in aliquo conventu degentem, quidquam rerum terrenarum privatim possidere.

CAPUT XXXIV.

1. Oportet autem ascetam, qui eam, quam exposuimus, societatem amplexus sit, ab omni privata rerum terrenarum possessione liberum esse. Etenim nisi hoc facit, primum quidem exactam ac sinceram societatem privata possessione cor- B rumpit: deinde vero ostendit se & valde incredulum, ut qui diffidat Deo, quasi eos, qui in nomine ipsius fuerint congregati, nutriturus non sit, neque audierit Davidem prophetam, dicentem: *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes*, sive spirituales, qui ad mentem pertinent, sive sensibiles, quibus corpus nutritur. Si enim ubi duo aut tres in nomine Christi congregati sunt, ibi in medio ipsorum est, multo magis ibi erit ubi longe major ac frequentior exstiterit ho- C minum cœtus. Aut igitur nihil deerit necessariorum, si modo affuerit nobis Christus, cum Israelitis in deserto nihil defuerit utilium: aut etiamsi quidpiam defuerit ad probandos nos, præstabilius est nos indigere, & esse cum Christo, quam citra illius societatem omnes mundi divitias possidere. Cæterum ejusmodi possessio ea in re detrimentum non sistit, sed illud etiam ulterius provehit. Enimvero qui proprium aliquid habere studet, nihil aliud, quam secessum ac defectionem meditatur. Nam cui D hoc in animo non est, quid est tandem quod ipse possidere seorsum velit? cum probe sciat, Christi munere servos ipsius omnibus rebus necessariis semper abundare. Proinde perspicuum est, qui talis sit, eum de resecanda ac morti tradenda anima sua cogitare, paucisque obolis salutem suam vendere, & (liceat mihi paulo audentius loqui) alterum Judam effici, ut qui a furto exordiatur. Furtum est enim privata possessio, & definit in proditionem, cum & ipse veritatis doctrinam prodat, perinde ut ille Dominum pro- E didit. Quando enim vitæ nostræ institutum est, neque separari ab illo cœtu, cui fuimus adjuncti, neque ullam rem privatam comparare, neque omnino quidquam moliri, quod clandestinum sit, aut ejusmodi, quod ad fratrum perniciem malo exemplo sit iis qui salvi fieri cupiunt; tum si quis timore Dei statutisque sancti Spiritus contemptis, primum quidem subreptionem, (subreptio enim est qualitercumque & undecumque comparata privata possessio,) deinde vero

Psal. 36.25.

A defectionem etiam ac secessum cogitaverit, quomodo is non prodidit veritatis doctrinam, quomodove non factus est alter Judas, cum quantum in se fuit, veritatem prodiderit? Cavendum est igitur omni modo, ne quidquam privatim possideamus, præter ea, quæ simul in communi suppeditantur omnibus: neque hac ratione solum integram ab omni labe mentem servemus, sed internum etiam hominem ab omnibus sordibus expurgemus; videlicet tum a cogitationibus impuris ac pravis, quæ internam Spiritus habitationem conspurcant, tum a dolo atque simulatione, invidiaque, & contentione, quæ charitatem radicitus evellunt, Deumque ab anima eorum qui hujusmodi sunt, fugant. Si enim Deus charitas est, qui charitatem non habet, divina gratia caret.

2. Servet autem suam quisque animam in omni humilitate, sanctimonia, & in alacritate circa bona opera, mentemque ad præsentia occludat, & videat, ne præsenti tempore ab aliqua Dei voluntate aberret, hujusque instituti vigorem frangat. Nam ejusmodi animi status ab omni nos mentis aberratione liberabit, facietque ut in metu ac constanti proposito bona prosequamur omnia, cum videlicet id semel firmiter ante omnia in animum induxerimus, Deum bonum esse, bonorumque omnium auctorem, non autem ullius cujuscumque mali: licet nos remedium amarius quidem, sed ad emendationem necessarium degustemus. Nam cum medicus sit humanarum animarum Deus, pro morborum natura vim medicamentorum idoneam temperat, ut expurget cum opus fuerit, intimum vitium. Cum igitur hæc ita se habere plane intelligamus, gratias agamus semper, etiamsi, dum purgamur a negligentiis, medelam experiamur acriorem. At per tentationes probationem etiam sufferre, paucorum admodum hominum est, & Abrahæ similium. Hæc igitur sunt, quæ divina gratia ad exhortandos vos, qui communem ac socialem vitam amplexi fuistis, mentis nostræ humilitati subministravit. Quo vitæ genere nullum (ut oratio declaravit, & mens nostra novit,) aut splendidius, aut jucundius, aut sublimius inter homines reperiri potest. Cum autem eos etiam, qui solitariam vitam degunt, pro virili exhortati simus, unumque atque idem sit utrisque propositum, nimirum placere Christo, & intercedat cognatio inter tradita his & illis præcepta, legamus quoque habitam ad illos orationem. Fortasse enim illinc etiam utile aliquid in hunc sermonem inferetur, quod magis ac magis id vitæ genus illustrare ac exornare possit.

APPEN-



APPENDIX
TOMI SECUNDI
OPERUM BASILII MAGNI
COMPLECTENS OPERA QUÆDAM,

quæ, ut nobis quidem videtur, ei falso adscripta sunt. Quorum omnium indicem invenies post Præfationem.

BASILII MAGNI
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

HOMILIA

De Spiritu Sancto.

Matth. 28. 19. Ui baptizatur, in Trinitatem baptizatur, in Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, non in principatus, neque in virtutes, neque in reliquas creaturas. Itaque perspectum ei sit Trinitatem supra creaturam esse; nec quidquam de Trinitate ad creaturam deprimere aggrediatur. Memor
Joan. 20. 22. sit etiam Domini, qui Spiritum sanctum insufflavit, illaque insufflatione ostendit Spiritum essentiæ divinæ, non naturæ creatæ esse. Reputet etiam secum apostolicam de Trinitate expositionem, in qua unam operationem videmus Patris & Filii & Spiritus sancti, sic ut neque Filius, neque Spiritus creatus sit, aut factus secundum naturam. Non enim Deus sua ipsius creatura indiget ad suam operam edendam. Dicit autem
1. Cor. 12. 4. Apostolus: *Divisiones donorum sunt, & idem Spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, & idem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Itaque quæ operatur Deus, ea ope-
Ibid. v. 11. ratur Spiritus. *Omnia*, inquit, *operatur unus & idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Neque in servitutem abducat Spiritum, cum audit eum, prout vult, omnia quæ Dei sunt
2. Cor. 3. 17. operari. Ac rursus: *Dominus autem Spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.*

A Etenim nisi dicat divinitatem in nobis inhabitare per inhabitantem Spiritum, dicente Rom. 8. 11.
Joanne: *In hoc cognoscimus quod in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis*, spem omnem e medio tollet. Nisi enim Deus in nobis fuerit, neque vitam, neque bona æterna consequemur. 1. Joan. 4. 13.
Dicit autem iterum Paulus: *An nescitis quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in* 1. Cor. 3. 16.
vobis? Et rursus, *Corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem* Ibid. 6. 19.
habetis a Deo. Et creaturæ quidem, ut cognoscat quæ Dei sunt, opus est revelatione:
B sed Spiritus hæc revelat. *Nobis*, inquit, 1. Cor. 2. 10.
Deus revelavit per Spiritum suum. Quin & causa nostra scrutatur, quod in eo nos scrutamur: *Spiritus*, inquit, *scrutatur etiam profunda Dei*: sed secundum se cognoscit sicut & noster spiritus. *Quis enim*, inquit, *homi-* Ibid. v. 11.
num scit quæ sunt hominis nisi spiritus, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei. Atque, ut vivificat Deus,
ait enim Paulus: *Præcipio coram Deo, qui* 1. Tim. 6. 13.
vivificat omnia: ita dat vitam Christus, qui
dicit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego* Joan. 10. 27.
C *vitam æternam do eis.* Vivificamur autem
per Spiritum, uti Paulus ait: *Qui suscitavit* Rom. 8. 11.
Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per ipsius Spiritum inhabitantem in vobis. Vivificaris igitur a Deo per Christum in Spiritu. Et quoniam omnis operatio Filii per Spiritum manifestatur, idcirco Spiritus vocatur Dominus, Domini nomine; & Christus, nomine Christi, ut
modo dicebamus: *Dominus autem Spiritus est.* 2. Cor. 3. 17.

Di-

Digitized by Google

Rom. 8. 9. Dictum quoque est: *Vos non estis in carne, sed in spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non* Ibid. v. 10. *habet, hic non est ejus*. Exinde subjungit: *Si autem Christus in vobis est*, cum consequenter debuisset dicere: *Si autem Spiritus in vobis est*. Nec est vox ulla divina, quæ Spiritum factum esse doceat. Illud enim, *Omnia per ipsum facta sunt*, spectat ad creaturarum multitudinem: Spiritus autem non comprehenditur in multitudine: sed cum dualitate Trinitatem complet, estque a creatura extraneus, & maxime supereminet, cum sanctificet creaturam, vivificetque, & unctio exsistat in nobis, imo & in ipsa Domini carne. Non autem Dominus noster Jesus Christus per creaturam sanctificatur, que-Act. 10. 38. madmodum dicit Petrus: *Jesum a Nazareth: quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute*. Neque per creaturam potens est, Matth. 12. 28. ait enim: *In Spiritu Dei ejicio dæmonia*. Neque a creatura ducitur, scriptum namque Luc. 4. 1. est: *Agebatur per Spiritum in desertum*. Prophetæ veteres Dei dignitatem majestatemque conclamarunt: *Hæc dicit Dominus*. At vero novi prophetæ: *Hæc dicit Spiritus sancti*Act. 15. 28. *ctus*. Et Apostoli: *Visum est Spiritui sancto & nobis*. Quapropter etiam Apostolus ut ostendat se divina verba loqui, modo quidem 2 Cor. 13. 3. ait: *An experimentum quæritis loquentis in* 1 Cor. 7. 40. *me Christi?* modo vero, *Puto quod Spiritum Dei habeam*. Quin & Scriptura vetus Psal. 32. 6. Spiritus glorificatione plena est. *Verbo Domini*, inquit Psaltes, *cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnes virtus eorum*. Et in Job 33. 4. libro Job scriptum est: *Divinus autem Spiritus qui fecit me*. Ut autem præter Filium Verbum aliud quo cæli facti sint, supponi non potest, (alioqui enim non essent per Dominum Jesum facti, si per aliud Verbum facti fuissent:) ita neque Spiritus alius qui cum Verbo virtutes cælorum firmet, potest supponi. Cum autem Spiritum oris audimus, non humano more accipimus, sed ut Deum decet, quemadmodum & Verbum intelligi oportet. Neque enim Verbum vox Psal. 118. 89. est quæ dissolvatur: sed, ut Psaltes ait, *In æternum Domine Verbum tuum permanet in cælo*. Neque Spiritus flatus quidam est, qui diffundatur: sed flatus est qui consistit, permanetque. *Quo enim ibo a Spiritu tuo*, inquit David, cum sit utique, impleatque omnia, & in dignitate divina exsistat. Quod enim de Spiritu dixit, id & de facie Dei dicit, Psal. 138. 7. deque illius dextera, cum subjungit: *Et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*. Et vox Agg. 2. 5. Dei de se simul & de Spiritu dicit illud: *Ego sum in vobis*, inquit Dominus, *& Spiritus meus stetit in medio vestrum*. Neque igitur alienus est a Dei gloria Spiritus, ut qui ex ore ineffabili prodeat ineffabili modo: neque Deus ipse absque Spiritu est: sed Dei Spiritus, & apud Deum est, missus a Deo, perque Filium suppeditatus. Quemadmodum dicitur ex Patris persona: *Spiritus meus qui est in* Esa. 59. 26. *te*. Dicitur vero a Domino, *Paracletum mittam vobis:* quem utique vocat etiam *Spiri-* Joan. 15. 26. *tum veritatis*. Unum itaque Patrem, unum Filium, & unum Spiritum secundum traditionem divinam confiteamur oportet, non Patres duos, non duos Filios: quandoquidem Spiritus Filius non est, neque nominatur. Non enim a Spiritu quempiam accipimus, quemadmodum a Filio Spiritum: sed ipsum ad nos accedentem, nosque sanctificantem suscipimus, deitatis videlicet communionem, adoptionis participationem, æternæ hæreditatis arrhabonem, & futurorum bonorum primitias. Nec quisquam extra sacra hæc nomina curiosius investiget; neque Filii appellationem, neque generationem violenter ad Spiritum detorqueat: sed Spiritus appellatione contentus sit atque similitudine. Sed enim ex Dei optimi gratia, recordatione verborum Unigeniti Filii Dei viventis, & sanctorum ejus Evangelistarum & Apostolorum & Prophetarum, qui ejus quod secundum Evangelium Domini nostri Jesu Christi est baptismatis doctrinam satis nobis explanarunt, edocti sumus baptisma illud quod in igne fit, ut ad omnem malitiam arguendam, ita ad Christi justitiam recipiendam idoneum esse, sic ut simul malitiæ odium & virtutis desiderium pariat: item per fidem sanguine Christi ab omni peccato purgari, atque in aqua baptizatos nos in mortem Domini, quasi confessionem scriptam deposuisse, qua profitemur mortuos nos esse peccato & mundo, vivificari vero justitiæ, & ita demum in nomine sancti Spiritus baptizatos, denuo generatos fuisse, generatos vero & baptizatos in nomine Filii, Christum induisse, indutos autem homine novo, qui secundum Deum creatus est, in nomine Patris baptizatos fuisse, Deique filios appellatos. Opus est igitur nutriri nos deinceps esca vitæ æternæ: quam nobis rursus dedit idem unigenitus filius Dei viventis, dicens: *Non* Matth. 4. 4. *in solo pane vivet homo, sed in omni verbo, quod egreditur per os Dei*. Et quomodo id fiat, docuit ipse, cum dixit: *Meus cibus est, ut faciam* Joan. 4. 34. *voluntatem ejus qui misit me Patris*. Et rursus, *Amen, amen dico vobis*. Hoc iterum propo- Joan. 6. 54. & seq. nens ad ea quæ sequuntur confirmanda & ad auditores convincendos, ait: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibis meum sangui-*

guinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea, vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et paulo post scriptum est: *Multi ergo ex discipulis ejus audientes sermonem, dixerunt: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autem Jesus apud semetipsum, quod murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem eo ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba mea, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Noverat enim ab initio Jesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset ipsum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.* Et postremo: *Cum ergo accepisset Jesus panem, & gratias egisset, fregit, deditque discipulis, & dixit: Accipite & comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur. Hoc facite in meam commemorationem. Et accepto calice, gratiis actis, dedit ipsis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Et Apostolus: *Quotiescumque enim comederitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiatis.* Quid igitur verba hæc sunt, & quis eorum fructus? ut & comedentes & bibentes, semper memores simus ejus qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, sicque edoceamur necessario servare debere apostolicum illud mandatum, quod nobis traditum est, quod dicitur: *Charitas enim Christi constringit nos, judicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt; & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Qui enim edit & bibit, utique id facit ad servandam indelebilem memoriam obedientiæ Domini & plastæ, quæ ad mortem usque facta est, qui mea causa factus est id quod eram figmentum. Neque vero simpliciter edere jussus est, verum etiam tale Domini corpus jubemur judicare, deposito scilicet carnis ac spiritus inquinamento; & cum effecerimus nos ceu spiritualis unguenti receptaculum, ita demum ad purum sacrificium accedere, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium nunc & in sæcula sæculorum, amen.

Ibid. v. 61. & seq.

Matth. 26. 26. & Luc. 22. 19.

1. Cor. 11. 26.

2. Cor. 5. 14. & 15.

HOMILIA
DICTA IN LACIZIS.

1\. Pugnat inimicus, & externo tumultu concitato, sonitum sermone A nostro majorem edere conatur. Sed nos consiliorum ejus haud ignari, aures ac mentem ad ea quæ hic leguntur, convertamus, eorum qui ab hoc auditorio absunt miserti, non una cum iis qui foris sunt abeuntes mente: at ubi corpore sumus, simus illic & animis. Revocate, quæso, in memoriam spiritualia oracula quæ vobis mane lecta sunt, doctrinam animabus utilem, animarum medelam. Memineritis documentorum in psalmis contentorum: colligite mihi desumta e proverbiis præcepta: perscrutamini historiarum B pulcritudinem: admonitiones apostolicas his adjungite. In primis velut coronidem adhibete evangelicorum verborum memoriam, ut capto ex omnibus fructu aliquo, domum revertamini, quisque ad id quod cupit, utilitatem ex Spiritu percipiendam consequutus. Sic omnino res se habet in frequentissima ecclesia: quot sunt vultuum differentiæ, tot & animorum; quot ætatum, tot & peccatorum. Diversa autem & varia sunt artificia diaboli, alium aliter seducit. Ad quod unumquemque conspexerit procliviorem, C ad id illecebris suis utitur.

2\. Adstat hic unus aliquis cujus animus invidia laboret? Utinam autem nullus esset, idque jure mihi in votis est. Sed quia in hominum natura difficile est vitium nullum esse, neque parvum, neque magnum, quisque quod sibi profuturum est, id ex iis quæ recitata sunt seligat. Invidus es? accipe medelam. Iracundus es? proposita tibi est sanitas. Differitur enim de his omnibus. Atque si fieri potest, pauca dicemus, ex singulis quæ memoravimus non nihil decerpentes. D Avarus es? Habes hic remedium. Superbos es? hic domabis fastum: hic, si voles, animi reprimes elationem. Omnia sententiarum spiritualium bona quasi e fonte scatoriente haurias; & ita demum ubi tibi ipse abunde hauseris, domum revertere. Dictus est primus sermo in parœmiis in modum proverbii, adjecta quadam obscuritate, ad mentem nostram exercendam: *Qui videt levia, misericordiam consequetur.* Apprehendisti ne per teipsum hujus dicti intelligentiam, an inquiris, cum sis diligens auditor, E quomodo qui levia videt, is sit laudibus ornandus? nam quæ a voluntate pendent, merentur laudem. Videmus autem nos homines non qualia volumus, sed qualis est natura eorum quæ videntur. Quare si quid asperum fuerit in superficie; quale natura existit, tale videre datur. Si vero in res leves oculos conjecerimus, unde laus tribuetur levia conspicienti? Levia sunt quæ superficiem planam habent: asperum vero, quod primo intuitu inæqualiter compactum est. Cum igitur eorum quæ videntur, inæqualis sit natura; qui fit ut eum qui levia vi-

det præter alterum qui aspera conspicit, laudet Scriptura? Ita condemnat videntem montes, & scopulos, & barathra, & nemora densa, & germina inter se cohærentia quæ superficiem asperam præ se ferunt, aut etiam mare sæpe a ventis exasperatum, aut etiam terram aratro conscissam, & in partes asperas levitatis loco dissectam. Num qui hæc videt, condemnabitur? Et ubi, quæso, justum Dei judicium, si ob ea quæ nobis invitis contingunt, condemnamur? Si videro terram aliquam quæ natura inæqualis sit, (qualis enim condita est, talis B conspicitur:) num ego propterea condemnor? Sed illud: *Qui vides levia*, velim sensu altiore intelligas. Adsunt coram te fratres diversæ sortis: alius pauper, alius dives: alius hospes, alius domesticus, qui aut te judice judicandi sunt, aut qui tuis largitionibus indigent. Si sederis judex, ne videas inæqualia, ne videas divitem sublimem, aut pauperem humilem. Si foribus tuis adstiterit qui penuriæ suæ quærat levamen, ne sic quidem videas inæqualia. Ne dixeris: hic amicus est, hic consanguineus, hic auctor est collati in me beneficii, ille peregrinus, alienus, ignotus. Inæqualia si videas, non consequere misericordiam; levia vide. Natura est una: tum hic, tum ille homo est. Penuria una, egestas in utroque eadem: fratri da, & peregrino, & cave fratrem aversaris: peregrinum autem pro fratre habe. Itaque levia videre operæpretium est. Amicum egestati suæ consulentem alieno ne præponas. Vult Deus te indigentibus solatium afferre, nullam personarum rationem habere, non propinquo dare, peregrinum vero repellere. Omnes propinqui, omnes fratres, unius patris filii omnes. Spiritualem patrem si quæris, ille cælestis est: terrena si quæris, mater est terra, atque ex eodem luto conflati sumus omnes. Quare natura quæ est secundum carnem, germana est: germana quoque est ea quæ secundum spiritum est generatio. Eumdem sanguinem a primo homine habet, quem tu: eamdem a Domino gratiam accepit, quam tu. Vide igitur levia, ut misericordiam consequare. Ne dixeris: hic dives est, & honore dignus: ille pauper, sed pauperem parvi facio: neque his vitæ conditionibus quibus alter alteri præstat, inæqualiter honores distribuas. Est enim dives mendax, dives rapax, dives scortator, pauper justus. Itaque ne attende externæ speciei: sed occulta penitioraque ingressus, illic differentias distribue, honora qui quæ honore digna sunt possidet. Utrum magis honorandum, virtus an divitiæ? Quid ex iis quæ externa sunt, probas hominem, ea vero quæ abdita sunt, non scrutaris? Vides Bel extrinsecus quidem æs habuisse, intrinsecus vero lutum sub fulgente ære absconditum. Si videris eos qui in mundo illustres sunt, scias eos ære circumfulgere, intus vero lutum esse, ære quod putre est suffulciente. Multi quidem aurum intus habent, testam vero forinsecus circumpositam. Hic est thesaurus in testaceo vase reconditus. Hic pudicam vitam agit, ille scortatur. Uter ditior, qui pudicitiam colit, an qui habet pecunias inique collectas? Illius indelebilis est memoria: hujus divitiæ temporariæ sunt. Hoc fur non perfodit, illud hodie floret, & cras marcescit. Proinde vide levia ex æquo, una eademque ratione, sed tamen eorum quæ honore digna sunt discretionem e medio ne sustuleris, misericordiam ut nanciscare.

Dan. 14. 6.

3. *Et ne habites una cum viro iracundo.* Es autem dicturus: Est inter nos qui sit gloriæ cupidus, qui tamen iracundus non sit. Gloriæ cupidus es? non vides levia. Iracundus es? *Et ne habites una cum viro iracundo.* Vides quam paucis verbis peccata corrigantur, nisi forte aures vestras dumtaxat per vocem C pulsemus, in cor vero dictorum intelligentiam non transmittamus. Sed sic tecum reputa: ubinam lectum est quod ad me spectat? Quæ de iracundis lecta sunt, agnosce tu qui iracundus es. Dicito: Hic meus est morbus, meam agnosco infirmitatem, accipe medelam. Quod si adeas medicum, & videris pretiosa medicamenta in variis tabulis collocata, considerabis quid morbo tuo conveniat. Non qui pedem offendit, quærit oculi curationem: sed qui oculum male affectum habet, remedium morbi hujus pro-D prium conquirit. Sumat igitur quisque ex Scriptura, ea quæ morbo suo sunt agnata. Iracundus es? cohibe iracundiam. *Vir enim*, inquit, *iracundus est inhonestus*. Disce a Scriptura. Sit faciei tuæ speculum Scriptura. Disce. Quoniam enim impia ratiocinatio, tenebris inductis, quantum peccatum ira sit, reputare te non sinit, Scriptura dicit tibi: *Inhonestus est vir iracundus*. Quomodo inhonestus est qui iracundus est? Exuit habitum humanum, belluinum habitum in-E duit. Finge tibi animo iratum, efferbuit in ipso ira, & oculi mutati sunt: non sunt iidem oculi, ignescunt: excurrit ipsius sanguis, circum cor ebullit, tunicas subit oculorum: suffunditur sanguine, dum morbo succumbit; alterat oculos suos. *Vir iracundus est inhonestus*. Si videris iratum dentes acuentem, cogita hominem ejusmodi similem esse apro, ut qui iracundiam internam dentium affrictu indicet. Si videris iratum spumantem: si videris indistincta in corde balbutientem: si videris iratum patris obliviscentem, non agnoscentem corpus filii, gerentem se in omnibus inconsulte ut impetui suo satisfaciat, intue-

Prov. 22. 24.

Prov. 11 25. juxta LXX.

intueris ipsam rei turpitudinem. In alieno malo teipsum cura, ne & tu illius contrahas deformitatem. *Vir iracundus, est inhonestus.* Et, *Ne habites una cum viro iracundo.* Mala res, cum cane colligari, ac perpetuum latratum ferre. *Vir iracundus, est inhonestus.* Fuge congressum ejus atque consuetudinem, alioqui necesse tibi est aliquid viarum ipsius addiscere. Dixit rem contumeliosam, commovit & animum tuum. Quemadmodum canis latratus provocat canis alterius tumultum: ita quoque animum tuum prius sopitum ac quiescentem vox ejus ad iram concitavit, & alter alterum allatrastis, & ita demum alter alteri adversantes, ignominiosa verba velut fundas intorquetis. Dixit ille aliquid injuriosum: tu longe injuriosius respondisti, auspicantem atque aggredientem imitatus. Ille contumeliosi verbi receptis vicibus, commoveri non destitit: sed conversus peccatum suum adauxit. Superior evadere voluit verborum acerbitate. Tu rursus his auditis, supra modum attolleris, sicque malorum fit contentio. Qui autem in malorum certamine vincit, is magis miser est. *Vir iracundus, est inhonestus.* Et, *ne habites una cum viro iracundo.*

Prov. 23. 6. 4. *Neque cœnes una cum viro invido.* Vitium aliud quod in hominum vita diversatur, jugiterque animis nostris adhæret, & exedit cor magis quam rubigo ferrum, invidia est: in qua quidem sunt mala multa, sed unum utile est, quod malum fit possidenti. Enimvero invidus invidioso nocet parum: sed se ipse mœrore gemituque ob proximi felicitatem absumit, nec immouit agrum vicini, sed se ipse consumit per invidiam.

Prov. 22. 28. & 23. 10. 5. *Ne transfer terminos æternos. In possessionem orphanorum ne ingrediaris.* Ne ingrediaris in possessionem orphanorum, ut ingrediare in possessionem tuam. Est autem tua possessio paratum regnum cælorum. Terminos patrum ne moveris. Ne concupiscas
Deut. 5. 21. agros proximi. Ne sulcum sulco adjiciens, agrum tuum paulatim adaugeas. Quantum enim ex aliena accessione terram dilataveris, tanto majus peccatum tibi accersis. Et terra quidem quæ tibi paulatim accesserat, & per avaritiam parta fuerat, hic remanet, nec amplius tua est, sed heredum, ac iniquas
Eccle. 1. 4. opes relinquis successori: *Terra in æternum stat:* peccatum vero te sequetur, cum animam instar umbræ comitetur. Quemadmodum enim umbra sequitur corpus: ita & peccatum animæ cohæret. Tibi ne multiplices peccatum. Nusquam enim conquiescit avaritiæ morbus, sed ad ignis naturam similitudine accedit. Ignis enim postquam accensus est, festinat materiam omnem depascere: nec quisquam priusquam materia deficiat, eum sistere potest. Similiter quid potest ava-

A rum cohibere? Igne ipso est asperior, omnia continenter depascens. Usurpavit quæ proximi sunt; successit vicinus alius, ejus quoque bona sibi assumsit: non attendit iis quæ prius parta fuerunt, quod multa sunt: sed iis quæ desunt, quod vicinos habet. Non lætatur possessis: sed de iis quæ desunt, dolet: neque attendit congestorum possessioni, sed opum ampliorum desiderio absumit semetipsum. Deinde hinc vigiliæ, curæ, sollicitudines. Quantum augescunt divitiæ, tantum affertur curarum mundanarum. Judex ex-
B spectatur, & avarus circumspectat ne ad judicium pertrahatur; ne orphanus lacrymas suas in foro notas efficiat. Deliberat noctu, quos amarulentos patronos subornet, quemadmodum testimonia falsa mercede conducat; quomodo eum qui desolatus est expugnet, huncque, vel in ipso judicio occultata veritate, opprimat potentia, quomodo denique & judicem fallens, & pupillum bonis spolians, utrumque voret. Hæ curæ avari animam consumunt. Latrat canis, & divi-
C ves furem esse existimat. Auditur muris strepitus, & salit cor divitis: servum suspectum habet, sunt ei suspecta omnia: filios jam grandes velut insidiatores conspicit, quod eorum ætas successionem urget. Avari alio etiam morbo laborant. Victum suum in digitis ponit avarus: alias pecunias profert in medium, alias defossas habet, ad spes incertas seponens, ad spes, inquam, quæ spes nequaquam sunt. Etenim si ad spes reconderentur, apparatus earum pro spe æterna fuisset factus. Nunc autem sub lecto divitias incertas abscondit, venturum damnum aver-
D tere se ratus. Sed an ventura sit unquam utendi necessitas, incertum: contra, veniet tempus, in quo pecunias non dispensasse pœnitebit. Hoc certum est, & indubitatum, & ego sponsor sum. Est enim necesse mihi vos commonere, deque vitiis omnibus disserere: vobis vero, animum attendere, & ex verbis meis utilitatem capere, ut quilibet peccatum velut serpentis spolium exuens, ita demum nudatus, atque justitiam efflorescentem indutus revertatur, alius ex alio factus. Hoc enim conventus est. Eam ob causam
E patres nostri hos cœtus constituerunt, ut quæ diebus singulis ediscere non valemus, ob docentium commonentiumque penuriam, ea, singulis annis coacti, in communi conventu suscipiamus, postea que viaticum custodiamus ad subsequens tempus, & singula quasi in memoria adhuc insonantia retinentes, fugiamus peccatum, justitiæ vero opus persequamur.

6. *Ne transfer terminos æternos. In possessionem orphanorum ne ingrediaris.* Ne causeris liberos, o avare. Liberi sunt? collige ipsis thesaurum æternum. Est enim thesau- Prov. 22. 28. & 23. 10.

Digitized by Google

rus usus pius pecuniarum. Relinque liberis recordationem bonam, magis quam divitias multas. Fac bene faciendo, ut omnes sint loco patrum filio tuo. Aliquando de vita decedas necesse est: deinde filium tuum in immatura ætate relinques adhuc tutoribus egentem. Quod si honestus fueris & bonus, unusquisque filium tuum ut suum enutriet; nam eis in mentem veniet fuisse te quoque orphanorum patrem: sin autem posteaquam in malitia vixeris, multosque affeceris mœrore, & in eos qui tecum congrediuntur fera omni fueris acerbior, ita demum migras de vita; filium tuum reliquisti communem viventium hostem. Quemadmodum enim qui scorpii natum conspexerit, timet ne quando ætate provectior imitetur patrem: ita etiam tuis liberis paternæ nequitiæ hæredibus, priusquam ad ætatem pervenerint, struentur ab omnibus insidiæ. Quid igitur multos insidiatores liberis tuis & inimicos paras? Et vero etiamsi semper victurus esses, par magis fuerat te multorum benevolentiam adjutricem habere. Sed cum res tuæ incertæ sint, ita benefacias, ut relinquas patronos ac curatores multos: ne quando te vita functo, posteaque divitiis quas congesseris ad hæredes successione utili transire non valentibus, unusquisque caput moveat, ac dicat: Quomodo male parta ad nepotes ac liberos transmissa non sunt. Hæc dico tibi ex humano loquendi modo: quæ vero dicantur a Domino (talia autem sunt qualia tibi evangelium nuntiabit,) haud ignoras.

7. Liberos ne prætendas. Cur speciosam peccandi causam profers? Qui enim condidit filium, te quoque condidit. Qui tibi tribuit unde victitare possis, etiam filio vitæ subsidia præbebit. Redditurus est suæ quisque vitæ rationem Domino. Num nosti cui thesaurum pares? *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* (Psal. 38. 7.) Filius plerumque causa est colligendarum opum. Sed quæ coacervasti, aut rapta sunt a prædone, aut a sycophanta consumpta, aut capta ab hostibus, aut peste grassante evanuere. Nam modis multis evolant e conspectu divitiæ. Dic, quæso, cum peteres a Deo liberos, cum cuperes filiorum pater fieri; num hoc precibus addidisti, da mihi liberos, ut avarus factus liberorum obtentu gehennæ tradar? Da mihi liberos, ut ne conficiam mandata? Da mihi liberos, ut evangelium contemnam? Non hæc erant quæ tunc dicebas: sed liberos efflagitabas qui tibi vitæ essent adjutores. Accepisti adjutores ac socios; fac eos doceas & sermonibus bonis & exemplis utilibus, quales esse oporteat in iis quæ ad Deum attinent, cujusmodi sæpe vidisti. Nam hæ divitiæ pecuniis multis sunt pretiosiores. Hæc est bona hæreditas, a patre ad filios transmissa. *In possessionem ergo orphanorum ne ingrediaris.*

8. *Et, ne cœnes una cum viro invido.* (Prov. 23. 6.) Dictum jam est de invidia. Sed quo magis id mali caveatur, addamus invidiam vitium quoddam esse diaboli proprium. Nec enim statim diabolus conditus est diabolus: sed angeli potestate accepta, conversus est in dæmonis naturam. Ita qui hac pravitate erat infectus, atque a sua cum Deo conjunctione abalienatus, & ad defectionis partem conversus, tandem effectus est pravus dæmon, cum hominem animal exiguum conspexit ante omnem creaturam honoratum. Nimirum, homine antiquior cum esset, vidit natatilia omnia verbo fuisse condita. (Gen. 1. 20.) Ait enim, *Producant aquæ reptilia animarum viventium.* Verbo fecit cete, quæ in mari Atlantico versantur. Verbo fecit terrestria. Hæc Dei mandato producta sunt. Mandato conditæ sunt elephantorum proceritates & camelorum. Equi bovesque & animalia omnia magnitudine ac robore præstantia, præcepto uno gregatim procreata sunt. Et quod magis mirere, præcepto cælum, præcepto sol, præcepto herba, præcepto aquarum natura, tum quæ super cælum & super terram strata erat, tum quæ effusa fuerat in cava, omnia præcepto, homo vero manibus formatus est. Vidit honorem homini delatum, invidit diabolus. Vidit eum soli prælatum. Hic quidem prodiit per præceptum in rerum naturam: ille vero Dei manibus conformatus est. Rursus hic fuit conditus propter hominem, homo vero propter Deum: homo, ut Deus gloria afficiatur: sol, ut inserviat hominibus. Intellexit honorem homini datum. Vidit res alias fuisse prius creatas, hominem vero posterius, quod ei quasi patrifamilias præparasset domum plenam. Neque enim primum condidit hominem, ut ne pauper crearetur: sed fecit cælum, ut tectum quoddam naturale conderet; substravit terram, ut hominis pedibus præpararet validum pavimentum. Illam omni herbarum ac fructuum genere atque copia florere voluit. Omnia homini parata: jumenta gregatim sunt instructa: condita fuit qualibet creatura. Animantes productæ sunt, partim communibus pascuis utentes, partim agrestes ad corporis exercitationem. Aliæ erant labore comparandæ, quo gratiores fierent: aliæ aderant prompte & sine negotio, ut confestim homini creando subservirent. Vidit terram eis sponte fructum paraffe. Creatura omnis exspectabat qui fruerentur; tum demum productus est homo ad epulandum. Vidit benignissimum Deum terræ deliciis contentum non fuisse: cum vellet hominem suum ipsius ornamentum esse, eum in eximio habitaculo collocasse, in paradiso scilicet.

licet. Maligne se gessit diabolus, cum vi- A dit multum homini affluere voluptatis, angelos pædagogos ei assidere, Deum eadem atque homines lingua utentem, propria voce loqui, erudire omnibus modis puerum parvulum, ut ad Dei similitudinem pertingeret. Rursos, postquam consideravit hominem: postquam vidit exiguum hoc animal a Domino ad angelorum æqualitatem advocari, ut qui ipsum per virtutem ac rerum mundanarum moderatum usum eveheret ad animæ perfectionem. Etenim quamdiu solus fuit homo, ansam non habebat diabo- B lus. Sed istuc contigit, postquam condita est mulier, tenerum illud animal, cui conditor necessario teneritudinem naturalem indidit, ut ob benignitatem pueros propense educaret. Etenim si austera esset mulier, non sane plorantem infantem nimis complexa in sinu foveret, neque alimento suo neglecto, mammam ad lactentis pueri commodum præberet. Nunc vero materna illa charitas somnum e palpebris non raro fugat, ubi incommodum leve infanti acciderit. Ut igitur infans educaretur, muliebris sexus C tener conditus est, tener, inquam, & humanus. Quamobrem teneræ ac molli indoli intentus diabolus, mores qui ad virtutem proni erant, pronos ad vitium effecit. Est itaque diaboli proprium hoc malum, invidia, invidia quæ nec potest verbis explicari, nec medelam admittit. Cui caput dolet, is medico declarat capitis dolorem: qui invidiæ morbo laborat, ecquid dixerit? Exhibent mihi molestiam fratris bona? Verum id est: at dicere unumquemque pudet. Quid doles? tuum ne ipsius malum an alienum bo- D num? Canes quidem nutriendo reddimus mansuetos: sed invidum conferendis beneficiis efficimus morosiorem. Nec enim iis quibus donator bonis gaudet: sed opulentia tua mœret, quod suppetat tibi facultas, unde illius suppleatur egestas. Ne igitur collabare in fraudem diaboli: invidit tibi, invidit, ejecit te e paradiso. Propter illum spinæ, propter illum sudor: propter illum exilii locus, in quem delapsus patriæ antiquæ ne obliviscare. Memineris nobilitatis tuæ: memineris patriæ, unde pulsus es: memor sis E ejus qui malis tantis te affecit. Ne pacificaris enim eo, neque umquam cum ipso venias in colloquutionem. Nam intulit injurias duas, & ab initio depulit, & nunc reditum intercipit. Invidit tibi prima bona per mulierem: ac rursus artificiis per mulierem utens, impedit quominus in pristinum statum restituare. Excogitavit scortationem, ut ne ingrediaris in paradisum. Non satis habuit damnum primum intulisse, te videlicet subvertisse: sed alteras fraudes artesque comminiscitur, cursum nostrum inhibiturus. Decipit mendacio atque circumvenit: siquidem iter in paradisum facientibus quidam murus est mendacium.

9. Innumeræ sunt illius artes. Illius germina sunt crudelitas, asperitas, avaritia, convitium: omnia quæcumque sermo veritatis odit, ea opus sunt diaboli. Osor hominum est, cum & Dei sit hostis. Deum prius odio habuit, rebellavit adversus Deum omnipotentem, sprevit Dominum, abalienatus est a Deo. Postquam autem vidit hominem ad imaginem ac similitudinem Dei factum; cum non posset Deum impetere; in imaginem Dei malignitatem suam effudit. Velut si quis homo iratus imaginem lapidibus petat, cum regem non possit, lignum effigie ipsius insignitum percutiens. Vidi ego non raro in stadiis infestissima homini animalia, aut vidi, aut audivi: tutus enim sit nobis sermo. Ut ut est, pantheris ipsis insita est naturalis quædam in hominem ira, & maxime solent hominibus in oculos involare. Itaque belluæ furorem ridere qui volunt, imaginem velut hominem ei in charta ponunt ob oculos. Illa autem præ nimio impetu nihil cogitans, chartam velut hominem dilaniat, illicque suum in homines odium ostendit. Sic etiam diabolus suum in Deum odium patefacit in imagine, cum attingere Deum non possit. Sic ex illato nobis bello liquet malignum illum Dei hostem esse, ac primum Domino ipsi bellum gerere. Ille hominem ab Jerusalem in Jericho abduxit, ab altis ad cava. Nimirum Jerusalem in montana regione sita est: Jericho vero in depresso ac humili loco ad salsum mare. Si quis vestrum vidit locum, quæ dicuntur, ea vera esse novit, Jericho videlicet in Palæstinæ cavis locari, Jerusalem vero summo in loco sitam esse, montis ejus, qui per totam illam regionem assurgit, cacumen occupantem. Itaque ab altis ad inferna descendit homo, ut incideret in latrones. Egressus est e firmo Jerosolymorum præsidio, ut commorantibus in deserto prædonibus fieret facilis captu: qui inflictis plagis eum denudarunt. Plagæ prius, tum demum denudatio. Plaga animæ peccatum est, denudatio animæ, est indumenta incorruptibilitatis abjicere. Peccatum autem gratiam nobis per regenerationis lavacrum collatam abolet. Scortatio plaga, adulterium plaga alia, plaga invidia. Plaga unumquodque horum, plaga vitales ipsas partes consaucians, imposita a prædonibus plaga, a dæmonibus videlicet, qui sunt nobis adjutores ad peccata. Post plagas exutus est qui fuerat percussus. Si corporeum quiddam esset quod dicitur; prius exuissent, ut parcerent vesti, & tunc plagas incussissent. Aut ubi exuissent, inflixissent plagas, ut & servaretur vestis, & per-

& percussus vulneraretur. Nunc vero plagæ præcedunt vestium detractionem, ut discas peccatum doni ejus amissioni anteire, quod fuerat tibi per Domini benignitatem traditum. Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA

IN SANCTAM CHRISTI *generationem*.

1. CHristi generatio germana illa primaque & divinitatis ejus propria colatur silentio: imo vero cogitationibus nostris imperemus, ne hæc inquirant, neque curiose scrutentur. Ubi enim nec tempus nec sæculum intercessit, nec modus excogitatus est, nec spectator adfuit, nec est qui enarret, quomodo quidquam sibi mens finget? Quomodo etiam lingua ipsa rei intelligendæ inserviet? Atqui Pater erat, & Filius genitus est. Ne dicas: *Quando?* sed prætereas hanc quæstionem. Ne quæras: *Quomodo?* dari namque responsum nullum potest. Nam *quando*, temporale quiddam sonat: illud vero, *quomodo*, efficit ut in generationis corporeos modos labamur. Dicere habeo ex Scriptura esse eum velut splendorem ex gloria, & velut imaginem ex exemplari. Quoniam tamen hæc respondendi ratio animi tui non sistit curiositatem, ad majestatis arcanum confugio, fateorque non posse divinæ generationis modum ratiocinationibus ullis excogitari, neque ullis humanis verbis exponi. Cave dicas: Si genitus est, non erat: neque vafris verbis sententiam ineptam arripias, ita ut exemplis humanis veritatem corrumpas, coinquinesque theologiam. Dixi: *Genitus est*, ejus ut principium causamque exhibeam, non ut Unigenitum tempore posteriorem ostendam. Neque vero mens tua inania meditetur, transgrediens sæcula Filio antiquiora, quæ neque exsistunt neque exstitere. Qui enim fieri potest ut quæ condita sunt, conditore ipso sint antiquiora? Sed quod refugiebam, in id imprudens ex sermonis serie casu incidi. Omittamus igitur de sempiterna illa & arcana generatione loqui, illud cogitantes, mentem nostram intelligendis rebus esse imparem: sermonem rursus inbecilliorem, quam ut possit intellecta exprimere.

2. Considerare igitur oportet quantus sit a veritate ad sermonem lapsus. Enimvero mens non potest ad rerum incomprehensibilium naturam pertingere: neque tanta sermonis vis potest inveniri, ut ea quæ qualicumque tandem modo cogitata sunt, exæquet. Deus in terra, Deus inter homines, A non ferens legem per ignem & tubam & montem fumantem, aut caliginem, & procellam animas audientium perterrefacientem; sed per corpus mansuete ac blande cum iis qui eamdem atque ipse naturam habent, colloquens. Deus in carne, non intervallo operans velut in prophetis, sed insitam sibi & conjunctam humanitatem consequutus, atque per suam carnem nobis cognatam omne hominum genus reducens ad semetipsum. Quomodo igitur per unum, inquit, in omnes splendor devenit? Quonam modo divini-B tas est in carne? velut ignis in ferro, non transitu, sed communicatione. Non enim ignis excurrit in ferrum, sed manens in loco, suam ei virtutem impartit: neque hac communicatione minuitur, sed quidquid luipsius particeps est, omne id replet. Sic igitur & Deus Verbum, neque emotus est ex seipso, *& tamen habitavit in nobis*: neque fuit mutationi obnoxius, *& tamen Verbum caro factum est*: neque cælum destitutum fuit eo qui illud continebat, sed tamen suscepit terra in suo sinu cælestem. Noli lapsum cogitare divini-C tatis. Non enim transit e loco ad locum velut corpora: neque divinitatem in carnem transmutatam putaveris alteratam fuisse. Nam quod immortale est, id immutabile est. Quomodo igitur, inquis, Deus Verbum infirmitate corporali repletus non est? Hoc dicimus, ne ignem quidem proprietatum ferri participem fieri. Ferrum nigrum est & frigidum, sed tamen ignitum ac candens, ignis formam induit; splendidum efficitur, non ignem denigrat, inflammatur, non refrigerat flammam. Hunc ad modum & humana D Domini caro cum divinitati effecta est particeps, suam ipsius infirmitatem nequaquam contulit divinitati. An divinitatem non concedis similiter sensibili huic igni operari, sed affectionem in eo qui cujuscumque affectionis expers est, ex humana imbecillitate tibi animo fingis, dubitasque quomodo fieri potuerit, ut obnoxia corruptioni natura ex ea quam cum Deo habuit communione incorruptibilitatem obtinuerit? Disce igitur mysterium. Propterea Deus in carne est, ut latitantem in ea mortem enecet. Ut enim si E medicamenta venenis expellendis idonea corpori misceantur, causas corruptionis expugnant, utque tenebræ in domo residentes adveniente luce dissolvuntur: sic mors quæ in natura humana dominabatur, divinitatis præsentia abolita est. Et sicut glacies in aqua, dum quidem nox est & umbra, humori dominatur, sed solis calefacientis radio colliquescit: sic mors ad Christi usque adventum regnavit; sed posteaquam apparuit gratia Dei salutaris, & ortus est sol justitiæ, absorpta est mors in victoriam, vitæ veræ non sustinens præsentiam. O altitudinem bonitatis amo-

Joan. 1. 14.

Tit. 2. 11. Mal. 4. 2. 1. Cor. 15. 54.

amorisque Dei in homines. Servitutem excutimus magnitudine benignitatis. Rationem cur Deus inter homines sit homines requirunt, cum adoratam oportuisset bonitatem.

3. Quid faciemus tibi, o homo? Manentem in supernis Deum non inquisivisti, demittentem se ad te, atque per carnem conversantem non suscipis: sed cur necessitudinem cum Deo inieris, causam exposcis, condiscito. Idcirco Deus in carne est, quia hanc carnem exsecratam oportebat sanctificari, debilem corroborari, a Deo abalienatam cum eo conjungi, delapsam e paradiso in cælos reduci. Quænam vero est hujusce dispensationis officina? Virginis sanctæ corpus. Quænam autem generationis principia? Spiritus sanctus, & virtus Altissimi obumbrans. Imo potius ipsa evangelii verba audi. *Cum enim esset*, inquit, *desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. (Matth. 1. 18.) Et virgo, & viro desponsata, habita est idonea ad hujus dispensationis ministerium, ut & virginitas honori esset, & matrimonium non contemneretur. Virginitas enim ut ad sanctimoniam apta, selecta est: per desponsationem vero comprehensa sunt initia nuptiarum. Simul autem ut & Joseph puritatis Mariæ esset testis domesticus, & ne foret calumniis obnoxia, quasi virginitatem contaminasset, sponsum habebat vitæ custodem. Possum & aliam quamdam rationem proferre, nihilo his quas protulimus viliorem, quod videlicet idoneum ad Incarnationem Domini tempus olim præfinitum, & ante conditum orbem prædestinatum, tunc instaret, in quo Spiritum sanctum & Altissimi virtutem oportebat carnem illam Dei gestatricem conformare. Quoniam vero illa hominum ætas nihil puritati Mariæ æquandum habebat, sicut Spiritus sancti susciperet operationem, occupata autem jam erat per desponsationem, electa est beata virgo, nihil ex desponsatione virginitate læsa. Allata est & alia ratio a quodam ex antiquis, videlicet excogitatam fuisse Josephi desponsationem, ut Mariæ virginitas mundi hujus principem lateret. Nam in virgine adhibitus est desponsationis apparatus, quasi quædam hæsitandi occasio daretur maligno illi, qui jam pridem virgines observabar, ex quo audierat prophetam dicentem: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium*. (Esa. 7. 14.) Deceptus igitur est per desponsationem, virginitatis insidiator ille. Noverat enim imperium suum per Domini apparitionem quæ in carne futura erat, destructum iri.

4. *Antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. Utrumque invenit Joseph, tum graviditatem, tum causam, quod scilicet esset ex Spiritu sancto. Quapropter veritus talis mulieris vir appellari, *voluit occulte dimittere eam*, (Matth. 1. 19.) non ausus quæ in ea contigerant, patefacere. Cum autem justus esset, mysteriorum assequutus est revelationem. *Hæc enim eo cogitante, angelus Domini apparuit ei in somnis, dicens: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam*. (Ibid. v. 20.) Neque illud cogitaveris, obumbraturum te peccatum absonis quibusdam commentis. Nam vocatus es justus, non est autem viri justi silentio scelera contegere. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam*. Ostendit se indignatum ei non fuisse, neque ipsam aversatum, sed veritum esse se eam tamquam Spiritu sancto repletam. *Quod enim in ea generatum est, de Spiritu sancto est*. Et inde compertum est non secundum communem carnis naturam fuisse Domini compagem. Statim enim carne perfectum Domini erat quod utero gestabatur, non, ut indicant verba, per conformationes paulatim formam accepit. Non enim dictum est: quod conceptum est, sed, quod generatum est. Caro igitur ex sanctitate compacta, digna erat, quæ Unigeniti conjungeretur divinitati. *Pariet autem Filium, & vocabis nomen ejus Jesum*. (Ibid. v. 21.) Observavimus, quibus de industria nomina imponuntur, in his per ea naturam subjectam ostendi, ut Abrahamo, Isaaco, Israeli. Horum enim appellatio, non corporis characterem magis quam virtutis ab eis excultæ proprietatem significabat. Idcirco etiam nunc Jesus vocatur, hoc est, *Salus populi*. Jam vero mysterium & ante sæcula ordinatum, & olim per prophetas nuntiatum, exitum habuit. *Ecce Virgo in utero suscipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus*. (Ibid. v. 23.) Atque hæc appellatio jam a longo tempore mysterium totum declarat, fore videlicet, ut Deus inter homines versaretur, quandoquidem, inquit, vocem Emmanuel si interpreteris, sonat *Nobiscum Deus*. Nec quisquam Judaicis fraudibus pervertatur, qui ajunt, non Virginem, sed puellam dictam esse a propheta. *Ecce enim*, inquit, *puella in utero suscipiet*. (Esa. 7. 14.) Primum enim res est omnium absurdissima, quod a Domino pro signo traditum est, id existimare commune esse, & omnis naturæ confessione notum. Ecquid enim, ait propheta? *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum*. (Ibid. v. 10.) Mox paucis interjectis subjungit: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero suscipiet*. (v. 14.) Quoniam enim non petivit Achaz signum, neque in profundum, neque in excelsum, ut disceres eum qui in inferiores terræ partes descendit, eumdem esse qui & ascendit super cælos omnes, (Ephes. 4. 9.) idcirco Domi-

minus ipse signum dedit. Signum autem inauditum, & prodigiosum, & valde a communi natura alienum. Eadem mulier & Virgo & Mater, & in virginitatis sanctimonia manens, & gignendæ prolis benedictionem sortita. Quod si nonnulli ex his qui Hebraicam vocem interpretati sunt, pro Virgine puellam reddidere, tamen nihil vitiatur sententia. Invenimus enim id in more Scripturæ positum, ut puella pro virgine sæpe usurpetur, velut ait in Deuteronomio. *Si quis invenerit puellam virginem, quæ desponsata non sit, & vim faciens dormierit cum ea, & deprehensus fuerit, dabit homo, qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmas.* (Deut. 22.)

(Matth. 1. 24.) 5. *Et expergefactus accepit uxorem suam.* Quamquam & affectu, & amore, & omni studio conjugibus convenienti uxorem suam esse rebatur, tamen a nuptialibus operibus abstinuit. *Non enim*, inquit, *cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum.* Jam autem hinc oritur suspicio, Mariam posteaquam generationi Domini per Spiritum sanctum factæ pure inservivit, tum demum consueta nuptiarum opera non denegasse. Nos autem etiamsi hoc pietatis doctrinam nihil lædat, (Caute legendum.) (siquidem ad dispensationis usque ministerium necessaria erat virginitas: quod vero postea evenit, id ratio mysterii curiosius inquirere non cogit,) cum tamen Christi amantes audire non sustineant quod Deipara aliquando desierit esse virgo, testimonia illa sufficere arbitramur. (Matth. 1. 25.) Quod quidem attinet ad illud: *Non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum*, respondemus videri illud, *donec*, multis locis aliquod quidem tempus definitum indicare: sed tamen indefinitum vere significat. Quale est (Matth. 28. 20.) quod dictum est a Domino: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Non enim futurum erat, ut Dominus post hoc sæculum non amplius cum sanctis versaretur: sed promissio præsentis denotat perpetuitatem, non rescindit futurum. Eodem igitur modo hic etiam illud, *donec*, acceptum fuisse dicimus. Cum autem dictum est, *Primogenitum*, non continuo primogenitus habet comparationem ad succedentes: sed qui primum aperit uterum, primogenitus appellatur. Declarat autem & Zachariæ historia Mariam perpetuo virginem permansisse. Ferunt enim, & id ex traditione ad nos usque pervenit, Zachariam cum Mariam in virginum loco post Domini partum posuisset, templum inter & aram occisum a Judæis fuisse, videlicet accusatum a populo, quod hac ratione confirmaret admirabile illud & perquam decantatum signum, Virginem peperisse, nec virginitatem violasse. (Matth. 2. 1.) *Cum autem natus esset Jesus*, inquit, *in Bethleem Judææ, in diebus Herodis regis: ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum?* Genus Persicum Magi, vaticinationibus incantationibusque & naturalibus rerum affectionibus inter se oppositis intenti, ac rerum sublimium contemplationi vacantes. Videtur autem hujus vaticinationis particeps fuisse & Balaam, qui accersitus est a Balac, ut quibusdam ritibus dira Israeli precaretur: qui & in sua parabola quarta, talia de Domino dicit: *Homo videns*, inquit, *audiens eloquia Dei, sciens scientiam Altissimi, ac Dei visionem in somnis videns: revelati oculi ejus. Ostendam ei, & non nunc, beatum prædico, & non appropinquat. Orietur stella ex Jacob, & consurget homo ex Israel.* (Num. 24. 15.) Quamobrem locum Judææ cum inquirerent, recordati vaticinii veteris, accesserunt ut discerent ubi esset qui natus erat rex Judæorum. Fortasse autem & adversa potestate per Domini adventum jam debiliore effecta, vim agendi suam destrui sentientes, potentiam magnam nato tribuebant. Quare inventum puerum muneribus oblatis adoravere. Magi, gens aliena a Deo, & peregrina a testamento ac fœdere, primi habiti sunt digni qui adorarent, quod inimicorum testimonia sint fide digniora. Etenim si Judæi adorassent primi, suum ipsorum genus exornare visi fuissent: nunc vero qui eam cognatione nulla attingunt, iidem velut Deum adorant, ut hi, qui ei affines sunt condemnentur, quod crucifigant quem alienigeæ adoraverunt. Sed cum animum appellerent ad cælestium motus, non oscitanter mirum illud cæli spectaculum contemplabantur, stellam scilicet novam atque insolitam, quæ in Domini natali exorta fuerat.

6. Nec quisquam apparatum astrologiæ trahat ad exortum stellæ explicandum. Qui enim sidus natalitium in numero stellarum quæ jam exstant, reponunt, harum hanc vel illam figuram putant caulam esse rerum, quæ cuique in vita accidunt: hic vero nulla ex stellis quæ jam erant, nativitatem regiam designavit, neque ipsa ex consuetarum numero fuit. Quæ enim ab initio conditæ sunt, aut omnino immobiles sunt, aut motum irrequietum habent: stella vero quæ tunc apparuit, utrumque habuisse videtur, cum & moveretur, & staret. Et inter eas quidem quæ jam sunt, fixæ numquam moventur, errantes vero numquam conquiescunt: hanc autem, cum in se ipsa utrumque complectatur, & motum & quietem, ad neutras pertinere liquet. Nam mota est quidem ex Oriente usque ad Bethleem: sed stetit supra locum ubi erat Puer. Quapropter profecti Magi ab Oriente, & ductum stellæ sequuti, cum pervenissent in Hierosolyma, ut civitatem omnem adventu suo conturbarunt, ita regi Judæorum timorem incusserunt. Ita-

Itaque cum invenissent, quem quærebant, A muneribus cohonestarunt, auro, thure & myrrha. Fortasse hic quoque prophetiam Balaam sequuti sunt, qui de Christo talia [Num. 24. 9.] protulit: *Recumbens requievit ut leo, & ut catulus. Quis suscitabit eum? Qui benedicunt te, benedicti sunt: & qui maledicunt te, maledicti sunt.* Quoniam igitur dignitatem regiam Scriptura indicat per leonem, per recubitum passionem, per facultatem vero benedicendi, divinitatem, Magi vaticinio adhærentes, velut Regi aurum, velut morituro myrrham, velut Deo thus obtule- B runt. Neque vero iis qui curiose exponunt quæ ad partum attinent, illud dicere licet, stellam fuisse cometis consimilem, qui maxime ad significandas regum successiones videntur in cælo consistere. Et hi enim fere immobiles sunt, in circumscripto loco facta inflammatione. Cometæ enim sive trabes sive scrobes fuerint, diversæ figuræ sunt, & nomina peculiaria figuris imponuntur. Omnium autem eadem est origo. Cum enim aer redundat circum terram, diffunditurque in æthereum locum, & cum quidquid C crassum est ac turbidum in hac exhalatione, id veluti materiam igni præbet, ita tum stellæ conspectum manifestum reddit. Quæ autem stella in Oriente apparuit, & Magos ad eum qui natus erat quærendum excitavit, rursus non videbatnr; donec ipsis consilii inopibus dedit se iterum in Judæa conspiciendam, ut discerent cujus stella esset, cuique inserviret, & propter quem esset oborta. Veniens enim stetit supra locum ubi erat [Matth. 2. 9.] Puer. Quamobrem etiam cum vidissent stellam Magi, gavisi sunt gaudio magno. Su- D scipiamus igitur & nos in nostris cordibus [Luc. 2. 10.] magnum illud gaudium. Hoc enim gaudium annuntiant angeli pastoribus. Adoremus cum Magis, una cum pastoribus demus [Luc. 2. 11.] gloriam, tripudiemus cum angelis, *quia natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus* [Psal. 117. 27.] *Dominus. Deus Dominus & illuxit nobis*, non in forma Dei, ne quod debile erat, id perterrefaceret, sed in forma servi, ut quod servitnti addictum erat, id libertate donaret. Qnis est animo ita torpenti, quis ita ingratus, qui non gaudeat, non exsultet, E non oblectetur præsentibus? Festum illud creaturæ omni commune est. Largitur cælestia mundo, archangelos ad Zachariam mittit & ad Mariam, atque choros angelo- [Luc. 2. 14.] rum instituit, qui dicunt: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Excurrunt stellæ e cælo, Magi proficiscuntur ex gentibus, terra excipit in spelunca. Nemo sit qui non conferat aliquid, nemo sit homo ingratus. Eloquamur & nos vocem aliquam exsultationis. Festum nostrum appellemus Theophaniam, celebremus salutaria mundi, natalem humanæ naturæ diem. Hodie soluta est Adami mulcta. Jam dici non potest, *Terra es, & in terram* [Gen. 3. 19.] *reverteris*: sed cælesti conjunctus, admitteris in cælum. Jam non audietur amplius: *In doloribus paries filios.* Beata est enim quæ [Ibid. v. 16] peperit Emmanuelem, & ubera, quæ nutrivere. Eam ob causam *Puer natus est no-* [Esa. 9. 6.] *bis, & Filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus.* Effloresciт cor meum, & mens fontis in morem scaturit: sed exigua lingua & sermo habes ad tantam gaudii magnitudinem annuntiandam. Cogita mihi, ut Deum decet, incarnationem Domini. Cogita mihi divinitatem intemeratam omnisque labis puram, etsi in terrena natura inhabitat. Emendat quod vitiosum est, non ipsa vitio impletur. Non vides hunc solem etiam in cœno versari, & tamen nihil accipere inquinamenti, itemque sordidis effulgere, & tamen graveolentiæ participem non esse? Imo vero eorum quibus diu immoratus fuerit putredinem exsiccat. Quid igitur naturæ ei quæ omni affectione ac corruptione vacat, times, ne quam ex nobis maculam contrahat? Propterea natus est, ut tu per id quod tibi affine est, expurgeris. Propterea adolescit, ut tu consuetudine atque necessitudine efficiare ei familiaris. O altitudinem bonitatis & amoris Dei in homines! Ob donorum magnitudinem fidem non habemus benefacienti. Ob ingentem heri benignitatem, servi ejus esse nolumus. O ingrati animi vitium insulsum & pravum. Adorant Magi, & Christiani inquirunt quomodo Deus in carne sit, & quali carne, & utrum assumptus sit homo perfectus an imperfectus? Prætermittantur silentio superflua in Ecclesia Dei, sentiamus quæ jam fidem obtinuere, ne curiosius investigentur quæ silentio præterita sunt. Adjunge temet iis qui Dominum cum gaudio ex cælis suscepere. Cogita pastores sapientia imbutos, pontifices prophetiæ dono ornatos, mulieres lætitia perfusas, tum, cum Maria a Ga- [Luc. 1. 28.] briele edoceretur gaudere, Elizabethque [Ibid. v. 44.] exsilientem in ipsis visceribus Joannem ha- [Luc. 2. 36. & 28.] beret. Anna declarabat nuntium bonum, Symeon in ulnas suscipiebat, in parvo infante magnum Deum adorantes, non quod videbant contemnentes, sed divinitatis ipsius majestatem collaudantes. Nam virtus divina per humanum corpus quasi lux per vitreas membranas apparebat, iis qui oculos cordis expurgatos habebant affulgens: cum quibus utinam nos quoque inveniamur, retecta facie gloriam Domini quasi in specu- [2. Cor. 3. 18.] lo contuentes, ut & ipsi transformemur a gloria in gloriam, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA
DE POENITENTIA.

1. Arrogantiam eorum qui pœnitentiam e medio tollere audent, non ferens frater observantia omni dignissimus, alterum nobis mandatum dedit, ubi hac superbia conspecta prudentem dextram fratribus ad pœnitentiam porrexit. Hic autem sermo hominibus utilissimus est. Nemo enim homo sine peccato est. *Esa. 53. 9.* Nam de uno testimonium affertur, quod peccatum non fecerit. Dicemus igitur de pœnitentia cum ex veteri tum ex novo Testamento. Hi enim thesauri sunt Ecclesiæ. Commendamus autem pœnitentiam, non quod peccatum fratris promoveamus, (siquidem nolumus peccatorem in peccatum spe pœnitentiæ ruere:) sed quod lapsum studeamus erigere. Desperatio enim quæ ab adversariis introducitur, eum qui semel lapsus est eo impellit, ut se in peccatis volutet: pœnitentiæ vero exspectatio hominem lapsum ad surgendum & ad amplius non peccandum instigat. Qui vero nos sumus, ut Deo legem imponamus? Vult Deus dimittere, ecquis est qui prohibeat? Nos dicimus, non quid illi ausint, sed quod Deus præcipiat. *Psal. 40. 9.* *Numquid qui cadit, non resurgit?* Contradicunt Deo. Qui cadit, non resurgit. Non adduxit te tenui verbo ad fidem adhibendam, adducet te ad credendum, exemplo claro. Quid enim ita lautu difficile est ut coccinom? Quid vero album apud nos ut nix, aut ut lana munda? Dicit tamen qui hæc condidit: Si fuerint peccata vestra velut colores, qui elui non possunt, si modo lavemini, in nivis puritarem transibunt. At post baptismum non est hæc remissio. Dixit enim, inquit, *Lavamini, mundi estote.* *Esa. 1. 16.* Atqui hoc maxime, si a nobis petissetis, poteramus ex Scriptura ostendere, veniam scilicet ac remissionem esse post baptisma. Non enim oportet ita contradicere, ut facilia seligamus: sed adversus ea quæ valida videntur, contrario sermone est insurgendum. Dum enim obsistentia ab animo non amoventur, curari æger non potest.

2. Sed quoniam rebus salsugine imbutis non datur dulcescendi locus, nosque nunc verba proferimus ex veteri Testamento; referamus quid opponant adversus ea quæ ex veteri dicuntur. Ajunt enim quod si ante Servatoris passionem, priusquam sacer ille sanguis pro nobis effunderetur, quidpiam ex veteri Testamento de pœnitentia nobis legeritis, dicimus in veteri testamento fuisse peccata remissa, sed in novo propter passionem veniam non futuram. Si vero ex novo ostenderimus & post baptismum & Spiritus participationem, qui peccaverit eum pœnitentiæ beneficio revocari, palam est lapsis pœnitentiæ locum esse etiam post baptismum, sicque ea quæ in veteri leguntur, robur autoritatemque ad astruendam pœnitentiam habebunt. Alloquor velut attentos. Unde & graviora attingo, ut semel lapsi, concepta spe bona, haudquaquam in peccato permaneamus. Non credidisti ei per exemplum probanti, Dei crede juramento. Dicit Deus: *Vivo ego, dicit Dominus.* *Ezech. 33. 11.* Convenit autem Deo hoc jusjurandum. Quoniam enim non habebat majorem semetipso, jurat autem propter incredulitatem eorum qui pœnitentiam abolent, *Vivo ego, dicit Dominus,* sed *Ibidem.* nemo absterreatur, quoniam *nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat.* Qui vivit, vivere te vult. Itane etiam cum Deus jurat, indignus est cui credatur? Neque verbo, neque exemplo, neque juramento credis? crede factis. Ninive eversa non est: egit enim pœnitentiam. Eversam eam non fuisse indigne ferebat propheta: *Jon. 3. 10.* enata est cucurbita. Excusat se tibi, ut memineris *Ibid. 4. 6.* eum esse bonum. Vereor autem ne audias ab ipso: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* *Matth. 20. 15.* Quis magis impius quam Achaab descriptus est? Velut legentibus loquor. Vineam præter reliquas prædas, domino occiso, rapuit: *3. Reg. 21. 16.* descendit ad heredium capiendum: descendit gaudens. Obviam venit qui tristitiam inferret, qui eum redargueret, Propheta videlicet, non inimicus, sed velut parcens pronuntiavit non suam, sed Dei sententiam. Lata sententia, induit saccum, exuit dominium. Scriptum est enim quod ipse propheta qui ad sententiam dicendam missus fuerat, audierit a Deo, quoniam precatus est Achaab veritus minas, non in ipsius diebus erunt quæ dixi. *Ibid. v. 29.* Cogor remedium bonum exoptare. Sanctus ille David, vel post peccatum sanctus, ex decem præceptis tria in una causa transgressus est. Quoniam alloquimur vos, loquamur jam clarius. Factum est adulterium, & cædes, & concupiscentia alienæ uxoris. *2. Reg. 11. 15.* Peccavit justus homo, & Deus ipsum proprii peccati constituit judicem. Et quoniam in nostro oculo trabem non videmus, videmus vero festucam in alieno, crimen ejus tamquam alienum ei proponit, & dicit: *Viri duo erant in civitate una, unus dives, alter pauper. Diviti erant multa: pauperi vero agna una: quæ & in sinu ejus dormiebat,* (hoc autem uxoris erat mysterium,) *2. Reg. 12. 1.* *manducabat cum ipso, & de poculo ejus bibebat. Venit,* inquit, *hospes ad divitem,* (recte vero dicitur *hospes,*) David videlicet his non assueverat. *Venit igitur ad eum hospes: Parcens ille,* inquit, *hospiti mactare de his quæ habebat, unam illam,* inquit, *pauperis agnam abreptam mactat.* Quantumvis sane cadat fortis,

fortis, cito resurgit. Rem molestè fert Da-
Ibid. v. 5. vid, erat enim David & in lapsu. *Vivit Dominus, dignus est morte qui fecit hoc.* Sententiam in se ipso tulit. Hanc ubi tulit, declaravit propheta quis esset homo ille. Statim David accessit ad remedium: vidit vulnus, ad medicum confugit. *Peccavi*, inquit, & statim adest medela. *Et Dominus transtulit peccatum tuum.* Quid enim vis, unumne peccatum imputari sanctis, an justitiam multam? Fecit peccatum, at fecit etiam justitias multas. Quid justum est apud justum Deum, paucorum ne meminisse, an mul-
Matth. 7. 2. torum oblivisci? Sit statera, & qua mensura mensi fuerimus, admetientur nobis. Si peccata plura sunt, fit peccator: justitiæ plures, fit justus. Unus & unus. Nam omnia nostra ex abundantiori judicantur. Et res una alba albore superatur ab altera; & dulci, si compares aliquid aliud, dulcius est. Sic etiam justi sumus tamquam homines, non quod peccatum justitia sit. Unde Filius Dei justitia vocatur: nos vero participatione ju-
Exod. 4. 13. & 14. stitiæ justi sumus. Et Moyses aliquid lingua loquutus est, quod tamen non comprehen-
Gen. 5. 6. & 17. 17. sum est historia. Et Abraham invenitur fidelis fuisse, & tamen fuit tempus cum esset incredulus. Non accuso justos, sed Deum gloria afficio. Non invito quemquam ut pec-
Gen. 5. 22. cemus. Placuit Enoch Deo, inquit Scriptura, postquam genuisset filium. Si postea placuit, potest placere qui non placuit.

3. Sed veniamus ad novum Testamentum, licet occurrant adhuc nobis plura e veteri. Nam & Manasses qui idola quadruplicem faciem habentia in templo Dei collocarat, ut undecumque quis ingrederetur, idola adoraret, acta pœnitentia revocatus est ex captivitate. Transeamus ad novum. Ex illo namque, unde potissimum excludere volunt pœnitentiam, pœnitentia potissimum prædicatur. Interrogemus Servato-
Matth. 9. 13. rem. Cur venisti? & respondet: *Non veni, ut justos salvos faciam, sed peccatores*, inquit, *ob pœnitentiam.* Sciscitemur ex ipso, quid
Luc. 15. 5. & 7. gestas in humeris? Ovem, inquit, perditam. Super quo gaudium fit in cælo? super aliquo peccatore, inquit, pœnitentiam agente. Angeli gaudent, & tu invides? Deus gaudens suscipit, & tu prohibes? Con-
Luc. 15. 11. fugiamus ad Deum bonum alacritate majore. Duo, inquit, erant, ambo filii, (dicere mihi non potes pœnitentiam illam gentilium fuisse: sed ambo erant filii, qui sua ex æquo diviserant.) Junior quod habebat consumit: justus cum esset, excidit. At consumtis omnibus venit ad pœnitentiam, & ad patrem properat, & patri occursurus, cogitat quid sit ei dicturus. *Peccavi*, inquit, *in te, & coram cælo.* Hæc apud se statuit, nec latuit bonum patrem. Excusaturus se

A accessit: obviam ivit ille, habens ei honorem. Solum velis, & ipse præcurrit. Incipit loqui, & pater admittit. Considera viscera, & ne abscindas spem. Excepit, & ait: Mactate taurum, & stolam afferte, eamque primariam, & annulum in manum ipsius. Hæc omnia in aliam quidem sententiam exponnuntur: sed tamen compendio significant bonam suscipientis cohortationem, non ad ea quæ volo, sed ad ea quæ dicit. Quod si suscipi hunc, posteaquam pavit porcos, posteaquam absumsit omnia,
B indigne fers, indigne tulit & frater: contra ille honorifice excepit.

4. Et ficus quæ colebatur, & annos tres *Luc. 13. 7.*
fructum non dederat, dimissa est, nec excisa ob spem futuri fructus. Dominus condonat, & tu contradicis? Num quisquam est qui res sibi proprias rapiat? Quod si Deus indulget, quis est qui contradicat? Alioqui discamus orare: *Dimitte nobis debita no-* *Matth. 6. 12.*
stra, quoniam dimisimus & nos. Tu dimittis, & Deus non dimittit? Te tui ipsius fecit medicum. Qua mensura mensus fueris, re-
C metientur tibi. Dimittis: dimittit tibi. Tu malus cum sis, tamen benigne agis, nonne multo magis is qui bonus est. Versatur Jesus cum peccatoribus, medicus cum infirmis. Indignantur Pharisæi, patres eorum qui nunc indignantur. Non aversatur misericors. Ingressus est in domum Pharisæi, vocatus: ingressa est post illum mulier pecca- *Luc. 7. 37.*
trix non vocata. Vidit peccatum, ivit ad justitiam: vidit morbum, abiit eo, ubi erat medicus. Accessit non ad faciem, neque enim usque adeo audax erat, non ipsius ap-
D prehendit manum, non enim audebat: sed ad pedes, quos lacrymis lavabat, effudit comam tunc solum honeste, eam plerumque turpiter ostensam; tunc honeste nudavit. Datum tibi est exemplum, ut ad pedes Jesu confugias. Rediit ad Patrem, sed dicit: *Ego vobiscum sum.* Quandocumque libue- *Matth. 28. 20.*
rit, confugito confidenter, riga pedes, pro-
pinquus est. Et venit præsens, & abiit præ- *Deut. 4. 7.*
sens. Hæc quæ ex novo Testamento desumpta sunt, iis quæ in veteri comperiuntur germana sunt & affinia. Quid prædicat Joan-
E nes? baptismum pœnitentiæ. Atque in parabolis docet, non semel, non bis, ut dum sæpe doceris, discas. Petrus ter negat, tamen in fundamento collocatur. Paulus ex persequutoribus factus est prædicator. Sed hic quæstio est. Quid vero dicit ipse? *Jesus* *1. Tim. 1. 15.*
Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego. Declarat suum ipsius vitium, ut gratiæ ostendat magnitudinem. At dixerat Petrus, & benedictionem consequutus fuerat; dixerat: *Filius es Dei altissimi*; cumque audisset: *Pe-* *Matth. 16. 16.*
tra es, præconio nobilitatus est. Quamquam

autem petra est, non ut Christus petra, sed ut Petrus petra: Christus enim vere petra est inconcussa: Petrus vero propter petram. Nam Jesus dignitates suas largitur, nec exhauritor: sed quæ tribuit, retinet. Lux est. *Vos estis lux mundi*. Sacerdos est, facit sacerdotes. Ovis est: *Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum*. Petra est, petram facit, & servis dat sua. Hoc enim indicium est divitis, habere & tribuere. Verum qui apud nos divites sunt, cum largiuntur, ea quæ habent imminuunt. Divites enim non sumus, nam aliena possidemus. Ille vero sic dives est, ut quantumcumque largitus fuerit, tantum nihilo secius dives permanet, velut fons perennis. Quantumcumque hauseris, non decrescit fluentum. Imo non velut fons: nullum enim apud nos exemplum naturæ illi potest comparari. Quare cum habeamus dignum nihil, minoribus utimur, ut ignota utcumque cognoscamus. Negat ter Petrus, non ut Petrus cadat, sed ut & tu habeas consolationem. Flevit; lacrymæ eum qui nostri miseretur, flexerunt. Nam bonum erat propositum animi, obique solos confitetur. *Spiritus quidem promtus: caro vero infirma*. Qui finxit, figmentum novit, portatque infirmitates, condonans delicta.

Joan. 1. 19. Matth. 5. 14. Ibid. 10. 16. Matth. 26. 41. Psal. 102. 14.

5. *Memento, Domine*, inquit, *quod pulvis sumus*. Ecquid enim est justitia nostra? Vere magnus erat Abraham. Ita erat magnus, quoniam terra est & cinis. Qui enim cognoscit quantum intersit Deum inter & homines, novit seipsum. Audi & alias beatitudines. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*. Deus beatos prædicat, & tu prohibes? Loquunturne Scripturæ uti volumus, debemus ne obtemperare ita, ut scriptum est? atque hæc contra nos. Contentio quæ spem amputat, bona non est. Sed quia veniam post baptisma pollicemur, (hoc enim maxime communit adversus scelus) scribit Apostolus in priore epistola ad Corinthios: *Scortatio omnino inter vos nominatur, & talis scortatio qualis nec inter gentes nominatur*. Audistis mali magnitudinem, etiam latæ sententiæ vehementiam audite: *Congregatis vobis*, inquit, *& meo spiritu, in virtute Christi tradatur qui hujusmodi est satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit*. Castigat, non enim tamquam inimicus rejicit. In priore quidem satanæ tradidit: in posteriore vero nihil priori contrarium scribit, *Confirmetur in illum charitas, ne tristitiæ nimietate pereat qui ejusmodi est*. Solvit etiam indissolubilia Apostolus. Tunc jubet talem satanæ tradere, postea de eodem scribens, ac veniam dans, ait: *Ut ne circumveniamur a satana*. Nam si quem nostrum rapuit, jam nos circumvenit. Egreditur ovis ex caula, luporum fit pabulum. Introduc, ut insidias effugiat. ..ta boni pastores, etiamsi rapta ovis sit, vellus saltem recuperare student. Si vellus mortuæ abstrahere bonum est, animam ex ore lupi eripere res nihili est? Et victor in bello vulneratur, nec ob id non coronatur, quod vulneratus est: sed laboribus multis perfunctus, vulnera accepit. Unum ne malum reputat Deus, multa vero bona non reputat? Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? negarant autem non animo, sed lingua. Caro namque infirma est. Excidit qui abnegat; rursus cum confitetur, instauratur. Nec enim mala observat Deus, bona vero nullo loco numerat. Et cum quis torqueretur, plerumque cessit cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus. At dimissus, ac requiem nactus, restauratur. Servabitur ne dictum breve adversus illum, tormenta vero non enumerabuntur? At Deus judex est, non hominum audacia. Audes legem præscribere Deo, qui infirmitatem novit, & suppeditat auxilium, dabitque victoriam? Quot sunt qui post vitam malam martyrium sustinuerunt? Num quoniam cupiditas illexit, privabuntur laboribus? Non angeli sumus, sed homines, & cadimus & resurgimus, idque sæpenumero hora eadem. *Et stella a stella differt in gloria*. Quam ob causam? Etenim si mensura quædam est justitiæ, debent omnes æque justi esse: sin alii fulgent ut sol, alii splendent ut luna, alii autem pro astrorum discrimine coruscant, perspectum est alium ab alio superari: qui autem superatur, liquet eum peccatis parvis obnoxium esse. Quod si nemini qui peccavisset, daretur venia, foret discrimen in varietate.

Ibidem. Gen. 18. 27. Psal. 31. 1. 1. Cor. 5. 1. Ibid. v. 4. 2. Cor. 2. 8. Ibid. v. 11. 1. Cor. 15. 41.

6. Sed quoniam demonstrare necesse est, lapsos post baptisma salutem consequi, non sine metu loquor, ne præter animi mei sententiam desciscatis: omnino enim cupio non peccare qui baptismum accipiunt. Quod si qui aliquando præter voluntatem lapsi fuerint, non volo quod volunt qui pœnitentiam abrogant, nolentes nos una commori in cruce: sed quod Apostolus vult, nos una cum ipsa sepeliri, nec amplius vivere nos peccato; hoc ipsum volo. *Non abjicio autem gratiam Dei*, ait Apostolus scribens ad Galatas, quod Spiritum acceperant. Num hoc manifestius quiddam quæris? Sed infert: *Sic stulti estis, ut cum Spiritu cœperitis, nunc carne consummemini*. Ergo Spiritum acceperant. Et iterum: *Hoc solum volo discere a vobis: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Currebatis bene*. Videte quot prærogativæ. Audi peccata. *Nunc carne consummamini. Excidistis a Christo*. Vidisti ipsos habe-

Rom. 6. 4. Gal. 2. 21. Ibid. 3. 3. Ibid. 3. 2. v. 4.

habere Spiritum: audisti illud, *Evacuati estis* A *a Christo:* similiter quoque, *A gratia excidistis*. Quid postea subjungir, locum dans in-
Ibid. 4. 19. staurationi? *Filioli mei, quos iterum parturio.* Semel genuerat; sed qui semel genuerat, noo recusat etiam denuo gignere ad salutem. Quod si quispiam omnia alia animo malo agat, idipsum fuerit impium. Homines vero qui Spiritum acceperunt, qui bene cucurrerunt, tanta passi, periclitati, frustra toleratis adversis, lapsi & evacuati, iterum tamen regenerantur, ot rursus Dei formam recipiant. Num quidquam superest tibi, B quod adversus poenitentiam opponas? Quis nos formavit? Deus. Fecit nobis corpus, fecit oobis animam. Cootemnit ne? Quis dedit nobis pharmacom vitæ? Cur adhibeotur lectiones? ut desistamus a peccatis. Cur irrigamur? ut fructum afferamus. Quid oramus? ut dimittantur nobis peccata. Imponamus finem orationi. Quibusnam non est poenitentia? Ille ipse est, qui poenitentiæ spe male agens, habet maleficii habitum, ac poeniteotia privatus est. Spes est etiam post peccatum, est curatio etiam post ulcus, C sed manet cicatrix. Beatum fuerit, ne vacillasse quidem: beatitudo altera, reddita post plagam sanitas. Deo autem, qui initio condidit, seque demittit ad infirmitatem, & propositum servat, ac poenitentiam largirur, per eum qui nobis bona confert, Jesum Christum Dominum nostrum, gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

EJUSDEM HOMILIA

Adversus eos qui per calumniam dicunt dici a nobis Deos tres.

1. SOlatium magnum est aoimis qui ob concitatum in se odium afflictantur,
Joan. 15. 18. una cum Domino odio haberi. *Si enim mundus vos odit, scitote*, ioquit, *quod me ante vos odio habuit*. Quapropter si Dilectus odio habetur, quid est magni, si nos apud homines quibus copiosa est odii supellex, odio digni habeamur? Prohibeor loqui tristium recordatione, quæ animum subit; atque deciden- E res lacrymæ vocem intercipiunt, cum cogito quod dilectione & pace nobis a Domino relicta, nequaquam tamen quæramus quod relictum est. Donum est quod oculos fugit, nec iquoquam reperitur. Charitas relicta est, sed pugna manet. Data concordia est, sed odium accensum est. Magnum odii rogum inter nos accendimus. Plangimus quisque privatim, nec tamen coovenit inter nos. Quis mihi dabit theatrum universum orbem terrarum, & vocem tuba validiorem, & lamentationes Jeremiæ, & lacrymas uberes, quibus cor doloribus contritum dirumpam, pulveremque oobis nunc ignomioiose aspersum persundam, & deplorem calamitatem communem? Quippe defecit mandatorum radix charitas. Quapropter insatiabili spiritus amplexu complector adstantes, quod alter alteri conglutinati, spectaculum insolitum exhibuerunt. Nam privatim unusquisque velut arena effecti sumus, oon sociati inter nos, sed singuli inter nos divisi. Neque enim detractis compagibus, potest ædificium coosistere: neque Ecclesia in altum crescere, pacis charitatisque vinculis oon colligata.

2. Aures paulisper nobis patienti animo commodate, non ad ostentationem dicturis, sed ad id impulsuris, ut vos in tristium societatem adjungamus; nam societas gemituum affert solatium lugentibus. Fortasse autem & tristitia nostra adunata, vehementius ad Dominum transibit. Num quisque nostrum ob languidam agendi rationem privatim exaudietur? Quod conspicimus, id antiquæ illius Patrum charitatis reliquiæ sunt. Nam illi eam ob causam publicos hos conventus adinvenere, ut certis anoi temporibus convenientes, inductam temporum processu alienationem renovarent, iique qui dissiti sunt, si ad unum hunc locum accederent, sibi amicitiæ atque dilectionis initium congressum facerent. Hic est spiritualis conventus, quo vetera renovantur, futuris initium præbetur. Non enim venimus rerum venalium facturi permutationem, sed charitatis commutatiooem mutuam exhibituri, daturi charitatem plenam, plenamque receptu- D ri. Hæc sunt a patribus nostris constituta. Nos autem qui ea velut per manus tradita accepimus, io quem statum degeneraverimus, spectaculum præsens ostendet. Plurimi eorum qui adsunt, magis sunt exploratores eorum quæ dicenda sunt, quam discipuli eorum quæ docentur. Atque exquiritur concio, noo ut adstantes ædificentur, sed ut insidiatores locom habeant calumniandi. Quod si forte dictum est quidpiam, quod conveniat cupiditatibus eorum qui sententiam explodunt, abiit qui audivit, tamquam si id quod suum est, apud nos reperisset. Hæc cordibus vestris inscribantur. Reddite testimonium veritati & nobis, adversus eos qui talia divulgant, videlicet quod nos donum vetus instauravimus.

3. Hæc enim sunt non timentium Dominum verba, sed aperientium contra nos os, quasi nos Deos tres enuntiemus. Deos tres qui prædicat, quid quærit in Ecclesia Domini? alibi Deorum multitudo, alibi religiosus Dei cultus. Qui tres dicit, audeat etiam dicere quatuor, numerum ad duodecim usque extendat. Quæ est igitur insania eorum qui exa-

exacutam linguam habent contra verira- A tem? Non ſum puſillo animo ad reprehendendum, ſed exſpecto judicium Chriſti. Illic mihi ex adverſo ſiſtenrur, qui hanc calu- 1. Tim. 2. 19. mniam conſuunt; *Novit Dominus qui ſint* Prov. 14. 31. *ſui* : &, *Qui calumniatur pauperem, irritat eum qui fecit illum*. Si fidem patrum trado, cur miſſis patribus me bello petis? ſi credo in Patrem, ſi confiteor Filium, ſi non reprobo Spiritum. Trinitatem qui confitetur, ſi Deos rres nominet, abrogat baptiſma, & fidem impugnat. Quorſum mea perſona ſuppoſita, Dominum bello impetis? Quis reliquit, ut B Matth. 28. 19. baptizemus in nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti? ego, an Dominus? Cujus ſunt verba? præconis, an illius qui miſit? Cur, quia perſonam meam calumniis facile obnoxiam reperis, ob me impugnas veritatem? ob me concutis fidei munimentum? Ego quidem expugnari facile poſſum: ſed fides per- Ephes. 4. 5. ſtat inconcuſſa. Unus Dominus, diſce ex verbis Pauli, non duo, aut tres. Etſi Filium Dominum nominavero, non in duos Dominos, non in Deos multos diviſi dominationem. Dominus Pater, Dominus Filius: una C fides, cum Dominus unus ſit. Unum uni comes eſt, uni Domino, una fides, uni fidei, unum baptiſma. Sic unum ex uno per unum confirmatur. Sed ſi non dejicio Spiritum, neque eum in ſervili ordine colloco, propterea calumniam illam ſuſcipio. Cave dicas quæ non dico, & videamus calumniæ tuæ veriſimilitudinem. Quid occultas tuam ipſius calumniam? Mentirls, vir exſecrande, cum ais Deos tresa nobis prædicari, nec aperte dicis nos ipſos eſſe, qui eos qui Spiritum ſanctum creaturam dicunt, anathemate feri- D mus? Hanc accuſationem admitto. Eam ob cauſam ignem ſubibo & gladium exacutum. Sive rota collidat, ſive tormenta in me moveantur, eadem animi perſuaſione perferam tormenta, qua martyres hic jacentes coronas conſequuti ſunt. Itaque hoc me nomine accuſa, quod non inter creaturas numero Spiritum ſanctum. Quod ſi quid amplius dixeris, reddes rationem Judici. Modo lege- Joan. 15. 26. batur, *Cum venerit Paracletus*, tu vero inde occaſionem arripuiſti calumniandi, injuriam ut inferas. Paracletus, inquit, qui pro te E rogat. Per quæ te afficit beneficio, per ea animum ingratum oſtendis. Non igitur ſuſcipis Paracleti beneficentiam. An non Dominus hanc ei appellationem congruere ſan- Joan. 14. 16. & 16. 7. xit? *Mittam vobis & alium Paracletum*. Qui cum & alium dixit, nonne ſeipſum ante alium oſtendit? Si ex me ipſo loquor, ne audite me: ſin autem quæ ſcripta ſunt pronuntio, ſubjice te veritati. Perfectus neque minuitur, neque augetur. Unus ingenitus Deus: unus Unigenitus ejus Filius ac Deus. Sicut non eſt Deus alter, qui quoque una cum ipſo ſit ingenirus: ita neque eſt Filius alter, qui quoque una cum ipſo ſit genitus. Quemadmodum non eſt voce tenus Pater: ſic neque eſt voce tenus Filius. Deus Pater: Deus Filius: Deus perfectus Pater: Deus perfectus Filius. Incorporeus Pater: incorporeus Filius, incorporei character, & imago incorporea. Credis genitum eſſe? Cave quæras, Quomodo? Si enim licet quærere quomodo ingenitus ſit ingenitus, licet & quærere quomodo genitus ſit genitus: ſin ingenitus quæſtionem hanc non relinquit, quomodo ſcilicet ſit ingenitus: ita neque genitus relinquit locum quærendi, quomodo genitus ſit. Cave quæras quæ inveſtigari non poſſunt, non enim invenies. Etenim ſi quæras, a quo diſcere potes? A terra? non exſiſtebat. A mari? non erat liquidum. A cælo? non erat ſurrectum. A ſole & luna & aſtris? non erant condita. A ſæculis? ante ſæcula Unigenitus. Ne interroga ea quæ non ſemper ſunt, de eo qui ſemper eſt. Quod ſi nolis, ſed contendas, derideo tuam amentiam: imo potius deploro tuam audaciam.

4. *In principio erat Verbum, & Verbum* Joan. 1. 1. *erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Illud, erat, explodit vocem, *non erat*, & vox, *Deus*, explodit vocem, *non Deus*. Crede iis quæ ſcripta ſunt: quæ non ſunt ſcripta, ne inveſtiga. Hoc Verbum Filius Dei, homo factum eſt ob lapſum hominem Adamum. Propter Adamum incorporeus in corpore. Propter corpus, Verbum nubem aſſumpſit, corpus videlicet, ut ne res viſibiles combureret. Demiſit ſe ad carnem, ut & caro una cum illo erigeretur. Inviſibilis in viſibili, ut viſibilia ſubiret. Velut homo ſub tempus, velut Deus ante tempora. Illud, *velut*, non ſimilitudine, ſed veritate, utrumque Deus & homo. Deus erar, homo factus eſt per Incarnationem. Non prius *factus eſt*, & runc *erat*: ſed prius, *erat*, & tunc *factus eſt*. Ne igitur carnis diſpenſatio tollat Unigeniti deitatem. Hæc enim ſunt hæreticorum effugia, & Manichæorum deliramenta. *Nam fundamentum aliud nemo* 1. Cor. 3. 11. *poteſt ponere præter hoc quod poſitum eſt, qui eſt Jeſus Chriſtus*. Genitus eſt per mulierem, ur genitos regeneraret. Crucifixus eſt ſponte, ut eos qui inviti crucifixi erant, detraheret. Mortuus eſt ſponte, ut eos qui præter voluntatem mortui erant, exſuſcitaret. Mortem quam non ſuſcipiebat, ſuſcepit, ut eos qui ſub morte erant vivificaret. Devoravit ipſum mors inſciens: ubi devoravit, cognovit devoratum. Devoravit vitam, a vita devorata eſt. Devoravir unum cum omnibus, amiſit propter unum omnes. Rapuit ut leo, confracti ſunt dentes ipſius. Quapropter etiam velut debilis contemnitur. Nec enim amplius eam ut leonem ti-

me-

memus, sed velut pellem conculcamus. Unigeniti ex Patre generatio silentio colatur. Novit enim ipse qui genitus est, & qui genuit. Nosse enim debemus quæ loqui oporteat, & quæ oporteat silere. Non omnia verba queunt a lingua proferri, ut ne mens velut oculus solem totum intueri volens, etiam quod lumen habebat perdat. Nam in hoc cognoscis, si noveris te non comprehendisse. Itaque generationem illam quæ arcana est & inenarrabilis, silentio colamus. Quod si etiam huic concipiendæ impares sumus, ne afficiamur tristitia. Nam illa formidanda est ob naturam: hæc vero inexplicabilis ob rei novitatem. Joannes vox quidem dicebatur clamantis in deserto: sed homo erat natura. Cave igitur tollas ob Verbi nomen Unigeniti hypostasim. Sed forte dixeris: Cur igitur honoratior est qui a dextris sedet? Verum si per seipsum honorem haberet, foret honoratior: sin autem a Genitore accepit, est ejus qui dedit beneficium. Non erat alius Filius, ut a sinistris sederet. Unus ingenitus Deus, unus quoque Unigenitus illius, Filius & Deus. Decebat igitur Filium Patri dextram non cedere, sed Patrem Filio. Nimirum naturæ quæ a nostra separatur, separato etiam notionem. Nam apud nos pater ex alio patre est, & tempore indiget, & alimento, & incremento, & alia cura, nec quod vult pater, hoc generat. Deus vero potestatem habens cum voluntate concurrentem, genuit dignum seipso, genuit uti ipse novit: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

SERMO DE LIBERO ARBITRIO.

1. Quibus inest divina lex, non atramento & literis inscripta, sed spiritu Dei viventis, nec tabulis lapideis impressa, sed tabulis cordis carnalibus insita; illi mentis oculis illuminati, ac semper, non sensibili aut visibili, sed spiritali spe affecti, exacte sciunt, quam impossibile sit propriis viribus offendicula versuti hostis vincere, nisi insuperabilis potentia Dei succurrat. Qui vero Dei verbo atque doctrina exculti non sunt, ii frustra inflati, libero se putant arbitrio peccati occasiones abolere posse, quod per solum crucis mysterium aboletur. Liberum enim illud quod in potestate hominis est arbitrium, in eo situm est, ut velis vel nolit resistere diabolo, non in eo quod possis penitus adversus affectiones imperium obtinere. *Nisi enim Dominus custodierit civitatem, aut ædificaverit domum, frustra vigilat* custos, & frustra laborat ædificans. Impossibile namque est ambulare super aspidem & basiliscum, & calcare leonem & draconem, eum, qui non prius seipsum, quatenus homini possibile est, repurgavit, ut possit corroborari ab eo qui Apostolis dixit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici*. Siquidem enim humana natura extra Spiritus sancti armaturam diaboli insidiis resistere posset, utique ab Apostolo dictum non esset: *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedes vestros brevi*: & iterum, *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui*. Quapropter & jussi sumus precari dominum, ne ingrediamur in tentationem, sed ut liberet nos a malo. Nisi enim potentiori auxilio ab ignitis mali hostis jaculis liberati, adoptionem filiorum Dei promeruerimus, inanis erit conversationis nostræ conatus, utpote procul a virtute crucis dissitus. Itaque qui divinæ gloriæ particeps esse, & in sua mente quasi in mundo quodam speculo formam Christi videre cupit, opus habet, ut amore insatiabili, & animi affectu inexplebili, ex omni corde & virtute, noctes atque dies, divinæ potentiæ auxilium ambiat, cujus participem fieri impossibile est, nisi eum, ut prædiximus jam, qui prius fuerit alienus a mundanarum voluptatum mollitie & concupiscentiis adversariæ potestatis, quæ a lumine & bona operatione remota est, & extorris atque omnino peregrina.

2. Si cupis igitur cognoscere, cujus gratia conditi, inque paradisum locati, insipientibus tandem animantibus comparati & assimilati simus, ab immaculata illa gloria relapsi: sciendum est, quod quoniam per inobedientiam servi carnalium concupiscentiarum facti sumus, nos ipsos a beata viventium regione extorres reddidimus, atque ita in captivitatem abducti, ad flumina Babylonis adhuc sedemus. Et quoniam adhuc in Ægypto detinemur, promissionis terram nondum fortiti sumus, lacte ac melle scaturientem. Nondum fermento sinceritatis confermentati sumus, sed adhuc fermento nequitiæ occupamur. Nondum aspersum est cor nostrum sanguine Agni Dei: adhuc enim illi laquеus inferni & hamus malitiæ infixus est. Nondum lætitiam salutaris Christi recuperavimus; stimulus enim mortis etiamnum nobis penitus est infixus. Nondum induimus novum hominem, qui secundum Deum in sanctitate & justitia conditus est: quoniam veterem hominem qui secundum desideria erroris corrumpitur, nondum exuimus. Nondum portavimus imaginem cœlestis, conformes gloriæ ipsius facti, quia adhuc imaginem terreni portamus. Nondum adoravimus Deum in spiritu & veritate, quia adhuc regnat peccatum in mortali nostro corpore, Nondum con-

Luc. 10. 19. Rom. 16. 20. 2. Thess. 2. 8. Matth. 27. 40. Psal. 136. Psal. 126. Psal. 90. 13.

contemplati sumus gloriam incorruptibilis A Dei: adhuc namque sub nocte illuni & obscura jactamur. Nondum induimus arma lucis, quia nondum & arma & opera tenebrarum exuimus. Nondum transfigurati sumus renovatione mentis: adhuc enim huic sæculo, in vanitate mentis nostræ conformamur. Nondum cum Christo glorificati sumus, quia nondum illi compatimur. Nondum stigmata ipsius in corpore nostro in mysterio crucis constituti portavimus: adhuc enim sumus in desideriis & concupiscentiis carnis. Nondum sumus hæredes Dei, & B cohæredes Christi facti, inest enim nobis adhuc spiritus servitutis non adoptionis. Nondum facti sumus templum Dei & habitaculum Spiritus sancti: sumus enim adhuc templum idolorum, & receptaculum spirituum nequitiæ, propter in vitia impetum. Vere namque, vere, inquam, nondum animi morumque sinceritatem & mentis splendorem adepti sumus. Nondum potiti sumus lacte illo doli nescio & rationali, atque incremento spirituali. Nondum nobis dies illuxit, neque lucifer ortus est in cor- C dibus nostris. Nondum Soli justitiæ admixti sumus, neque ejus fulgoribus coruscavimus. Nondum accepimus similitudinem domini, neque consortes facti sumus divinæ naturæ. Nondum facti sumus fuco carens purpura regia, neque germana imago divina. Nondum ab amore Dei vulnerati sumus, neque spirituali charitate sponsi sauciati. Nondum invisibilem & mysticam communionem cognovimus, nec potentiam & pacem quæ in sanctificatione sita est intelleximus. Et ut omnibus contractis summatim D dicam, nondum sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta: populus qui in lucrum accessit & peculium: quoniam adhuc serpentes sumus, progenies viperarum. Quomodo enim non sumus serpentes, qui super terram serpimus, & terrena sapimus, nec conversationem nostram in cælis habemus? Quomodo non progenies viperarum sumus, qui non in obedientia Dei, sed in inobedientia quæ per serpentem est, deprehendimur? Quoniam igitur non invenio, quomodo pro rei merito calamitatem istam de- E plorem, & ignoro, quomodo cum lacrymis eum, qui demorantem in me seductionem abigere & expellere potest, implorem: quo- *Psal. 136.4.* modo cantabo canticum Domini in terra aliena? Quomodo lamentabor ac deflebo Hierusalem? Quomodo effugiam molestam ac duram Pharaonis servitutem? Quomodo relinquam turpem hunc incolatum? Quomodo renuntiabo acerbæ illius tyrannidi? Quomodo Ægyptum egrediar? Quomodo mare rubrum trajiciam? Quomodo terribilem solitudinem pertransibo? Quomodo a serpentibus ictus non peribo? Quomodo alienigenas debellabo? Quomodo gentes exterminabo? Quomodo tabulis meis excipiam divinæ legis oracula? Quomodo videbo columnam veræ lucis, & Spiritus sancti nubem? Quomodo fruar manna alimoniæ sempiternæ? Quomodo bibam aquam vivificantis petræ? Quomodo transibo Jordanem, ut ingrediar bonam promissionis terram? Quomodo videbo principem exercitus: quem conspectum Jesus Nave, procidens e vestigio Deum adoravit? Nisi enim superatis his omnibus exterminavero quæ in me sunt gentes, nec ingrediar, nec requiescam in sanctuario, neque particeps ero gloriæ Dei.

3. Satage igitur, ut fias immaculatus filius Dei, ingrediareque in requiem illam, in quam præcursor noster Jesus nostri gratia intravit. Cura ut conscribare in Ecclesia cælesti cum primogenitis, ut inveniare ad dexteram magnificentiæ excelsi. Satage ut ingrediaris in sanctam civitatem Hierusalem supernam, & in delicias paradisi. Istis enim præclaris ac beatis exemplaribus non poteris alio pacto dignus haberi, nisi lacrymas instar torrentis noctesque diesque profundas, imitatus eum, qui dixit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis strasum meum rigabo.* *Psal. 6. 7.* Non enim ignoras, quod qui seminant in lacrymis cum gaudio metent. *125. 5.* Quapropter & cum fiducia propheta dicit, *ad lacrymas meas ne sileas:* & iterum, *Pone lacrymas meas in conspectu tuo, sicus & in promissione tua:* *34. 21.* *55. 9.* &, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte:* *41. 4.* & in alio psalmo, *Et potum meum*, inquit, *cum fletu miscebam*. Revera namque ex ingenti afflictione, cordisque turbatione & ferventi æstuatione, in veritatis cognitione profusa lacryma, cibus est animæ, per cælestem panem subministratus, cujus præcipue particeps erat Maria ad pedes Domini sedens & lacrymans, secundum ipsius servatoris testimonium, dicentis: *Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* *Luc. 10. 42.* O pretiosas lacrymas instar margaritarum e beatis illis oculis profluentes! O divinas illas & morigeras aures! O fortem ac sapientem animum! O acrem & spiritualem amorem, ferventer ad immaculatum sponsum anhelantem! O stimulum desiderii animæ Dei Verbi cupidæ! O studiosum & irremissum sponsæ & sponsi consortium! Imitare Mariam hanc, o fili, imitare, ad nihil aliud respiciens quam ad eum qui dixit: *Ignem veni mittere in terram: & quid volui, nisi ut jam esset accensus?* *Luc. 12. 49.* Est enim inflammatio spiritus, corda excitans & calefaciens. Propterea, quod spiritalis ac divinus ignis animas quidem illuminat, & probat interne, sicut aurum sincerum in camino pro-

probatur, malitiam vero consumit, veluti A
Deut. 4. 24. stipulam ac spinas. *Deus enim noster ignis consumens est*, ultionem in flamma ignis de illis sumens, qui se ignorant, & Evangelio ipsius non obtemperant. Hic est ignis ille,
Act. 2. qui operatus est in Apostolis, cum loqueren-
Act. 9. tur linguis ignitis. Hic ignis per gloriam Christi, Paulum suo splendore undique circumfundens, mentem quidem illius illuminavit, visus vero corporis sensum obscuravit. Acies enim carnalis visus lucis illius vim
4. Reg. 2. non sustinet. Hic ignis visus est Mosi in rubo. Hic ignis Eliam in specie currus abri- B puit. Ignis hujus efficaciam quærens beatus
Ps. 25. 2. David dixit: *Proba me, Domine, & tenta me, ure renes meos & cor meum*. Hic ignis
Luc. 24. 18. Cleopæ & ejus qui cum ipso erat corda calefecit, cum illis post resurrectionem loqueretur Dominus, unde & angeli, & administratorii spiritus, ignis exurens sunt. Hic ignis trabem illam qui intus est in oculo nostro comburens, mundam constituit mentis aciem, ut recepta nativa perspicuitate, admiranda Dei opera continue videat, juxta eum qui dixit: *Revela oculos meos, & contemplabor mirabilia ex lege tua*. Ps. 118. 18. Hic itaque ignis dæmones fugat, malitiam exurit, resurrectionem potentia sua & immortalitatem operatur, animas sanctorum illustrat, & rationales virtutes suffulcit. Hunc ignem precemur ut & nos occupet, ut semper in luce ambulantes, ne modice quidem umquam offendamus; sed velut luminaria in mundo conspicui perpetuo sermonem vitæ contineamus: ut in bonis Dei cum Domino nostro Jesu Christo deliciantes, in vita requiescamus in sæculorum sæcula. Amen.

MONITUM.

Duas quæ sequuntur Homilias jam olim edidere doctissimi viri Franciscus Combefisius & Joannes Baptista Cotelerius, ille Latine dumtaxat, hic Græce & Latine. Quamquam autem hæc opuscula pro spuriis habeamus, ea tamen rursus hoc loco edenda esse censuimus. Græca Latinaque & notas mutuati sumus a Cotelerio. Plura qui cupit, legat præfationem, in qua de his oratiunculis disputatur.



SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII MAGNI
ARCHIEPISCOPI
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ
IN ILLUD:

Prov. 6. 4. *NE DEDERIS SOMNUM OCULIS TUIS, NEQUE INDORMITES PALPEBRIS TUIS.*



Onme dolore afficit eorum paucitas qui ad spiritalem hanc celebritatem convenerunt paucitas. Cerno enim imminutum esse quod tumultum concitare solet, adesse vero eos qui audiendi studio tenentur. Nullatenus enim iis opus habeo qui extra murmure perstrepunt: sed animas requiro auditionis cupidas, decenter circumstantes spiritale auditorium, quæque rite suscipiant commonitiones Spiritus, & memoria conservent documenta salutaria: quas res inesse iis qui adsunt exopto. Cum & pastori tutior sit operatio in paucitate, quam in multitudine gregum, & gubernatori ductu facilis sit una navis, licet etiam fluctus insurgant, undique terram alluentes, ac difficilem sua vehementia reddentes gubernationem. Propter charitatem quidem erga singulos, vellem cunctos adesse homines: sed quia cum multitudine insertum est quod est spurium; oro ut quod purum est, accurate discretum, separatumque a noxio, solum nobiscum sit; non ad calumniam circumstans, sed vere audiens. Opto frumentum segregatum a palea. Hæc quippe omni Ephes. 4. 14. vento doctrinæ circumfertur: illud autem grave & firmum ac per se cadens, spiritu secretum, horreo dignum censetur. Quid dicam? Quo vos modo alloquar? Quo pacto antevertam præterita? Futurorum debitum? Etenim præteritorum reus sum, & futurorum debitor. De qua Scripturæ parte vobis opportune differam? Omnes ejusdem pretii sunt, omnes spiritales, omnes a Deo inspiratæ, omnes utiles. Verum nec facilis mihi est discretio; nec vobis licet, illam rejicere, hanc admittere, cum æqualis sit gratia in unaquaque, & proponatur nobis dignitate par undique proveniens emolumentum. Loquutus est nobis utilia verba, Proverbiorum conscriptor Salomon. Hoc primum auribus vestris immisit: hinc inchoemus istam ad vos Homiliam. Perspicacem te vult esse discipulum & sublimem consilio. Horum utrumque exhibet duplex sermo: *Ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis. Ne dederis somnum.* Hunc ne prohibet somnum, communem naturæ affectionem, vultque nos pervigiles manere? Igitur accusatio est creatoris, qui vitæ nostræ conjunxit requiem somni? *Ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis.* Non eumdem sermonem repetit, sed differentiam novit somni & dormitationis. Somnus enim est, gravis sensuum stupor; dormitatio autem, mistura vigiliæ ac somni. Quia igitur alii quidem profundo detinentur somno, donorum Dei oblivione quasi veterno occupati; alii vero permiste, interdum vigilant, interdum velut indormitant; neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tamquam sanum. 5. *Ut salveris tamquam damula e laqueis.* Damula seu dorcas animal est acie oculorum valens, ex qua dorcadis nomen tulit: nihil latet dorcadis oculum: novit quid cavere debeat: novit ubi sit cursus gubernaculum. Sed & damula sis, ad scrutanda quæ inferius sunt; & avis, ad quærenda sublimia; ut ne reti inhibearis, at excelsior fias laqueis. Numquam avis incidit in rete, si naturaliter sibi insita penna aerem secans super terram elevetur. Vult ergo te per mentis sublimitatem, quam a Creatore tuo accepisti, caute observare; & pigritiæ coalumnum vitium in-

infectari, tamquam quod felicem exsequutionem eorum quæ a Domino præcepta sunt nobis, expellat. Gravissimum peccatum est pigritia, animarum segnities. Noli esse circa mandata Domini otiosus, noli hoc quidem facere, illud vero differre. Fœnerariciam quamdam agis satisfactionem, ut qui totum impleveris. Sed vult te ad ea quæ Philip. 3. 13. 14. sunt priora extendi. Vides quod te cupiat rectum esse pietatis cursorem, ad bravium supernæ vocationis properantem? Non ergo oportet ut idem piger sit ac negotietur. Adest qui petit: si cessaveris ad eleemosynam, cessatio impedimento tibi est ad cursum salutis. Itaque ut te a somno excitet, æmulatoremque faciat bonorum operum; parvo animali electo, omnium minimo, hoc apponit tibi. 6. *Vade ad formicam, o piger, & æmulare vias ejus*. Vidisti quo pacto te usus fuerit: vilem magistrum præmonstrat; ut eo modo somnum excutiens, segnitiem repellens, verecundia affectus ob rem quæ in comparationem assumitur, teipsum dignum reddas Creatore. Si dixisset tibi; imitare equi cursum, imitare camelum in gestatione onerum; imitare bovem terræ cultorem; respondisses, quomodo imitari potero quæ mole corporis ingentia sunt? aliud illis inest corporis robur: ego vero parvus sum & infirmus. Ne hoc prætenderes, animal procul dubio imbecillius tibi ad imitationem proposuit. *Vade ad formicam, o piger*. Quid contemnis magnum præceptorem? Formica te excitet ad operationem. *Et ab illa disce*. Illa non novit magistrum, non peregre profecta est, non didicit agriculturæ artem, non junxit bovem, non possidet bovem aratorem, non pugnat de terminis terræ, nec ad iram provocat vicinos, non hæc quidem detinet, illa vero assumit, nihil scit eorum quæ ad agriculturam pertinent; non habet instantem dominum, non tributorum collectorem qui cogat, non famulos qui annona cum non fuerit iis distributa, contendant cum Domino. Nihil horum adest: sed naturalis quædam necessitas animal excitat. Itaque natura tunc. Et tibi accedit ratio quæ naturæ parens est. Ratione antecellis formicam. Si facultas cooperaria est; præstantior facultas tua, facultate formicæ. *Vade* igitur *ad formicam, piger, & ab illa disce*. Antea edoctus fuisti; sed ex segnitie pristinam doctrinam abjecisti, & in oblivionem lapsus es ob somnum quem dile- Prov. 6. 7. xisti. Disce a formica. Illa enim agellum non habet, nec dominum, neque subjecta est necessitati, & nulli necessitati serviens, domini expers, vitam ducens sui juris ac liberam, ipsi sibi instat, & seipsam ad opus urget. Quis dixit formicæ: nunc messis est & quis iterum dicet, nunc rursus hyems? Ut ostendat tibi providentiam Dei, per omnia

A pervenire ad nos. Ne vero etiam te liberum aut nullius dominio mancipatum existimares, formicam tibi commonstravit. Etenim illa, non spontaneo quodam casu hæc operatur; sed urgentem habet Dei dispensationem, præceptore usa lege naturæ. Hæc sunt documenta. Messis est & formica operatur, quæ a tua operatione excidunt, in suum vertit lucrum. Vereor nequando tui accusatrix exsistat, quod laboriose Dei dona non collegeris, sicut ipsa repositoria sua implet. Disce formicarum hospitium. Illa sibi con- Prov. 6. 7. B ficiens binas concamerationes ternasque contignationes, (Noemum imitata, & diluvii apparatum in arca,) alias quidem sibi subiectas, alias vero quæ domos supergradiantur construens, alias receptacula constituit, alias demensa. Vidistine aliquando formicinam cavernam? Considerasti diligenter, aut ut nec formicina perdisceres? Apte compositæ sunt formicæ stationes: separata sunt apud illam sordida a puris: in repositorio degit, & seita est repositio. Aspexi ego frumentum a formica repositum, non temere C autem projectum, sed cum prudenti consilio apotheca donatum. Scilicet unguis scindit medium frumenti; suspicata ne forte sub terram cadens, indeque humectatum, perveniat ad germinationem: sed diffindit & mortuum reddit frumentum; ut ad alimoniam aptum sit, ad germinationem inutile. Videtur ne tibi fide dignior esse magistra, quæ tanta sapientia & arte utitur? *Vade ad formicam, o piger*; disce formicæ bene constitutum ordinem; quo modo quæ frumentum convehunt, eas quæ egrediuntur non impe- D diunt; sed unus est locus exeuntium, alius importantium: atque ordo in illis est, quamvis regem ducentem non habeant, nec divisionem in tribunos noverint: sed ut unus viarum bonus ordo, hinc alia, altera vero cum aliis illinc, quando se mutuo prætereunt, sibi invicem impedimento non sunt ad cursum. Quis autem hæc ordinavit? Ego existimo ordinum rectores & ducendis exercitibus præfectos hinc accepisse Tacticam peritiam, & ad hominum disciplinam transtulisse. Sic sapientiæ lex antiquior est institutis artis. Ad- E est formicæ & præscientia. Sæpe igitur e suis specubus proferentes frumentum exsiccant, cum fuerit madidum. Tunc ergo ubi videris annonaria frumenta extra formicarum cavernam, scito imbrem non futurum. Unde hoc? nisi a Domino: ut persistat animal, nec pereat fame. Noli ergo existimare res tuas irrationabili & spontaneo casu regi. 8. *Aut vade ad apem*. Quid vulgarius hisce exemplis? Quis ignorat formicam? Quis nescit apem? Animalia quæ teruntur, quæque nobiscum vivunt, ea nobis ostendit. Ut autem eorum accipiamus deductionem seu magiste- rium,

rium, quo nostri curam geramus; quia non A fufficiebat formicæ exemplum, apem adjecit. Nam poterat mihi dicere avarus, & retinens opum fuarum; Imitor formicam: est enim animal immunificum, quod fibi coogregat, alteri vero non congerit. Dixiffet, Obtempero doctrinæ. Formica laborat ad proprium ufum: igitur & ego repono: nihil me amplius admoneas. Verum hoc loco ut laboriofus fis & operofus, formicæ exemplum adductum eft; ut autem munificus, apis. *Aut vade ad apem, & difce quo modo operaria eft.* Utile eft exemplum apis, ad dan- B dum fructum & propter ultionem. Etenim apis dum ulcifcitur fe, plagæ immoritur: & Chriftiani mors eft, redditio mali. Illum quidem paululum probro affecifti, ipfum vero te interemifti per mandati violationem. Rom. 12. 17. *Nulli malum pro malo reddentes.* Vidifti quo modo apis vitam cum aculeo projiciat? Ita & Chriftianus, cum de inimico vindictam fumit, per vulnus hosti inflictum vitam fuam amittit. Ne fis ergo aut in hoftium ultionem Prov. 6. 8. propenfus, aut in bonis tuis avarus: fed ab ape difce; cui quidem mortem conciliat vin- C dicta; operationem vero fuam exhibet in ufum regibus & privatis hominibus, delicate viventibus & morbo afflictis; nec non industria fua, omnique vita utilis eft ufque ad odorem. Apis varietate artis, etiam mel novit colligere ex eodem flore: & aliud quidem reponit in mel, aliud vero in favum; & ceram complngit melli. Quis docuit apem illam facere fiftulas alveares, ac texere tenuem membranam? Quænam ex iis vetere adito præceptore, ædificia fex laterum & quatuor laterum condere edocta fuit? Quo D pacto angulum conftituit per ceram, & parietes pertexuit? ut anguli, firmitatem procurarent; parietes, mel cuftodirent. Cur non unam fiftulam fecit, fed hinc illincque compegit mellis apothecas? Qua ratione cavo cuique fuum immittit mel? fi unum conftruxiffet receptaculum, pondere dirupta fuiffet bafis: verum fupponit cava, parietes fubjicit, angulos munit. Quis architectus? Non ille architecturam didicit. Vidifti quanta fit in ape fapientia, quantum in formica laboris ftudium? Nonne erubefcimus, fi a E fapientia formicæ difcedamus, & a diligentia apis fuperemur? Parva hæc animalia excitent mentem noftram, ad bonorum operum curam. Animal gregale eft: neque formica fingulariter degit, neque apis folitarie: gregatim vivunt; gregatim volant. Numquam vidifti apem feorfum volantem, fed inter fe communem habent volatum. Non eæ fibi invicem invident flores: una ad prata proficifcuntur; fimul iterum ad propria loculamenta redeunt. Unaquæque fuam cellulam agnofcit: a fuo opere difcedens communicat operationem cum fodalibus. Hoc autem apud nos non reperitur. Non enim amplius inter nos communicamus, nec ad flores Ecclefiarum communiter convolamus: fed cujufque aculeus vehementer elatus eft contra proximum: & novit quidem fe ex aculeo mori, in quo percutit fratrem; nihilominus tamen, magis iræ quam falutis fuæ follicitus, perpetrat quæ a Domino vetita funt, nobifque conciliant æternum fupplicium: a quo eripi deprecemur; in Chrifto Jefu Domino noftro, cui gloria & imperium, nunc & femper & in fæcula fæculorum. Amen.

EJUSDEM DE JEJUNIO
ORATIO III.

Jejunii & propitiationis adeft tempus; non modo ciborum abftinentiæ, fed etiam peccatorum evitationis. Nos ipfos ab omni peccato fubducentes, jejunemus alacriter; gnari quod jejunium fententiam Dei revocavit. Itaque lex Ecclefiaftica jejunium prænunciat, præconem vocaliffimum prætendens Prophetarum & Apoftolorum chorum. Vocat autem ille non viros ac ætate provectiores folos, verum etiam mulieres ac pueros; horum quidem renovans juventutem, illarum vero naturam mutans in virilem virtutem. *In Chrifto* enim Gal. 3. 28. *Jefu non eft mafculus neque femina.* Præmia vero certantibus proponit, regnum cælorum, coronam femper florentem, vitam æternam, fi cum fanctitate jejunaverimus; juxta beatum Joelem Prophetam dicentem; *Sanctificate jejunium, prædicate curationem,* Joel 2. 15. 16. 17. *congregate parvulos fugentes ubera. Sacerdotes, plorate coram altari, convocate fenes. Egrediatur fponfa de thalamo fuo, & fponfus de cubili fuo.* Sanctus quippe eft jejunii modus, fancto Deo a fanctis fancte oblatus. Cunctos igitur præco vocat ad certamen. Sed multa inter certantes differentia intercedit, cum vitæ, tum ætatis. Porro certamen *non eft adverfus fanguinem & carnem,* Ephef. 6. 12. *fed adverfus principes & poteftates & fpiritualia nequitiæ.* Etenim qui habet inimicos & hoftes vifibiles, fi quidem valeat, viciffim hoftiliter adorietur: fi vero careat viribus, abfcondens fe fervabitur. Qui autem hoftes habet invifibiles, quid acturus eft, nifi Deum in auxilium vocet? Nam fi dormierit, illi vigilant: fi occultaverit fe, illi intra ipfum pugnant. Moleftus eft inimicus: multa inducit tibi machinamenta in lucta vel avaritiæ, vel libidinis, vel crapulæ, deliciarum, & vanæ gloriæ. Aggreditur te etiam dormientem; neque enim fomni reveretur leges. Quid ergo ages, cui res eft cum plurimis hujufmodi hoftibus? Vallum fo-

fodies? sed hoc transgredietur. Fossam in- A terpones? sed & illam superabit. Qua ergo ratione decertare oportet? Quo pacto tantas insidias cohibere? Neque enim cernere datur bellatores. Verum inventum est maximum subsidium, jejunium cum oratione. Hoc enim modo vincuntur qui hostibus visibilibus pejores sunt, mali dæmones: quemadmodum Dominus docet discipulos de Lu-
Matth. 17. 20. natico ajens: *Hoc genus in nullo expellitur, nisi per orationem & jejunium*. Itaque magnum hominibus bonum est, jejunium; quod quidem sententiam Dei revocavit. Prædi- B cata est in Ninive subversio post triduum: & conversio ad Deum vicit subversionem. Subversionis enim comminatio, per conversionem relaxata est. Prudentes peccatores Ninivitæ, audito Jona subversionem prædicante, per jejunii modum comminationem cohibuerunt, & confessionis precisque remedio attraxerunt salutem.

Per jejunium Moses e cælo legem detulit: per jejunium placavit Deum erga eos qui vitulum fabricaverant. Per jejunium Elias usque ad cælum assumptus est; arma gerendo castitatis, jejunium: jejunium ciborum, & peccatorum abstinentiam. Si enim os jejunaverit, manus autem aliena rapuerint; audies: *Non tale jejunium elegi, dicit Domi-* Is. 58. 5.
nus. Si abstinueris cibis, & calumniatus fueris fratrem tuum; audies: *Non quod in-* Matth. 15. 11.
trat in os, coinquinat hominem, sed quæ procedunt. Proinde purus sit, & venter a cibis, & animus a peccatis. Interiora cum exterioribus consentiant. Neque corpus cibariis aggravetur; neque anima vitiis polluatur: uti cunctorum Deus, dignos reddat nos regno cælorum; in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

MONITUM

Hanc lucubratiunculam jam olim Græce & Latine vulgavit vir doctissimus Franciscus Combefisius in suo Basilio recensito. Eamdem, qualem edidit, rursus hoc loco edendam esse judicavi. Quid autem de ea sentiam, in Præfatione aperiam.

EJUSDEM

De religiosæ exercitationis informatione, sermo.

Cum Dominus noster Jesus Christus præcipiat: *Quod vobis dico in tenebris,*
Matth. 10. 27. *dicite in luce: & quod auditis in aure, prædicate super tecta;* Apostolus item silentii tremendum judicium ostendens, quibus sic
Act. 20. 26. Ephesiorum presbyteros compellat: *Contestor vos hodie, quia mundus sum a sanguine omnium; non enim subterfugi, quominus annunciarem vobis omnem veritatem & consilium Dei;* quin & nos, idem ut faciamus,
2. Tim. 2. 14. admonet, qua scribit: *Hæc commone, contestans coram Deo*. Quia vero res non patitur, ut omnibus coram de illis contester, quæ præcepta a Domino sunt, necessarium putavi ut ad vestram omnium in Christo charitatem scriberem, ac me quidem crimine liberarem, vosque adeo in nomine Domini nostri Jesu Christi, eorum quæ officii sunt,
1. Cor. 15. 56. certiores efficerem; ut neque vos ex ignorantia in mortis umquam stimulum, nempe peccatum, incidatis, ullumve Dei mandatum transgrediamini, de quibus scriptum
Joan. 12. 50. est: *Mandatum ejus vita æterna*, atque ab ea
Joan. 3. 36. excidatis, dicente Domino: *Qui incredulus est Filio, non videbit vitam: sed ira Dei ma-* C *nebit super eum*; neque nos, eo quod siluerimus, eorum qui ex peccato interierint, sanguinis obnoxii reperiamur. Hinc vero ejusque rei rationem adjungam; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum, tantæ Ecclesiarum Dei ac eujusque rebus agendis dissonantiæ ac dissentionis; tum deinde certas ex divina scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur, in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque districtione animadvertere; ut quamvis pleraque quis videatur præstitisse, D si tamen pauca, sive etiam unum quodvis mandatum neglexerit, vel etiam peccanti, quasi re media, aut cujus parum aut nihil intersit, ac quieverit, silentiumque in eo tenuerit, nec ex judicii Dei ratione probum Zelum æmulationemque ostenderit, hinc solum, unoque hoc reatu, pœnas daturus sit; ac vel si per ignorantiam ejusmodi aliquid ei acciderit, ne sic quidem inultus abibit.

Ad hæc, piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, nec non Spiritu E sancto, confessionem, liber complectitur: tumque eorum notitiam, quæ abs Scriptura præcepta sunt; a quibus abstinendum, ac quibus potissimum sedulo iis adhibenda opera, qui vitæ æternæ ac regni cælorum desiderio teneantur. Cujusque item gradus seu ordinis propria sigillatim pariter exsequetur, ac præterea, compendiosum brevem-

vemque velut characterem, definitionis formam ex scripturis sacris conabitur dare; affinemque rursus, sermonis doctrinæ Dei præpositorum addet characterem; in quibus exacta atque exacte depurgata disciplinæ ratio elucescet; eorumque, ut sic dicam, qoi hic discipuli sequuntur dignitas persplendescet. His consequenter adjungam, A quæcumque Fratrum quæstionibus motus, respondi, disceptando de vita, quæ pie religioseque instituitur; quorum omnium exempla ad vestram in Christo dilectionem transmisi; quo in vobis impleatur illud Apostoli: *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui & alios docere erunt idonei.* 2.Tim. 2.2.

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII

Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ,

DE BAPTISMO LIBER.

CAPUT I.

Quod oportet primum Domini doctrina imbui, tumque Baptismate sancto initiari.

1. Dominus noster Jesus Christus, Unigenitus Dei viventis filius, cum post resurrectionem ex mortuis accepisset promissionem Dei & Patris, per prophetam Davidem dicentis; (Psal. 2. 7.) *Filius meus es tu: ego hodie genui te; Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*, assumpsissetque discipulos suos, eis primum datam sibi a Patre potestatem declarat, his verbis: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*: (Matth. 28. 19.) & tunc mittit ipsos, dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.* Cum igitur, Domino præcipiente, primum, *Docete omnes gentes*, & deinde subjungente, *baptizantes eos*, & quæ sequuntur, vos quidem omisso priore posterioris a nobis ratiooem exegistis, nos vero rati contra mandatum Apostoli facturos nos, si non statim responderemus, cum dicat, (1.Pet. 3.15.) *Parati estote ad respondendum cuilibet rationem vos interroganti*, tradidimus doctrinam baptismatis secundum evangelium Domini, ejusque præstantioris baptismate beati Joannis, sed sic ut pauca ex multis quæ de eo in sacris Sctipturis dicta sunt, in medium proferamus. Necessarium tamen duximus, ad traditum a Domino ordinem recurrere, ut sic etiam vos hujus vocis, *docete*, vim ac intelligentiam primum edocti, post deinde doctrina de gloriosissimo baptismate accepta, ad perfectionem ipsam perveniretis, discentes servare omnia quæ Dominus discipulis suis præcepit, sicut scriptum est. Hic igitur audivimus, dicentem, *docete:* sed jam opus est de iis quæ alibi de hoc mandato dicta sunt, mentionem facere, ut primum sententiam Deo acceptam assequuti, deinde vero aptum necessarium-B que ordinem servantes, sic, juxta propositum placendi Deo, ab intelligentia hujus præcepti non aberremus. Familiare est enim Domino, ea quæ alicubi strictim præcepta sunt, per ea quæ in aliis locis relata sunt, perspicue explanare. Quale est illud: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* (Matth. 6. 20.) Nam sic simpliciter loquutus, quomodo id fieri oporteat, in alio loco declarat, cum ait: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* (Luc. 12. 33.) Et multa hu-C jusmodi alia.

2. Discipulus igitur est, ut ab ipso Domino discimus, quisquis ad Dominum accedit, ut eum sequatur, hoc est, ut sermones ipsius audiat, credatque, ac ei obediat uti Domino, & regi, & medico, & doctori veritatis, ob spem vitæ æternæ, idque, si modo in his permanserit, sicut scriptum est: *Dicebat igitur ad eos, qui in se crediderant, Judæos: Si vos maneatis in sermone meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos*; (Joan. 8. 31.) sine dubio intelligens animæ li-D berationem, qua ab amarulenta diaboli tyrannide libera sit, dum a peccatorum dominio liberatur; *Qui enim*, inquit, *facit peccatum, servus est peccati*, (Ibid. 34.) & sub mortis condemnatione constituitur: quemadmodum etiam tradidit nobis Paulus apostolus, cum ait: *Eum enim qui peccatum non novit, peccatum pro nobis fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso*: (2.Cor. 5.21.) & rursus, *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam, justi constituentur multi.* Qui autem credit Domino, se-E que idoneum exhibet ad dicendum, discat oportet, primum quidem desistere a peccato omni: deinde vero a te quacumque secedere, quæ ab obedientia Domino debita multas ob causas retrahat, etiamsi speciosæ esse videantur. Fieri enim non potest, ut qui peccatum patrat, aut hujus vitæ negotiis implicatur, aut de rebus ad vitam necessariis sollicitus est, servus sit Domini, nedum discipulus illius, qui non prius adolescenti dixit: *Veni, sequere me*; quam præcepisset ut bona sua venderet, daretque pauperibus. Imo ne hoc quidem ante præcepit, quam ita ipse confessus

Luc. 18. 21. fus esset: *Hæc omnia custodivi*. Qui enim non-
dum veniam peccatorum consequutus est,
nec ab iis purgatus est in sanguine Domini
nostri Jesu Christi, sed fervit diabolo, & ab
inhabitante in se peccato detinetur, non po-
test Domino servire, qui sententiam stabi-
Joan. 8. 34. lem protulit, cum dixit: *Qui facit peccatum,*
servus est peccati: servus vero peccati non ma-
net in domo. Testatur hoc idem & qui in Chri-
Rom. 6. 20. sto loquebatur Paulus, cum scribit: Qui ve-
ro servus est peccati, liber est a justitia. Et
Matth. 6. 24. iterum Dominus dicit: *Nemo potest duobus*
dominis servire, &c. Ex iis autem quæ brevi-
ter & fuse docuit, ostendit, qui de rebus sibi
ad vivendum necessariis anxii sunt, eos ne
servos quidem Dei esse posse, nedum discipu-
los. Unde re amplius considerata, didicit
2. Cor. 6. 14. Apostolus dicere: *Quæ participatio justitiæ*
cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad te-
nebras? Quæ autem conventio Christi ad Be-
lial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui au-
tem consensus templo Dei cum idolis? Ac rur-
Gal. 5. 17. sus definite ait: *Caro concupiscit adversus spi-*
ritum: spiritus vero adversus carnem. Hæc
enim sibi invicem adversantur, ut non quæ-
cumque vultis, illa faciatis. Atque adhuc
etiam modo ad pudorem incutiendum aptio-
Rom. 7. 14. re docens nos, quid dixerit, referamus: *Sci-*
mus enim, inquit, *quia lex spiritualis est: ego*
autem carnalis sum, venumdatus sub peccato.
Quod enim operor, non intelligo: non enim quod
volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, il-
lud facio. Si autem quod nolo ego, illud facio,
consentio legi, quoniam bona est. Nunc vero
non jam ego operor illud, sed quod habitat in me
peccatum. Et ubi hanc ipsam contemplatio-
nem pluribus persequutus est, quod fieri non
possit, ut homo in quo peccatum dominatur,
Domino serviat, manifeste nobis common-
strat eum, qui nos ex ejusmodi tyranni le ex-
Rom. 7. 24. emit, cum dicit: *Infelix ego homo, quis me li-*
berabit de corpore mortis hujus? Gratias ago
Deo per Jesum Christum Dominum nostrum;
& paulo post addit: *Nihil ergo nunc damnatio-*
nis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non se-
cundum carnem ambulant.

3. Quinetiam ex iis quæ alio in loco dicta
sunt, magnum benignitatis Dei beneficium,
per incarnationem Domini nostri Jesu Chri-
Rom. 5. 19. sti collatum, palam ostendit his verbis: *Si-*
cut enim per inobedientiam unius hominis, pec-
catores constituti sunt multi: ita & per obedien-
tiam unius, justi constituentur multi. Et alibi
considerans Dei in Christo benignitatem,
2. Cor. 5. 21. eamque magis admirabilem, ait: *Eum enim*
qui peccatum non novit, pro nobis peccatum fe-
cit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Om-
nino igitur necesse est tum ex dictis, tum ex
similibus locis nisi inaniter gratiam Dei sus-
ceperimus, primum liberari nos ab imperio
diaboli, qui hominem peccato mancipatum

A ad mala quæ non vult inducit, deinde unum-
quemque, posteaquam præsentia omnia &
seipsum abnegaverit, atque a vitæ studio re-
cesserit, discipulum fieri Domini, quemad-
modum dixit ipse: *Si quis venit ad me, abne-* Matth. 16. 24.
get semetipsum, & tollat crucem suam, & se-
quatur me, hoc est, discipulus meus fiat. Cæ-
terum hoc idem in Lucæ evangelio, cujus
verba haud multo post referemus, latius,
clariusque & significantius tradit. Libera-
mur autem omnes a tali peccatorum mulcta,
quotquot credimus, gratia Dei, quæ est per
B unigenitum ipsius filium Dominum nostrum
Jesum Christum, qui dixit: *Hic est sanguis* Matth. 26. 28.
meus novi testamenti, qui pro multis effunde-
tur in remissionem peccatorum. Sed & Aposto-
lus idem testatur, cum scribit, nunc quidem,
Diligite vos mutuo, sicut & Christus dilexit Ephes. 5. 1.
nos, & tradidit semetipsum oblationem & ho-
stiam Deo: nunc vero, *Christus nos redemit de* Gal. 3. 13.
maledicto legis; & alia ejusdem generis mul-
ra. Cum igitur data fuerit venia peccato-
rum, tunc accipit homo libertatem a pecca-
to, ab eo qui nos redemit Jesu Christo Domi-
C no nostro, ut possit ad Verbum accedere.
Necdum tunc quispiam dignus est qui sequa-
tur Dominum, (iterum hoc dico,) qui non
prius adolescenti dixit: *Veni, sequere me*, Luc. 18. 22.
quam dixisset, *Vende quæ habes, & da paupe-*
ribus. Imo ne hoc quidem ante præcepit,
quam se ab omni transgressione purum esse
confessus esset, dicens, fecisse se omnia quæ
fuerant a Domino dicta. Quamobrem ea in
re etiam ordinem servare necessarium est.
Non autem ea tantum, quæ quovis modo ha-
bemus, & quæ ad vitæ usum necessaria sunt,
D contemnere docemur: sed ea etiam jura ac
officia, quæ tum lege tum natura inter nos
stabilita sunt, aspernari discimus, Domino
nostro Jesu Christo dicente: *Qui amat pa-* Matth. 10. 37.
trem aut matrem supra me, non est me dignus:
quod similiter & de reliquis intelligendum
est, qui nobis sunt proximi, & sine dubio
multo magis de alienis, de iisque, qui a fide
peregrini sunt. Quibus subjungit: *Qui non* V. 38.
accipit crucem suam, & sequitur me, non est
me dignus: quod cum præstaret Apostolus,
ita ad nos erudiendos scribit: *Ego mundo cru-* Gal. 6. 14.
E *cifixus sum, & mundus mihi. Vivo autem jam* Gal. 2. 20.
non ego: vivit vero in me Christus.

4. Rursus autem Domini meminisse ju-
vat, qui unicuique in faciem, alii quidem
dicenti, *Permitte mihi primum abire, & sepe-* Luc. 9. 59.
lire patrem meum, ait: *Sine ut mortui sepeliant*
mortuos suos: tu vero abiens annuntia regnum
Dei: alii vero qui dixerat: *Permitte mihi pri-* V. 61.
us, ut abeam, & disponam res domi meæ, seve-
rius & cum comminatione vehementiore re-
spondit. Dixit videlicet: *Nemo admovens* V. 62.
manum ad aratrum, & conversus retro, aptus
est regno Dei. Adeo humanum omne offi-
cium,

cium, quod vel modicam dilationem jugi A obedientiæ Domino debitæ affert, etiamsi honestum esse videatur, alienum est ab eo, qui vult esse discipulus Domini, minisque gravioribus dignum habetur. Generalius au-
Matth. 16. 24. tem decernit, cum dicit: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Quod si revocemus in memo-
Luc. 14. 15. riam verba Domini ad eum qui dixit, *Beatus qui comedit panem in regno Dei*; discimus magis horrendum iræ ac severitatis judicium, & quod ejusmodi homines ab omni bona
Ibidem v. 16. spe abalienet. Ita autem loquitur: *Homo* B *quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum hora cœnæ, qui diceret invitatis: Venite, quia jam parata sunt omnia. Et cœperunt excusare se simul omnes. Primus dixit: Villam emi, & necesse mihi est exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo ad probandum illa, rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit hæc Domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in plateas, & vicos ci-* C *vitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus servo suo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam*. Rursus autem unigenitus ipse Dei viventis Filius, qui missus est a Patre, non ut judicet mundum, sed ut servet mundum, constans sibiipsi, & voluntatem boni Dei & Patris sui adimplens, severitatis sententiam proferens, D doctrinam subjungit, quæ nos reddat dignos,
Ibid. 14. 26. qui ipsius fiamus discipuli, & ait: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & uxorem suam, & liberos, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus*. Odium videlicet præcipitur, non quod insidiarum struendarum studium impertiat, sed pietatis virtutem pariat, ne iis quæ ab ipsa retrahunt, morem gera-
Ibid. v. 27. mus. *Et quisquis*, inquit, *non bajulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus*. Quod per baptisma in aqua collatum E
Rom. 6. 4. & seq. videmur pacisci, cum confiteamur, nos simul crucifixos esse, simul mortuos, simul sepultos, & quæ sequuntur, sicut scriptum est.

5. Cæterum considerata imbecillitate nostra, etiam per exempla voluit animum nostrum in veritatis certa persuasione confirmare, nosque ad obedientiam reddere para-
Luc. 14. 28. tiores, cum ait: *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, an habeat quibus opus habet ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex proficiscens ad committendum prælium cum altero rege, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioqui adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal, si vero sal infatuatum fuerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, foras projiciunt illud. Qui habet aures ad audiendum, audiat*. Si fidem his habeamus, liberati primum a diaboli tyrannide, ut qui ab omni re diabolo grata abstineamus, idque dono Dei per Dominum nostrum Jesum Christum, si modo non frustra ejusmodi donum susceperimus, deinde renuntiantes non solum mundo, ejusque copiditatibus, sed & juribus etiam atque officiis mutuis, itemque nostræ ipsorum vitæ, si quid horum nos a debita Deo obedientia, quæ intenta veloxque esse debet, abstraxerit, ita demum digni fumus, qui Domini efficiamur discipuli. Præterea discimus & a Moyse, & a prophetis, & ab evangelistis, & ab apostolis omnia tam visibilia quam invisibilia initio a Deo per unigenitum suum filium Dominum & Deum nostrum Jesum Christum condita fuisse: docemur quoque & ea, quæ in divinis Scripturis narrantur de Dei bonitate atque severitate in multa patientia, ad justitiam ejus declarandam, & ad erudiendum nos, & vaticinia de incarnatione Domini nostri Jesu Christi, & de rebus inter se contrariis, quæ tunc simul contigere; itemque de gloriosa ex mortuis resurrectione, & assumtione, & gloriosissimo adventu in consummatione sæculi, & dogmata illa puræ secundum evangelium & Deo acceptæ pietatis, in dilectione Christi Jesu Domini nostri, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, & judicia justæ mercedis, tam eorum, qui patrant prohibita, aut respuunt approbata, ad supplicium æternum, quam eorum, qui pro dignitate evangelii Dei in sana fide, quæ per Gal. 5. 6.
Dei charitatem operatur, vixerunt, ob spem vitæ æternæ & regni cælestis, quod est in Christo Jesu Domino nostro.

CAPUT II.

Quomodo quis eo baptismate baptizatur, quod in evangelio Domini nostri Jesu Christi commendatur.

1. CUm Dominus noster Jesus Christus præceperit nobis, ut diligamus nos Joan. 13. 34.
mutuo, sicut ipse dilexit nos, hocque nos per apostolum Paulum doceat, ut nos mutuo in Ephes. 4. 2.
dilectione toleremus, vestræ in Christo pietatis

tatis præceptum, de gloriosissimo secundum evangelium Domini nostri Jesu Christi baptismate animo alacri accepi, non tamquam qui pro rei dignitate quidquam dicere queam, sed ut ad exemplum mulieris quæ duo [Luc. 21. 2.] minuta conjecit, aliquid conferam. Et ea in re quoque precibus diligentium Dominum mihi opus est, ut boni Dei ac Christi ipsius gratia, sanctus ac bonus Spiritus commonefaciens ac docens nos quæ de Domino audierit, dirigat & nostram mentem in viam pacis, & sanam doctrinam ad fidei ædificationem, sic ut tam in nobis quam in vobis im- [Prov. 9. 9. juxta LXX.] pleatur illud, *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Cæterum sciendum est, quod primum doceri oportet, sicque perquam miro baptismate dignum fieri. Ita enim Dominus ipse, & Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis filius, discipulis suis præcepit. Necessario igitur ea etiam quæ ab ipso Domino dicta sunt de iis qui discipuli Christi fieri volunt, vobis separatim tradidimus, sic ut pauca saltem ex multis protulerimus. Quoniam autem promittitur fore, ut regnum Dei videamus, propterea quod denuo nascamur, itemque, ut introeamus in regnum Dei, propterea quod nascamur ex aqua & spiritu, necesse esse duco, pauca e multis quæ de regno cælorum dicta sunt, apponere, ne ullo modo ab eo aberremus. Nam in vita parvum non est quod parum abest, uti quidam nostrorum sapientum dixit, ac ple- [Lev. 21. 18. & c. 22. 21.] risque ex ipsis rebus manifestum est: sed tamen firmius etiam ejus rei ex sacerdotum & animalium sacrificandorum accurata consideratione convinci possumus: in quibus si modica aliqua macula reperiretur, aut mutilatio non totius membri, sed, quemadmodum scriptum est, partis alicujus, puta summitatis auriculæ, neque homo eligebatur ad sacerdotium, neque animal ad sacrificium [1. Cor. 10. 11.] admittebatur, cum Apostolus dixerit: *Hæc quidem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad commonefaciendum nos, in quos termini ætatum devenerunt*, & Dominus excellentiam præstantiamque aperte declara- [Matth. 12. 6.] verit, his verbis: *Templo majus aliquid hic est*, imo etiam magis ostenderit, animæ curam diligentiorem nobis habendam esse, ubi [Luc. 12. 48.] dixit: *Cui commendaverunt multum, plus repetent ab eo.*

2. Itaque regni cælorum faciamus mentionem. Dominus noster Jesus Christus, cum ascendisset in montem, & initium doctrinæ ex beatitudinibus sumeret, eam beatitudinem prædicavit primam, quæ pollicetur re- [Matth. 5. 3.] gnum cælorum. Dixit enim: *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* [Ibid. v. 10.] In octava vero beatitudine ait: *Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et rursus futuram in tempore retributionis benedictionem per parabolam pastoris vaticinans, ait: *Venite benedicti Patris mei, possidete pa-* [Matth. 25. 34] *ratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare*, &c. Quin & in Lucæ evangelio, in alio tempore & loco, velut ipsa scripta indicant, rursus beatitudines exponens, dicit: *Beati pau-* [Matth. 5. 3.] *peres spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et iterum, *Noli timere pusille grex,* [Luc. 12. 32.] *quia placuit patri vestro cælesti dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* Hæc igitur & alia ejusdem generis sunt, per quæ quis regno cælorum dignus efficitur. De iis autem sine quibus nemo in regnum cælorum ingredi potest, hanc sententiam Dominus pronuntiat in evangelio Matthæi, & ait: *Ni-* [Matth. 5. 20.] *si abundaverit justitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et rursus: *Nisi conversi fueritis, &* [Matth. 18. 3.] *efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Et iterum: *Quisquis non re-* [Marc. 10. 15.] *ceperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.* Quinetiam dicit ad Nicodemum in evangelio secundum Joannem: *Nisi quis* [Joan. 3. 3.] *natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Ac rursus: *Nisi quis natus fuerit ex* [v. 5.] *aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei.*

3. De quibus autem una sententia prolata est, profecto si vel unum desit, par etiam & æquale omnibus periculum est. Si enim dicit Dominus, *Iota unum, aut unus* [Matth. 5. 18.] *apex non præteribit a lege, donec omnia fiant*, quanto magis ab evangelio, cum Dominus ipse dicat: *Cælum & terra transibunt, verba* [Matth. 24. 35.] *autem mea non præteribunt?* Unde confisus apostolus Jacobus pronuntiavit, dicens: *Quicumque fecerit totam legem, offenderit* [Jac. 2. 10.] *vero in uno, erit omnium reus.* Didicit autem hoc dicere, ex iis quæ Dominus post beatitudines, post testimonia conditionem humanam superantia, post promissa Petro data, comminatus est, ita loquutus, *Nisi lavero te,* [Joan. 13. 8.] *non habes partem mecum.* Paulus vero apostolus qui ea quæ desunt passionum Christi, pro [Col. 1. 24.] corpore ipsius, quod est Ecclesia, adimplebat, in Christo loquens declarat ea, ob quæ quis maxime regnum cælorum non adipiscitur, subjacetque mortis judicio, modo cum minus late dicit, *Quia qui talia agunt, digni* [Rom. 1. 32.] *sunt morte;* cur vero non dixit: *Qui hæc,* sed, [Gal. 5. 21.] *qui talia agunt, regnum cælorum non consequentur?* & iterum cum generalius ait, *Iniqui regnum Dei non possidebunt.* [1. Cor. 6. 9.] Et alibi similiter. Atque etiam ipse Dominus noster Jesus Christus in evangelio secundum Lucam sententiam protulit, his verbis usus: *Nemo* [Luc. 9. 62.] *admovens manum ad aratrum, & retro conversus, aptus est regno Dei.* Est autem hic

Digitized by Google

necessario observandum, quod non in peccata multa, sed in unum pronuntiatum sit horrendum adeo & inevitabile judicium, idque, de concessis ac licitis, etsi quis dumtaxat atque vel brevi tempore obedientiam Domino multis de causis necessario debitam, quæ sine ulla excusatione & celerrima & intentissima esse debet, distulerit. Ex his igitur omnibus & similibus edocemur, adimplenda esse integre ac legitime omnia, quibus promissio regni cælorum indicitur, & sine quibus donum regni denegatur: vitanda vero omnia, ob quæ nemo regni cælorum hæres evadit, & ita demum exspectandum esse, dum promissione digni efficiamur. Oportet enim certamen quod ad placendum Deo suscipitur, non ab omni solum malitia remotum esse, sed integrum etiam & inculpatum in omni verbo Dei, cum Paulus apostolus magnam & ineffabilem Dei & Christi ipsius erga nos dilectionem speculatus, pro justitia & salute nostra subjungat: *Nullam in ulla re dantes offensionem, ut ne vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus commendemus nos ipsos ut Dei ministri.* (2. Cor. 6. 3.)

4. Quemadmodum enim qui spiritu pauper est, nisi natus fuerit ex aqua & spiritu, ob latam sententiam in regnum cælorum ingredi non potest: sic rursus, *Nisi abundaverit justitia illius plusquam scribarum & pharisæorum;* (Matth. 5. 20.) aut si quid aliud hujusmodi defuerit, ob similem sententiam regno dignus non habetur. Scriptum est enim: *Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.* (Ephes. 5. 27.) Et Ejusmodi multa sunt, quæ si quis diligentius legerit, in eo vehementius confirmabitur, quod omnia implere debet, ut regno cælorum efficiatur dignus. Quod autem is qui justitia abundat, aut denuo natus est, omnium simul virtutum, in quibus beatitudines sitæ sunt, & reliquarum perfectionem adimpleverit, quodque in confesso sit hæc & ejusdem generis alia ab ipso præstari, sermo de secunda generatione mox habendus, Deo dante, demonstrabit. Quoniam autem pietatis vestræ mandatum, uti prius dictum est, requisivit a nobis, ut de evangelii baptismate maxime mirando sermonem institueremus, post ea quæ jam de regno cælorum dicta sunt, consequens esse puto, ut etiam quæ inter Mosis & Joannis baptismum differentia sit, breviter discamus, & ita demum per gratiam Dei digni efficiamur, qui præstantissimam baptismatis Domini nostri Jesu Christi dignitatem in incomparabili gloriæ magnitudine intelligamus. Nam unigenitus viventis Dei Filius pronuntiavit aliquid templo majus hic esse, (Matth. 12. 6.) & majus etiam Salomone hic, & majus quoque Jona hic. (Ibid. 41. 42.)

A Et Apostolus cum jam Mosis gloriam Judæis in legis ministerio inaccessam explanasset, hoc testatur, hæc subjungens, *Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.* (2. Cor. 3. 10.) Et Joannes Baptista, quo inter natos mulierum major est nemo, (Matth. 11. 11.) idem declarat, dum aliquando dicit: *Illum oportet, crescere, me vero minui:* (Joan. 3. 30.) aliquando vero, *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, ille vero vos baptizat in Spiritu sancto & igni;* (Matth. 3. 11.) & talia multa. Quanto autem excellentior est Spiritus sanctus aqua, B tanto videlicet præstat & is qui baptizat in Spiritu sancto, ei, qui baptizat in aqua: quod dictum volo & de ipso baptismate, sic ut Joannes ipse tantus & talis, & ita a Domino commendatus prius citra verecundiam dixerit: *Non sum idoneus, ut solvam corrigiam calceamenti.* (Marc. 1. 7.)

5. Quare ex his omnibus manifestum est quæ sit baptismatis secundum evangelium Christi præstantia: quam etsi pro dignitate mente assequi non possumus, tamen eam ex ipsis Scripturis pro viribus, & prout Deus C idoneos nos effecerit, declarare pium est & utile. Quod igitur per Mosen traditum est baptisma, primum quidem cognoscebat discrimen peccatorum, cum non omnium peccatis daretur veniæ donum: deinde vero requirebat sacrificia diversa, purificationem prorsus exigebat, aliquandiu separabat a reliquis impurum & pollutum, dierum & temporum statuebat observationem, tuncque baptisma suscipiebatur velut sigillum purificationis. At vero Joannis baptisma multis modis excelluit. Nam peccata nullo D modo discernebat, non exposcebat diversitatem sacrificiorum, purificationis diligentiam non adhibebat, non observabat dies aut tempora. Quinetiam sine ulla prorsus dilatione simul atque ad gratiam Dei & Christi ejus aliquis accesserat, quantacumque & qualiacumque peccata confessus fuisset, & baptizabatur in Jordane fluvio, & statim veniam consequebatur peccatorum. Verum Domini baptisma humanum omnem captum superat, gloriamque habet omni desiderio ac voto humano sublimiorem, E & gratiæ virtutisque præstantiam tanto ampliorem, quanto sol stellis antecellit. Imo etiam si Sanctorum dicta in memoriam revocentur, validius adhuc incomparabilem illam excellentiam ostendunt. At non propterea silendum, sed nos ipsis Domini nostri Jesu Christi verbis veluti viæ ducibus usos, & velut per speculum & in ænigmate ductos necesse est loqui, non ut nostra interpretatione ob corporis debilitatem & abjectum sermonem gloria hæc imminuatur, sed ut etiam ea in re magnitudinem lenitatis ac benignitatis boni Dei miremur, quod eos qui

qui de dilectionis in Christo Jesu & gratiæ ipsius magnificentia ore balbutienti loquuntur, perferat.

6. Cum igitur Dominus noster Jesus Christus dixisset, Ioan. 3. 3. *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei*; V. 5. ac rursus, *Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei*, & post resurrectionem ex mortuis, (adimpleto in se vaticinio Davidis, qui ex persona Dei ac Patris dixerat, Psal. 2. 7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*, quæ res & facta est, & jam omnium oculis exposita,) tum demum discipulis suis, tamquam mandatum aliud opponens priori, quo in vias Matth. 10. 5. gentium abire prohibuerat, præcipit, Matth. 28. 19. dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Necesse autem esse duco, singulorum verborum vim per fidem intelligere, & considerare, & ita loqui, ut nobis sermo per communes preces in apertione oris nostri dabitur. Esa. 7. 9. Scriptum namque est: *Nisi credideritis, non intelligetis*. Psal. 116. 1. Et iterum: *Credidi propter quod loquutus sum*. Et quoniam mihi persuasum est usum & nominum & verborum & rerum in divina Scriptura non accipi ex consuetudine, aut simpliciter & temere, ut contingere solet, neque a Deo, neque a Christo ejus, neque a sanctis prophetis, neque ab evangelistis aut ab apostolis, sed in Spiritu sancto, examine præmisso, ad scopum piæ sententiæ, idque non integre, sed ex parte, & quantum quodque contulerit ad propositum sanæ doctrinæ, tum ut quis pie sentiat, tum ut mentem ad contemplationem judiciorum & dogmatum pietatis dirigat, necesse est & nos accurate diligenterque singulis dictis attendere, & ex supernæ vocationis scopo sententiam eligere. Atque hoc præstabimus, si modo per communes preces corroboraverit nos Jesus Christus unigenitus Dei viventis Filius, ut id & in nobis Philip. 4. 13. fiat, sicut Apostolus dixit: *Omnia possum in Christo, qui me corroborat*.

7. Illud igitur, *denuo*, arbitror prioris generationis, quæ in peccatorum sordibus facta est, emendationem ostendere, cum Job. 14. 4. juxta 70. Job dicat, *Nemo purus est a sordibus, ne si unus quidem dies sit vita ejus*; & David lugeat, Psal. 50. 7. ac dicat, *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*, Rom. 3. 23. & Apostolus ita contestetur: *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei: justificati gratis per gratiam ipsius per redemtionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*. Quapropter etiam peccatorum venia datur cre- Matth. 26. 28. dentibus, Domino ipso dicente, *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis ef-* A *funditur in remissionem peccatorum*: quemadmodum Apostolus rursus testatur, dicens: *Secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, de qua nobis impartivit ubertim*; Ephes. 1. 5. ut quemadmodum statua contrita ac confracta, amissa regis forma eximia, denuo conformatur a sapiente artifice ac bono opifice, gloriam operis sui resarciente, atque pristino splendori restituitur: sic B etiam nos ob præcepti transgressionem male affecti, velut scriptum est, *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*, Psal. 48. 13. ad pristinam imaginis Dei gloriam revocemur. Nam, inquit, juxta imaginem & similitudinem Dei fecit Deus hominem. Gen. 1. 27. Quomodo autem hoc factum sit, Paulus apostolus docuit, his verbis: *Gratia Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis vero ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis*; Rom. 6. 17. ut quemadmodum cera typo sculpturæ admota, C prorsus conformatur ad insitam sculpturæ formam: ita nos quoque posteaquam nosmet typo doctrinæ evangelicæ tradidimus, informemur secundum internum hominem, implentes quod in modum præcepti ab eo dictum est. Ait enim: *Exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum*. Col. 3. 9. Et multa hujusmodi.

8. Modum quidem & rationem, qua oportet ex aqua generari, Paulus in Christo loquens, decretoriis his verbis tradit: *An igno-* Rom. 6. 3. D *ratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, & resurrectionis quoque erimus. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo,* E *credimus quia simul etiam vivemus cum eo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autem vivit, vivit Deo: ita & vos existimate vos ipsos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu*. Ex quibus omnibus etiam ratio secundæ generationis per quamdam similitudinem consideratur. Fieri autem non poterat ut quis, gratia Dei non præeunte, generaretur denuo, ut Apostolus ipse cum præcedentibus, tum subsequentibus de baptismate capitibus de-

Rom. 5. 8. clarat. Nam facto hinc initio, *Commendat autem charitatem suam Deus in nos, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ejus, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo igitur magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.*

9. Et multa ejusdem generis sunt, quæ perspicue & magnifice ostendunt magnam & inenarrabilem Dei in homines benignitatem, ob datam peccatorum veniam, ac potestatem atque virtutem, eorum, quæ ad gloriam Dei ac Christi ejus in spe vitæ æternæ per Jesum Christum Dominum nostrum perfecta sunt. Quapropter, *Sicut per unius delictum*, inquit, *in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ*. Et ubi ea quæ sequuntur, in modum dogmatum exposuit, tunc dicit, *An ignoratis, fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Cur? ut cum ea quæ officii nostri sunt, secundum fidem per charitatem facta fuerint, simul, præeunte gratia, inferamus, sicque perficiatur in nos beneplacitum divinæ in Christo dilectionis. Itaque opus est certamine magno, eoque legitimo, ne talem ac tantam gratiam dilectionis Dei in Christo frustra accipia-
2. Cor. 5. 21. mus, eodem Apostolo dicente: *Eum namque qui peccatum non novit, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Adjuvantes autem & exhortamur, ut ne in va-*
Ibid. 11. 48. *cuum gratiam Dei recipiatis*. Quod autem cui multum concrediderint, plus ab eo sint repetituri, constanter Dominus pronuntiavit: quod & inculpato modo fit, si tam ea quæ anredictis subjunguntur, quam ea quæ in idem de baptismate argumentum conjunctim dicta sunt, diligenter serventur, & ea quæ his cohærent, in virtute ejusdem gratiæ Dei, per Jesum Christum Dominum nostrum in Spiritu sancto fideliter susceperimus, ut credentes intelligamus per gratiam Dei, eaque quæ intelligere promeruerimus, in Christi dile-
Joan. 13. 17. ctione faciamus, qui dixit: *Si hæc scitis, bea-*
Ps. 110. 10. *ti eritis, si faciatis ea*. Nam *intellectus bonus omnibus facientibus eum*, uti testatur Propheta. Quin & ipse unigenitus Dei viventis filius formidabile ac inevitabile judicium ex-
Luc. 12. 47. & 48. ponit, cum dicit: *Qui cognovit voluntatem domini sui, & non fecit, vapulabit multis*. Imo ne eum quidem qui per ignorantiam deliquit, impunitum dimisit.

10. Et ut, quemadmodum ante dictum est, per manifestiora verba resque clariores ad cognitionem salutaris dogmatis ad baptismata tinentis, deducamur, in indubitata veritatis persuasione animum diligenter atten-

A damus ad significata, omnemque sententiam ad pietatis scopum adaptemus. Baptizati sumus, inquit, ut per hoc illud discamus, quod quemadmodum lana in tincturam immersa colorem transmutat; imo potius, ut Joanne Baptista, qui vaticinium illud de Domino edidit, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, duce utentes, ita illustremur luce cognitionis, ad magnam illam lucem intelligendam, hoc dicamus, quod sicut ferrum in igne a vento suscitato immersum, magis exploratur, an vitii aliquid in se habeat, para- Matth. 3. 11.
B tiusque redditur ad purgationem; nec ejus modo color mutatur, sed ejus etiam durities ac renitentia transmutantur in mollitiem, efficiturque operi manuum opificis magis idoneum, ac rite adaptatur ad voluntatem domini, & relicta nigritudine splendidius seipso factum, non solum ignescit, & splendet, sed etiam vicina illustrat & calefacit: ita consentaneum est & necessarium, eum, qui fuerit in igne baptizatus, hoc est, in doctrinæ verbo, quod & peccatorum malitiam redarguit, & justificationum gratiam com-
C monstrat, odio habere & exsecrari injustitiam, sicut scriptum est; & optare, ut per fidem purificetur in virtute sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cum dicat ipse, *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum*, & Apostolus ita testetur: *In quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*: & ut non ab omni solum iniquitate & peccato, sed ab omni etiam inquinamento carnis & spiritus purgetur, & tunc demum in mortem Domini baptizatus, conformari ad Matth. 26. 28. Ephes. 1. 7.
D mortem, hoc est, mori peccato, sibi ipsi, & mundo, ut secundum incarnationem vivens, & corde & sermone & factis typum ac figuram doctrinæ Domini nostri Jesu Christi, sicut cera sculpturæ accipiens, impleat quod scriptum est: *Gratia Deo, quod eratis servi peccati, obedistis vero ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis*: & ita dignus fiat, qui servet quod conjunctim appositum est: *Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem*. Quid causæ est? ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis Rom. 6. 17. v. 4.
E per gloriam Patris: ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Necesse est enim mortuum sepeliri, & eum, qui in similitudine mortis sepultus est, resurgere per gratiam Dei in Christo, nec amplius ob peccata faciem interni hominis velut adustionem ollæ præferre, sed peccatis in igne detectis, & accepta per sanguinem venia, deinceps per novam vitam iis quæ in Christo sunt justificationibus præ omni lapide, qui multum pretiosus sit, coruscare. Joel. 2. 6 & Naum. 2. 10.

11. Itaque deposita inobedientiæ duritia, ostendamus docilitatem ac obedientiam in

præ-

præceptis, & spiritu ferventes resplendea- A mus, & a tenebrarum potestate, quæ in mor- *Rom. 6. 23.* tem abripit, liberemur: *Stipendia enim peccati, mors*: ut & in nobis fiat quod dictum est *1. Cor. 15. 54.* ab Apostolo, *Absorpta est mors in victoriam: ubi est mors, stimulus tuus? Ubi est victoria tua, inferne?* verum Domino soli justitiæ obtemperantes, illuminemur ab ipso, intelligentiamque ac virtutem consequamur, adeo ut justificemur in ipso; nec reddamur solum nive candidiores, (verax est enim Deus, qui *Esa. 1. 18.* ita pollicitus est: *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo,*) sed B eos etiam qui ad nos accedunt illustremus, nunc quidem audientes Dominum, dicen- *Matth. 5. 14.* tem, *Vos estis lux mundi*, modo vero audien- *Ibid. v. 16.* tes ac facientes illud: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Tunc & Apostolus idem omnino testimo- *Philip. 2. 15.* nium nobis reddet, his verbis, *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi.* Quomodo vero vitæ novitas non foret lucidior, non comparatione modo gentilium, & C mundanorum hominum, sed comparatione etiam longe præstantiori, eorum, qui secundum legem tamquam justi commendantur? cum non solum non appetamus accessionem, & amplius quiddam, velut mundani homines solent, sed ne ea quidem, quæ jam parta & nostra sunt, vindicemus nobis, imo vero legem transcendentes, ipsa ad egenos beneficiis afficiendos exoptemus: siquidem non benefacimus solum proximis, sed ad inimicos etiam & pravos benignitas nostra sese extendit, ita facientes ex illo Domini nostri Je- D *Luc. 6. 36.* su Christi præcepto, *Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est.* Quomodo vero tunc in novitate vitæ non ambulamus, aut justitiam magis quam Scribæ & Pharisæi non perficimus, cum obtempera- *Matth. 5. 38.* mus Domino, dicenti: *Dictum est antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, ut ne resistatis malo: sed quisquis te percusserit in dextram maxillam, obverte illi & alteram. Et ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam suam tollere, dimittes & pallium. Et si quis adegerit te ad* E *milliarium unum, abito cum illo duo.* Non solum enim non ulciscimur peccata prius in nos admissa, uti lege Moysis permittente, Scribæ & Pharisæi suadent: sed majorem etiam malorum tolerantiam ostendimus, alacritatem ad paria aut etiam graviora sustinenda præferentes. Et hoc pacto utrumque consequimur. Mortem quidem in eo quod ad indignationem adversus eum qui primam plagam nobis inflixit, non provocamur: vitæ vero in Domino novitatem, in eo quod & alteri nosmet objicimus.

12. Quomodo autem legi etiam non mortuus est, qui non vindicat quod aufertur? Quomodo etiam non in Christo vivit, qui dimittit & pallium? Similiterque & legalem omnem justitiam docemur transcendere. Quod autem non mundo tantum crucifigi, sed legi etiam mori nos oporteat, ex eodem apostolo dogmatice discere licet. Aliquando enim dicit: *Ego mundo crucifixus sum, & mundus mihi.* *Gal. 6. 14.* *Vigo autem jam non ego, vivit vero in me Christus:* *Gal. 2. 20.* aliquando vero, postquam multum de bona existimatione in lege olim comparata gloriatus fuerat, ait, *Quinetiam existimo omnia esse stercora, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ est per fidem Jesu Christi, justitiam ex Deo in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius, configuratus morti ejus: si quomodo occurram ad resurrectionem mortuorum.* *Philip. 3. 8.* Et paulo post docens nos, ut sentiamus idem quod ipse, expressius dicit: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* *v. 15.*

13. Et alibi animo vehementiore velut dogma necessarium exponens, ait: *Itaque & vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius: ejus scilicet, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti: nunc autem soluti sumus a lege, mortui ei, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, & non in vetustate litteræ.* *Rom. 7. 4.* *Littera enim*, hoc est, lex, *occidit: spiritus vero*, hoc est, verbum Domini, *vivificat.* *2. Cor. 3. 6.* Quemadmodum dicit ipse: *Caro non prodest quidquam: spiritus est, qui vivificat. Verba mea spiritus & vita sunt.* *Joan. 6. 64.* Atque etiam eximius ille inter Apostolos idem testatur, ubi dicit: *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus, & cognovimus quia tu es Christus Filius Dei viventis.* *Ibid. v. 69.* Quod si in veritatis certa persuasione diligentius servaverimus, effugere poterimus formidabile illud judicium a Mose quidem minaciter ac prophetice scriptum: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester sicut me, *Deut. 18. 18.* ipsum audietis in omnibus quæ præceperit vobis. Erit autem ita, Omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur e populo: a Joanne vero Baptista quo inter natos mulierum major est nemo, sententiose modo terribiliori dictum est: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* *Joan. 3. 36.* Ut autem talis in baptismate mors, & ejusmodi in illa sepultura mœstitiam non exhibeat, ob corruptionis & interitus exspectationem, sed vitæ novitas, quæ spem gloriosæ resurrectionis stabilit,

bilit, sementem jactam exsuperet, subjun- A
Rom. 6. 5. git, dicens: *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, nimirum & resurrectionis erimus*. Nam si in tali mortis similitudine mortui, & una cum Christo sepulti, in novitate vitae ambulaverimus, non exspectabimus mortalitatis corruptionem, sed sepulturam & velut seminum plantationem imitamur; ac mortificantes quidem nosipsos operibus vetitis, & fidem, quae per charitatem operatur, ostendentes, digni reddimur, qui, utpote earumdem rerum spe suffulti,
Philipp. 3. 20. eadem atque Apostolus dicamus: *Nostra* B *enim conversatio in caelis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostrae, ut conforme reddatur corpori gloriae ejus,*
1. Thess. 4. 16. *secundum operationem quae etiam possit subjicere sibi omnia. Et sic semper cum Domino erimus*, cum ipse quidem Dominus noster Jesus
Joan. 17. 24. Christus petat a Patre, & dicat, *Da Pater, ut ubi ego sum, & isti mecum sint*, annuntiet vero nobis ac polliceatur idipsum, cum dicit:
Joan. 12. 26. *Quisquis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit*, & Paulus C apostolus, qui & in Christo vaticinabatur,
1. Thess. 4. 14. testimonium addat, ubi ita scribit: *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de caelo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, & sic semper cum Domino erimus.*

14. Atque hoc pacto in hiis, qui nunc ser- D
Rom. 6. 5. vaverint illud, *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus*, tunc adimplebitur promissio illa: *Itidem & resurrectionis erimus;*
2. Tim. 2. 11. quemadmodum & alibi dicit: *Nam si commortui sumus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus*. Cum autem Apostolus non ignoraret repetitionem audientibus ad integram confirmationem utilem esse, etiam iisdem rebus repetitis veritatis persuasionem magis stabilit. De se enim dicentem audimus:
Philipp. 3. 1. *Eadem scribere vobis me quidem haud piget, vobis vero tutum est*. Quemadmodum didici- E
Gen. 41. mus & a Joseph, qui his regi Pharaoni somnium interpretatus est: ita quoque somnii historiam imitatus, idem baptismatis dogma per rationes prioribus similes tradit, bis ver-
Rom. 6. 6. bis: *Hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato*. Itaque & his verbis docemur, eum, qui in Christo baptizatus est, baptizari in mortem ipsius; & non solum cum Christo sepeliri & conseri, sed primum simul crucifigi, ut in hoc etiam condiscamus, quod quemadmodum qui crucifigitor abalienatur a viventibus, sic etiam qui in similitudine mortis simul cum Christo crucifixus est, omnino ab iis qui secundum veterem hominem vivunt, abalienetur, cum Dominus quidem, praecipiat, ut caveamus a falsis
prophetis Apostolus vero dicat: *Subtrahatis* Matth. 7. 15.
vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non 2. Thess. 3. 6.
secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Vetus enim homo, quem vocat, omnia simul & singulatim tam peccata quam inquinamenta tamquam sua membra indicat.

15. Et quemadmodum qui crucifixus est, recepta mortis sententia ab iis qui secum olim vixere, sejungitur, iis qui in terra reputt effectus altior: ita quoque qui cum Christo crucifixus est per baptisma, is ab omnibus simul in hoc saeculo viventibus, sua mente ad caelestem conversationem erecta, semotus est, sic ut vere & cum fiducia, quae in Christo est,
possit dicere: *Nostra enim conversatio in caelis* Philipp. 3. 20.
est. Ac rursus subdit, *Qui enim mortuus est*, Rom. 6. 7.
justificatus est a peccato, hoc est, solutus est, liberatus est, purgatus est ab omni peccato, quod non solum in operibus ac verbis, verum etiam in cogitatione libidines & affectus commovente situm est. Et in alio loco sententiam
protulit, ita scribens, *Qui autem sunt Christi* Gal. 5. 24.
Jesu carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis. Nimirum haec crucifigimus quotquot in aqua baptizamur, quod baptisma similitudo est crucis, & mortis, & sepulturae, & resurrectionis mortuorum, sicut scri-
ptum est. Et iterum: *Mortificate*, inquit, Coloss. 3. 5.
membra vestra, quae sunt super terram (saltem in posterum omnino baptismatis pacta servantes) *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quae est simulacrorum servitus, propter quae venit ira Dei:* nec solum haec dixit, sed generalius subjunxit: *In filios incredulitatis*, ita ut jam ne brevis quidem voluptas mentem coinquinans, eum qui cum Christo in similitudine mortis consitus sit, infestet, sed per id ostendat cordis munditiem, quod odio habeat & exsecretur omnem malitiam vel ad ipsam usque cogitationem, quae libidines & affectus commoveat, quemadmodum dicit David:
Non adhaesit mihi cor pravum, declinantem a Psal. 100. 3.
me malignum non cognoscebam: siquidem omnino ne eo quidem accedente conversus est. Consiti autem in similitudine mortis, prorsus excitamur una cum Christo. Nam ea, quae sequitur, sationis notio est ejusmodi. Nunc quidem juxta incarnationis mensuram internum hominem conformem praestamus in novitate vitae, & in obedientia usque ad mortem, in integra persuasione veritatis verborum ipsius, ut digni efficiamur, qui vere di-
camus: *Vivo autem jam non ego, vivit vero* Gal. 2. 20.
in me Christus. In posterum vero, sicut idem
apostolus confirmavit, his verbis: *Nam si* 2. Tim. 2. 11.
com-

commortui sumus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus. Et similiter his adducit nos ad fidem adhibendam, cum dicit: *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, itidem & resurrectionis erimus.* Ac rursus idem dogma baptismatis ejusmodi nos docens modo magis suasorio, & vi majore, subjicit, dicens: *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos existimate, vos ipsos quidem mortuos esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu.*

Rom. 6. 5.

V. 9.

16. Itaque illam ipsius Domini nostri Jesu Christi de peccatorum nostrorum venia dispensationem per incarnationem ad mortem usque progressam adjiciens Apostolus, gravius ac validius, lata sententia, docet nos mortuos quidem esse peccato, viventes vero Deo in Christo Jesu, ut quemadmodum Christus propter nos mortuus, & excitatus ex mortuis pro nobis, non amplius moritur, ita nos quoque baptizati in mortem in similitudine, moriamur peccato; & per ascensum ex baptismate, velut ex mortuis excitati, vivamus Deo in Christo Jesu, & non moriamur amplius, hoc est, non amplius peccemus: siquidem *anima quæ peccaverit, ipsa morietur*. Et quemadmodum mors ei non amplius dominatur, ita & nobis non ultra dominetur peccatum, hoc est, non amplius peccatum perpetremus. Et quoniam *qui peccatum facit, servus est peccati*, prorsus ab ejusmodi servitute liberati, sicut Paulus declaravit, his verbis, *Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis*, vivamus Deo in Christo Jesu, qui liberavit nos, uti scriptum est: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Longe autem potiori jure sumus a peccato liberati, gratia videlicet Domini Jesu Christi, sicut scriptum est: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientionem, justi constituentur multi. State igitur*, inquit, *& nolite iterum jugo servitutis detineri.* Et ut ipse peccato mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo, ita & nos in aquæ baptismate, quod crucis & mortis similitudinem refert, semel mortui peccato, custodiamus nos ipsos, & non amplius revertamur ad peccatum. Quinetiam pergamus vivere Deo in Christo Jesu, qui dixit: *Qui mihi ministrat, me sequatur:* custodientes primum quidem præceptum illud ipsius Domini, dicentis, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est*, deinde monitum etiam Apostoli scribentis, *Sive editis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in*

Ezech. 18. 4.

Joan. 8. 34.

Gal. 5. 24.

Gal. 3. 13.

Rom. 5. 19.

Gal. 5. 1.

Joan. 12. 26.

Matth. 5. 16.

1. Cor. 10. 31.

A *gloriam Dei facite.* Assequemur autem horum quodque, si cælesti vocatione dignum quid sentientes, vitam agamus dignam evangelio Christi, possimusque vere dicere: *Charitas enim Christi constringit nos, judicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Et ita fit hoc: *Manete in dilectione mea. Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione.*

2. Cor. 5. 14.

Joan. 15. 9.

17. Nullam autem ulla in re offensionem dantes, ut ne vituperetur ministerium; sed velut Dei ministri in omnibus commendantes nosmetipsos, sinceram ac veram ostendamus baptismatis promissionem, custodientes scilicet quæ ab Apostolo hortamenti in morem ad quoscumque cum Christo consitos & cum ipso excitatos sic dicta sunt: *Ne igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in ipsius concupiscentiis. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo.* Et iterum: *Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, & non quæ super terram.* Ac mea quidem sententia, sic per pauca quæ relata sunt, nobis Apostolus explicat magnam illam prævenientem, & cui vices referri non possint, immensæ benignitatis Dei gratiam, in dilectione Christi Jesu Domini nostri, cujus usque ad mortem obedientia, uti scriptum est, facta nobis est redemptio peccatorum, liberatio mortis in peccato, quod a sæculo est, regnantis, reconciliatio cum Deo, virtus qua grati efficimur Deo & accepti, justitiæ donum, societas sanctorum in æterna vita, regni cælorum hæreditas, & innumerorum aliorum bonorum præmium. Atque etiam sapienter ac valide nobis per ea quæ conjunctim illata sunt, rationem baptismatis aquæ, quod in mortem Domini nostri Jesu Christi fit, tradidit. Quibus nos erudivit, ut communiamus nosmetipsos, ne frustra tantam ac talem gratiam suscipiamus, ubi videlicet ea dicit, quorum jam memini: *Ne igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in concupiscentiis ipsius. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo*, &c.

2. Cor. 6. 3.

Rom. 6. 12.

Col. 3. 1.

18. Quibus nos omnino ab omni peccato & a legis justitia removens, ad justitiam vero fecundum Deum per minas magis horrendas ac per bonam desiderabilemque promissionem vehementius adducens, his verbis,

Sti-

Rom. 6. 23. *Stipendia enim peccati, mors, donum vero Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro*, id nos docet, ut rursus Dominum imitemur, & evadamus legali justitia superiores, sub- Rom. 7. 1. jungitque: *An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor, quod lex dominatur homini, quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir, libera est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Itaque, fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alteri, ei scilicet qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege, mortui ei, a qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, & non in vetustate litteræ*, &c. Quibus discimus ineffabilem Dei in Christo Jesu benignitatem mirari, nosque majore cum timore ab omni inquinamento carnis & spiritus repurgare.

19. Cæterum discrimen quod spiritum inter & litteram intercedit, comparatis inter se alibi lege & evangelio, sententiose decla- 2. Cor. 3. 6. rat, his verbis, *littera enim occidit, spiritus vero vivificat*, legem appellans litteram, ut ex iis quæ superius scripta sunt, & ex iis quæ subjunguntur, liquet: spiritum vero, doctrinam Domini; cum Dominus ipse dicat: Joan. 6. 64. *Verba mea spiritus & vita sunt*. Quod si legalis justitia diligenter observata quosdam, qui se Deo in baptismate devoverant, promiserantque se non amplius sibi victuros, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, tamquam adulteros judicat, veluti ex ante dictis clare demonstratum est, quidnam dixerit quis de humanis traditionibus? De legali autem justitia idem Apostolus sententiam ve- Philip. 3. 8. hementiorem profert, his verbis: *Quinetiam existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ est per fidem Christi Jesu, justitiam scilicet quæ ex Deo est*. Judicium quidem de humanis traditionibus, ex verbis Domini manifestum est: quod vero attinet ad propria consilia, quæ ex sapientia humana fiunt, ea laboriosius evertenda esse docuit Apostolus, cum di- 2. Cor. 10. 4. xit: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*. Aut in universum institutus est sermo de justitia, quæ cuique manifesta est, etiamsi propter

A Deum studiose fiat, de qua ille ipse iterum dicit: *Testimonium enim perhibeo illis, quod* Rom. 10. 2. *æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam Dei. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti*. Quare ex his & similibus manifesta est condemnatio eorum, qui Dei volunt judicia eludere*. Scriptum est enim: *Væ qui sunt prudentes in semetipsis, & coram* Esa. 5. 21. *semetipsis scientes*. Quin & Dominus apertius pronuntiavit fore, ut quisquis non susciperet regnum Dei velut puer, non introiret Matth. 18. 3. B in ipsum. Quapropter ab omnibus simul purum esse necesse est, tum diabolicis cupiditatibus, tum sæculi curis ac negotiis, tum traditionibus humanis, tum propriis volunratibus, etiamsi speciosæ esse videantur, legisque fulciantur patrocinio, si vel ad modicum tempus diligentem celerrimamque ac debitam placitorum Dei exsequutionem removentur, ut qui in hujusmodi baptismate professi sunt se simul esse cum Christo crucifixos, simul mortuos, simul sepultos, simul insitos, simul ex mortuis excitatos, fiduciam habe- C ant vere dicendi: *Ego mundo crucifixus sum*, Gal. 6. 14. & potiori jure diabolo, *& mundus mihi. Vivo* Gal. 2. 20. *autem jam non ego, vivit vero in me Christus*: quibus justitiam justitia legali perfectiorem docet, ut digni habeamur regno cælorum.

20. Tempus jam fuerit procedere nos ad aliud considerandum, & per Christi fidem intelligere ac cognoscere quid sit baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Primum quidem necesse est in unoquoque nomine gloriam atque majestatem ejus qui significatus est, seorsum indicare deinde scire, D quod Dominus ipse declaret quid sit in nomine Spiritus sancti baptizari, cum dicit: *Quod* Joan. 3. 6. *natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est*, ut carnalis ortus serie pro exemplo accepta, ex re notiore dogma pietatis clare vereque discamus; cum sciamus, planeque nobis persuasum sit, quemadmodum id quod secundum carnem ex aliquo generatum est, tale est, quale est id ex quo genitum est, ita nos quoque ex spiritu generatos necessario spiritum fieri, spiritum autem non secundum magnam illam & hu- E manæ menti incomprehensibilem Spiritus sancti gloriam, sed secundum eam, quæ & in divisione donorum Dei per Christum ipsius unicuique ad utilitatem fit, & in horum omnium operatione per ænigma conspicitur, similiterque aliis sententiis, sed in memoriam revocando præcepta Dei, quæ per Dominum nostrum Jesum Christum annuntiata sunt, eaque docendo, cum Dominus ipse noster Jesus Christus dicat, *Ipse vos do-* Joan. 14. 26. *cebit, & suggeret vobis omnia, quæ dixi vobis*, prætereaque Apostolus fusius tradat quibus studiis quis efficiatur spiritus, cum scribit

Gal. 5. 22. bit aliquando quidem: *Fructus autem Spiritus* A *est charitas, gaudium, pax, patientia,* & quæ V. 18. sequuntur, priusque dixerat, *Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege,* & alibi, V. 25. *Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus;* aliquando vero, Rom. 12. 6. *Habentes autem donationes secundum gratiam Dei, quæ data est nobis, differentes, sive prophetiam, secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando,* &c.

21. Per hæc & similia Dominus eos, qui ex spiritu nati sunt, spiritum fieri dicit. Et Apostolus pariter idem testatur, his verbis: Ephes. 3. 14. *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem* B *Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum suum, in internum hominem, ut inhabitet Christus.* Quod si viventes spiritu, spiritu etiam ambulamus, sic quoque Spiritus sancti capaces effecti, poterimus Christum confiteri: siquidem nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Ad hunc igitur modum Dominus tum per seipsum, tum per Apostolum docuit generatos ex spiritu, spiri- C tum fieri. Atque in hoc rursus imitabimur carnalem generationem; primum quidem mutantes locum & mores transformantes, in eo quod internus homo spiritu corrobora- Phil. 3. 20. tur, ut possimus dicere: *Nostra autem conversatio in cælis est;* corpus quidem in terra tamquam umbram circumferentes, animam vero una cum cælestibus conversantem custodientes: deinde ab iis quoque qui in terra nobiscum vivunt, secedentes, cum Da- Psal. 100. 7. vid dicat, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabi-* D *li corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabat in medio domus meæ faciens superbiam. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum,* & in aliis similiter; Apostolus vero gravius quiddam denun- 1. Cor. 5. 11. tiet: *Si quis frater nominatus aut fornicator fuerit, aut avarus, aut idolorum cultor, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum tali ne cibum quidem sumatis.*

22. Et sæpe idem ille, ubi talia adversus E ejusmodi scelera præscribit, præmisso de immensa & gloriosa benignitatis Christi gratia aliquo sermone, perspicue & diligenter tradit cum quibus & cum qualibus conviven- Ephes. 2. 14. dum nobis sit, dum dicit: *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvit, inimicitiam in carne sua: legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem; & reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis; & pacem iis, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum utrique in uno spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites, & advenæ, sed estis concives sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, summo angulari lapide ipso Christo Jesu, in quo omnis ædificatio coagmentata crescit in templum sanctum in Domino,* ut hoc pacto in similitudine mortis insititii Christo, & in nomine sancti Spiritus baptizati, & generati denuo secundum internum hominem in renovatione mentis, superstructique super fundamentum apostolorum & prophetarum, sic digni habeamur qui baptizemur in nomine unigeniti filii Dei, promereamurque donum magnum, cujus Apostolus meminit, his verbis, *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Græcus & Judæus, circumcisio & præputium, barbarus, Scytha, servus & liber, sed omnia & in omnibus Christus.* Gal. 3. 27. Col. 3. 11.

23. Necessarium enim est & consequens, ut qui natus est, is etiam induatur: tantum si quemadmodum tabula ex quacumque tandem materia constet, inæqualitate deposita, derasaque asperitate, ita demum imagini, regiæ picturam induit, tuncque non ex ligni aut auri aut argenti discrimine æstimatur imaginis præstantia; sed in accurata cum exemplari similitudine, cum multa diligentia ex artis præceptis rite expressa, materiæ quidem discrimen occultat, etiamsi in ea plurimum sit distantiæ atque discriminis, atque ad suam dignitatem admirandam spectatores inducit, fitque quovis principatu ac potentatu præstantior, sic etiam qui baptizatur, sive Judæus, sive Græcus, sive mas, sive femina, sive servus, sive liber, sive Scytha, sive barbarus, sive alius quivis ex quacumque generis differentia nomen adeptus, cum semel hominem veterem cum actibus suis in sanguine Christi exuerit, & in Spiritu sancto per illius doctrinam, induerit novum, creatum secundum Deum in justitia atque sanctitate veritatis, renovatum ad agnitionem secundum imaginem Conditoris sui, dignus reddatur, qui pertingat ad Dei placitum, ab Apostolo his expressum verbis: *Scimus enim, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8. 28.

24. Tunc enim quasi Filium Dei indutus, fit dignus gradu perfecto, baptizaturque in nomen Patris ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui juxta Joannis testimonium eam potestatem dedit, ut Dei fiamus Filii, Dei, inquam, qui dicit: *Exite de medio eorum, & sepa-* Joan. 1. 12. Esa. 52. 11. & 2. Cor. 6. 17. & 18.

separamini, & immundum ne tetigeritis : & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, &
vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Domi-
nus omnipotens, per gratiam ipsius Domini
nostri Jesu Christi unigeniti filii Dei viven-
Gal. 5. 6. tis, *In quo neque circumcisio aliquid valet,*
neque præputium, sed fides quæ per charita-
tem operatur, uti scriptum est, per quam
nobis prospere cedit id quod ab ipso Domino
nostro Jesu Christo continenter cum baptis-
matis præcepto appositum est, ubi dixit:
Matth. 28. 20. *Docentes eos servare omnia quæcumque manda-*
vi vobis : quorum observationem argumen-
tum nostræ in se dilectionis esse declaravit
Joan. 14. 15. Dominus ipse, his verbis : *Si diligitis me,*
Ibid. v. 21. *mandata mea servate* ; & rursus : *Qui habet*
mandata mea & servat ea, ille est qui diligit
v. 23. *me* ; & iterum : *Si quis diligit me, sermonem*
meum servabit, & Pater meus diliget eum.
Quinetiam vehementius ac modo ad persua-
Joan. 15. 9. & 10. dendum efficaciore ait : *Manete in dilectione*
mea : Si præcepta mea servaveritis, manebitis
in dilectione mea ; sicut & ego Patris mei præ-
cepta servavi, & maneo in ejus dilectione.
Quod si dilectionis necessaria testificatio ob-
servatio est mandatorum, illud timendum
valde est, quod sine dilectione, etiam exi-
miorum donorum, sopernarumque virtu-
tum, & ipsius fidei summa efficacia, man-
datumque ipsum quod perfectos reddit, nihil
prosunt, cum Paulus apostolus qui in Chri-
1. Cor. 13. 1. sto loquebatur, dicat : *Si linguis hominum*
loquar & angelorum, charitatem autem non
habeam, factus sum æs sonans, aut cymbalum
tinniens. Et si habeam prophetiam, & nove-
rim mysteria omnia, & omnem scientiam : &
si habeam omnem fidem, ita ut montes transfe-
ram, charitatem vero non habeam, nihil sum.
Et si distribuero in cibos pauperum omnes facul-
tates meas, & si tradidero corpus meum, ut
comburar, charitatem vero non habeam, nihil
capio utilitatis : quod arbitror ab Apostolo de-
finitive fuisse dictum, memori videlicet Do-
Matth. 7. 22. mini, dicentis : *Multi venient in illa die,*
dicentes, Domine, Domine, nonne in nomi-
ne tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæ-
monia ejecimus, & in nomine tuo virtutes mul-
tas fecimus, & comedimus coram te, & bibi-
Luc. 13. 26. & 27. *mus, & nonne in plateis nostris docuisti?* &
respondet ipsis : *Numquam novi vos. Disce-*
dite a me operarii iniquitatis.

25. Quare manifestum est & evidens, hæc
citra charitatem, etiamsi præcepta & justi-
ficationes fiant, custodianturque mandata
Domini & charismata magna edantur, pro
iniquitatis operibus haberi; non ex propria
ratione charismatum & justificationum, sed
ex proposito eorum, qui his utuntur ad pro-
prias voluntates, dicente Apostolo, nunc
1. Tim. 6. 5. quidem, *Existimantium quæstum esse pieta-*
Philipp. 1. 15. *tem*, nunc vero, *Quidam quidem propter*
A *invidiam & contentionem, quidam autem &*
propter bonam voluntatem Christum prædi-
cant : quidam autem ex contentione Christum
annuntiant, non pure, existimantes se affli-
ctionem addere vinculis meis ; & alibi, *Non* 2. Cor. 2. 17.
enim sumus, inquit, *sicut multi, adulteran-*
tes verbum Dei. Ac rursus per negationem
dixit : *Neque enim umquam in sermone adula-* 1. Thess. 2. 5.
tionis fuimus erga vos, sicut scitis, neque in
prætextu avaritiæ, Deus testis est : neque quæ-
rentes ab hominibus gloriam, neque a vobis,
neque ab aliis ; cum possemus oneri esse ut Chri-
B *sti Apostoli.* Ex his autem ac similibus aper-
se ostenditur Domini justam esse responsio-
nem, dicentis : *Discedite a me operarii iniqui-* Luc. 13. 27.
tatis, quod per Dei dona voluntati vestræ
consulitis, tamquam si quis & medicis in-
strumentis, & peculiaribus condimentis,
quæ ad morborum medelam & ad sanitatis
salutisque curam confecta sins, utatur ad in-
seritum, & illud Apostoli præceptum non
servatis, qui dicit : *Sive manducatis, sive* 1. Cor. 10. 31.
bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam
Dei facite. Omnino igitur hominis interni
C necessaria est cura, ut intenta sis mens, &
velut ad scopum gloriæ Dei alligata, ut ser-
vantes mandatum Domini, dicentis : *Faci-*
te arborem bonam, & fructum ejus bonum ; & Matth. 12. 33.
iterum, *Pharisæe cæce, purga prius internam* Matth. 23. 26.
poculi partem, & tunc externa ipsius pars tota
munda erit, fructum ex boni cordis abun-
dantia feramus, alius quidem centuplum, Matth. 13. 8.
alius vero sexagecuplum, alius autem tri-
gecuplum, sive operibus, sive verbis, ad
gloriam Dei & Christi ipsius, caventes ubi- Ephes. 4. 30.
que ne Spiritum sanctum contristemus; & ita
D effugiamus judicium ejusdem Domini, qui
dicit, *Væ vobis, quia similes estis sepulcris* Matth. 23. 27.
dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa,
intus vero plena sunt ossibus mortuorum, &
omni spurcitia : sic & vos foris quidem appare-
tis hominibus justis ; intus autem pleni estis
hypocrisi & iniquitate.

26. Quapropter oportet ante baptisma,
iis, quæ documenta impediunt, prius re-
motis, imbui doctrina, & sic ad disciplinam
idoneos seipsos reddere, cum Dominus ipse
noster Jesus Christus per exempla præceden-
E tem sententiam confirmet, & rursus dogma-
tis in morem, inferat : *Sic omnis ex vobis qui* Luc. 14. 33.
non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest
meus esse discipulus. Et iterum cum imperio:
Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & Matth. 16. 24.
tollat crucem suam, & sequatur me. Et ite-
rum in modum definientis : *Qui non accipit* Matth. 10. 38.
crucem suam quotidie, & sequitur me, non est
me dignus. Ex his & similibus ignitis sermo-
nibus Domini nostri Jesu Christi, dicentis,
Ignem veni missurus in terram, & quid volo, Luc. 12. 49.
si jam accensus est? manifesta dum fit pecca-
torum malitia, virtusque eorum, quæ ad
glo-

gloriam Dei & Christi ipsius recte geruntur, A
affulget, tunc cupimus omnino ac confite-
Rom. 7. 24. mur quæ sunt ab Apostolo dicta : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-*
Matth. 26. 28. *jus? Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum*, qui dixit : *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum*, ita attestante
Col. 1. 14. Apostolo, *In quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*, & tunc accedimus ad aquæ baptisma, quod similitudo est crucis, mortis, sepulturæ, ac resurrectionis ex mortuis; facientes servan- B
tesque pacta, quæ Apostolus eo in loco, ubi de hujusmodi baptismate agitur, obsigna-
Rom. 6. 9. vit, cum dixit : *Scientes quod Christus excitatus a mortuis, jam non moritur : mors illi ultra non dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel : quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in concupiscentiis ejus, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato : sed exhibete vos Deo,* C
tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo, &c.

27. Tunc quivis in nomine Spiritus sancti dignus fit, qui baptizetur, & denuo generatus mutet & locum & mores & convictores, ut spiritu ambulantes evadamus digni, qui in nomine Filii baptizemur, induamusque Christum. Nam qui natus est, eum indui etiam oportet, sicut Apostolus dixit:
Gal. 3. 27. *Quicumque in Christum baptizati estis,*
Col. 3. 9. *Christum induistis*. Ac rursus : *Exuentes veterem hominem cum actibus suis, &* D
induentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum : ubi non est gentilis & Judæus. Postquam autem induimus Dei Filium, qui eam potestatem, ut Dei filii fiamus, præbet, in nomine Patris baptizamur, prædicamurque filii Dei qui præcepit & edixit, velut ait pro-
Esa. 52. 11. & 2. Cor. 6. 17. pheta : *Quapropter exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis : & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & fi-*
Ibidem 7. 1. *lias, dicit Dominus omnipotens. Has ergo ha-* E
bentes, inquit Apostolus, *promissiones, charissimi, mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei*. Et iterum admonet,
Philipp. 2. 14. his verbis : *Omnia facite sine murmurationibus, ac disceptationibus, ut nulla fiat de vobis querela, & sitis simplices, irreprehensibiles Dei filii, in medio nationis pravæ ac perversæ : inter quos lucetis sicut luminaria in mundo : verbum vitæ continentes ad gloriam meam, in*
Col. 3. 1. *die Christi*. Et rursus : *Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextra Dei sedens : quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra ; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*, quæ est ab ipso Domino promissa, ubi Matth. 13. 43.
dixit : *Tunc fulgebunt justi sicut sol*.

CAPUT III.

Quod oportet regeneratum per baptisma, exinde divinorum mysteriorum participatione nutriri.

1. Ex boni Dei gratia, verbis unigeniti filii Dei viventis, & sanctorum ipsius Evangelistarum prophetarumque, & Apostoli, quæ baptismatis doctrinam secundum evangelium Domini nostri Jesu Christi satis nobis declararunt, in medium adductis, illud didicimus, quod ignis quidem baptisma redarguat omnem malitiam, justitiam vero quæ secundum Christum est, suscipiat, quandoquidem ut vitii odium, ita virtutis desiderium parit, quodque sanguine Christi per fidem sumus ab omni peccato purgati, atque in aqua in Domini mortem baptizati, quasi quodam scripto professi, esse nos peccato & mundo mortuos, justitiæ vero justificatos ; & ita demum in nomine Spiritus sancti baptizati, fuimus generati denuo ; generati vero & in nomine Filii baptizati, induimus Christum, induti autem hominem novum secundum Deum conditum, in nomine Patris baptizati fumus, & filii Dei appellati. Jam igitur opus est nutriri nos cibo vitæ æternæ, quem idem unigenitus Dei vivi filius rursus nobis tradidit, cum aliquando quidem dixit :
Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et quomodo id Matth. 4. 4.
fiat, docuit, his verbis : *Cibus meus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, Patris*. Joan. 4. 34.
Ac rursus illa voce, *Amen*, ad eorum quæ infert confirmationem, & ad audientium persuasionem bis expressa, ait : *Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem* Joan. 6. 54.
& bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : & ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est cibus : & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et paulo post scriptum est : *Multi er-* v. 61.
go ex discipulis ejus audientes hunc sermonem, dixerunt : durus est hic sermo, ecquis potest eum audire? Sciens autem Dominus in semetipso, quod murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit ei : Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat : caro non prodest quid-

quam. Verba mea spiritus sunt & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim Jesus ab initio qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, & jam cum illo non ambulabant. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? Respondit ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus & cognovimus, quod tu es Christus Filius Dei.

2. Atque sub finem evangeliorum scriptum est: *Jesus ergo accepto pane, & gratiis actis, fregit deditque discipulis, & dixit: Accipite, comedite; Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, hoc facite in meam commemorationem. Et accepto calice, & gratiis actis, dedit ipsis dicens: Bibite ex eo omnes; Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem.* [Matth. 26. 26. & Luc. 22. 19.] Hæc autem Apostolus confirmat testimonio suo, dicens: *Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* [1. Cor. 11. 23.] Quid itaque utilitatis habent hæc verba? ut & edentes & bibentes, semper memores simus ejus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, sicque discamus necessario servare coram Deo & Christo ipsius traditum ab Apostolo dogma, quo dicit: *Charitas enim Christi constringit nos, judicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* [2. Cor. 5. 14.] Qui enim edit & bibit, videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, rationem vero memoriæ obedientiæ Domini usque ad mortem, juxta doctrinam Apostoli non adimplet, qui, ut dictum est, ait: *Charitas enim Christi constringit nos, judicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt,* (quod in baptismate professi sumus,) *& pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt non amplius sibiipsis vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit,* is nihil capit utilitatis, juxta sententiam Domini, qui dixit: *Caro non prodest quidquam.* [Joan. 6. 64.]

3. Præterea sibi ipsi accersit qui ejusmodi

A est, judicium quoque Apostoli, dicentis, *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* [1. Cor. 11. 29.] Etenim non horrendum modo judicium inest ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne ad sancta accedit, cum enim accedit, reus fit corporis & sanguinis Domini, sed etiam ei, qui otiose inutiliterque edit ac bibit, quod non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, servas quod dictum est: *Charitas Christi constringit nos, ju-* B *dicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt,* & quæ sequuntur. Nam velut citra conscientiam & inutiliter bonum tantum ac tale irritum faciens, velutque ingrate ad hujusmodi mysterium accedens, negligentiæ ac segnitiei judicio obnoxium se præstat, cum Dominus eos, qui vel otiosum verbum proferunt, non sinat esse injudicatos, [Matth. 12. 36.] & vehementius quoque inertiæ judicium declaret, in eo, qui in otio talentum servavit integrum, [Matth. 25. 25.] Apostolus vero nobis tradiderit, quod & qui verbum bo- C num profert, nec ad fidei ædificationem dispensat, contristet Spiritum sanctum, [Ephes. 4. 29.] & ita debemus judicium illius, qui indigne edit ac bibit, considerare. Quod si etiam is, qui fratri propter cibum molestiam creat, a charitate excidit, [Rom. 14. 15.] sine qua & donorum etiam magnorum & justificationum opera nihil prosunt, quid quis dixerit de eo, qui otiose inutiliterque corpus edere, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi bibere non veretur, ob idque amplius Spiritum sanctum contristat, quique citra constringentem chari- D tatem, (ita ut non sibiipsi, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit Jesu Christo Domino nostro vivere apud se statuat,) edere ac bibere audet? Oportet igitur, qui ad corpus & sanguinem Christi in recordationem illius, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, accedit, eum non ab omni solum carnis & spiritus inquinamento purum esse, ut ne in judicium edat & bibat, sed efficaciter etiam memoriam illius, qui pro nobis mortuus est ac resurrexit, exprimere in eo, quod mortificatus est peccato mundoque & E sibiipsi, vivat autem Deo in Christo Jesu Domino nostro.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

QUÆSTIO I.

An quisquis baptizatus est baptismate, quod in evangelio Domini nostri Jesu Christi traditur, debeat mortuus quidem esse peccato, Deo vero in Christo Jesu vivere.

RESPONSIO.

1. SI quotquot regnum Dei concupiscimus, gratiam baptismatis æqualiter ac necessario nobis paramus, eaque opus habemus, juxta hanc sententiam a Domino
Joan. 3. 5. prolatam: *Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei*, omnes igitur pariter debemus eamdem baptismatis rationem sequi, cum Apostolus ge-
Rom. 6. 3. neratim baptizatis omnibus dicat, *An ignoratis, fratres, quod quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per* C *baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus*, &c. Et alibi modo ad pudorem incutiendum aptiori cla-
Gal. 3. 27. riusque tradit ejusmodi dogma, dicens, *Quicumque baptizati estis in Christo, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber, non est masculus & femina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu*. Quemadmodum rursus ad omnes di-
Col. 2. 11. cit: *In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis peccato-* D *rum carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & consurrexistis per fidem*. Quisquis igitur evangelii baptismate baptizatus est, debet secundum evangelium vivere, etiam ob ea, quæ alibi dixit:
Gal. 5. 3. *Testificor rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.*

2. Itaque plane constat, quemque uno baptismate baptizatum, uti scriptum est, juxta modum ejus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, ex æquo implere debere, quod E
2. Cor 5. 14. ab ipso Apostolo scriptum est: *Nam charitas Christi constringit nos, judicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit*. Si enim qui circumcisus est parte aliqua corporis, juxta Mosis circumcisionem, debet legem totam servare, quanto magis qui secundum Christi circumcisionem circumcisus est, pro-
Col. 2. 11. pterea quod exuit totum corpus peccatorum carnis, sicut scriptum est, adimplere debet
A quod Apostolus dixit: *Ego mundo crucifixus* Gal. 6. 14.
sum, & mundus mihi: Vivo autem jam non Gal. 2. 20.
ego, vivit vero in me Christus? Quare qui vere juxta Apostoli verba in mortem Christi baptizatus est, seipsum & mundo mortificavit, & multo magis peccato, prout ab Apostolo, ubi de baptismate sermo habetur, di-
ctum est: *Vetus homo noster simul crucifixus* Rom. 6. 6.
est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Nam inviolate pactus est Christum in omnibus sequi, quod est Deo integre vivere, implens omnino quæ dicta
B sunt ab Apostolo, nunc quidem, *Obsecro* Rom. 12. 1.
itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem vestrum
cultum, & quæ sequuntur, nunc vero: *Non* Rom. 6. 12.
ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in concupiscentiis ejus: neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo. Atque etiam juxta hæc & ejusdem generis
dogmata rursus dicit: *Non est Judæus, neque* Gal. 3. 28.
C *Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina: omnes enim vos unus estis in Christo Jesu*, ut digni reddamur om-
nes, veluti unus, qui id audiamus: *Adest-* Matth. 25. 21.
dum serve bone, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, quo habebimur digni, si quisque nostrum in quo vocatus est & electus, cura
ampliore & studio impigro impertitam sibi Ephes. 4. 7.
gratiam, uti scriptum est, reddiderit auctiorem.

QUÆSTIO II.

An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, sacerdotio citra periculum fungatur.

RESPONSIO.

MOses quidem illius ætatis hominibus
ad nos erudiendos formam dans, Lev. 21. 16.
in lege a Deo tradita, scribit: *Et loquutus*
E *est Dominus ad Moysem, dicens: loquere ad Aaron, dicens: homo ex genere tuo in vestris generationibus, qui habet in seipso maculam, non accedet ad offerendum dona Deo suo: quia omnis homo in quo fuerit macula, non accedet*. Atque postea maculam interpretatur. Non si admisceantur membra aliena, neque cum conteritur unum aliquod membrum, non solum si vel pars membrorum suorum vitiata impediat quominus munere suo facile ac expedito perfungatur, sed si decorum aut integritatem lædat. Dominus autem cum
dicit, *Templo aliquid majus hic est*, nos do- Matth. 12. 6.
cet

cet tanto magis impium esse eum, qui inter sacrificandum audet tractare corpus Domini, qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem & hostiam in odorem suavitatis, quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris: quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis est enim hæc excellentia. Nunc autem macula, aut mutilatio non in membris corporis consideratur, sed in justificationibus evangelicæ pietatis cognoscitur, videlicet cum mandatum fit ex aliqua parte exigua, aut non integre, aut non ita fit, ut sit Deo acceptum, adeo ut consilium humanum tamquam cicatrix quædam aut lepra in mandato appareat. Necessarium igitur est semper quidem, maxime vero tanti ac talis mysterii tempore, ser-
1. Cor. 7. 1. vare præceptum Apostoli, qui dicit: *Has igitur habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Nullam in ulla re dantes offensionem, ne vituperetur ministerium, sed uti Dei ministri in omnibus commendantes nosmetipsos*. Ita fiet quis dignus, qui Domini mysteriis juxta Dei evangelium operam sacram impendat.

QUÆSTIO III.

An quispiam, cum ab omni carnis & spiritus inquinamento purus non est, tuto ac secure edat corpus Domini, & bibat sanguinem?

RESPONSIO.

Cum Deus in lege extremam pœnam in eum, qui in immunditia attingere sancta ausus esset, constituerit, siquidem typice illis quidem, nobis vero admonitio-
Lev. 22. 1. nis causa, ita scriptum est, *Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic Aaron, & filiis ejus: & attendant a sanctis filiorum Israel, & non profanabunt nomen sanctum meum; quæcumque ipsi sanctificant mihi. Ego Dominus. Dic illis: In progenies ipsorum omnis homo, quicumque accesserit ab omni semine vestro ad sancta, quæcumque sanctificaverint filii Israel Domino, & fuerit immunditia ejus in illo, exterminabitur anima illa a facie mea. Ego Dominus*; si adversus eos qui temere accedunt ad ea quæ ab hominibus sanctificata sunt, minæ ejusmodi intentantur, quid quis dixerit contra eum, qui ad tantum ac
Matth. 12. 6. tale mysterium non veretur accedere? Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem, tanto gravius est & formidabilius corpore Christi impure vesci audere, quam arietes aut tauros edere, cum Apostolus di-
1. Cor. 11. 27. cat: *Itaque quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini*, imo judicium per repetitionem vehementius simul & formidabilius declaret, his verbis: *Probet autem seipsum unusquisque, & sic de pane edat,* v. 28.
& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quod si is qui in sola immunditia constitutus est, (immunditiæ autem proprietatem typice ex lege didicimus,) judicio tam horrendo obnoxius est, quanto magis qui in peccato est, Christique corpus temere edit, judicium gravius sibi accerset? Mundemus igitur nos ab omni inquinamento, (discrimen autem, quod inquinamentum inter & immunditiam intercedit, prudentibus sapientibusque est manifestum,) & ita demum accedamus ad sancta, ut eorum qui Dominum occiderunt effugiamus judicium, videlicet *Quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini*; possideamus vero vitam æternam, sicut promisit verax Dominus, & Deus noster Jesus Christus, si modo edentes bibentesque memores fuerimus ipsius, qui pro nobis mortuus est, servaverimusque sententiam Apostoli, qui dicit: *Charitas enim Chri-* 2. Cor. 5. 14.
sti constringit nos, judicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit: qua de re in baptismate fecimus pactionem.

QUÆSTIO IV.

An omni verbo Dei credendum sit & obtemperandum, adeo ut id quod dicitur, verum esse persuasissimum sit, etiamsi aut aliquod verbum aut factum ipsius Domini vel sanctorum inveniatur, quod videatur esse contrarium.

RESPONSIO.

1. Hæc quæstio tametsi prorsus indigna est quocumque, qui Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei vivi filium, per quem omnia tam visibilia quam invisibilia facta sunt, confiteri non recusarit, quandoquidem ea verba quæ loquutus est, a Patre audivit, tamen respondere necesse habemus, obedientes Apostolo,
dicenti: *Parati eritis ad respondendum cuilibet* 1. Pet. 3. 15.
interroganti vos rationem ejus quæ in vobis est fidei. Et ne si de nostro aliquid dicamus, ambiguitatem afferamus audientibus, Domini ipsius faciamus mentionem, dicentis vide-
licet, *Amen, amen dico vobis, iota unum aut* Matth. 5. 18.
unus apex non præteribit a lege donec omnia
fiant: & iterum: *Facilius est cælum & terram* Luc. 16. 17.
præterire, quam legis unum apicem cadere.

Quod

Quod si quidpiam est hic plus Salomone, si A quidpiam est hic plus Jona, consequens est ut dicamus: quidpiam etiam est hic plus Moyse, Apostolo, posteaquam Mosis gloriam Israelitis inaccessam recensuit, eamque contulit cum Domini nostri Jesu Christi gloria,
2.Cor.3.10. subjungens, *Glorificatum non est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est.* Ita etsi ex iis quæ protulimus locis ea quæ in Evangelio dicta sunt, ceu certissima per indubitatam fidem cognoscere ac confiteri didicimus, ta- B men hæc ipsius Domini verba in medium
Matth. 24. 35. rursus adducamus: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Itaque Domini verba maxime omnium suffecerunt ad nostros animos in sancto atque principali Spiritu confirmandos, sic ut indubitanter constanterque omne verbum ex Dei ore procedens susciperemus: sed tamen, ut quorumdam opitulemur imbecillitati, par fuerit testimonium quoque unius aut alterius ex multis adjicere. Ait itaque David:
Psal.110.8. *Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in* C *sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate.*
Psal. 144. 13. Ac rursus: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis,* & ejusmodi multa. Jehu autem in Re-
4. Reg. 10. 10. gnorum libris dixit: *Videte quod non cadet verbum Domini in terram.*

2. De iis vero, quæ videntur inter se esse quodam modo contraria, satius est unumquemque sententiam adversus seipsum ferre, tamquam qui ad cognitionem divitiarum sapientiæ nondum pervenerit, & quod Dei judicia quæ investigari non possunt, at- D tingere difficile sit, quam audaciæ ac perti-
Job 34. 18. naciæ judicio obnoxium fieri, & audire: *Im-*
Rom. 8. 33. *pius est qui dicit regi: Iniqueagis: & quis accusabit adversus electos Dei?* Quamvis autem, multorum judicio, multa perspicue solvantur, tamen in iis quæ contraria inter se esse videntur, illud observare debemus, quod cum aliquod verbum aut factum præcepto contrarium esse videtur, necessarium est unumquemque præcepto obsequi, non autem altitudinem divitiarum & sapientiæ improbare, aut in peccatis prætextus præte- E
Psal. 140.4. xere. Hoc enim Deo placere, & periculo carere ex divinis Scripturis didicimus. Sed si præceptum præcepto repugnare videtur, argumentis interim intellectis, & lecto integro loco, ita demum nihil pugnans esse cognoscamus, & id quod cuique convenit, juxta scopum supernæ vocationis observemus, ad quem videlicet scopum utraque præcepta tendant, partim morbum curantia, partim afferentia talem profectum, quo ad perfecte Deo placendum deducamur, cum
Matth. 5. 15. Dominus dicat aliquando quidem, *Nemo lucernam accensam abscondit sub modio, sed super candelabrum ponit, & lucet omnibus, qui sunt in domo. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant bona vestra opera, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est:* aliquando vero, *Te autem faciente eleemosy-* Matth. 6.3. *nam, nesciat sinistra, quid faciat dextera tua.*

3. Et multa id genus invenias & apud evangelistas & apud Apostolum. Quod si præceptum quidem datum fuerit, quomodo vero fiat, non additum sit, obediamus Domino, qui ait: *Scrutamini Scripturas,* Joan. 5. 39. imitemurque Apostolos, qui Dominum ipsum de eorum quæ ab ipso dicta erant interpretatione interrogarunt; & eorum quæ ab ipso dicta sunt, ex iis quæ in alio loco dixit, veritatem salubritatemque edíscamus. Exempli causa, cum dictum est, *Thesauri-* Matth. 6. 20. *zate autem vobis thesauros in cælo,* quid hæc sibi velint, tum ex iis, quæ adolescenti præcepta sunt, edocemur, ubi videlicet Dominus ipse dicit: *Vende quæ habes, & da pau-* Matth. 19. 21. *peribus, & habebis thesaurum in cælo;* tum ex iis, quæ ad eos qui regnum cælorum consequi cupiebant, dicta fuere, *Ne timeas pu-* Luc. 12. 32. *sille grex, quia complacitum est patri vestro cælesti dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, facite vobis ipsis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* Si vero periculum etiam observationem mandati comitatur, quæ est gloriatio nostra, meminerimus Apostoli, qui dicit: *Bonum est mihi mori magis, quam* 1.Cor. 9. 15. *ut gloriam meam quis evacuet;* & alibi fusius: *Quis nos separabit a charitate Christi? tribu-* Rom. 8. 35. *latio? an angustia? an persequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* & quæ sequuntur. Ex quibus impensius erudimur mandata custodire, atque commonstrare dilectionem majorem erga Dominum, qui dicit, *Qui diligit me, mandata mea ser-* Joan.14.23. *vabit,* & multis in locis similiter: in reliquis vero Apostolum imitari, ac dicere: *O altitu-* Rom.11.33. *do divitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & impervestigabiles viæ ejus. Quis enim cognovit mentem Domini,* qui ex cælis descendit, & Patris nobis verba annuntiavit? cui credere necessarium est ac salutare, velut liberos parentibus, & pueros præceptoribus, juxta ipsius Domini nostri Jesu Christi vocem, ubi ait, *Nisi quis susceperit regnum Dei velut* Marc. 10. 15. *parvulus, non intrabit in illud.*

QUÆ-

QUÆSTIO V.

Utrum verbo cuilibet non obsequi, sit aliquid ira & morte dignum, etiamsi privatim non singulis conjunctæ sint minæ.

RESPONSIO.

1. Dictum quidem est fusius de hoc argumento in epistola de concordia, an videlicet, verbo cuilibet non obsequi, sit aliquid ira ac morte dignum: sed ut nunc B unum aut alterum testimonium ex multis allegemus, audiamus Joannem Baptistam, Joan. 3. 36. dicentem: *Qui credit Filio, habet vitam æternam: qui vero non credit Filio,* (quod autem definitum non est, id comprehendit omnia,) *non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum;* & Dominum ipsum more Matth. 5. 18. definientis pronuntiantem, *Iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* Quod si quæ legis sunt, sic se habent, quanto magis, quæ sunt evangelii? sicut Dominus ipse sæpe confirmavit. De eo autem, C an res ita sit, etiamsi privatim non singulis conjunctæ sint minæ, satis esse arbitror credentibus, si meminerint Domini ipsius, qui eo loco, ubi doctrinam post beatitudines tradit, plura prohibita recensuit, & aliquibus Matth. 5. 22. quidem minas adjunxit, his verbis: *Quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit judicio: qui vero dixerit Raca, obnoxius erit concilio: qui autem dixerit, fatue, obnoxius erit gehennæ ignis,* & ejusmodi multa: aliquibus vero nihil adjecit minarum, exempli gratia cum Ibid v. 28. dicit: *Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo:* D v. 34. item, *Ego autem dico vobis, non jurare omnino:* v. 37. & paulo post, *Erit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est.* Et multa alia id genus loquutus, nec proposita ulla propria pœna, generalius adversus omnes sententiam tulit, cum Matth. 5. 20. prius dixit: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Sub finem vero Matth. 7. 24. infert: *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, assimilabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.*

2. Atque in aliis locis, peccatorum multorum facta mentione, non addidit destinatam unicuique pœnam: sufficere ratus quæ contra omnia in universum sæpenumero dicta erant. Quoniam autem indigent auxilio infirmiores, Apostoli quoque mentionem faciamus. Nam & ipse Dominum imitans, 1. Cor. 5. 11. modo quidem dixit: *Si quis frater nominatus,* A *aut fornicator est, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum tali nec cibum quidem sumite;* modo vero, *Nolite mentiri alius adversus alium.* Col. 3. 9. Et alibi, *Omnis ira, & indignatio, & clamor,* Ephes. 4. 31. *& blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia.* Et multa similia sæpe prætermissis minis dixit. Alibi tamen generalius pœnam quoque adjicit, ubi dicit: *Nolite errare: Neque fornicatores, neque idolis servientes, neque* 1. Cor. 6. 9. *adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque* B *ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Sed iterum alio loco fusius scribit: *Et sicut non probaverunt Deum habere* Rom. 1. 28. *in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, fornicatione, nequitia, avaritia, malitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo osores, contumeliosos, superbos, arrogantes, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, pactorum violatores, sine affectione, absque fœdere, immiseri-* C *cordes. Qui cum justitiam Dei cognovissent, videlicet, quod ii qui talia agunt, digni sint morte, non solum ea faciunt, sed etiam assentiuntur facientibus. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim facis tu, qui judicas.* Atque multis in locis similiter. Ex quibus illud conspicuum est, quod etiamsi singulatim singulis speciebus non sint adjectæ supplicii minæ, necessario cognoscere debemus, eum, qui vel unum præceptum transgreditur, inevitabili D necessitate sententiæ generali subjacere, cum Dominus noster Jesus Christus pronuntiarit, *Qui spernit me, & non accipit verba mea,* Joan. 12. 48. *habet qui judicet eum. Sermo quem loquutus sum, ille judicabit eum in novissimo die,* & quæ sequuntur modo formidabiliore; & Joannes Baptista quo major nemo, in modum definientis hoc testimonium reddat: *Qui non* Joan. 3. 36. *obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.* Hoc enim familiare est Scripturæ sacræ, etiam in Testamento veteri. Nam per Mosem, qui pleraque legis scri- E psit, contra omnes generalem maledictionem, quæ supplicium gravissimum auspicatur, minis adversus unum aliquem transgredientem aut negligentem omissis, subjecit, dicens, *Maledictus omnis qui non permanet in* Deut. 27. 26. *omnibus quæ in libro legis hujus scripta sunt.* Et alibi, *Maledictus,* inquit, *qui facit opera* Jerem. 48. 10. juxta LXX. in Vulg. 48. 10. *Domini negligenter.* Si vero maledictus est qui negligenter facit, qui non facit, quonam supplicio dignus est?

QUÆ-

QUÆSTIO VI.

An inobedientia posita sit in eo, si quid vetitorum fiat, aut etiam in eo, si quid comprobatorum omittatur.

RESPONSIO.

1. CUm Dominus noster Jesus Christus hoc judicium validius confirmaret, tum ut errorem præteritum amoliretur, tum ut nostra corda in sana fide stabiliret, voluit nos docere timorem judiciorum, non solum per verba, verum etiam per exempla: siquidem res ipsæ veritatem magis persuadent.
Matth. 5. 20. Et primum quidem ait: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Atque post integrum hunc locum in quo doctrinam suam proposuit, sententiam una cum
Matth. 7. 26. exemplo adjunxit, his verbis: *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, assimilabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & fuit*
Luc. 13. 6. *ruina illius magna.* Et iterum: *Arborem fici habebat quis plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. Et dicit ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ipsa, & non invenio: succide illam: ad quid vel terram occupat?* Et alibi apertius hoc judicium expo-
Matth. 25. 41. nit, dicens, *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.* Et adjungit non aliquod facinus admissum, ex iis quæ prohibentur, sed opus aliquod omissum, ex iis quæ comprobantur, dicens: *Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum,* &c. Quin & multa similia invenire est, ex quibus ostendi possit non solum eos qui mala agunt, morte esse dignos, quibus & ignis inexstinguibilis paratus est, cum quibus & ii qui a bonis operibus vacant, condemnantur, sed eos etiam, qui bona negligenter fa-
Jerem. 12. 10. apud LXX. in Vulg. 48. 10. ciunt. Scriptum namque est: *Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter.*

2. Tempestivum autem fuerit meminisse etiam Joannis, ad eos, qui per baptismum veniam peccatorum acceperant, dicentis:
Matth. 3. 7. *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et ne liceat vobis dicere intra vosmetipsos: Patrem habemus Abraham; dico enim vobis quod potest Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam autem securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur.* Quæ singula non

A ostendunt malum aliquod fuisse patratum, sed prætermissum esse pietatis officium. Si enim maledictus est, quisquis opera Domini facit negligenter, quod ea non cum congruenti animi alacritate fecerit, quanto magis maledicti, qui ne facere quidem bonum ullo modo volunt? Nec immerito audiunt: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.* Matth. 25. 41. Quare ex his planum est, necessario in præceptis Domini nostri Jesu Christi, celeritate multa &
B impigro studio una cum bono ac intento desiderio opus esse; ut & ipsi efficiamur digni beatitudine, sicut ipse Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei vivi filius dixit: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Matth. 5. 6.

QUÆSTIO VII.

An liceat, aut complacitum, aut gratum Deo sit, eum qui peccato servit, justitiæ opus facere, secundum regulam pietatis sanctorum.

C

RESPONSIO.

CUm Deus in veteri quidem Testamento dicat, *Peccator sacrificans mihi vitulum, est velut qui occidit canem, & offerens similam, velut qui offert sanguinem suillum,* Esa. 66. 3. præscripseritque sedulitatem tantam circa ea quæ in sacrificium offerebantur, & statuerit judicium horrendum adversus delinquentem; in novo vero Testamento Dominus noster Jesus Christus per seipsum in evangeliis dixerit, *Qui facit peccatum, servus est pecca-* Joan. 8. 34.
D *ti*; &, *Nemo potest duobus dominis servire*; &, Matth. 6. 24. *Non potestis Deo servire & mammonæ*, tradideritque dogma apertissimum, dicens, *Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus;* Luc. 14. 33. si igitur de mediis sententia talis lata est, quid quis dixerit de prohibitis? cumque per Apostolum dicat, *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus* 2. Cor. 6. 14.
E *templo Dei cum idolis?* declaratum est rem propositam nullo modo licere, ingratamque Deo esse, & audenti periculosam. Quapropter, Matth. 12. 33. adhortor, faciamus, quemadmodum Dominus docet, arborem bonam, & fructum ipsius bonum, atque purgemus primum internam Matth. 23. 26. poculi ac patinæ partem, & tunc externa ipsius pars erit munda tota. Atque per Apostolum eruditi, mundemus nosmetipsos ab 2. Cor. 7. 1. omni carnis & spiritus inquinamento, & tunc perficiamus sanctificationem in dilectione Christi, ut reddamur Deo grati ac Domino accepti, ad regnum cælorum.

QUÆSTIO VIII.

An acceptum sit Deo opus præcepti, si non convenienter Dei præcepto fiat.

RESPONSIO.

1. Hujus quæstionis explanationem & quasi quamdam regulam quam in omni ejusmodi negotio sequamur ex veteri Testamento discimus, ubi velut ex persona
Gen. 4. 7. Dei dicit: *Si recte quidem obtuleris, recte vero non diviseris, peccasti. Quiesce, ad te conversio ejus*, sicut non solum acceptum non sit, quod non est oblatum legitime; sed imputetur etiam sic offerenti ad peccatum: quin & juxta allatam ab Apostolo similitudinem, discere est velut per humanum exemplum, regulam pietatis generatim in omnibus in-
2. Tim. 2. 5. violabilem esse, ubi dicit: *Etiamsi certet quis, non coronatur nisi legitime certaverit*. Imo cum timore majore licet ipsius Domini nostri Jesu Christi meminisse, qui modum ac re-
Matth. 24. 46. gulam exponit, his verbis: *Beatus ille servus quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem*. Etenim cum hac voce *sic* usus est, ostendit a beatitudine excidisse eum, qui non sic facit, quemadmodum ex multis tum veteris tum novi Testamenti historiis ac dictis accurate edoceri ac certissime convinci possumus. Illud autem, *non sic*, fit, cum aliquid fit aut præter locum, aut præter tempus, aut præter personam, aut præter rem, aut præter modum, aut præter ordinem, aut denique cum non fit eo, quo decet, animo.

2. Primum autem, quomodo præter locum aliquid fiat, videamus. Apostolus sane, quo res clarius exhiberet, eosque, qui audiunt quæ pietatem decent, juvaret, iis, quæ consuetudinem obtinoerant, utitur,
1. Cor. 11. 14. cum dicit: *Annon natura ipsa docet vos, quod viro quidem si comam nutriat, ignominia sit, mulieri vero si comam nutriat, gloria sit illi?* &c. Par igitur fuerit nos etiam iis quæ in natura obtinuere, ad præsentis vitæ necessitatem uti. Etsi enim vita in cibo ac potu continetur, quis tamen sapientum velit in foro edere ac bibere? Aut quis velit semina in saxa conjicere, ut & illa ipsa semina, & fructus exspectatos perdat? Atque multa invenias præter locum periculose, aut etiam vitiose fieri. Rursus autem memores Apo-
1. Cor. 10. 11. stoli, qui dixit: *Hæc in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter admonitionem nostri, in quos fines sæculorum devenerunt*, videamus num ea quæ sancita sunt a Deo ad pietatem, & quæ societatem inter se habent, differentiam inviolabiliter servarint. Alia enim assignata erant Jerosolymis, & qui ex-
A tra fecissent, periclitabantur: alia vero, eaque plura, & in ipso templo, & in altari, & in ipsa Jerusalem aliisque locis, erant ad cultum Deo exhibendum selecta; nec quisquam quæ in templo & altari fiebant, in aliis Hierosolymæ locis facere audebat, neque quæ in aliis locis fiebant, etiam in templo fieri permittebantur. Periculum est quoque, ne nos præter locum mandatum conficiamus, maxime si sacerdotii mysteria celebremus in profanis locis, cum ejusmodi res contemtum ostenderet in celebrante, & alii es-
B set offendiculo pro alia variaque affectione, ob diversam multorum in harum rerum cognitione infirmitatem.

3. Quod si dicat quispiam: Cur igitur Apostolus dixit: *Volo ergo viros orare in omni* 1. Tim. 2. 8.
loco, propterea videlicet, quod Dominus adorandi in omni loco potestatem dedit, his verbis: *Neque in Jerosolymis, neque in mon-* Joan. 4. 21.
te hoc adorabitis Patrem? Hoc dicere licet, quod illud, *in omni*, non comprehendit loca humanis usibus ac immundis ac profanis Malach. 1. 11.
negotiis destinata, sed ab Jerosolymorum
C usque ambitu ad omnem totius orbis locum adorationem extendit, & juxta sacrificii prophetiam, ad eum locum qui studiose videlicet Deo dicatus sit, ad gloriosi mysterii sacrificium celebrandum. Etsi enim audivimus prophetam dicentem: *Vos sacerdotes Dei* Esa. 61. 6.
vocabimini, tamen neque omnes ejusmodi sacerdotii aut ministerii potestatem usurpamus, neque alius alii datam gratiam sibi sumere potest, sed fideles singuli intra proprios doni Dei fines manent, ita docente nos Apostolo, cum dicit ad omnes quidem, *Ob-* Rom. 12. 1.
D *secro autem vos, fratres, per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum vestrum: & nolite conformari huic sæculo, sed transformamini in novitate spiritus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta*: unicuique vero perspicue distinguit ministerium cuique conveniens, prohibetque alienum ordinem invadere, ubi ait: *Dico enim per Dei* Ibid. v. 3.
gratiam quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ut ne plus sapiat quam oportet sape-
E *re, sed sapiat ad sobrietatem, sicut unicuique Deus divisit mensuram fidei*. Quinetiam per mutuam necessariamque membrorum corporeorum ordinationem, quæ ad elegantiam securitatemque tendit, moderatur in nobis nostrum illum statum mutuum, ut Deo in dilectione Christi Jesu in differentia donorum placeamus. Quippe dicit: *Sicut in uno* Rom. 12. 4.
corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differen-

ferentes, sive prophetiam secundum rationem A *fidei, sive ministerium in ministrando*, &c.

4. Si vero ii qui operam mutuam conferunt ad unum illum attingendum scopum, quo videlicet placeant Deo, ac tantam inter se habent conjunctionem societatis in dilectione Christi, ipsi tamen proprium locum accepti doni transgredi non permittuntur, quomodo non multo magis loca alienis & contrariis rebus addicta debemus a sanctis secernere? Etenim tum ex omnibus quæ ex divina Scriptura relata sunt, tum ex ejusmodi aliis, & ex memoratis prius ex- B emplis discamus oportet, opus, quod præter locum fit, in finem proposito scopo contrarium cedere. De eo autem, quod præter tempus geritur, ipsum Dominum nostrum Jesum Christum jam audire licet, qui dicit, Matth. 25. 1. *Quapropter simile factum est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso. Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ: quæ fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis. Moram autem faciente sponso,* C *dormitaverunt omnes, & dormierunt: media autem nocte clamor factus est; Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ exstinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias: & clausa est janua. Novissime vero veniunt* D *& reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: at ille respondens dixit eis, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.*

5. Quare cum sciam admonitionem sæpius de eodem judicio adhibitam validius commovere, magisque credi, eam quoque, quæ alio loco in eamdem sententiam prolata est, adjiciam. Dicit autem Domi- Luc. 13. 24. nus ipse: *Multi quærent intrare, & non poterunt. Cum autem ingressus fuerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis dicere:* E *Domine, Domine, aperi nobis, tunc respondens dicet: Non novi vos, unde sitis: propterea dico vobis estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venturus est*; atque multis locis similiter. Quod si & Apostolus in testimonium advocandus est, audiamus ipsum, prophetæ verba ita referentem, Esa. 49. 8. *Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te:* & posthac ex seipso inferentem, 2. Cor. 6. 2. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies* Gal. 6. 10. *salutis:* & iterum, *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes quidem, maxime autem ad domesticos fidei.* Si vero & testimonio alio opus est, meminerimus Davidis, qui dicit: *Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno:* Psal. 31. 6. Salomonis itidem, qui in universum pronuntiavit omnia Eccle. 3. 1. bona fieri in tempore suo.

6. In veteri quidem Testamento, puta in Core, & in illis, qui sacerdotium sibi Num. 16. 31. non concreditum invadere ausi sunt, & propter iræ severitatem in perniciem & exitium horrendum inciderunt, videmus quam grave sit præter personam aliquid facere: ab ipso vero Domino, ut cauti simus, erudimur: qui videlicet ad discipulos dixit: *Non* Matth. 15. 24. *missus sum nisi ad oves quæ perierunt domus Israel:* & ad mulierem, *Non est bonum sumere panem filiorum, & projicere catellis.* Marc. 7. 27. Præter rem vero quidpiam fieri, ex veteri quidem Testamento discimus, ubi cum præceptum esset, ut sacrificium fieret ex mundis & integris & maculæ expertibus, tamen non ex talibus oblatio facta est: qua de re Deus dixit, *Offer illud principi tuo, si admittet illud, si suscipiet faciem tuam:* Malac. 1. 8. ex novo vero Testamento ab ipso Domino nostro Jesu Christo hoc idem edocemur: qui prophetiam Esaiæ contra Judæos profert, hoc modo: *Bene prophetavit Esaias de vobis, dicens:* Marc. 7. 6. *populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. In vanum autem colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.* Ab Apostolo quoque, qui fert testimonium de conscientia Judæorum, condemnatque ipsos ob justitiæ differentiam. Scribit autem sic: *Testimonium enim perhibeo illis quod æmula-* Rom. 10. 2. *tionem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.* Quapropter Apostolus, qui Deo placere vere studebat, cum quas in lege jamdiu fecerat justitias narrasset, hæc subjungit: *Quinetiam existimo omnia detrimentum esse* Philip. 3. 8. *propter eminentem scientiam Christi Jesu Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ est per fidem Jesu Christi justitiam, quæ ex Deo est in fide, ad cognoscendum illum,* &c. Per hæc autem & similia erudit nos, ut multo magis caveamus, ne umquam regulæ quæ a Domino nostro Jesu Christo ad placendum Deo proposita est, humanam justitiam adjungamus.

7. De eo autem, quod præter mensuram fit, satis esse arbitror meminisse Domini nostri Jesu Christi, ad distinguendam mensuram veteris dilectionis, (Scriptum autem est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum,*) Matth. 19. 19. qui dixit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos.* Joan. 13. 34. Joan. 15. 12. *Ma-*

jorem hac dilectionem nemo habet, ut quis A *animam suam ponat pro amicis suis*. Et in summa hoc idem de omnibus simul justificationibus ab ipso Domino discere licet, cum
Matth.5.20. ita definierit: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*. Præter ordinem vero & rerum seriem agitur, cum quis prima in secundo aut tertio loco tractat, & ea quæ in tertio loco collocata sunt, eorum, quæ prius locata fuerant, principium esse putat. Velut cum Dominus ei, qui dixerat, *hæc omnia custodivi a juventute mea*, B
Matth. 19. 20. hoc mandatum dedit: *Vende quæ habes, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & veni, sequere me*, si quis ei, qui nihil eorum quæ præmissa sunt præstitisset, illud, *sequere me*, (quod posterius est), injunge-
Matth. 16. 24. ret: & velut cum rursus Dominus dicit: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, si quis sequendi præceptum ponat ante priora. Et rursus cum Dominus post multa subjungit,
Luc. 14. 33. *Sic omnis ex vobis qui non renunstat iis quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, si C quis anteaquam ea quæ prius dicta sunt, servasset, discipulum se esse in animum inducat. Quapropter necesse est servare præce-
1. Cor. 14. 40. ptum Apostoli, qui dicit: *Omnia honeste & secundum ordinem fiant*.

8. Denique fit aliquid non eo, quo debet, animo, exempli causa, cum dicit Dominus de iis qui studio placendi hominibus faciunt eleemosynam, aut alteri cuivis justificationi operam dant, ut videantur ab hominibus,
Matth. 6.5. *Amen dico vobis, habent mercedem suam*. Adhuc autem malitiam eorum, qui ob affectum D humanum præceptum Domini faciunt, gravius declarat, ubi illud ostendit, quod non mercede solum destituitur, sed supplicio etiam dignus est qui præceptum perficit, non secundum pietatem, sed ex studio placendi hominibus, aut alicujus alterius voluptatis gratia, aut avaritiæ, aut negotii: quos redarguit & Apostolus. Imo vero Dominus ipse vehementius tales condemnans dicit,
Matth.7.22. *Multi venient in illa die dicentes, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes* E *multas fecimus, & manducavimus tecum, &*
Luc. 13.26. *bibimus, & in plateis nostris docuisti? Et tunc respondebo illis dicens, Discedite a me, non novi vos unde sitis, operarii iniquitatis*: ut ex his ac similibus illud perspicuum fit, quod etiamsi quis charismata operetur, etiamsi conficiat mandata, si tamen non conficit eo, quo debet, animo, & ex scopo, quem Do-
Matth.5.16. minus docuit his verbis, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*, & quem Paulus Apostolus in Christo lo-

quens, tradidit, cum dixit: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, jure ac merito ea, quæ Dominus respondit, auditurus sit. Unde 1. Cor. 10. 31.
Apostolus dicere didicit: *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in alendos pauperes omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil capio utilitatis*. 1. Cor. 13. 1.
Et alibi generalius ac vehementius ait: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*. Gal. 1. 10.

9. Quod si veteris etiam Testamenti testimonium ad ejusmodi sententiam certo probandam requiris, Moyses dicit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua: & diliges proximum tuum sicut teipsum*. Quibus Deut. 6. 5.
Dominus subjungit: *In his duobus mandatis universa lex & prophetæ pendent*. Testatur hoc ipsum & Apostolus, his verbis: *Plenitudo ergo legis est dilectio*. Quod autem impuniti non relinquuntur qui non conficiunt Rom. 13.10.
hæc mandata, & pendentes ab ipsis justificationes, sed suppliciis sunt obnoxii, Moses ipse clamat, dicens: *Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in hoc libro*. David vero ait: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus*. Et alibi: *Illic trepidabunt timore, ubi non erit timor, quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent*. Itaque multa diligentia ac intenta cura opus est, ne si præter modum aliquem ex his quos retulimus, mandatum conficiamus, non modo talem ac tantam mercedem amittamus, sed etiam tam horrendis minis fiamus obnoxii: Deut.27.26. Psal. 52. 6.

QUÆSTIO IX.

An conveniat societatem cum iniquis habere, aut participem esse infructuosorum operum tenebrarum, etiamsi tales non sint ex numero eorum, qui mihi sint concrediti.

RESPONSIO.

1. Iniquus quidem est quisquis legem integram non servaverit, aut violaverit vel unum mandatum. Etenim si pars, vel modica desit, totum periclitatur. Nam quod pene factum est, factum non est. Quemadmodum enim qui fere mortuus est, mortuus non est, sed vivit, & qui fere vixit, non vivit, sed mortuus est, & qui pene ingressus est, ingressus non est, sicut illæ quinque virgines:

gines: ita qui prope legem servavit, non servavit, sed iniquus est. Quapropter etiam erga iniquos, etiamsi germani & affines esse videantur, necesse est obedire Apostolo, qui
1.Cor. 5.11. aliquando quidem ait, *Si quis frater nominatus, aut fornicator, aut avarus, aut ebriosus, aut convitiator, aut raptor fuerit, cum tali ne cibum quidem sumite*. Observandum autem hic est, quod non eum modo qui in his omnibus offendit, ab ipsa etiam communi diæta segregaverit, sed eum etiam qui in uno aliquo ex his omnibus deliquit, cum non dixerit, *cum hoc*, sed, *cum tali*: aliquando vero, B
Col. 3. 5. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus; propter quæ venit ira Dei*, (& quidem generalius adjun-
2.Thess. 3.6. xit,) *in filios inobedientiæ. Nolite ergo fieri*
Ephes. 5.7. *participes eorum*. Ac rursus: *Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis*. Et alibi similiter.

2. Quid sit autem infructuosorum operum participem non esse, ut perspicue cognosca- C mus, primum perpendamus quibus de rebus nomen infructuosi usurpetur, utrum de reprobatis tantummodo, an etiam de laudabilibus quidem, sed quæ non sano animi affectu fiant. In veteri igitur Testamento, sumta ab arbore comparatione, dixit de sanctis
Psal. 1. 3. Propheta: *Quæ fructum suum dabit in tem-*
Prov. 10. 16. apud LXX. *pore suo*. Salomon vero ait: *Opera justorum vitam faciunt; fructus vero impiorum pecca-*
Osee 10. 12. *ta*. Osee itidem dicit: *Serite vobis ipsis ad justitiam, vindemiate fructum vitæ*. Et Mi-
Mich. 7. 13. chæas, *Et erit terra in dissipationem cum habi-* D *tantibus in ipsa, a fructibus studiorum ipsorum*. Et prophetæ alii alia plura: sed hæc quidem lucernæ instar luceant. Vera autem lux, sol ille justitiæ, ipse Dominus noster Jesus Christus clarius rem exprimit, dicens,
Matth. 7. 18. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor putris, fructus bonos facere*. Et alibi similiter. Itaque cum fructuum nomen, æqualiter rebus inter se contrariis impositum habeamus, de reliquo expendamus qui sint arbores infructuosæ, & quæ opera Apostolus dicat infructuosa. Arbores itaque in- E fructuosæ declarantur nobis a Joanne Baptista, ubi iis, qui baptisma recipiebant ad remissionem peccatorum, & ut a sordibus om-
Matth. 3. 8. nibus purgarentur, dixit: *Facite igitur dignos pœnitentiæ fructus*. Et paulo post sub-
V. 10. jungit: *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur*. Dominus vero clarius nos docet, iis qui-
Matth. 25. 34. dem qui a dextris sunt, dicens, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*, eorumque bonos fructus per ea quæ subjungit, indicat, eos

A vero qui a sinistris sunt, mittit in ignem æter- V. 41.
num, diabolo & angelis ejus paratum; quos non propterea culpat, quod peccatum patrarint, sed quod vacarint a bonis fructibus.
Esurivi enim, inquit, *& non dedistis mihi* V. 42.
manducare, & quæ sequuntur: quæ inertia eos ad sortem redegit peccatorum, qui angeli diaboli a Domino vocantur.

3. Cum igitur declarata sit differentia eorum, qui contrarios fructus afferunt, & eorum, qui infructuosi sunt, de cætero videamus quæ maxime sint, quæ Apostolus appel- B let opera infructuosa. Ego autem dum hæc mecum reputo, non invenio quemquam medium inter eum, qui ritu legitimo & Deo placente præceptum exsequitur, & eum, qui malum patrat, & eum qui neutrum efficit, nisi eos, qui bonum quidem faciunt, sed non ita, ut Deo sit acceptum, ob aliquam videlicet rationem ex his quas prius in ea quæstione memoravimus, ubi, an placeat mandati opus, si juxta mandatum non fiat, disputatum est: de quibus hoc dicit Dominus, quod
mercedem suam habeant. Hunc ad modum Matth. 6. 5.
C fatuæ quinque virgines, quæ juxta Domini Matth. 25. 1.
ipsius testimonium & virgines erant, & paraverant lampades, & accenderant, hoc est, fecerant idem quod prudentes, & ierant obviam domino, & in omnibus studium studio prudentum haud impar ostenderant, tamen ob hoc solum, quod in vasis oleum defuit, aberravere a scopo, atque ab ingressu ejus loci, ubi sponsus erat, exclusæ sunt. Quales etiam sunt, qui si duo sint in pristino & in eodem lecto, relinquuntur. Quorum fortasse causam Dominus obticuit, ut ostenderet, si D res quævis vel parva desit, modo conveniat, & maxime, ut Apostolus docuit, si desit sincera charitas, rem nullam gratam esse & acceptam. Cum igitur perspectum nobis sit, unde opera fiant infructuosa, caveamus ne re aliqua deficiente, legitimum certamen, quod ad placendum Deo suscipiendum sit, certemus, sed in omnibus commendemus nos ipsos velut Dei ministros. Neque vero hoc solum, sed ne cum talibus quidem societatem ullam habeamus, uti Paulus in Christo loquens definite pronuntiavit, cum dixit:
E *Nolite communicare operibus infructuosis tene-* Ephes. 5.11.
brarum harum. Atque cum subjunxit illud, *Quin potius etiam redarguite*, ita modum non habendæ societatis docuit.

4. Quid autem sit rem participare, aut etiam quot modis hoc fiat, expendamus. Itaque dum mihi in mentem venit, quod in
Proverbiis dictum est, *Veni nobiscum, parti-* Prov. 1. 11.
ceps esto sanguinis, & apud Apostolum, *Exi-* Philip. 1. 7.
stentes vos omnes mihi consortes gratiæ, &, Philip. 4. 14.
Communicantes tribulationi meæ, &, *Com-* Gal. 6. 6.
municet autem is qui catechizatur verbo, ei qui
se catechizat in omnibus bonis, item, *Si vide-* Psal. 49. 18.
bas

Digitized by Google

bas furem, currebas cum eo, & cum adulteris A
Lev. 19. 17. *portionem tuam ponebas*, itidem, *Arguendo*
argues fratrem tuum, & non accipies propter
Psal. 49. 21. *eum peccatum*, &, *Hæc fecisti, & tacui, suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis,*
arguam te, & statuam contra faciem tuam:
dum, inquam, horum & talium recordor,
puto secundum opus societatem esse tum,
cum aliqui eumdem scopum spectantes, mutuam sibi ad agendum operam præbuerint:
secundum mentem vero, cum quis affectui
agentis assensus fuerit, eique indulserit. Altera autem societas, quæ plerosque latet, B
divina Scriptura accurate expensa, perspicue cognoscitur, cum quis videlicet neque
operam suam ad aliquid conferens, neque
assentiens affectui, quin potius consilii, quo
ductus agit, malitiam cognoscens, tamen
conticuerit, & non redarguerit, neque juxta ea quæ superius scripta sunt, neque juxta
id quod ab Apostolo Corinthiis dictum est:
1. Cor. 5. 2. *Non luxistis ut tolleretur de medio vestrum, qui*
v. 6. *hoc opus fecit*: quibus subjunxit, *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Metuamus
v. 7. itaque, & obtemperemus dicenti, *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio*. C
Qui autem una cum aliquo facit quidem bonum bono animo, sed ignorat & affectus &
propositi ipsius malitiam, non propterea-quod una cum eo agit, communionis crimini futurus est obnoxius, sed propterea quod
ab alieno affectu separatus est, servatque seipsum in regula dilectionis erga Deum, mercedem propriam juxta proprium laborem
recipiet, quemadmodum ille, qui in lecto,
Luc. 17. 34. & 35. & illa, quæ in pistrino reperietur, indicati
nobis sunt ab ipso Domino Jesu Christo. Cæ- D
terum differentia quæ intercedit inter eos
qui nobis concrediti sunt, aut non, in diligentiæ ac curæ debito sita est, non in participatione peccatorum. Curam enim proprie ac peculiariter iis solis, qui mihi concrediti sunt, debeo: sed mali & operum infructuosorum participatio, in omnibus pariter vetita est.

QUÆSTIO X.

An semper periculosum sit scandalum dare. E

RESPONSIO.

1. PRimum quidem necessarium arbitror scire, quid sit scandalum: deinde vero quæ sit differentia inter eos qui scandalum dant, & inter ea, quibus præbent scandalum, atque ita cognoscere tum quod vacat periculo, tum quod periculum habet. Scandalum igitur est, ut ego ex Scripturis inductus opinor, quidquid aut ad quamdam defectionem a veritate quæ secundum pietatem est, abducit, aut errorem asciscit, aut parat ad impietatem, aut in summa, qoidquid impedit quominus præcepto Dei ad ipsam usque mortem obediamus. Itaque si id qood aut dicitur, aut fit, bonum ex seipso fuerit, morbus vero illius, qui opere aut sermone utitur, ei rei in usu detrimentum attulerit, purus est a judicio eorum qui scandalum perpessi sunt, is, qui bonum ad fidei ædificationem aut dixit, aut fecit, quemadmodum Domino contigit,
cum dixit, *Non quod intrat in os, coinquinat* Matth. 15.
hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coin- 11.
quinat hominem, & ubi adversus eos qoi
scaodalum perpessi fuerant, subjunxit:
Omnis plantatio quam non plantavit Pater v. 13.
meus cælestis, eradicabitur; itidem, cum
dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit* Joan. 6. 55.
meum sanguinem, habet vitam æternam: &
paulo post, *Nemo potest venire ad me, nisi* v. 66.
fuerit ei datum a Patre meo: quo tempore his
verbis abusi sunt nonnulli ad perniciem, si-
cut scriptum est: *Et multi ex discipulis, au-* v. 67.
dito hoc sermone, abierunt retro, nec amplius
cum illo ambulabant. Dixit igitur Jesus ad duodecim: Num & vos vultis abire? Respondit ergo Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognovimus, quod tu es Christus filius Dei viventis. Etenim quibus verbis ii quorum fides sana erat, ad fidei ædificationem, & ad salutem æternam comparandam usi sunt, iisdem ii quorum cognitio, aut fides infirma erat, ob propriam malitiam ad interitus occasionem abusi sunt, sicut scri-
ptum est de Domino, *Hic positus est in rui-* Luc. 2. 34.
nam & resurrectionem multorum, non quod sibi ipse contrarius sit, sed ob utentium contrariam animi sententiam, quemadmodum
& Apostolus ait: *Aliis quidem odor vitæ ad* 2. Cor. 2. 16.
vitam, aliis vero odor mortis ad mortem.

2. Quod si suapte natura malum est quod vel fit, vel dicitur, is qui illud fecit, aut dixit, tum proprii peccati, tum scandali judicium subibit, etiamsi is, cujus gratia scandalum oritur, scandalum non sit perpessus, velut de Petro discimus, ad quem Dominus, ministerium ac dispensationem obedientiæ usque ad mortem explere prohibi-
tus, dixit: *Vade post me satana, scandalum* Matth. 16.
es mihi. Et ratio, qoæ subjicitur, licet pau- 23.
cis expressa, generales scandali proprietates ostendit: *Quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*. Unde cognoscere possumus, omnem sententiam sententiæ Dei adversam scandalum esse, & ad opus usque progressam, homicidæ judicio fieri obnoxiam, ut scriptum est apud Oseam prophe-
tam: *Absconderunt sacerdotes viam, interfe-* Osee 6. 9.
cerunt Sicima, quoniam iniquitatem fecerunt in populo. Si vero quidpiam ex sua ipsius ratio-

tione fuerit licitum, sed accipiatur cum de- A trimento, & iis qui in fide aut cognitione debiles sunt, scandali occasio fiat, is qui fecit, scandali judicium non effugit, cum de iis qui tales sunt, nec debilibus parcunt, di- 1. Cor. 8. 12. cat Apostolus: *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.* Itaque, quando quod fit, inde offendiculi causa est, quod in se consideratum malum est, aut si ex licitis aliquid, & in nostra potestate constitutis, cuipiam in fide vel cognitione infirmo offensioni fuerit, tunc apertum & inevitabile judi- B cium habet, horrendum videlicet illud, quod ab ipso Domino pronuntiatum est, hoc Luc. 17. 2. modo: *Utilius est illi, ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum ex pusillis istis.* Fusius autem hoc in prioribus quæstionibus exposuimus, ubi & eorum, qui scandalum perpetiuntur, clarius expensa est indoles. Quapropter Apostolus etiam de lici- Rom. 14. 21. tis dicit: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirma-* C 1. Tim. 4. 4. *tur.* Et rursus alibi ait: *Omnis creatura Dei bona est, nec quidquam, quod cum gratiarum actione sumatur, rejiciendum est:* sed tamen 1. Cor. 8. 13. dicit, *Non manducabo carnem in æternum, ne fratrum meum scandalizem.* Quod si de licitis judicium ejusmodi fertur, quid quis dixerit de vetitis? Idcirco universalius eru- 1. Cor. 10. 32. dit nos, cum dicit: *Sine offensione estote & Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* D

QUÆSTIO XI.

An conveniat, aut tutum sit, aliquid eorum quæ a Deo præcepta sunt, recusare, aut prohibere eum cui imperatum fuerit hoc ipsum facere, aut prohibentes tolerare, maxime si germanus & affinis sit qui prohibet, aut si speciosa aliqua ratio præcepto obstet.

RESPONSIO.

Matth. 11. 29. Cum Dominus dicat, *Discite a me quod mitis sum & humilis corde*, perspicuum est omnia etiam a nobis certius disci tum, cum ipsius Domini nostri Jesu Christi unigeniti filii Dei vivi memores sumus: qui cum Matth. 3. 14. Joannes Baptista ei dixisset, *Mihi opus est ut abs te baptizer, & tu venis ad me?* respondit, *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Atque etiam coram discipulis, cum Petrus deprecaretur eas tentationes, quas Dominus ipse sibi in Jerusalem subeundas prænuntiarat, videlicet, ut ne ipsi indu- A cerentur, tunc cum indignatione majore dixit: *Vade post me satana, scandalum mihi es: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Matth. 16. 23. Et rursus, cum ille ipse Petrus, affectu reverentiæ erga Dominum pulsus, ministerium recusaret, iterum Dominus dixit: *Nisi lavero te, non habes partem mecum.* Joan. 13. 8. Quod si eorum, qui nobis genere similes sunt, exemplis amplius adjuvanda anima est, recordemur Apostoli, qui dicit: *Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Jerusalem para-* Act. 21. 13. B *tus sum, propter nomen Domini Jesu.* Quis autem aut gloriosior ac celebrior fuerit Joanne, aut sincerior Petro? aut quæ rationes iis quas illi obtenderunt, videri possint religiosiores? Ego vero scio, quod neque sanctus ille Moses, neque Jonas propheta, ratioci- Exod. 3. 11. nationibus suis ad obedientiam denegandam usi, inculpati permanserint apud Deum. Quibus erudimur, ut neque contradicamus, neque prohibeamus, neque toleremus prohibentes. Quod si Scriptura prorsus nos docuit hæc & ejusdem generis alia non tolera- C re, quanto magis in reliquis necesse habuerimus sanctos imitari? qui nunc quidem dicunt, *Obedire oportet Deo magis quam hominibus:* Act. 5. 29. nunc vero, *An justum sit vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus quæ vidimus & audivimus, non loqui.* Act. 4. 19.

QUÆSTIO XII.

An quisque debeat omnium in omnibus curam suscipere, an solum eorum, qui sibi concrediti sunt, idque juxta impertitum sibi a Deo D *per Spiritum sanctum donum.*

RESPONSIO.

1. Cum Dominus noster Jesus Christus unigenitus filius Dei per quem omnia facta sunt & visibilia & invisibilia, confiteatur, *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*, Matth. 15. 24. & discipulis suis dicat, *Sicut misit me Pater, & ego misi vos*, Joan. 20. 21. præcipiat vero, *In viam gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis*, Matth. 10. 5. & E post completam in se prophetiam Davidis, qui velut ex persona Dei & Patris dixit, *Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*, tum demum discipulis suis præcipiat, *Euntes docete omnes gentes*, Matth. 28. 19. quomodo non multo magis unusquisque nostrum diligentius servare debet præceptum Apostoli, qui scripsit, *Ne quis plus sapiat, quam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem, sicut unicuique Deus divisit mensuram fidei*, Rom. 12. 3. & exspectandum quando, & quid præcipiatur, ut iterum etiam ait:

Unus-

Digitized by Google

1. Cor. 7. 24. *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat*. Sed & idem Apostolus id quod aliis præcipit, accuratius custodiens dicit: Gal. 2. 9. *Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos quidem in gentes, ipsi vero in circumcisionem*.

2. Sed si necessitas aliqua ita aliquando postulet, dilectione Dei aut proximi ad id quod deest supplendum vocante, is qui obedierit, mercedem habebit voluntariæ obedientiæ. Vocat autem illa, quando Dei & Christi ipsius dilectio exigit ut impleatur mandatum Joan. 13. 34. Domini, qui dicit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos.* Ibid. 15. 13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Vocat vero proximi dilectio, quando aut ei qui præfectus est, opus est auxilio, aut agmen eorum qui curantur, aliquo, qui quod deest 1. Cor. 10. 24. suppleat, indiget, dicente Apostolo, *Nemo quærat quod suum est, sed quisque quod alterius*; Ibid. 13. 5. nam Christi dilectio non quærit quæ sua sunt: & alibi, 1. Thess. 5. 11. *Ædificate singuli singulos, sicut & facitis*. Quamobrem qui prædicationem, ad quam missus est, opere & sermone non complevit, reus est sanguinis eorum qui non audierint; nec dicere potest eadem, quæ Paulus Apostolus senioribus Ephesiorum declarat: Act. 20. 26. *Mundus sum ab hoc tempore a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei*. Si vero amplius quid, quam quod præceptum est, facere potuerit ad ædificationem fidei, in dilectione Christi, mercedem habet, quam 1. Cor. 9. 17. ostendit nobis Apostolus, dicens, *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est*.

QUÆSTIO XIII.

An quævis tentatio pro servanda erga Deum obedientia, etiamsi mortis comminationem habeat, sustinenda sit, & maxime in iis, qui nobis concrediti sunt, curandis.

RESPONSIO.

1. Si Dominus noster Jesus Christus unigenitus Filius Dei viventis, per quem omnia tum visibilia tum invisibilia facta sunt, qui vitam habet, quemadmodum habet qui ei dedit Pater, qui potestatem omnem a Patre accepit, cum accederent qui ipsum ad mortem pro nostra justitia & æterna vita subeundam erant apprehensuri, alacritate tanta obviam ivit, dicens, Marc. 14. 41. *Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui tradit me, prope est*, & sicut in Evangelio secundum Joannem scriptum est, Joan. 18. 4. *Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, progressus dixit eis: quem quæritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum*, nec multo post, *Dixi vobis, quod ego sum. Si ergo me* V. 8. *quæritis, sinite hos abire*, quanto magis nos ea quæ naturaliter accidunt, debemus libenter perferre, ut propter obedientiam erga Deum nostram tentationes ab inimicis illatas vincentes, Deum afficiamus gloria, quod molestias quæ nobis ab inimicis exhiberi videntur, hilare ad mortem usque sustinemus, sententiam assequuti ejus, qui dixit: Philipp. 1. 29. *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini*. Prædicant autem Acta, certamina Apostolorum, Act. 4. & 5. in quibus narrantur contumelias ac mortes cum gaudio suscepisse, ut complerent prædicandi munus juxta mandatum Domini.

2. Docet autem nos & Apostolus, cum dicit: Rom. 8. 35. *Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Propter te mortificamur tota die:* Ps. 43. 22. *æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque ulla creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu*: siquidem charitas quæ in Christo est, necessario & indesinenter conjunctam habet mandatorum observationem, quemadmodum Dominus ipse dixit: Joan. 14. 21. *Qui diligit me, mandata mea servabit: qui vero sermones meos non servat, hic non diligit me*: &, Joan. 15. 14. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis*. Novum autem & proprium ipsius mandatum est, ut nos mutuo diligamus, quod adimplens Apostolus, dicit: 1. Thess. 2. 8. *Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum evangelium Christi, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis*. Itaque respicientes ad Christum, per gloriosam imitationem intendamus animi alacritatem, considerantes vero sanctos, quoad ejus fieri potest, erudiamur, ut hac ratione alacriores facti, omne Domini mandatum citra maculam ac reprehensionem servemus, ingrediamurque in vitam æternam, & possideamus regnum cælorum, quemadmodum promisit verax Dominus, & Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei vivi Filius.

MO-

MONITUM.

Satis constat inter eruditos, eam Liturgiam, quae nomen Basilii praefert, magni illius viri non esse: quoniam tamen Basilii nomine insignitur, ipsam hic edendam judicavimus. Eamdem Basilii Liturgiam ex Coptico conversam hoc ipso in loco vulgabimus quoque: quae omnia & Graeca & Latina e Liturgiis eruditissimi viri Eusebii Renaudotii mutuati sumus. De hac Basilii Liturgia paucis in Praefatione disseremus.

LITURGIA S. BASILII ALEXANDRINA.

Ex Codice Graeco-Arabico.

Deest nonnihil.

Oratio Veli.

Sacerdos dicit secreto.

TE glorificamus opifex & rex omnium, & adoramus ineffabile & venerandum nomen tuum. Respice super nos & miserere nobis, & libera nos ab omnibus tentationibus, quia a te est auxilium, & protectio: salvum fac populum tuum quem adquisivisti per sanguinem Christi tui, per quem & cum quo tibi debetur gloria, &c.

Oratio alia ex divina Liturgia Apostoli & fratris Domini Jacobi.

DEus qui propter multam & inexplicabilem tuam erga homines caritatem, misisti unigenitum Filium tuum in mundum, ut ovem errabundam reduceret, ne repellas nos peccatores, qui offerimus tibi timendum hoc & incruentum sacrificium. Non enim in justitiis nostris confidentes sumus, sed in misericordia tua bona, per quam genus nostrum adquiris. Deprecamur & rogamus bonitatem tuam, procumbimusque coram te, ut non fiat in condemnationem populo tuo, hoc institutum nobis ad salutem mysterium: sed sit in abolitionem peccatorum, ad renovationem animarum & corporum, & ad beneplacitum tuum Dei & Patris: & unigeniti filii tui: bonique & vivificantis & consubstantialis tibi Spiritus tui, nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Oratio pro pace.

Pax omnibus.

ITerum precemur omnipotentem & misericordem Deum, Patrem Domini, Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, per quem obsecramus & rogamus te, amator hominum bone Domine. Memento, Domine A pacis, sanctae, unius, Catholicae & Apostolicae tuae Ecclesiae.

Orate pro pace unius, sanctae Ecclesiae, &c.

QUae est a finibus usque ad fines orbis, omniumque populorum, & omnium gregum. Pacem quae e caelo est immitte cordibus omnium nostrum: sed & vitae hujus pacem nobis concede. Regem, militares ordines, principes viros, consilia, plebes, vicinos nostros, ingressus & egressus nostros, omni pace exorna. Rex pacis, B pacem tuam da nobis: omnia enim dedisti nobis. Posside nos, Deus: qui praeter te alium non novimus: nomen tuum appellamus. Vivifica omnium nostrum animas, per Spiritum tuum sanctum; neque praevaleat adversus nos servos tuos, mors peccati: neque adversus omnem populum tuum.

Oratio pro Papa.

RUrsus etiam rogemus omnipotentem & misericordem Deum, Patrem Domini, Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, C per quem obsecramus & rogamus te, amator hominum, bone Domine. Memento, Domine, sanctissimi & beatissimi Pontificis nostri Abba N. Papae & Patriarchae magnae urbis Alexandriae. Conservans, conserva eum nobis, per annos multos & tempora pacifica, perfecte fungentem eo qui illi a te commissus est pontificatu sancto, secundum sanctam & beatam tuam voluntatem, recte dispensantem verbum veritatis, pascentemque in sanctitate & justitia populum tuum: cum omnibus Orthodoxis Episcopis, Pres- D byteris, Diaconis; cum omni plenitudine sanctae, solius, Catholicae & Apostolicae tuae Ecclesiae: pacem & sanitatem ipsis & nobis benigne concedens, diebus omnibus. Preces etiam illorum quas faciunt pro nobis & pro omni populo tuo, nosque pro ipsis, suscipe super caeleste & benedictum altare tuum, in odorem suavitatis. Omnem quidem inimicum ipsius visibilem aut invisibilem, contere & subjice sub pedibus ejus velociter: ipsum vero in sancta Ecclesia tua in pace & justitia conserva.

Oratio pro congregatione.

RUrsus invocemus omnipotentem & misericordem Deum, patrem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi per quem oramus ..... *Deest ut videtur folium.* Facientes voluntatem tuam sanctam, per gratiam & miserationes & benignitatem unigeniti Filii tui, per quem & cum quo, &c.

Populus dicit. Credo in unum Deum.

Oratio osculi pacis S. Basilii.

Pax omnibus.

DOmine Deus, qui creasti nos & adduxisti in vitam istam, qui demonstrasti nobis vias ad salutem; qui largitus es nobis cœlestium mysteriorum revelationem: tu es qui constituisti nos ad hoc ministerium in potestate Spiritus tui sancti. Placeat tibi, Domine, fieri nos ministros novi tui Testamenti; administratores sanctorum tuorum mysteriorum, ut digni efficiamur offerre tibi dona & sacrificia pro peccatis nostris, & C populi tui ignorantiis. Et da nobis ut cum omni timore & conscientia pura, offeramus tibi spirituale hoc & incruentum sacrificium: quod suscipiens super altare tuum sanctum, supercœleste & spirituale, in odorem suavitatis, mitte invicem nobis gratiam sancti tui Spiritus. Ita, o Deus, aspice super nos, & intuere rationalem hunc cultum nostrum, & suscipe illum: sicut suscepisti eumdem ab sanctis Apostolis tuis, cultum hunc verum. Ita & ex manibus nostris, (quamvis) peccatorum, suscipe pro- D positia dona ista, per bonitatem tuam, Domine; & concede, ut accepta fiant, sanctificata per Spiritum sanctum, ad expiationem delictorum nostrorum, & populi tui ignorantiarum, & ad requiem animarum eorum qui obierunt, ut etiam nos humiles, peccatores, & indigni servi tui, digni effecti inculpate ministrandi ad altare sanctum tuum, accipiamus mercedem fidelium, & prudentium œconomorum, & inveniamus gratiam & misericordiam in die timenda retributionis tuæ justæ & bonæ. Nunc autem E da nobis pacem in omnibus, & omni modo; & caritatem tuam concede nobis, Domine Deus noster, ad fraternum amorem neque simulatum, quo possimus ex puro corde nos invicem vehementer diligere. Dignare mundare nos ab omni inquinamento, ab omni dolo, omni malo, & versutia, & mortifera injuriarum recordatione: nosque fac dignos omnes, Domine, salutandi invicem in osculo sancto, ut a condemnatione immunes, participes simus immortalis & supercœlestis doni tui, per miserationes uni- A geniti Filii tui, per quem benedictus es, & glorificatus cum omnibus sanctis, &c.

Oratio alia osculi pacis.

DEus, qui es magnus & æternus: qui creasti hominem in incorruptione, & mortem quæ per invidiam Diaboli intraverat in mundum, per vivificam præsentiam unigeniti Filii tui destruxisti: qui pace cœlitus demissa terram implevisti, propter quam te Angelorum exercitus glorificaverunt dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in B terra pax, in hominibus bona voluntas; bona illa voluntate pacis tuæ, imple corda nostra. Dignare mundare nos ab omni inquinamento, ab omni malo & versutia, & mortifera injuriarum recordatione: nosque fac dignos salutandi invicem in osculo sancto, ut condemnationis immunes, participes simus immortalis & cœlestis doni tui, in Christo Jesu Domino nostro, per quem, & cum quo tibi gloria & honor, &c.

Alia Oratio osculi pacis.

OMnem superat vim rationis, & intellectus imaginationem, donorum tuorum, Domine, magnificentia: quæ enim a sapientibus & prudentibus abscondideras, ea parvulis nobis revelasti. Prophetæ etiam & Reges cupientes ea videre, non viderunt, quæ administrare, & per ea sanctificari dedisti nobis peccatoribus. Unigeniti Filii tui dispensationem nobis exhibuisti, & hujus sacrificii mystagogiam, in qua non legalis sanguis, non carnis justificatio, sed agnus spiritualis est, gladius quoque spiritualis & incorporeus. Hoc igitur sacrificium tibi offerentes, petimus a te amator hominum, purifica nostra labia, & ab omni mistione materiali mentem nostram libera. Mitte nobis invicem gratiam sancti tui Spiritus, & nos dignos fac, salutandi invicem in osculo sancto, ut condemnationis immunes, participes simus immortalis & cœlestis doni tui, in Christo Jesu Domino nostro, per quem, &c.

Datur osculum pacis.

Diaconus dicit. Stemus decenter.

Sacerdos alta voce. Dominus sit cum vobis omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Sursum habeamus corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum & justum est.

Sacerdos. Dignum & justum: dignum & justum: vere dignum est & justum.

Initium oblationis.

DOmine qui es, Deus veritatis, existens ante sæcula & regnans in sæcula:

la : qui in excelſis habitas in ſæculum & hu- A milia reſpicis : qui feciſti cœlum, & terram, & mare, atqne omnia quæ in eis ſunt : Pater Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, per quem omnia feciſti viſibilia & inviſibilia : qui ſedes ſuper thronum ſanctæ gloriæ regni tui : qui ab omni ſancta poteſtate adoraris.

Diaconus. Qui ſedetis ſurgite.

Sacerdos. Cui adſiſtunt Angeli & Archangeli, Principatus & Poteſtates, Throni, Dominationes & Virtutes.

Diaconus dicit. Ad Orientem adſpicite. B

Qui circum te conſiſtunt, Cherubim multi oculi, Seraphim ſex alis inſtructi, ſemper laudantes, clamantes & dicentes.

Diaconus. Attendamus.

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth.

Sanctus, Sanctus, Sanctus es vere, Domine Deus noſter, qui plaſmaſti nos, & feciſti nos, & poſuiſti nos in paradiſo voluptatis. Cum vero trangreſſi eſſemus præceptum tuum, per deceptionem ſerpentis, & excidiſſemus vita æterna, expulſique eſſemus ex C paradiſo voluptatis, non abjeciſti nos uſque in finem, ſed continenter præcepiſti nobis per ſanctos tuos prophetas, & in fine dierum iſtorum illuxiſti nobis per unigenitum Filium tuum Dominum Deum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum: qui ex Spiritu ſancto & ex ſancta Domina noſtra Deipara ſemper Virgine Maria, carnem aſſumens & homo factus, demonſtravit nobis vias ſalutis, concedens nobis ſupernam regenerationem ex aqua & ſpiritu, & fecit nos ſibi populum adquiſitum : ſanctificavit nos Spiritu tuo ſan- D cto. Qui dilexit ſuos qui erant in mundo, deditque ſeipſum redemptionem regnanti ſuper nos morti, in qua detinebamur venumdati ſub peccato : cumque deſcendiſſet per crucem in infernum, reſurrexit ex mortuis tertia die; & cum aſcendiſſet in cœlum, ſedit ad dexteram tuam Patris, definiens diem retributionis, in quo manifeſtatus judicabit orbem in juſtitia, & reddet unicuique ſecundum opus ſuum.

Populus. Secundum miſericordiam tuam Deus, & non, &c.

Sacerdos. Reliquit nobis hoc magnum pietatis myſterium. Cum enim traditurus foret ſeipſum in mortem pro mundi vita.

Populus. Credimus.

Accepit panem in ſanctas, immaculatas, & beatas ſuas manus, cumque adſpexiſſet in excelſa cœlorum ad te patrem ſuum, Deum noſtrum & Deum univerſorum : Et cum gratias egiſſet.

Populus. Amen.

Benedixit.

Populus. Amen.

Sanctificavit.

Populus. Amen.

Fregit, dedit ſanctis ſuis diſcipulis & Apoſtolis dicens : Accipite, manducate : Hoc eſt corpus meum quod pro vobis & multis frangitur & datur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.

Similiter & calicem poſtquam cœnaſſent, cum miſcuiſſet ex vino & aqua, gratias egit.

Populus. Amen.

Benedixit.

Populus. Amen.

Sanctificavit.

Populus. Amen.

Guſtavit, & poſtea dedit ſanctis ſuis diſcipulis & Apoſtolis dicens: Accipite, bibite ex eo omnes. Hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti qui pro vobis & multis effunditur in remiſſionem peccatorum : Hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcumque enim manducaveritis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem meam annunciabitis & reſurrectionem, aſcenſionemque meam confitebimini, donec veniam.

Populus. Amen. Amen. Amen. Mortem tuam. Domine, &c.

Sacerdos. Memores igitur & nos ſanctarum ipſius paſſionum & reſurrectionis a mortuis, atque ad cœlos adſcenſionis, ſeſſioniſque ad dextram tuam Dei & Patris, glorioſique & timendi ſecundi adventus, tua ex tuis donis tibi offerimus, pro omnibus, propter omnia, & in omnibus.

Populus. Te laudamus : tibi benedicimus.

Diaconus. Inclinamini Deo cum timore.

Sacerdos dicit ſecreto. Rogamus & deprecamur te amator hominum, bone Domine, nos peccatores & indigni ſervi tui, & adoramus te cum beneplacito bonitatis tuæ : ut veniat Spiritus tuus ſanctus ſuper nos ſervos tuos, & ſuper propoſita hæc dona tua, ſanctificetque & efficiat ea ſancta ſanctorum.

Diaconus. Attendamus.

Populus. Amen.

Sacerdos alta voce. Et faciat panem quidem iſtum, fieri corpus ſanctum ipſius Do- E mini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, ex illo participantibus.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et calicem hnnc, pretioſum ſanguinem Novi Teſtamenti, ipſius Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, ex illo participantibus.

Populus. Amen. Kyrie eleiſon. *ter*.

Et nos fac dignos, Domine, communicandi myſteriis tuis ſanctis, ad ſanctificationem animæ, corporis, & ſpiritus, ut effi-

ciamur unum corpus & unus spiritus; & inveniamus partem, consequamurque hæreditatem cum omnibus sanctis qui a sæculo tibi placuerunt.

Memento, Domine, sanctæ, unicæ, Catholicæ tuæ Ecclesiæ, & pacatam fac eam, quam adquisivisti pretioso sanguine Christi tui.

In primis memento, Domine, sancti Patris nostri Archiepiscopi Abba N. Papæ & Patriarchæ magnæ urbis Alexandriæ, quem dignare sanctis tuis Ecclesiis præstare in pace salvum, gloriosum, sanum, longævum, recte dispensantem verbum veritatis, & pascentem gregem tuum in pace.

Memento, Domine, Orthodoxorum Presbyterorum, omniumque Ordinis Diaconi, & Ministerii, omniumque virginitatem servantium, & omnis fidelissimi populi tui.

Memento nostri, Domine, ut omnium nostrum miserearis simul & semel.

Populus. Miserere nostri Deus Pater omnipotens.

Sacerdos. Miserere nostri Deus Pater omnipotens. *ter*.

Populus. Kyrie eleison. *ter*.

Sacerdos. Memento etiam Domine salutis urbis nostræ hujus, & eorum qui cum fide Dei habitant in ea.

Memento, Domine, aeris & fructuum terræ.

Memento, Domine, pluviarum, & sementum terræ.

Memento, Domine, exundationis aquarum fluvialium juxta mensuram.

Lætifica etiam, & renova faciem terræ: sulcos ejus inebria, multiplica genimina ejus. Præsta nobis illam, qualis esse debet ad sementem & ad messem: benedicendoque nunc benedic. Vitam nostram guberna. Benedic coronæ anni benignitatis tuæ, propter pauperes populi tui, propter viduam & orphanum, propter peregrinum & advenam, & propter nos omnes sperantes in te, & invocantes nomen tuum sanctum, oculi enim omnium in te sperant, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Fac nobiscum secundum bonitatem tuam, qui das escam omni carni. Imple gaudio & lætitia corda nostra, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, ad faciendam voluntatem suam sanctam.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui pretiosa hæc dona tibi offerunt, & eorum a quibus, propter quos & per quos ea intulerunt, mercedemque cœlestem illis omnibus tribue: quandoquidem, Domine, præceptum est unigeniti Filii tui, memoriæ sanctorum nos communicare. Etiam meminisse dignare, Domine, eorum qui a sæculo tibi placuerunt, sanctorum Patrum, Patriarcharum, Apostolorum, Prophetarum, Prædicatorum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum, & omnis spiritus justi, qui in fide Christi consummatus est.

Præcipue vero sanctissimæ, gloriosissimæ, immaculatæ, benedictionibus cumulatæ, Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ.

Sancti gloriosi Prophetæ, Præcursoris, Baptistæ, & Martyris Joannis.

Sancti Stephani primi Diaconorum & primi Martyrum.

Et sancti beatique Patris nostri Marci Apostoli & Evangelistæ: & sancti Patris nostri Thaumaturgi Basilii.

Sancti N. cujus memoriam hodierna die celebramus, & omnis chori sanctorum tuorum, quorum precibus & intercessionibus, etiam nostri miserere, & salva nos propter nomen tuum sanctum quod invocatum est super nos.

Diaconus legit Diptycha,

Sacerdos secreto.

Similiter memento, Domine, & omnium ex Ordine sacerdotali qui pridem quieverunt, & eorum qui erant in statu sæculari. Præsta, omnium animas requiescere in finibus sanctorum Patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Jacob. Induc & congrega eos in locum herbidum, super aquam requietis, in paradiso voluptatis, unde fugit dolor, tristitia & gemitus, in splendore sanctorum tuorum.

Et post Diptycha Sacerdos dicit.

Illis quidem, Domine, quorum animas accepisti, illic quietem tribue, eosque in regnum cælorum transferre dignare. Nos vero hic peregre habitantes, conserva in fide tua, & deduc nos ad regnum tuum, concedens nobis tuam pacem omni tempore, ut in hoc sicut & in omnibus, glorificetur, exaltetur, laudetur, benedicatur, & sanctificetur, sanctissimum, gloriosum, & benedictum nomen tuum, cum Christo Jesu & sancto Spiritu.

Populus. Sicut erat.

Diaconus dicit. Descendite Diaconi.

Sacerdos. Pax omnibus.

Proœmium fractionis.

Iterum gratias agamus omnipotenti Deo Patri Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui etiam nunc nobis per gratiam suam præstitit, ut staremus in sancto loco isto, manusque levaremus, & ministraremus nomini sancto ejus. Illum igitur oremus, ut nos dignos efficiat communione & perceptione sanctorum ejus mysteriorum, immacu-

culati corporis, & pretiosi sanguinis Christi A ejus, omnipotens Dominus & Deus noster.

Diaconus. Orate.

Sacerdos. Pax omnibus.

Oratio ad fractionem, S. Basilii.

DEus noster, Deus salvos faciendi, tu doce nos gratias agere digne pro beneficiis tuis, quæ præstitisti & præstas nobis semper. Tu et Deus noster qui suscipis ista dona: munda nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, & doce perficere sanctitatem in timore tuo, ut in puro testimonio B conscientiæ nostræ suscipientes partem sanctificatorum tuorum, uniamur sancto corpori, & sanguini Christi tui, ea digne suscipientes. Teneamus Christum habitantem in cordibus nostris, & efficiamur templum sancti tui Spiritus. Ita Deus noster, neminem ex nobis reum facias tremendorum tuorum istorum mysteriorum: neque infirma anima, aut corpore (simus), quod ex illis indigne participaverimus. Sed da nobis ad extremum usque vitæ spiritum digne suscipere spem sanctificationum tuarum, ad Viaticum C vitæ æternæ, ad defensionem acceptabilem coram timendo tribunali Christi tui, ut & nos cum omnibus sanctis qui a sæculo tibi placuerunt, fiamus participes æternorum tuorum bonorum quæ præparasti diligentibus te Domine. Et fac nos dignos Domine ut cum fiducia, damnationi immunes, audeamus invocare te cælestem Deum Patrem, & dicere, &c.

Oratio alia ad fractionem.

DOminator Domine, Pater omnipotens, Deus magnus, æternus & mirabilis in gloria: qui custodis testamentum D tuum & misericordiam tuam diligentibus te: qui dedisti nobis remissionem peccatorum per unigenitum Filium tuum, Dominum Deum & Salvatorem nostrum Jesum Christum. Vita omnium, auxilium eorum qui ad te confugiunt, & spes invocantium te; cui adsistunt millies millia, & decies millies dena millia sanctorum Angelorum & Archangelorum, Cherubim atque Seraphim, & omnis cælestium virtutum multi- E tudo. Qui sanctificasti proposita dona ista per illapsum sanctissimi tui Spiritus: munda nos ab occultis & manifestis peccatis nostris, & omnem cogitationem displicentem bonitati tuæ, longe repelle a nobis. Sanctifica animas nostras, corpora, spiritus & conscientias, ut corde puro, & anima illuminata, audeamus cum fiducia, absque timore invocare te cælestem Deum, Patrem sanctum, & dicere, &c.

Alia Oratio ad fractionem.

QUi adoptionis gratiam nobis largitus es per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, nunc etiam præsta ut absque simulatione, vel hypocrisi, corde puro, & conscientia fiduciæ plena, labiisque non titubantibus invocemus te, Abba Pater: utque Ethnici multiloquii, simulque Judaicæ stultitiæ futilitatem abjicientes, humili voce quæ Christianos deceat, orationis supplicationem tibi offerre, juxta salutarem unigeniti Filii tui institutionem valeamus: atque in sanctificatione animæ, corporis & spiritus, increatum, sine principio & sine fine, audeamus inclamare omnium Dominum, cælestem Deum, Patrem sanctum, & dicere, &c.

Populus dicit Orationem dominicam: & ea dicta Sacerdos dicit.

ITa Pater bone & boni amator, ne nos inducas in tentationem, neque dominetur nobis omnis iniquitas; sed libera nos ab indecentibus operibus, cogitationibus, motibus, aspectibus & tactibus, & tentatorem re infecta depelle: comprime etiam insitos nobis naturales motos, & perniciosos ad peccandum impetus omnino a nobis reprime: per Dominum Deum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, per quem & cum quo, &c.

Inclinate capita vestra

Oratio inclinationis capitis.

DEus qui tantopere dilexisti nos, ut concederes nobis adoptionis dignitatem ut filii Dei vocaremur & essemus, hæredes quidem tui, Patris, cohæredes autem Christi tui. Inclina Domine aurem tuam & audi nos inclinantes tibi capita nostra; & munda nostrum interiorem hominem, sicut purus est unigenitus Filius tuus quem suscepturi sumus. Fugiat fornicatio & immunda cogitatio, per eum qui ex Virgine natus est Deum: vanitas & antiquum malum superbia, eum qui pro nobis humiliavit semetipsum: timiditas, eum qui passus est carne, & crucis trophæum erexit: vana gloriatio, eum qui alapis & flagellis cæsus est, nec avertit faciem suam ab opprobrio sputorum: livor, homicidium, diffidium & odium, agnum Dei qui tulit peccatum mundi: ira & injuriarum memoria, eum qui affixit cruci chirographum debitorum: dæmones & diabolus, eum qui malignas potestates triumphavit, & tenebrarum principatus spoliavit. Omnis terrena cogitatio, eum qui ad cælos assumptus est: ut ita caste, purissimi mysterii participes fiamus, sanctificemurque in integrum,

grum, in anima, corpore, & spiritu; concorporei, comparticipes, & uniformes effecti Christo tuo: impleaturque os nostrum laude, & labia nostra exsultatione, ut laudemus gloriam tuam, patris & unigeniti Filii tui æterni, per quem, &c.

Alia Oratio sancti Basilii post Pater noster.

QUoniam tuum est regnum, tua est potentia & gloria Patris, & Filii, & Spiritus sancti nunc, &c.

Diaconus. Inclinate capita vestra Deo.

Oratio inclinationis capitis.

DOminator Domine, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, inclinantibus tibi capita sua benedic, eosque sanctifica, custodi, robora & virtute confirma. Ab omni opere malo averte illos, & omni operi bono adjunge illos, præstaque ut condemnationis immunes percipiant immaculata ista & vivifica mysteria ad remissionem peccatorum, ad Spiritus sancti communicationem, per gratiam, misericordias & benignitatem, &c.

Alia apud Ægyptios ex Liturgia Præsanctificatorum Apostoli Marci post perceptionem sanctorum mysteriorum.

PErfecta sunt beneficentiæ tuæ munera, quæ sunt timenda & superbenedicta mysteria unigeniti Filii tui, Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Salutares ejus passiones confessi sumus, mortem ejus vivificam prædicavimus: sanctam ejus tertia die resurrectionem credidimus. Mysterium completum est: gratias agimus tibi, Domine Deus Pater omnipotens, quoniam misericordia tua magna est super nos, & ea perfecisti nobis, in quæ desiderant Angeli prospicere. Supplicamus & rogamus bonitatem tuam, amator hominum, ut purifices nos omnes qui prosternimur coram te, uniasque tibi ipsi per participationem divinorum tuorum mysteriorom, efficiamurque repleti sancto tuo Spiritu, & firmiter stabiliti in tua recta fide. Repleamur desiderio dilectionis tuæ veræ, & glorificantes te ubique in Christo Jesu Domino nostro, per quem & cum quo, &c.

Diaconus. Attendamus Deo cum timore.

Sacerdos. Pax omnibus.

DOminator Domine, Deus Pater omnipotens, qui sanas animas nostras, corpora & spiritus. Tu es qui præcepisti Petro principi Sanctorum tuorum discipulorum & Apostolorum, ex ore unigeniti Filii tui Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi dicentis ei, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & dabo tibi claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in cælis: & quodcumque solveris super terram erit solutum in cælis. Simus igitur omnes servi tui, patres mei & fratres, Sacerdotes & Levitæ, omnisque populus tuus fidelis, prostratus coram sancta gloria tua in hac hora sancta, ferens simul pretiosam tuam crucem, simus omnes soluti & liberi ex ore mei peccatoris, per sanctum tuum Spiritum bonum & benignum. Deus, per Filium tuum qui tulit peccatum mundi, incipe susceptionem pœnitentiæ servorum tuorum ab ipsis, ad lucem agnitionis, ad propitiationem peccatorum: quia non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat: tu es enim Dominus: Dominus Deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & verax, auferens injustitias, iniquitates, & peccata. Quod si quidquam peccaverimus tibi verbo aut opere, remitte, dimitte & parce nobis, tamquam bonus & benignus Deus. Si enim iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit? quia apud te propitiatio est: quia tu es propitiatio peccatorum nostrorum, illuminatio & salvator animarum nostrarum. Deus, nos omnes libera, & omnem populum tuum libera ab omni peccato, abnegatione omni & blasphemia, ab omni maledictione & exsecratione, magia, veneficio, idololatria perjura, perjurio, ab anathemate, & dirarum imprecatione, a dissidio formato, a sagitta volante, a lamento justorum & iniquorum, ab omni occursu hæreticorum, & ethnicorum. Concede nobis Domine mentem, prudentiam, & virtutem ad fugiendum usque in finem ab omni opere malo adversarii, & da nobis ut faciamus semper quod tibi placitum est. Scribe nomina nostra cum omni choro Sanctorum tuorum in regno cælorum, in Christo Jesu Domino nostro, per quem & cum quo, &c.

Sacerdos elevat Σπουδικὸν: *hoc est majorem Hostiæ partem, & voce elevata clamat.* Sancta sanctis.

Populus. Kyrie eleison. *ter.*

Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus. Amen.

Sacerdos. Dominus cum omnibus vobis.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Benedictus Dominus in sæcula.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos dicit Confessionem.

Corpus sanctum, & sanguis pretiosus verus Jesu Christi filii Dei. Amen.

Populus. Amen.

Sanctum, pretiosum corpus, & sanguis ve-

verus Jesu Christi filii Dei. Amen.

Populus. Amen.

Corpus & sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est vere. Amen.

Populus. Amen.

Credo, credo, credo, & confiteor usque ad ultimum spiritum, quod sit ipsa caro vivifica unigeniti Filii tui, Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Accepit ipsam ex sancta Domina nostra, Deipara & semper Virgine Maria : & fecit illam unam cum divinitate sua, non mistione, confusione, aut alteratione. Confessus quoque est sub Pontio Pilato præclaram confessionem : tradiditque pro nobis omnibus ipsam carnem super lignum crucis sanctæ, voluntate sua. Vere credo, quod ejus divinitas numquam omnino separata est ab ejus humanitate, non momento, aut in ictu oculi. Tradidit ipsam ad liberationem, & ad remissionem peccatorum, & vitam æternam illis qui ex ea participant. Credo eam ipsam vere esse.

Populus. Amen.

Diaconus. In pace & caritate, &c.

Sacerdos elevata voce. Per quem & cum quo te decet omnis gloria, honor & adoratio, Patri & Spiritui sancto nunc, &c.

Sacerdos dicit psalmum L.um & Orationem ad communionem dici convenientem.

Diaconus. Congregamini & intrate Diaconi cum modestia.

Oratio gratiarum actionis, post perceptionem sanctorum mysteriorum.

Diaconus. Ad orationem state.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Orate pro, &c.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos dicit hanc Orationem.

IMpletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exsultatione, ob perceptionem sanctorum tuorum mysteriorum, Domine. Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, ea præparasti Deus diligentibus nomen sanctum tuum, & revelasti ea parvulis Ecclesiæ sanctæ tuæ. Ita Pater, quia sic fuit beneplacitum ante te. Benedictus es o Deus, Pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Diaconus. Inclinate capita vestra.

Oratio inclinationis capitis.

DOminator Domine, Deus Pater omnipotens, qui facis misericordiam in millia, invocantibus te in veritate, respice de cælo facie benigna, & oculo sereno super servos tuos : tibi enim inclinaverunt colla cordium sua, exspectantes a te magnam & divitem misericordiam, & a te misericordiam & benedictionem consequi. Benedic

A eos omni benedictione spirituali : sanctifica eos in Spiritu tuo sancto. Angelum pacificum uniuscujusque nostrum vitæ præfice, custodientem, servantem, protegentem, illuminantem, dirigentem nos ad omne opus bonum. Miserans miserere, & clementer salva & miserere : in æternum est misericordia tua. Sanctam etiam hanc diem, omnesque dies vitæ nostræ, da nobis Domine Deus, absque peccato transigere, cum omni gaudio, sanitate, pace, salute, beneficiis, sanctimoniaque omni, & tuo timore perficere, per

B gratiam, miserationes & benignitatem Christi Jesu, cum quo benedictus es & glorificatus cum Spiritu sancto.

Oratio dicenda per dies quadragesimales sancti jejunii.

DOminator Domine omnipotens qui creaturam omnem in sapientia condidisti : qui per ineffabilem tuam providentiam, & multiplicem bonitatem adduxisti nos ad venerabiles dies istos, in purgationem animarum & corporum, passionum coerci-

C tionem, & spem resurrectionis : Qui per quadraginta dies tabulas divinis characteribus inscriptas dedisti servo tuo Moysi : concede etiam nobis, o bone, certamen præclarum, cursum jejunii perficere : fidem indivisam servare : capita draconum invisibilium conterere, victoresque peccati renunciari, & damnationis immunes pervenire ad adorandam sacram resurrectionem : quoniam sanctum est nomen tuum Patris, & Filii & Spiritus sancti nunc, &c.

D *Oratio dimissionis, ad manuum impositionem.*

ADesto Domine servis tuis, laudantibus & invocantibus te, & deduc eos auxilium præstans, in omni opere bono. Erige corda eorum a terrenis omnibus absurdis cogitationibus. Da illis vivere & sapere quæ vivos decent, & tua intellectu percipere. Qui benedicis benedicentes te Domine, & sanctificas eos qui in te confidunt, salva populum tuum, & benedic hæreditati tuæ; & custodi Ecclesiæ tuæ plenitudinem. Sancti-

E fica diligentes decorem domus tuæ. Tu eis gloriam retribue per divinam potentiam tuam, & ne derelinquas nos Deus sperantes in te.

Ægrotos sana.

Peregrinantibus pacem tribue.

Aeres tempera.

Et fructibus terræ benedic. Da pacem mundo tuo, Ecclesiis tuis, Sacerdotibus, Regibus nostris, exercitui & omni populo tuo.

Defunctis requiem præsta : eorumque qui dona obtulerunt, & pro quibus obtulerunt, memor esto.

Eos

Eos qui in quacumque tribulatione & angustia sunt, salva. A

Et nobis gratiam tuam mitte. In Trinitatis fide, nos usque ad ultimum vitæ nostræ spiritum perfice, quoniam omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a te Patre luminum. Et tibi gloriam, gratiarum actionem & adorationem mittimus, Patri & unigenito Filio tuo, & Spiritui sancto tuo nunc, &c.

Diaconus. Gratia Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Ite in pace.

Populus. Kyrie eleison *bis*. Domine benedic. Amen. B

Sacerdos dicit benedictionem dimissionis.

Diaconus. Iterum, ite in pace.

Diaconi dicunt. Iterum salvatus. Domine benedic. Amen.

Sacerdos dicit orationem dimissionis Diaconorum.

POstquam perfecimus sacram Liturgiam, sicut jussi sumus Domine, & perceptione sanctorum immaculatorum, immortalium, cælestium & tremendorum mysteriorum digni facti sumus, imus de virtute in virtutem nos peccatores & indigni servi tui, digni facti ministrandi altari sancto tuo, qui tibi obtulimus incruentum sacrificium, immaculatum corpus & pretiosum sanguinem magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi: ad gloriam tuam, Patris sine principio, ipsiusque unigeniti Filii tui, & Spiritus sancti, boni, vivificantis & consubstantialis tibi. Oramus ut ad dexteram tuam consistere mereamur in die tua timenda & justa, per intercessiones & supplicationes gloriosissimæ dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ, & omnium sanctorum tuorum, quoniam benedictus es nunc, &c. C D

Explicit in pace divina Liturgia sancti Patris nostri Thaumaturgi Basilii.

Sciendum est quod Impletum est gaudio os nostrum, *non dicit Sacerdos feria quinta majori, sed illius Orationis loco dicit*.

GRatias agimus tibi Domine hominum amator, benefactor animarum nostrarum qui die hoic hodierno simili dignos fecisti nos cælestium & immortalium mysteriorum, quæ oculus non vidit, *usque ad finem*. E

LITURGIA
SANCTI BASILII
Ex Coptico conversa.

ORATIO PRÆPARATIONIS.

DOmine, qui nosti corda omnium, sancte & in sanctis requiescens, solus sine peccato, & potens ad remissionem peccatorum concedendam. Tu Domine scis indignitatem meam, meque minus præparatum, nec sufficienter dispositum, ut accedam ad ministerium hoc tuum sanctum. Sed nec tanta mihi confidentia est, ut accedam, & aperiam os meum coram gloria tua sancta: sed secundum multitudinem clementiæ tuæ, ignosce mihi peccatori, & concede mihi ut inveniam gratiam & misericordiam in hac hora; & mitte mihi virtutem ex alto, ut incipiam & præparer, perficiamque, sicut tibi placitum est, ministerium tuum sanctum, secundum beneplacitum voluntatis tuę, cum odoribus thoris. Ita, Domine, esto nobiscum, esto socius operis nostri; benedic nobis, tu es enim remissio peccatorum nostrorum, lux animarum nostrarum, vita, fortitudo, & fiducia nostra; tu es ipse cui sursum mittimus laudem, gloriam & adorationem, Pater, Filii & Spiritus sancte, nunc & semper & usque in sæcula sæculorum omnium. Amen.

Oratio postquam præparatum fuerit altare.

Sacerdos. TU, Domine, docuisti nos magnum hoc mysterium salutis: tu vocasti nos abjectos & indignos servos tuos, ut essemus ministri altaris tui sancti. Tu Domine, effice nos dignos, per virtutem Spiritus tui sancti, ut hoc ministerium perficiamos, ita ut non incidamus in judicium coram gloria tua magna, & offeramus tibi sacrificium hoc benedictionis, gloriamque & magnificentiam per illud, in sancto tuo. Deus gratiæ largitor, & salutis mandator, qui omnia in omnibus operaris, da nobis ut sacrificium nostrum coram te acceptum fit, pro peccatis meis, & pro insipientiis plebis tuæ, quia purum est, sicut donum Spiritus tui sancti, in Christo Jesu Domino nostro, per quem te decet gloria & honor, cum ipso, & Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc & semper & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio Gratiarum actionis.

Sacerdos. GRatias agamus bonorum autori misericordi, Deo Patri Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, quia

quia ipse protexit nos, adjuvit & servavit nos, suscepitque nos ad se, misertus est nostri, perduxitque nos ad hanc horam. Ipsum nunc precemur, ut custodiat nos hoc sancto die & omnibus diebus vitæ nostræ, in omni pace, omnipotens Dominus Deus noster.

[illegible] *Diaconus*. Ad orationem state.

Sacerdos. Domine Deus omnipotens, Pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, gratias agimus tibi de omnibus, & propter omnia, & in omnibus, quia protexisti nos, adjuvisti nos, conservasti nos, suscepisti nos ad te, & misertus es nostri, auxilium dedisti nobis, & ad hanc horam nos perduxisti.

Diaconus. Orate ut Deus misereatur nostri.

Sacerdos. Ea propter petimus & obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum, ut concedas nobis hunc diem sanctum, & omnes dies vitæ nostræ in pace cum timore tuo transigere. Omnem invidiam, omnem tentationem, omnem operationem Satanæ & consilium hominum improborum, impetumque hostium tam occultorum quam manifestorum, depelle a nobis, ab omni populo tuo & ab hoc loco sancto: quæ autem bona, quæ placita sunt, nobis jube. Tu enim ipse es, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, omnemque virtutem inimici. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, per gratiam & misericordiam, amoremque erga homines Filii tui unigeniti, Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, per quem tibi debetur honor, gloria & imperium, cum ipso, & Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc & semper, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio Oblationis sive Propositionis panis & Calicis.

Al. cod. Qui antiquitus factus es agnus absque macula, pro vita mundi.

Domine Jesu Christe, Fili unigenite, & Verbum Dei Patris, eique consubstantiale, & coæternum & Spiritui sancto; tu es panis vivus, qui descendisti de cælo, & prævenisti nos, impendistique animam tuam perfectam & absque vitio, pro vita mundi: rogamus obsecramusque bonitatem tuam, o amator hominum, ostende faciem tuam super hunc panem, & super hunc calicem, quos super mensam hanc tuam Sacerdotalem posuimus: benedic eos ✠, sanctifica eos ✠, & consecra eos ✠: transfer eos, ita ut panis quidem hic, fiat corpus tuum sanctum, & hoc mistum in hoc calice, sanguis tuus pretiosus, ut sint nobis omnibus præsidium, medicina, salus animarum, corporum, spirituumque; quia tu es Deus noster, tibique debetur laus & potestas, cum Patre tuo bono, & Spiritu vivificante, tibique consubstantiali, nunc & semper, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Interea panem & calicem manu designat Sacerdos.

Ter signat cruce.

Tunc operiet Sacerdos discum & calicem, utrumque integumento suo, & omnia majori velo teget; tum osculabitur altare, conversusque ad ipsius latus australe, adorabit Deum & osculabitur altare. Tum circuitu peracto, descendet coram altari, pronuntiabitque Absolutionem super ministros sedentes coram eo. Quod si adsit ipsi Sacerdos socius, ipse pronuntiabit Absolutionem.

Oratio Absolutionis ad Filium.

Domine Jesu Christe Fili unigenite, & Verbum Dei Patris, qui dirupisti omnia vincula peccatorum nostrorum passione tua salutari & vivifica, qui insipiravisti in faciem discipulorum tuorum, Apostolorumque sanctorum, dicens eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt; tu etiamnum Domine per Apostolos tuos sanctos, eos elegisti qui Sacerdotio semper in Ecclesia tua sancta fungerentur, ut relaxarent peccata super terram, ligarentque & solverent omnia iniquitatis vincula. Rogamus obsecramusque bonitatem tuam, o amator hominum, pro servis tuis patribus meis, fratribus meis, & infirmitate mea, qui capita sua coram gloria tua sancta inclinant; præsta nobis misericordiam tuam, & solve omnia vincula peccatorum nostrorum. Quod si adversum te peccaverimus prudenter vel imprudenter, vel cordis duritia, opere aut verbo, aut pusillanimitate, tu Domine qui nosti humanam imbecillitatem, tamquam bonus & hominum amator, Deus, concede nobis remissionem peccatorum nostrorum: benedic nos & purifica nos, absolveque nos & omnem populum tuum: imple nos timore tuo, & dirige nos ad voluntatem tuam sanctam & bonam, quia tu es Deus noster, & tibi debetur gloria, honor & potestas, cum Patre tuo bono, & Spiritu tuo sancto, nunc, &c. Servi tui hodie in ministerio constituti, Sacerdos, Diaconus & Clerus, omnis populus & infirmitas mea, absoluti sint ex ore sanctæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus sancti, & ex ore unicæ, solius, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ: ex ore duodecim Apostolorum, & ex ore contemplativi Evangelistæ Marci Apostoli & Martyris, ut etiam Patriarchæ sancti Severi, & Doctoris nostri sancti Dioscori, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Cyrilli, sancti Basilii, & sancti Gregorii, necnon ex ore trecentorum decem & octo Nicææ congregatorum, & centum quinquaginta qui Constantinopoli, centum qui Ephesi: ut etiam ex ore venerandi Patris no-

ſtri Archiepiſcopi Anba N. ejuſque in mini- A ſterio Apoſtolico conſortis, venerandique Patris Epiſcopi Anba N. & ex ore humilitatis meæ, qui peccator ſum, quia benedictum & gloria plenum eſt nomen ſanctum tuum, Pater, Fili, & Spiritus ſancte, nunc & ſemper, &c.

ORATIO THURIS.

Oſculabitur Sacerdos caput Sacerdotis miniſtrantis. Quod ſi fuerit cum eo ſocius, oſculabitur gradus altaris, aſcendenſque oſculabi- B *tur altare & accipiet naviculam thuris, & adolebit incenſum. Ordinem qui de incenſo veſpertino ſcriptus eſt obſervabunt, quinquies adolendo, & bis peractis dicet Sacerdos orationem ſequentem.*

DEus æternus abſque principio & fine, magnus in præceptis tuis & potens in operibus tuis: qui es ubicumque, & in omnibus: eſto nobiſcum peccatoribus, Domine, in hac hora: conſiſte in medio omnium noſtrum, purifica corda noſtra, & C ſanctifica animas noſtras: munda nos ab omnibus peccatis quæ commiſimus, voluntarie aut involuntarie. Concede nobis, ut offeramus coram te ſacrificia rationabilia, ſacrificia benedictionis, & incenſum ſpirituale. Ingrediatur intra velum, in locum ſancti Sanctorum. Rogamus te, Deus noſter. Memento Domine pacis unius tuæ, & unicæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Memento Domine Beati Patris noſtri & venerandi Archiepiſcopi Papæ Anba N. & Patris noſtri Epiſcopi Anba N. Memento Do- D mine congregationum noſtrarum & eis benedic: fac ut ſint abſque impedimento, & perturbatione, ut celebremus eas juxta ſanctam & beatam voluntatem tuam, domos orationis, domos mundationis, domos ſanctitatis, domos benedictionis. Concede ut illas poſſideamus, Domine, nos, & ſervi tui, qui nobis uſque in æternum ſucceſſuri ſunt. Exurge, Domine Deus, & diſſipentur inimici tui, & fugiant a facie tua, omnes qui oderunt nomen tuum ſanctum. Et populus tuus fruetur benedictionibus millies E millenis & decies millies millenis, perficientque voluntatem tuam, per gratiam, clementiam, amoremque erga homines Filii tui unigeniti Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, per quem, &c.

Circuibit altare cum incenſo ſemel, oſculabitur illud, deſcenderque lævo pede: verſus orientem ſtabit e regione altaris, adolebitque thus ter, eadem dicens, quæ prius: tum Patriarcham, ſi adſit, incenſabit ſeorſim ab aliis: quod ſi abfuerit, dabit incenſum Sacerdotibus, non aliis. Deinde proſtrationem faciet: cumque lecta fuerit Epiſtola Pauli Coptice, dicet orationem ſequentem ſecreto. Si fuerit cum eo Sacerdos ſocius, is eam recitabit. Diaconus leget Epiſtolam Coptice, & deinde Arabice, ut etiam Catholicon, ſive lectionem ex Epiſtolis Catholicis. Hic adoletur incenſum ter circum altare a Sacerdote celebrante.

Oratio poſt Apoſtoli ſeu Paulinæ Epiſtolæ lectionem.

Sacerdos. DOmine ſcientiæ & ſapientiæ largitor, qui ea revelas quæ profundis tenebris abſcondita ſunt; qui poteſtate magna rationem hominibus indidiſti; qui bonitate tua vocaſti Paulum, cum fuiſſet aliquando perſequutor, ut eſſet vas electum, & in eo complacuiſti, ut fieret Apoſtolus, annunciator & prædicator Evangelii regni tui, Jeſu Chriſte Deus noſter. Te nunc etiam bone, & hominum amator deprecamur, ut des nobis & omni populo tuo mentem ab omni diſtractione liberam, intellectumque purum, ut diſcamus & intelligamus, quanta ſit utilitas doctrinæ tuæ ſanctæ, quæ ad nos illius miniſterio pervenit. Et quemadmodum ſimilis tibi fuit, o autor vitæ, ita nos pariter dignos effice, ut in opere & fide ſimiles illi ſimus, glorificemuſque nomen tuum ſanctum, gloriemurque in cruce tua omni tempore. Tuque es cui honorem, gloriam, potentiam & adorationem referimus, cum Patre tuo bono & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, &c.

Tum unus Diaconorum leget Catholicon Coptice & Arabice, & poſtquam lectum fuerit Coptice, dicet Sacerdos celebrans hanc orationem: quod ſi Patriarcha ipſe ſacra faciat, dicet eam Sacerdos.

Oratio poſt Catholicon.

Sacerdos. DOmine Deus qui per ſanctos Apoſtolos tuos manifeſtaſti nobis myſterium Evangelii gloriæ Chriſti tui, & dediſti illis ſecundum magnitudinem doni infiniti gratiæ tuæ, prædicare toti mundo abundantiam inveſtigabilis miſericordiæ tuæ; rogamus te, Domine, fac nos dignos parte & ſorte illorum. Concede nobis ſemper ut ambulemus in eorum veſtigiis, ut agones eorum imitemur, & communicemus cum eis, laboribus & ſudoribus, quos pro pietate ſuſtinuerunt. Conſerva Eccleſiam tuam ſanctam, quam per eos fundaſti, benedic agnis gregis tui, & multiplica hanc vineam quam plantavit dextera tua, in Chriſto Jeſu Domino noſtro: per quem, &c.

Fi-

Finita lectione Catholici Arabice, ascendes Sacerdos ad altare & adolebit incensum semel, tum recitabitur Oratio sequens.

Oratio Actuum Apostolorum.

Sacerdos. DEus qui suscepisti sacrificium Abrahami, & pro Isaaco arietem ei præparasti, ita suscipe a nobis, Domine, hujus thuris sacrificium, & pro eo mitte nobis divitem misericordiam tuam. Munda nos ab omni fœtore peccati, & præsta nos dignos esse, ut eoram bonitate tua o hominum amator, pure & perfecte ministremus omnibus diebus vitæ nostræ: Memento Domine pacis, &c.

Perficit illam ex oratione Thuris Pauli, nulla re detracta vel addita: qua expleta chorum solus cum incenso circuibit. Finita Lectione Actorum Coptice & Arabice dicent ter, Sanctus: *quo finito sacerdos dicet hanc orationem.*

Oratio Evangelii sancti.

DOmine & magister Jesu Christe Deus noster, qui dixisti divis apostolis tuis & discipulis tuis sanctis; Multi prophetæ & justi cupierunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt: beati autem oculi vestri qui vident, & aures vestræ quæ audiunt: da ut digni efficiamur audiendi & opere perficiendi Evangelia tua sancta, per orationes Sanctorum tuorum.

Diaconus. Orate pro Evangelio sancto.

Sacerdos. MEmento etiam Domine omnium qui præceperunt nobis, ut eorum meminissemus in nostris ad te orationibus & precibus. O Domine quietem illis tribue quorum præcessit dormitio: infirmos sana, quia tu vita es omnium nostrum, salus omnium, spes omnium, medela omnium, resurrectioque omnium nostrum: & tu es ipse cui gloriam, honorem & adorationem referimus, cum Patre tuo bono & Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc & semper, &c.

Tum dicet psalmum, & post tertium versum Sacerdos Evangelium incensabit. Ascendet ad altare, rursusque incensum offeret, semel signans naviculam signo crucis: deinde circuibit cum incenso Evangelium, tum altare semel: descendes ab altari, accipies Evangelium a Diacono, convertetur que ad Occidentem. Accedent Sacerdotes omnes, & illud osculabuntur: ipse postremus illud osculabitur, dabitque illud Diacono ministranti, quem etiam incensabit. Cumque Diaconus dicet, Stante, *conversus Sacerdos ad Orientem dicet,* In nomine Dei. *Mox incensum ter adolebit ad Sanctuarium. Dicet Diaconus,* Benedic Domine, *& dicet,* Initium sancti Evangelii secundum Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem. *Cumque interpres Evangelii dicit,* State cum timore Dei, *convertitur Sacerdos ad Occidentem, incensat tribus vicibus Evangelium. Tum conversus ad Sanctuarium, illud incensat etiam ter, deinde Sacerdotes semel, stans in loco suo, recitans aliquid interea ex oratione Evangelii. Tum Diaconos semel incensat: nec desinit interim thuribulo adolere coram Evangelio, ad finem usque lectionis ejus Coptice; & in ultimo commate incensat ter, dat autem Evangelium legendum Diacono si probe illud legere sciat, sin minus, leget illud ipse Sacerdos. Quod si Diaconus legat Evangelium ex Ambone, incensatio Evangelii primo & postremo fiet ad limen chori. Cumque dicet interpres,* Domini & Dei nostri, *redibit ad Sanctuarium & incensum tribus vicibus adolebit, dicetque sequentem orationem secreto, quando Evangelium legetur Arabice, facie ad Orientem conversa. Quod si Sacerdos socius, ad quem ejus pertinet recitatio, ibi adsit, dabit ei thuribulum, & ipse eam recitabit.*

Oratio post Evangelium secreto dicenda.

LOnganimis, multæ misericordiæ & verax, suscipe orationes, deprecationes & supplicationes nostras, pœnitentiamque & confessionem nostram super altare tuum sanctum, purum & cæleste, ut digni efficiamur auditores Evangeliorum tuorum sanctorum, & præcepta & mandata tua observemus, & in iis centesimum, sexagesimum, & trigesimum fructum proferamus, in Christo Jesu Domino nostro. Memento, Domine, infirmorum populi tui, respice eos cum misericordia & clementia, eosque sana. Memento, Domine, patrum, fratrumque nostrorum peregre absentium, reduc eos in domos suas salvos & incolumes.

Tempore Nili exundationis & pluviæ dicetur.

Memento, Domine, aquarum fluminis & benedic illis, augens illas juxta mensuram suam.

Tempore sementis dicetur a prima Paophi ad primam Baini.

Memento, Domine, seminum, plantarumque, ut crescant & multiplicentur.

Ab Epiphania ad primam ejusdem mensis.

Memento, Domine, aeris cæli & fructuum terræ, eisque benedic. Memento, Domine, salutis loci hujus sancti tui, omniumque locorum & monasteriorum, sanctorum patrum nostrorum Orthodoxorum.

Memento, Domine, salutis hominum & A animalium. Memento, Domine, servi tui Regis terræ nostræ, atque illum in pace & dignitate conserva. Memento, Domine, patrum, fratrumque nostrorum, qui obdormierunt, quieveruntque in fide Orthodoxa. Memento, Domine, sacrificiorum oblationumque, & iis retribue mercedem, qui has tibi oblationes obtulerunt, easque ad te suscipe. Memento, Domine, captivorum qui in servitutem abducti sunt, reducque captivitatem eorum. Memento, Domine, eorum qui calamitatibus, & angustiis oppri- B muntur. Memento, Domine, Catechumenorum populi tui; miserere eorum, confirma eos in fide tua, & reliquias omnes cultus idolorum aufer ab eorum cordibus; legem tuam, timorem tuum, præcepta tua, veritates tuas & mandata tua statue in cordibus eorum: da illis firmam cognitionem verbi quo per catechesin instituti sunt; utque statuto tempore digni evadant lavacro regenerationis in remissionem peccatorum suorum, præpara eos habitaculum Spiritui sancto suo per gratiam.

Post lectionem Evangelii afferet illud Diaconus ad Sacerdotem, qui illud osculabitur, ut etiam Clerus & populus, & interea recitabit Sacerdos Orationem Veli secreto, stans ad latus Veli, capite inclinato.

Oratio Veli.

Deus qui tuo erga homines amore ineffabili Filium tuum unigenitum in mundum misisti, ut ovem errabundam ad te reduceret, rogamus te, Domine, ne nos D a te in æternum repellas, dum offerimus tibi tremendum hoc & incruentum sacrificium: neque enim justitiæ nostræ confidimus, sed misericordiæ tuæ, qua genus nostrum vivificasti. Rogamus & obsecramus bonitatem tuam, amator hominum, ut neque nobis, neque plebi tuæ sit in judicium mysterium hoc, quod ad salutem nostram instituisti, sed in abstersionem peccatorum nostrorum & remissionem negligentiarum nostrarum. Gloria & honor nomini tuo sancto, Patris & Filii & Spiritus sancti nunc & sem- E per, &c.

Interea cum absolvitur hæc oratio, osculabitur Sacerdos gradus altaris, ascendet ad Sanctuarium, osculabitur altare, & conversus ad Occidentem recitare incipiet tres majores orationes. Dum Sacerdos dicit Pax omnibus, *conversus ad Sacerdotes fratres suos, capitis inclinatione salutat, & conversus ad Occidentem populum cruce signat.*

Oratio pro pace.

Sacerdos. Iterum oremus Deum omnipotentem, Patrem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Rogamus & obsecramus bonitatem tuam, amator hominum, memento, Domine pacis, unicæ illius tuæ, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, quæ a finibus ad fines usque terræ diffunditur, omni populo & terris benedic. Pacem illam cælestem cordibus nostris immitte, sed & pacem istius vitæ nobis benigne concede: Reges orthodoxos, exercitum, duces, consiliarios, vulgus promiscuum, & vicinos nostros, ingressum & exitum nostrum omni pace exorna. O Rex pacis, da nobis pacem tuam, qui omnia dedisti nobis. Posside nos, Deus Salvator noster, nam præter te alium non novimus, & nomen tuum sanctum invocamus. Vivant itaque animæ nostræ per Spiritum tuum sanctum, neque mors peccati dominetur super nos servos tuos, nec super omnem populum tuum. Domine, miserere.

[illegible]

In aliis Cod. Regem Orthodoxum.

Alii cod. Regem, Ordines militares.

C *Pro Patriarcha & Episcopis.*

Rursus precamur te, Domine omnipotens, Pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, rogamus & obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum.

Si Patriarcha ipse celebret, dicet socius Sacerdotis.

Memento, Domine, beati Patris nostri, & venerandi Archiepiscopi Papæ N. ejusque in ministerio Apostolico consortis venerandi Patris Episcopi N. custodi & conserva nobis illos annis multis, & tranquillis temporibus, ut opere impleant & perficiant sanctitatem Episcopatus, quæ ipsis a te concredita est, secundum voluntatem tuam sanctam & beatam: verbumque veritatis recte dispensent, plebem tuam cum sanctitate & justitia regant, simul cum reliquis Episcopis Orthodoxis, Hegumenis, Presbyteris, & Diaconis, omnique plenitudine unicæ tuæ, unius, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Da nobis & ipsis pacem & salutem in omni loco, precesque omnes, quas fundunt pro nobis & omni populo tuo, ad te suscipe, ut etiam eas quæ a nobis pro ipsis fiunt.

Hic Sacerdos semel adolet incensum, dicens ea quæ supra declarata sunt: quod si socium Sacerdotem habuerit, id ipsius vice faciet.

Super altare tuum sanctum, spirituale, cæleste, ut etiam thuris odoramenta: universos eorum hostes visibiles & invisibiles, contere & deprime sub vestigiis eorum velociter: eos autem in pace & justitia custodi in Ecclesia tua sancta. Domine miserere.

Pro

Pro congregatione.

ITerum etiam oramus te, Deus omnipotens, Pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, petimus & obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum: Memento, Domine, congregationum nostrarum & benedic illis. Da ut sint nobis absque turbatione & impedimento, ut eas celebremus secundum voluntatem tuam sanctam & beatam, domos orationis, domos benedictionis, domos sanctitatis: concede nobis in illis esse, Domine, & servis tuis qui post nos in sæculum usque futuri sunt.

Oratio pro Ecclesia, quam hoc loco recitabit Sacerdos jejunii diebus.

Hæc oratio non exstat in multis codicibus.

CUltum idolorum ab omni orbe procul remove: Satanam & omnem virtutem ejus pessimam contere, & dejiee sub pedibus nostris velociter: hæreses & autores earum compesce, ut rescindatur & abrumpatur omnis hæretica pravitas, Ecclesiæ tuæ sanctæ inimica. Domine, sicut olim, ita & nunc eas deprime; aufer illas hæreticis: tenebras cordis sui, miseriamque ipsis suam perspicue demonstra: compesce invidiam eorum, consilia, machinationes, dolos, & detractiones, dextrasque quibus adversum nos abutuntur, imbelles omnino esse jubeto. Conventicula eorum reprime, divide consultationes eorum, o Deus, qui dissipasti consilium Achitophel.

Adolebit incensum ad Orientem tribus vicibus.

Exsurge, Domine Deus, dissipentur omnes inimici tui, & fugiant a facie tua omnes qui oderunt nomen sanctum tuum.

Conversus ad Occidentem, Sacerdotes, Diaconos & populum incensabit.

Et populus tuus millies millenis benedictionibus, & decem millies millibus cumulatus adimpleat omnes voluntates tuas.

Tum conversus ad Orientem dicet:

Per gratiam, clementiam & amorem erga homines filii tui unigeniti, Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, &c.

Populus dicet, Symbolum fidei Orthodoxæ. *Adolebit Sacerdos ter incensum ad Orientem, dabitque thuribulum illi qui deferre solet, tum dicent Symbolum; quo tempore lavabit Sacerdos ter manus suas, & antequam eas abstergat, convertetur ad populum, educetque manus ex aqua coram eo, & a sordibus diligenter purgabit.*

Post recitationem Symboli dicet, Pax omnibus.

Respondebitque populus, Et cum Spiritu tuo.

Tum conversus signabit populum semel in modum crucis, & dicet hanc orationem.

Oratio Osculi pacis ad Patrem.

Ἀσπασμ. Εὐχὴ ἀσπασμοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Sacerdos. DEus magne & æterne, qui hominem absque vitio condidisti, & mortem quæ Satanæ invidia in mundum intraverat, per adventum vivificantem filii tui unigeniti Jesu Christi Domini Dei & Salvatoris nostri destruxisti, replevistique terram cælesti pace: tu quem celebrant Angelorum exercitus, dicendo; Gloria in excelsis Deo & pax super terram, & in hominibus bona voluntas, imple per beneplacitum tuum, Domine, corda nostra pace tua, & munda nos ab omni macula omnique simultate, omni fraude, omni malo, omnique injuriarum recordatione mortifera. Fac Domine ut omnes digni simus amplectendi invicem in osculo sancto, & ita illius participes simus, ut non in judicio repellas nos ab immortali & cælesti dono tuo, per Christum Jesum Dominum nostrum.

Oratio alia Osculi pacis.

Sacerdos. SUperant omnem sermonis facultatem, & omnem vim mentis, divitiæ munerum tuorum, Domine, qui abscondisti sapientibus & prudentibus, & nobis parvulis revelasti ea, quæ cupierunt Prophetæ & Reges videre, & non viderunt. Hæc in nos peccatores gratiose contulisti, ut ea administraremus, & per ea sanctificaremur, cum filii tui dispensationem nobis exhibuisti, & sacrum ritum istius sacrificii incruenti: nec enim illud est sanguinis legalis, aut justitiæ corporeæ, sed agnus est spiritalis, gladiusque rationalis & incorporeus, in hoc sacrificio, quod tibi offerimus. Rogamus & obsecramus bonitatem tuam, o hominum amator, purifica labia nostra, & libera mentes nostras ab omni contagione materiali; mitte nobis gratiam Spiritus tui sancti, & dignos effice salutandi invicem in osculo sancto, ut non incidentes in judicium, percipiamus donum tuum immortale & cæleste, per Jesum Christum Dominum nostrum.

Oratio pacis Jacobi Apostoli.

Sacerdos. DEus, omnium Domine, dignos effice hac salute, nos peccatores indignissimos, ut ab omni labe omnique hypocrisi purgemur, amplectamurque invicem in osculo sancto; & unum corpus, unusque spiritus efficiamur in vinculo caritatis & pacis Domini nostri Jesu Christi, cum quo benedictus es, & cum Spiritu tuo vivificante, tibique consubstantiali, nunc & semper & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANA-

ANAPHORA SANCTI BASILII.

Προσφέρειν κατὰ τρόπον στῆτε.

Diaconus. Accedite, adstate, o viri, cum tremore, & ad Orientem aspicite. Attendamus.

Εἰς ἀνατολὰς βλέπετε. Πρόσχωμεν.

Populus. Misericordia, pax & sacrificium laudis.

Ἔλεος εἰρήνης, θυσία αἰνέσεως.

Ter signum crucis hic fit, primum a Sacerdote super se ipsum: secundo super Diaconos ministrantes: tertio super populum.

1. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. 2. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. 3. Ἄνω ὑμῶν τὰς καρδίας. 4. Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον. 5. Εὐχαριστήσωμεν τὸν Κύριον. 6. Ἄξιον καὶ δίκαιον.

Sacerdos. Dominus vobiscum. 1.

Populus. Et cum spiritu tuo. 2.

Sacerdos. Sursum levate corda vestra. 3.

Populus. Habemus ad Dominum. 4.

Sacerdos. Gratias agamus Deo. 5.

Populus. Dignus & justum est. 6.

Sacerdos. Dignum & justum, dignum & justum est, vere est dignum, conveniens, necessarium, dignum & justum, Domine qui existis, Domine Deus vere, qui es ante sæcula, regnans usque in æternum, qui in excelsis habitas, & humilia respicis, qui creasti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, Pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui cuncta visibilia & invisibilia per eum creasti, sedens super thronum gloriæ tuæ, quem adorant omnes potestates sanctæ.

Οἱ καθήμενοι ἀνάστητε.

Diaconus. Qui sedetis surgite.

Sacerdos. Circa quem consistunt Angeli & Archangeli, Principatus, Potestates, Throni, Dominationes, Virtutes.

Εἰς ἀνατολὰς βλέπετε.

Diaconus. Ad Orientem aspicite.

Sacerdos. In circuitu enim tuo stant Cherubim, oculis pleni, & Seraphim sex alis instructi, hymnum gloriæ concinunt indesinenter dicentes.

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus.

Sacerdos ter in modum crucis signabit, primo se ipsum, secundo ministros, tertio populum: tum dicet,

Sanctus, Sanctus, Sanctus es vere, Domine Deus noster, qui formasti nos, fecisti nos, & posuisti nos in paradiso voluptatis. Cum autem mandata tua circa lignum vitæ violassemus per deceptionem serpentis, a vita æterna excidissemus, & a paradiso voluptatis ejecti fuissemus, non in finem usque deseruisti nos, sed continuo nobis per prophetas tuos sanctos promissa edidisti: in novissimis vero diebus, nobis sedentibus in tenebris & umbra mortis, Filium tuum unigenitum Dominum Deum & Salvatorem Jesum Christum manifestasti, qui incarnatus est de Spiritu sancto & ex Virgine sancta Maria, & homo factus est, qui viam salutis nos docuit, & supernam illam nativitatem per aquam & spiritum nobis donavit, fecitque nos populum congregatum, mundavitque nos per Spiritum sanctum suum. Ipse cum dilexisset suos qui erant in mundo, tradidit se ipsum ad salutem pro nobis in mortem, quæ super nos regnabat, qua peccatorum nostrorum causa constricti tenebamur: descendit ad inferos per crucem, surrexit a mortuis die tertia, ascendit ad cælos, seditque ad dexteram tuam, o pater, designavitque diem retributionis, in quo apparebit ad judicandum orbem in justitia & tribuendum unicuique juxta opera sua.

Populus. Secundum misericordiam tuam, Domine, & non secundum peccata nostra.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου Κύριε, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Sacerdos. Instituit nobis mysterium hoc magnum pietatis & religionis, cum statuisset tradere se morti pro mundi vita.

Populus. Credimus in rei veritate ita esse.

Πιστεύομεν. In Copt. Credo.

Sacerdos. Accepit panem in manus suas sanctas, puras & immaculatas, beatas & vivificantes, & aspexit in cælum ad te, o Deus, Patrem suum & omnium Dominum.

Tunc accipiet oblationem super manus suas, auferetque velum de super disco.

Populus. Amen.

Sacerdos levabit oculos dicens, Et gratias egit. ✠

Populus. Amen.

Sacerdos. Et benedixit eum.

Populus. Amen.

Sacerdos digito ter oblationem suam signabit in modum crucis.

Et sanctificavit eum. ✠

Populus. Amen.

Sacerdos franget oblationem in tres partes, quas ita ad se invicem adjunget, ut quodammodo divisæ non sint. Quæ dum faciet, digitos intra discum detergit, ne quid ex oblatis adhæreat, & dicet:

Et fregit eum, deditque sanctis discipulis & Apostolis suis, dicens: Accipite, manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum quod pro vobis frangitur, & pro multis datur in remissionem peccatorum, hoc facite in mei memoriam.

Populus. Amen.

Sacerdos tenens calicem manu sua, dicet: Similiter etiam calicem post cœnam, aqua & vino miscuit.

Sacerdos calicem ter cruce signabit, & dicet: Gratias egit. ✠

Populus. Amen.

Sacerdos. Benedixit eum. ✠

Populus. Amen.

Sacerdos. Sanctificavit eum. ✠

Populus. Amen.

Sacerdos. Gustavit, & dedit discipulis suis & Apostolis sanctis, dicens: Accipite, bibite ex eo omnes, Hic est enim sanguis meus novi Testamenti qui effunditur pro vobis, & pro multis in remissionem peccatorum; hoc facite in mei memoriam.

Sa-

Sacerdos calicem in crucis formam movebit, ita tamen ut non agitet.

Populus dicet. Amen, hoc ita est.

Sacerdos. Quotiescumque manducabitis ex hoc pane, & bibetis ex hoc calice, mortem meam annuntiabitis, & resurrectionem meam confitebimini, meique memores eritis donec veniam.

Τὸν θάνατόν σου κύριε καταγγέλλομεν.

Populus. Mortem tuam annuntiamus, Domine, & resurrectionem tuam confitemur.

Sacerdos. Memoriam agimus passionis ejus sanctæ, resurrectionis ejus a mortuis, ascensionis in cælum, & sessionis ipsius ad dexteram tuam, o Pater: secundi etiam ipsius e cælo adventus terribilis & gloria plenissimi, offerimusque tibi hæc dona ex bonis tuis, pro omnibus, ex omnibus, & in omnibus.

Diaconus. Adorate Deum cum timore & tremore.

Sacerdos dicet Invocationem.

Ἐπίκλησις.

Rogamus te, Christe Deus noster, nos peccatores indigni servi tui, & adoramus te per beneplacitum bonitatis tuæ, ut adveniat Spiritus sanctus tuus super nos, & super hæc dona proposita, & sanctificet ea, efficiatque ea Sancta Sanctorum tuorum.

Ita Copt. & Gr. ἀναδεῖξον ἅγια ἁγίων.

Habebit Sacerdos interea manus expansas & sursum sublatas, interpellans pro illapsu.

Dicet populus. Amen.

Sacerdos elevans vocem. Et panem quidem hunc, *ter panem cruce signabit*, faciat corpus sanctum, *inclinabit caput suum & manu corpus innuet*, ipsius Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, quod datur in remissionem peccatorum & vitam æternam ei qui illud percipiet.

Populus. Amen.

Sacerdos calicem ter cruce signabit & dicet, Et hunc calicem, sanguinem pretiosum novi Testamenti tui, *Tunc corpus & sanguinem pretiosum designabit*, ipsius Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui datur in remissionem peccatorum & vitam æternam illis qui illum percipient.

Populus. Amen.

Sacerdos. Fac, Domine, ut digni simus communicandi sanctis tuis, ad sanctificationem corporum, animarum, spirituumque nostrorum, ut simus corpus unum, spiritusque unus, sortemque & partem consequamur cum omnibus sanctis tuis qui ab initio tibi placuerunt. Memento, Domine pacis, unicæ tuæ, unius, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ tuæ.

Diaconus. Orate pro, &c.

Sacerdos. Quam acquisivisti tibi sanguine pretioso Christi tui, conserva eam in pace & omnes Episcopos orthodoxos, qui in ea sunt. A Primum quidem memento, Domine, beati Patris nostri venerandique Archiepiscopi Papæ Anba N.

Diaconus. Orate pro, &c.

Sacerdos. Et qui cum eis verbum veritatis recte dispensaverunt, concede illos Ecclesiæ tuæ sanctæ, ut pascant gregem tuum in pace. Memento, Domine, Hegumenorum, Presbyterorum Orthodoxorum, & Diaconorum.

Diaconus. Orate pro, &c.

Sacerdos. Omniumque ministrorum & B cunctorum qui virginitatem & puritatem colunt, omnisque populi tui fidelis. Memento, Domine, ut miserearis omnium nostrum.

Diaconus. Miserere nostri Deus Pater omnipotens.

Populus. Kyrie eleison *ter*.

Sacerdos. Memento, Domine salutis hujus loci tui sancti, omnisque loci & monasterii patrum nostrorum orthodoxorum.

Diaconus. Orate pro, &c.

Sacerdos. Et habitantium in eo cum fide Dei. Dignare Domine aeri cæli, & fructi- C bus terræ benedicere.

Dicet in tempore exundationis Nili a duodecima Baini ad nonam Paophi.

Dignare Domine implere aquas fluminum hoc anno, & illis benedicere.

Tempore sementis, nempe a decima Paophi ad vigesimam Tybi.

Memento, Domine seminis herbarum, & viroris agri hoc anno, fac ut crescant, quantum fieri potest, per gratiam tuam. Lætifica faciem terræ, ut appareat fecunditas ejus, & fructus ipsius multiplicentur; præpa- D ra ei sementem & messem: vitam nostram prout expedit guberna: benedic coronæ anni per benignitatem tuam, propter egenos populi tui, propter viduas & orphanos, propter peregrinos & necessitatem patientes, & propter nos omnes qui in te confidimus & nomen sanctum tuum ardenter quærimus; quia oculi omnium in te sperant, quod in tempore suo sis ipsis bonum largiturus. Age nobiscum juxta bonitatem tuam, tu qui das escam omni carni: imple corda nostra lætitia & suavitate, ut nobis semper in omnibus E rebus suppetant necessaria, & abundemus in omni opere bono.

Diaconus. Orate pro, &c.

Sacerdos hic innuit super panem & vinum manibus suis, dicetque:

Memento, Domine eorum qui hæc dona tibi obtulerunt, & eorum pro quibus ea obtulerunt, & qui obtulerunt pro se & suo nomine, da iis omnibus mercedem e cælo.

Circuibit Sacerdos socius altare cum thuribulo, & ab inferiori parte thus adolebit, lavabitque manus suas, & eas velo bombycino involvet.

Tum

Tum dicet Sacerdos celebrans.

NUnc Domine ex præcepto Filii tui unigeniti communicamus memoriæ Sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio, patrumque nostrorum Sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Prædicatorum, Evangelistarum, omniumque spirituum justorum, qui in fide vitam finierunt. Præcipue vero & maxime, sanctæ & gloria plenæ semper Virginis Genitricis Dei, Divæ sanctæ Ma- B riæ; sancti Joannis Baptistæ Præcursoris & Martyris; sancti Stephani primi Diaconi & primi Martyris, videntisque Deum; Evangelistæ Marci sancti Apostoli & Martyris; Patriarchæ sancti Severi, & Doctoris nostri Dioscori; sancti Joannis Chrysostomi, sancti Athanasii Apostolici, sancti Cyrilli, sancti Basilii, sancti Gregorii, Patrisque nostri sancti Abbatis Antonii summæ sanctitatis viri, justique Patris Pauli, Sanctorumque trium Macariorum, & sancti Patris nostri Joannis Hegumeni, Patris C nostri Bischoi hominis perfecti, Patrumque Sanctorum Romæorum, Maximi & Diomedis, quadraginta novem Martyrum, & potentis sancti Patris Moysis, patrisque nostri Isidori, & Arsenii; patrisque nostri Joannis Nigri Presbyteri; patrisque nostri Danielis Hegumeni, patrisque nostri justi Junii & patris nostri Ephræm, patrisque nostri Pacomii, patris vitæ Cœnobiticæ, Theodorique ejus discipuli, patrisque nostri Sanutii Archimandritæ, & Abbatis Veisæ ejus discipuli. Item patris nostri Abu- D neferi seu Onufrii Anachoretæ, patris nostri Simeonis Stylitæ, patris nostri Samuelis Confessoris, Justique & Apollo ejus discipulorum, patrisque nostri Barlomæ Sapientis, patris nostri Benisii Presbyteri, & Abbatis Joannis ejus discipuli, & patris nostri Abbatis Barlomæ nudi, & patris nostri Abbatis Fegii nudi, & sancti N. cujus hodie memoriam celebramus, omnisque chori Sanctorum tuorum, quorum precibus & supplicationibus miserere nostrum omnium, & libera nos propter nomen tuum sanctum quod E invocatum est super nos.

Sacerdos. Memento etiam Domine omnium qui dormierunt & quieverunt in Sacerdotio & omni ordine laicorum. Dignare Domine animas eorum omnium quiete donare in sinu sanctorum Abraham, Isaac & Jacob: induc eos in locum viridem super aquas refrigerii, in paradisum voluptatis, in locum unde fugiunt dolor cordis, tristitia, & suspiria in lumine Sanctorum tuorum.

Diaconi dicent Diptycha & nomina defunctorum recitabunt.

A *Sacerdos dicit post Diptychon:* Eos, Domine, quorum animas suscepisti, jube in hoc loco quiescere, & nos etiam hic peregrinos, in fide tua custodi, & pacem tuam nobis usque in finem benigne concede.

Populus. Sicut erat, &c.

Sacerdos. Et dirige nos in regnum tuum, ut sicut in hoc, ita etiam in omnibus laudetur, benedicatur & extollatur nomen tuum magnum, omnibus modis sanctum, excellens, venerandum, & benedictum, Jesu Christi etiam Filii tui dilecti & Spiritus sancti.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Proœmium ante fractionem.

Sacerdos. ITerum gratias agimus tibi Deus omnipotens, pater Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, quod fecisti nos dignos consistendi in hoc loco sancto, levandique manus nostras & nomini tuo sancto serviendi. Precamur eum rursus, ut nos efficiat dignos communione & participatione mysteriorum ejus divinorum & immortalium, corporis sancti & sanguinis pretiosi Christi ejus, omnipotens Dominus Deus noster. Oratio ante fractionem.

Populus. Amen.

Cum dicet Sacerdos hanc benedictionem, velum sericeum dextra gestans & ad Occidentem conversus, eo velo populo signum faciet, manum super disco tenens: quando vero recitatur benedictio, Diaconi dicent deprecationem, Sacerdos vero faciem & oculos convertet ad corpus quod in disco positum est, dicetque:

Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Tum Sacerdos sumet corpus sanctum manu dextra, imponetque sinistræ, ponetque digitum super corpus in latere Despotici seu majoris particulæ eo loco ubi fractum est, & dicet:

Corpus sanctum.

Tolletque digitum suum de super corpore, immittetque in calicem & intinget extremum pollicis sui sanguine pretioso: tum educet digitum e sanguine, & iterum signabit sanguinem sanguine, in modum crucis gloriosæ, & dicet:

Et sanguis pretiosus Christi ipsius omnipotentis Domini Dei nostri.

Tum educet digitum suum e calice sanguine pretioso tinctum, & signabit eo corpus una cruce, desuper fractura e latere majoris particulæ, & infra ex parte exteriori corporis, unam crucem formans super sanguinem, & duas super corpus.

Diaconus dicet, Orate.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Ora-

Oratio Fractionis ad Patrem.

Προοίμιον τῆς κλάσεως.

Sacerdos. DOmine Deus noster, magne, æterne, gloriæ mirabilis, qui observas testamentum tuum, & promissiones tuas, iis qui te diligunt ex toto corde suo; qui dedisti nobis salutem a peccatis nostris per Filium tuum unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum; qui es vita omnium, auxilium eorum qui ad te confugiunt; spes ad te clamantium; coram quo B consistunt millies mille, & decies millies decem milla Angeli & Archangeli, Cherubim & Seraphim, & omnis multitudo innumerabilis potestatum cælestium; qui sanctificasti has oblationes propositas, per illapsum super eas Spiritus sancti tui: munda nos Domine a peccatis nostris occultis & manifestis, & ab omni cogitatione quæ bonitati tuæ non placeat. Deus hominum amator talem a nobis repelle: purifica corpora & animas nostras, corda nostra & conscientias nostras, C ut cum corde puro & anima lucida, inconfusa facie, caritate perfecta, & spe secura, audeamus cum fiducia, & absque timore orare ad te, Deus pater sancte & cælestis & dicere: Pater noster.

Oratio Fractionis alia Basilii.

Non exstat in nostro Cod. hoc loco, sed post seq.

DEus parens lucis, vitæ principium, scientiæ largitor, donorum creator, gratiose opifex, animarum nostrarum benefactor; thesaurus sapientiæ, doctor sanctorum, fundator sæculorum, precum purarum D susceptor, iis qui in eum toto corde confidunt donator munerum, quæ desiderant Angeli prospicere: qui e profundo nos eduxit in lucem; qui dedit nobis vitam ex morte: qui concessit nobis libertatem, & manumissionem a servitute: qui tenebras erroris quæ in nobis erant illustravit, per præsentiam in carne unigeniti Filii sui. Tu ergo etiam nunc Domine illustra oculos cordis nostri, & perfectos nos effice animis, corporibus, spiritibusque nostris, ut corde sancto & labiis puris audeamus orare te, Deus pater sancte qui E es in cælis, & dicamus.

Oratio Fractionis alia Joannis Chrysostomi.

In alio Cod. Joannis Bostrensis, sive Bassorensis.

DEdisti nobis gratiam adoptionis, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, nunc autem dignos effice, ut absque hypocrisi, corde puro, conscientia fiduciæ plena, labiisque ab omni offensa liberis, oremos te pater, ut eas futilitates respuendo, quæ gentium multiloquii & Judaici supercilii sunt, possimus offerre tibi preces orationemque, juxta institutionem saluberrimam Filii tui unigeniti, voce pura, qualis Christianos decet; & cum sanctitate animæ, corporis & spiritus, audeamus absque a timore clamare ad te, increatum, absque initio, ingenitum, nostrum & omnium Dominum, Deum patrem sanctum qui es in cælis, & dicamus: Pater noster qui es in cælis, &c.

Oratio post Pater noster.

ITa nempe rogamus te, o Pater sancte & bone, bonitatisque amator, ne nos inducas in tentationem, neque permittas ullam iniquitatem in nos dominari, imo potius libera nos ab actionibus inutilibus, earumque cogitationibus, earum motibus, aspectibus earum, illecebris earum: tentationemque extingue & repelle a nobis. Coerce pariter motus illarum qui in nobis excitantur, & remove a nobis causas quæ nos ad peccandum impellunt: eripe nos per potestatem tuam sanctam per Christum Jesum Dominum nostrum.

Diaconus dicet, Inclinate capita vestra Domino. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ θεῷ κλίνατε.

Populus. Coram te Domine.

Sacerdos dicet Orationem inclinationis ad Patrem.

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

SUperabundavit gratia bonorum opificis Filii tui unigeniti Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Confitemur passionem ejus salutarem, mortem ejus adnuntiamus, credimusque ejus resurrectionem, mysterii complementum. Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, quia misericordia tua magna fuit erga nos, cum præparaveris nobis ea quæ. Angeli videre cupiunt. Petimus rogamusque te, amator hominum, ut nos omnes purifices & ad te colligas per communionem nostram mysteriorum divinorum tuorum, ut pleni efficiamur Spiritu tuo Sancto, confirmemurque in fide recta pleni item desiderio caritatis tuæ veræ, & gloriam tuam omni tempore enarremus per Jesum Christum Dominum nostrum.

Diaconus. Attendamus Deo cum timore. Πρόσχωμεν θεῷ μετὰ φόβου.

Oratio absolutionis ad Patrem.

Sacerdos. DOmine Domine Deus omnipotens, qui sanas animas, corpora & spiritus nostros, tu es qui dixisti Petro patri nostro, per os Filii tui unigeniti Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & dabo tibi claves regni cælorum: quod ligaveris super terram, erit ligatum in cælis, & quod solveris super terram, erit solutum & in cælis. Sint etiamnum Domine, patres & fratres mei absoluti ex ore meo, per Spiritum sanctum tuum, o bone & amator hominum. Deus qui tollis peccata mundi, præveni eos suscipiens pœniten-

nitentiam servorum tuorum ab ipsis, quæ sit A lumen ad cognitionem, & remissio peccatorum nostrorum, quia tu Deus miserator & misericors es, longanimis & multæ misericordiæ, & justus. Si in te peccaverimus verbo aut opere, parce & remitte nobis bone & amator hominum. O Domine, absolve nos, & populus tuus absolutus sit.

Hic Sacerdos meminit vivorum & mortuorum.

MEmento, Domine pacis, unicæ, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ: confirma in bono ad extremum usque B vitæ spiritum, & custodi in pace omnes Patres nostros Orthodoxos, Episcopos, Hegumenos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Exorcistas, Monachos, Virgines, Viduas, Orphanos, Continentes, Laicos, Servos, Liberos, peregre absentes & populum hujus loci, tam viros quam mulieres, senes & juvenes, parvos & magnos, qui venerunt, quique non venerunt: qui dixerunt nobis, ut eorum meminissemus, & qui non dixerunt: quos novimus, & quos ignoramus: qui odio nos, & qui C amore prosequuntur. Vivos custodi per Angelum pacis, & mortuorum animas fac Domine quiescere in sinu Patrum nostrorum sanctorum Abraham, Isaac & Jacob, in paradiso voluptatis. Et omnes Christianos Orthodoxos, ab ortu solis usque ad occasum, & a dextra ad sinistram, singulos Domine conserva in pace: & infirmitatem meam solve ab omni peccato, omnique maledicto, omni abnegatione & perjurio, omnique stultitia, tam hæreticorum, quam ethnicorum. Concede nobis, Domine, intellectum, robur & D intelligentiam, ut ad finem usque fugiamus ab omni re mala in oppositam, & da nobis ut faciamus omni tempore id quod tibi acceptum est. Scribe nomina nostra cum omnibus choris Sanctorum tuorum, in regno cælorum per Jesum Christum Dominum nostrum.

Diaconus. Cum timore Deo attendamus.

Εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς υἱὸς ἅγιος, ἓν πνεῦμα ἅγιον. Ἀμήν.

Populus dicet, Unus Pater sanctus.

Ubi Diaconus dixerit, Cum timore, &c.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos attollit Despoticon manibus sublatis, & inclinat se, tum clamat alta voce, Sancta Sanctis. *Omnesque e populo prostrati erunt in terram super facies suas: immittetque Sacerdos Despoticon in sanguinem, extrema sui parte, formabitque cum eo crucem unam in sanguine: tum educet, & eo signabit corpus sanctum in disco, cruce una: tum signabit cum semel sanguine pretioso in modum crucis, & ita perficiet tres signationes corporis super sanguinem, & tres ex sanguine super corpus. Peractis vero signationibus tribus, mittet Despoticon in sanguinem, intra calicem dicens:*

Benedictus Dominus Jesus Christus Filius Dei, & Spiritus sanctus. Amen.

Tum accipiet Sacerdos tertiam partem in qua erat Despoticon, dividetque in tres partes: quod si fuerint magnæ, franget eas in disco, & tres partes manui dextræ imponet, quam retinebit elevatam: lævam vero intra discum & dicet:

Corpus sanctum & sanguis pretiosus, purus, verus, Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen. Corpus & sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen. Credo, credo, credo & confiteor, usque ad extremum vitæ spiritum, hoc esse corpus vivificum Filii tui unigeniti Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi: accepit illud ex omnium nostrum Domina, Deipara, Diva & sancta Maria, & unum illud fecit cum divinitate sua, sine confusione, commistione, aut alteratione. Confessus est confessionem bonam coram Pontio Pilato, & tradidit se ipsum pro nobis super lignum crucis sanctæ, sola sui ipsius voluntate, pro nobis omnibus. Vere credo ipsius divinitatem separatam non fuisse ab ipsius humanitate, ne unica quidem hora aut nictu oculi: tradidit illud pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum & vitam æternam ei qui illud percipiet. Credo hoc in rei veritate ita esse.

Deinde Sacerdos teget corpus sanctum velo serico, alio obvolvet manus suas, similiter Diaconus calicem bombycino operiet, tum Sacerdos caput inclinabit, & dicet:

Omnis honor, gloria & adoratio debetur Trinitati sanctæ, Patri, Filio & Spiritui sancto.

Deinde Sacerdos osculabitur altare, caputque inclinabit fratribus suis Sacerdotibus, & populo dextrorsum & sinistrorsum, deteget latus disci coram se, canentque ex psalmo, & dicet Sacerdos secreto:

Dignos fac, Domine, nos omnes ut corpus tuum sanctum percipiamus, & sanguinem tuum pretiosum ad mundationem corporum, animarum, spirituumque, & peccatorum nostrorum remissionem comparandam.

Tum communicabit Sacerdos, corpusque & sanguinem pretiosum Sacerdoti socio distribuet, E *tum ministris & populo deinceps: tandemque mulieribus ex altari cum disco descendens.*

Dicet Diaconus, Orate pro omnibus christianis.

Oratio gratiarum actionis post communionem.

Sacerdos. ORa nostra repleta sunt gaudio, & lingua nostra exsultatione, quia participes facti sumus Sacramentorum tuorum immortalium, Domine: quia quæ oculus non vidit & auris non audivit, nec humanum cor comprehendit, illa ipsa præparasti Deus diligentibus nomen

men tuum sanctum, & revelasti ea parvu- A lis Ecclesiæ tuæ sanctæ. Ita Pater fuit beneplacitum ante te, quia tu misericors es, & mittimus tibi sursum gloriam, honorem, & adorationem Patri, Filio & Spiritui sancto, nunc & semper, &c.

Oratio inclinationis post communionem.

Sacerdos. SErvi tui, Domine, qui tibi ministrant, orant nomen tuum sanctum, simulque coram te se inclinant. Esto in illis, Domine, ambula inter eos, adjuva illos in omni opere bono, erige B corda eorum ab omni perversa & terrena cogitatione. Da illis ut vivant & cogitent ea, quæ ad vitam pertinent, intelligantque quæ tua sunt per Filium tuum unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum, ad quem nos & omnis populus tuus clamamus dicentes: Domine, miserere nostri, o Salvator.

Sacerdos dicet benedictionem.

O Domine, esto nobis misericors, benedic nobis, ostende faciem tuam super nos, & miserere nostri. Domine, sal- C vum fac populum tuum, benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos usque in æternum. Conserva illos in fide recta, gloria, & honore, omnibus diebus vitæ suæ, & constitue illos in charitate quæ omnia superat, & pace quæ omni intellectu superior est, per preces & orationes, quas faciet pro nobis Domina omnium nostrum, Mater Dei, diva & sancta Maria, & quatuor lucidi sancti Michel, Gabriel, Raphael & Suriel, & quatuor animalia incorporea, nec non viginti quatuor Presbiteri, Cherubim- D que Seraphim & cælestes ordines. Per orationes Patriarcharum & Prophetarum, Joanis Baptistæ, & centum quadraginta quatuor millium, dominorumque patrum Apostolorum, trium sanctorum puerorum, sancti Stephani, sancti Domini Georgii, sancti utriusque Theodori, & sancti patrumque amatoris Mercurii, sancti Patris Mennæ & omnium chororum Martirom, & Patris nostri Antonii viri sanctissimi, sanctorumque patrum trium Macariorum, omnisque chori cruce signatorum, Justorum piorum, sa- E pientum Virginum, & Angeli diei istius benedicti. Veniat benedictio eorom, charitas eorum, patientia eorum, auxilium eorum: & benedictio diei Dominicæ Salvatoris nostri boni sit cum omnibus nobis usque in æternum. Amen.

Cum absolverit vasorum ablutionem, bibet aquam in iis residuam, dimittetque plebem benedictione recitata.

Explicit Missa Basilii.

TRACTATUS
SANCTI BASILII
DE CONSOLATIONE IN ADVERSIS.

incerto, sed antiquo interprete.

1. QUemadmodum navis cum undarum tempestate quassatur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur: ita & homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus, nisi habuerit rectorem divinis eloquiis eruditam, cito animus ejus frangitur, & salutis suæ sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis; paulisper peto, verbis meis aurem diligenter accommoda, ut tibi in quantum possum, consolationem ex Scripturarum fontibus proferam. Igitur si egestate constrictus, penuriæ pondere opprimeris; si amissa sæculi dignitate, ignobilitatis te vita contristat; si membrorum fortitudinem subsequens languor debilitat; si exstinctis charis & liberis, tristitia sæculi animum tuum mentemque conturbaverit, vel si lepræ macula corpore ac membris repletus, populi multitudine & turba carueris: noli tamen in his adversis positus frangi, vel mente concidere; sed ad Dei potius præcepta confugias, ut inde consolationem calamitatis tuæ assumas: ut ex verbis dominicis instructus, velut optimus gubernator navigium tuum, hoc est conversationem vitæ tuæ, in portum tranquillitatis inducas. Ne ergo velis frater dilectissime odii causa existimare Deum super nos castigationem inducere: imo erga nos maxime vera ejus charitas approbatur; ita enim te per Salomonem ipse Dominus in proverbiis monet: *Fili, noli deficere a disciplina Domini, ne fatigeris cum ab eo corrigeris: quem enim diligit Dominus, corripit.* Nam & pater quamvis charissimum filium, in errore inventum castigat; & magister sæpe discipulum, ut in melius proficiat, verberat. Prov. 3. 11. & 12.

2. Duplex autem causa est ob quam castigatio divinitus hominibus irrogatur. Flagellat interea justum, ut emendetur in melius, & pristinæ conversationis corrigat vias. Et hoc esse ita, divinis eloquiis approbabo. Sed primum convenit explicare quod justus propterea affligitur, ut per tentamenta plurima probetur. *Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationibus variis incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam, operatur,* inquit Jacobus in canonica. Item in sequentibus ponit & dicit: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Unde ergo gaudendum Jac. 1. 2. & 3. Ibid. v. 12.

eſt chariſſime, cum corpus hoc noſtrum aſ- A fligitur, vel cum Dei judicio duris examinatur laboribus. Nec enim tantum in proſperis rebus quantum in adverſis convenit gloriari Chriſtiano. Audi denique in quibus Paulus glorietur. Gloriamur, ait, in ſpe charitatis Dei : *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, quia tribulatio patientiam operatur ; patientia autem probationem, probatio vero ſpem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Vide quantæ virtutes juſtis viris ex tribulationi- B bus oriuntur. Et quemadmodum terra cum fuerit pinguis ac fertilis, niſi per induſtriam agricolæ crebro ac jugiter fuerit culta, non ſolum fructus hominibus denegat, verumetiam e contrario generat ſpinas : ita juſtus, niſi variis tentationibus fuerit confectus aſſidue, non ſolum ipſe non proficit, ſed aliquoties in lapſum incurrit. Et hoc ita eſſe, ſupradicti magiſtri docemur exemplo. Qui cum multis de virtutibus ſibi conſcius eſſet, & in tantis meritis coram Deo proceſſiſſet, ut uſque ad cælum tertium raptus, & in pa- C radiſum ductus, ineffabilia verba audiſſet: ne tamen eum pro his virtutibus ſuperbiæ tumor invaderet, & gratiam meritorum amitteret, colaphizandum eum divina providentia angelo Satanæ tradidit; in quo ille exſultans, ita ad Corinthios ſcripſit : *Ex ſublimitate*, inquit, *revelationum ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi ut diſcederet a me, & dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Et ite- D rum, *Placet mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſequutionibus, in anguſtiis pro Chriſto : cum enim infirmor, tunc potens ſum.*

Rom. 5. 2. & ſeq.

2. Cor. 12. 7.

Ibid. v. 10.

3. Gratulanter igitur ac patienter omnia adverſa mundi quæ nobis inferuntur, debemus excipere : ſcientes nos certiſſime tunc in Dei eſſe memoria. Valde enim delicatus eſt qui & in hac vita conſtitutus, abundanter vult omni lætitia perfrui, & in futuro ſæculo dona cæleſtia adipiſci. Quis enim aliquando ſanctorum a periculis ſæculi potuit eſſe E immunis ac liber? Quia ſi diligenter eorum ſcrutaberis vitam, nullum abſque tentationibus de hoc mundo migraſſe reperies : ſed omnes diverſas tribulationes quas habet mundus, patientiſſime tolerantes, ad veram & incorruptam gloriam pervenerunt. Denique Abraham patriarcha tanta gratia fidei erat repletus, & in tantum dilexerat Dominum, ut chariſſimum pro eo filium pene gladio interimeret. Magis enim voluit parricida audiri, quam Dei imperium præterire; præſcius enim erat vocis ſalutaris dicentis: *Si quis dilexerit filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Ut Deo igitur dignus haberetur, ſecundum ejus præceptum, filium unicum hoſtiam offerebat; & quem hæredem putabat, interficiendum propriis manibus non dolebat. Cur igitur non dolebat? quia cor ejus amor divinus accenderat, & calor fidei ejus omnem dolorem exſtinxerat. Talis igitur ac tantus patriarcha Abraham, ſic amabilis Deo & charus, cui etiam ipſe Dominus teſtimonium perhibuit, dicens : *Nunc cognovi, quoniam tu times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectiſſimo propter me*, non potuit eſſe immunis, ut abſque tribulatione ac tentamentis ſecuram degeret vitam : ſed omnia perpeſſus adverſa, meruit omnium ſanctorum pater audiri. Denique cum quodam tempore peſtilentiam famis prævalere in terra ſentiret, & cum Sarra conjuge ſua in Ægyptum deſcendiſſet, timens ne ab Ægyptiis propter pulchritudinem interficeretur uxoris, ait ad eam : *Ne me dixeris virum tuum eſſe, ſed fratrem me potius confitere, ne quando me interfecto, te poſſideant.* Nulli eſſe dubium puto, qualem quis poſſideat mentem, quando interfectionem ſibi imminere ſuſpicatur, quando vicinam mortem ab aliquo ſibi opinatur inferri. Non cibus vel potus ei dulcis eſt, ſed amarus : ſed & cum ſomnus eum oppreſſerit, etiam tunc jugulari ſe a carnifice perſpicit in ſopore. Quamvis ille auxilio Dei protectus, ab omnibus perſeverabat illæſus : verumtamen ſuſpicione contritus, magna eum formido invaſerat. Aliam quoque parem tribulationem in terra Geraram ſub Abimelech rege perpeſſus eſt : & eos quos adverſarios metuebat, & a quibus ſibi imminere mortem putabat, ab his maximis honoribus Dei nutu venerabatur. Iſaac quoque filius ejus ſimilem tribulationem in terra Geraram ipſe ſuſtinuit. Nam & ipſe timens ne interficeretur, Rebeccam uxorem, ſororem eſſe confeſſus eſt : ſed etiam nihilominus maximas tribulationes perpeſſus eſt. Denique cum Jacob Eſau fratrem ſuum benedictionis cauſa perſequeretur : in terram Meſopotamiam Jacob mortis formidine effugatus eſt. Nam & quando filium ejus Joſeph fratres in Ægypto vendiderunt, & patri nuncium retulerunt, dicentes eum a beſtia devoratum, tantum ei dolorem intulerunt ut veſtimenta propria ſcindens, & ſqualore ſe ſacci operiens, filium amantiſſimum lugeret amiſſum. Ipſe quoque Joſeph multa tentamenta perpeſſus, probabilis factus eſt. Denique æmulationis cauſa in Ægypto a fratribus in ſervitutem redactus eſt. Itaque dominus ſuus bonam ejus converſationem aſpiciens, principem eum domus ſuæ conſtituit. Domina vero propter ſpeciem decoris in amore adoleſcentis turpiter colligata eſt, & capta ſœ-

Gen. 22. 10.

Matth. 10. 37.

Gen. 22. 12.

Gen. 12. 13.

Ibid. 20. 2.

Ibid. 26. 7.

Gen. 27. 41.

Ibid. 37. 18. & ſeq.

c. 39.

Digitized by Google

fœditate libidinis, famulum Christi conabatur invadere. Cumque talibus accensa ardoribus, sæpius eum ad opus sceleratissimum invitaret, & ille tam durissimum facinus perpetrare abnueret; una e diebus solum eum operaotem reperiens accessit, & per vestimentum eum tenuit impudenter, & veoeno mortifero ore repleto ait ad eum, Concumbe mecum. O perniciosa cohortatio! Impudantissima mulier hanc mihi oblationem profers temporalem, ut lætitia me fempiterna defraudes? Quid mihi vipereo ore morbum pestiferum & insanabilem conaris infundere? Quid ad deceptionem meam profers verborum blandimenta, quæ dolo & amaritudine plena sunt? Mel quidem labia tua lallare videntur; sed vitanda est talis dulcedo quæ postremo fel efficitur. Per te enim a principio diabolus de paradiso Adam protoplastum expulit: sed illius expulsio ad meam cautelam proficiet. Venumdatus sum, ut tibi servitutem exhiberem; non ut in tuum adulterium fœdissimum consentirem. Venumdatus sum, ut tibi obsequium præberem; non ut castitatem meam perderem. Licet ob fratrum meorum iovidiam, servus hominum factus sim, peccati non efficiar servus. Patrum meorum sequor vestigia, criminis tui particaps esse non patior. Tunc Joseph relinquens vestimenta in manibus ejus, nudus exiit foras; licet iodumento corporis nudus, castitatis gloria coopertus. Vestimentum quidem quod veteralcit, & a tineis devoratur, raliquit: sed pudicitia quæ semper floret, indutus abscessit, & oblectatione spurcissima irritari non passus est. Sed illa impudens cum se confusam iotuetur, & a viro castissimo triumphatam, omnem ardorem libidinis deflectit in furiam, & veniente marito verbis accusat innoxium. *Induxisti*, inquit, *ad nos puerum, qui nos deludat*. At ille verbis fallacibus persuasus, statim eum detrusit in carcerem, sed Deus erat cum eo. Et licet retrusus humiliaretur in vinculis, liberabat eum puritas mentis: & si squalore ergastuli membra horrebaot, pudicitia animæ refulgebat. Sed Domious semper qui innocentibus præsto est, & qui exaltare humiles coosuevit, ab omnibns tribulationibus eum eripuit, & totius terræ Ægypti dominatorem constituit. Et iste quem in servitutem venumdederunt fratres, paulo post malorum omnium immemor, fratribus alimenta præbebat: & quia Domini nostri Salvatoris typum gerebat, pro malis bona retribuebat.

Gen. 39. 14.

4. Idcirco autem Job exemplum nobis producatur in medium, quod velut generalis medela infirmas & invalidas mentes satis superque roborare sufficiat. Si quis enim quibuslibet oppressus miseriis, si quis innumeris calamitatibus occupatus, hunc virum diligenter mentis obtutu perspexerit, maximam ex eo consolationem sui doloris inveniet. Iste enim in tantum divino famulatui se mancipaverat, & ita Dominum ioculpate colebat, ut ita laudari ejus præconio mereretur. Sic enim divina Scriptura restatur: *Ait*, inquit, *Dominus diabolo, considerasti sensu tuo puerum meum Job, quia non est ei similis quisquam in terris, homo sine crimine, verax Dei cultor?* Sed & pro filiis in tantum erat sollicitus, ut pro eis sacrificia quotidiana offerret. Et qnidem cum Scriptura nulla filiorum delicta commemoret, ille tamen qui vere ac religiose filios diligebat, timebat ne forte in corde suo, ut homines, aliquid cogitarent adversum Deum, malitiæ: & sola opioione conterritus, per divinas hostias filiorum corda mundabat. Quanti hodie patres filios aperte, negligere in multis ac peccare conspiciuot; & non solum sacrificia pro eis non offerunt, sed nec sermonem ad arguendum eos proferunt, ut pravas derelinquant vias. Et dum eos contristare nolunt ad modicum, æternam eis tristitiam generant. Sed hujusmodi patres ostendunt se non veram charitatem habere, sed falsam: si autem eos diligerenr, utique secundum Scripturam diligenter corriperent; sed propterea fortasse peccantas filios negligunt, quia nec suæ salutis aliquando curam habuerunt. Beatus autem Job quemadmodum ipse sine querela Domino serviebat, ita filiorum corda donis ac muneribus procurabat. Io viduis auteoi fidelibus quam misericors fuerit, ipsum ausculta dicentem: *Os*, inquit, *viduæ benedixis me: justitia autem indutus eram. Vestitus eram judicio sicut chlamyde. Oculus eram cæcorum, pes autem claudorum. Ego autem eram pater impotentium*. Sed & quod infinitas possederit divitias Scriptura testatur. *Fuerunt*, inquit, *Job filii septem, & filiæ tres, & erant pecora ejus oves numero septem millia; cameli tria millia, juga boum quingenta, asini feminæ gregales quingentæ, & ministerium multum nimis habuit*. Audiens itaque eum ille bonorum æmulus divina voce laudari, iovidiæ livore exarsit, & postulavit a Domino ut suæ ditioni ejus traderet facultates: & ecce subito diversis modis omnem ejus substantiam vastare aggreditur, & tunc de præda jumentorum, modo de combustione ovium, post hæc de interfectione nunciat famulorum. Ipse enim diabolus qui hæc cuncta agebat, ipse quoque nuncium deferebat. Nec tamen ex improviso tantam perniciem inferens, virtutem fidei ejus potuit frangere, vel animum illius in verba blasphemiæ declinare. Noverat enim Job nihil se intulisse in hunc mundum, verum nec auferre quid posse. Ad ultimum autem cum ei de filiorum

Job. 1. 8.

Job. 29. 13.

Job. 1.

ac

ac filiarum nunciatum est nece: commota A sunt viscera ejus: & ita vestimentum proprium scidit, ac sui capitis comam totondit, & in eam terræ pulverem sparsit. Nec tamen hæc faciens, in verba blasphemiæ mens ejus inflexa est; sed confestim ad Dei laudes conversus, procidens in terram adoravit, & Job 1. v. 21. dixit: *Nudus exivi de matris utero, nudus etiam vado sub terram. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Magnum nobis Job sanctissimus documentum ostendit, ut contra omnes fluctus sæculi turbulentos B mens nostra inconcussa permaneat, ne fatigati adversis in verba blasphemiæ erumpamus; sed ut iisdem verbis utamur, quibus & ipse usus est dicens: *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Sed insatiabilis adversarius cum tot damnis eum afficiens, nihil in eum agere potuisset, & cum rursum eum a divina potentia laudari audisset, ait ad Dominum: 2. 4. *Pellem pro pelle, & omnia quæcumque habuerit homo, pro anima sua dabit: sed mitte manum tuam, & tange ossa ejus & carnes, & vide, an in faciem tibi benedicat.* Tunc Do- C minus præscius omnium futurorum tradidit ei corpus tantummodo, animam autem custodire præcepit. Tradidit eum Dominus, non ut voluntati diaboli pareat: sed ut famulum suum probabiliorem efficiat, & ejus tolerantia in universo mundo clarescat. 2. 7. Tunc percussit Job vulnere pessimo a pede usque ad caput; & tulit testam ut saniem vulnerum raderet, & sedebat in stercore extra civitatem, qui paulo ante in regali sedebat solio: & despiciebant eum universi quem primum subditi metuebant. Isti igitur tali D ac tanto qui in tanta excellentia eminebat, nunc uxor ejus de mercede operis sui exhibet alimentum, quæ etiam sempiternum 2. 9. supplicium ei inferre conata est, dicens: *Dic unum verbum in Domino, & morere.* At ille vir philosophicus, at ille totius patientiæ magisterio repletus sprevit ac repulit tale v. 2. 10. consilium, dicens: *Tamquam una ex insipientibus mulieribus loquuta es: si bona excepimus de manu Domini, mala non toleramus?* Vide tentationum pondus, ut patientiæ magnitudinem possis agnoscere. Sublimis erat E in potentia sua, abundans in divitiis, copiosus in filiis, & universis his privatus, nudus apparuit. Mos enim est athletarum ut ad certamen nudi procedant. Merito ergo & hic beatus contra diabolum congressurus, cunctis facultatibus velut quodam vestimento exutus est; sed in tali certamine constitutum, hæc verba eum contra diabolum arbitror protulisse: O, inquit, diabole, idcirco in me tam crudeliter deſævisti, ut per me tua potentia arguatur? Quid tamquam vorago cunctos quæris absorbere? Quid qui te nihil læserunt, devorare quæris ut leo? Quid innocentes nocere festinas? non erubescis cum toties sis a famulis Dei prostratus ac victus? non tibi sufficiebat cum de tanta humilitate ad hanc me egestatem perduceres? non tibi sufficiebat cum filios meos ac filias meas sub uno momento necares? insuper sævissimis doloribus corpusculum meum afflixisti, ut ex putredine carnium vermium globi ebulliant. Tu quidem contra membra fragilia aggressus es bellum inferre, sed stabilitatem animæ commovere non poteris. Improbis venenis confidens, fidem meam quassare conatus es: sed ego confidens in Deo meo, effrænatas tuas conteram vires. Et cum sis subdolus, in tuis me laqueis irretire tentasti, sed me ab his retibus eripuit Dominus. Tu licet temporales mihi inferas cruciatus, ipse in sempiternis es torquendus suppliciis: & quidem si mortales vermes de meo procedant corpusculo, tu ab immortalibus vermibus devorandus es in gehenna. Tu licet multiplicata inferas tentamenta, ego non mutabo meam innocentiam: & licet projectus extra urbem, Deum meum benedicere non desinam.

5. Sed & justi illius Tobiæ exemplum si diligenter consideres, maximam ex eo consolationem invenies. Iste denique in ministrationibus pauperum admodum occupatissimus fuit. Et si qui ex genere ejus defuncti fuissent: secundum religionis nostræ ritum ut convenit sepeliebat. Siquidem, ut fertur, consuetudo talis Assyriis est, ut mortuis terræ denegent sepulturam; sed eorum cadavera pellibus involuta, super faciem terræ exponunt, scilicet ut a bestiis vel avibus devorentur. Hic ergo dum captivus cum plurima multitudine Judæorum apud Assyrios degeret, & ad sepeliendum defunctorum corpora, ut dixi, studium daret: ab hoc opere tam religioso, tam pio, prohibitus aliquando a rege Assyriorum, nihilominus tamen etiam occulte opus usitatum, prout poterat, conabatur explere. Quodam denique tempore cum in Pentecostes die festissimo epulæ sibi utpote pro solemnitate solito gratiores præparatæ fuissent, non est passus cibos suos solus sumere. *Ait ergo ad filium: Vade,* inquit, Tob. 2. & seq. *fili, & voca si quem inveneris pauperem ex fratribus nostris, eum tamen qui timet Dominum, ut manducet nobiscum:* & ecce sustineo te fili, donec venias. At ille dum iret, reperit quemdam Hebræum necatum laqueo, & projectum in publico. Qui continuo regressus, quod viderat, indicavit patri. Ille cum hæc audisset, non eum paratæ epulæ, non eum diei festivitas, non saltem minæ tyranni a bono opere retraxerunt: sed surgens illico pergit ad publicum: atque cadaver humo, ut solebat, operiens, reversus cum luctu pran-

prandium quod reliquerat sumit. Hic ergo tam pius, tam operibus bonis ornatus, ad ultimum aspectu caruit oculorum. Et qui primum miseris conferebat solatium, aliorum postmodum indigebat auxilio. Sed Dominus ad fidei ejus patientiam comprobandam, tentari eum taliter voluit. Et ille sciens magis sibi adversa prodesse quam prospera, æquanimiter usque in finem patientiam tenuit. Idcirco eum Raphael Angelus
Tob. 12. 7. & seq. collaudat, & dicit: *Opera Dei revelare & confiteri, honorificum est.* Nam quando orabas to & Sarra nurus tua, & ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei: & cum sepelires tu mortuos similiter. Et quia non cunctatus es exsurgere, & derelinquere prandium tuum, & abiisti: missus sum tentare te. Et iterum: *Misit me Dominus curare te, & Sarram nurum tuam.* Et quidem nos hæc breviter ut potuimus, explicavimus. Si quis autem diligentissime sanctorum omnium vitam attendat, non aliter eos nisi in laboribus & adversis claruisse perspiciat.

6. Hoc jam, quia verbera prosunt (ut superius præmisimus) comprobandum est: & quod tunc erga nos divinus amor agnoscatur, cum diversis cruciatibus ac tentamentis conficimur. Sic enim nos Salomon in
Prov. 13. 24. Proverbiis instruit: *Qui parcit*, inquit, *baculo, odit filium suum: si autem diligit, diligenter corripit.* Ergo cum nutu Dei corripimur in adversis, non odium tunc in nos, sed charitas comprobatur. Ideo autem casti-
Ezech. 33. 11. gat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Non nos affligit ac verberat, ut nos in interitum mittat, sed ut convertamur ad eum, & misericordiam ipsius adipisci possimus. Ipsum denique Dominum per prophetam audi loquentem, qui
Psal. 88. 31. & seq. ait: *Si dereliquerint legem meam, & mandata mea non custodierint visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis: neque decipiam eos in veritate mea.* Frequenter enim rerum prosperitas arrogantiam generat, & per longanimitatem in superbia mens inflatur humana. Propterea verus ille animarum medicus Deus, cum diversis languoribus vitiorum ægrotare nostram viderit mentem, hoc est cum nos superbiæ tumor inflaverit: vel ad diripiendum aliena, avaritiæ morbus pulsaverit: vel ad concinnandas insidias fratribus, invidia persuaserit: vel cum desidia animus noster oppressus, religionem Dei neglexerit: per corporales castigationes, veluti per quædam medicamina animum nostrum curare festinat. Cum enim permittit nos aut captivitate vastari, aut rerum nostrarum sustinere jacturam, aut ingentem valetudi-

A nem membra nostra pulsare, vel cujuslibet in nos tentamenta generis irrogari, sanitatem nobis animæ per hæc cupit inferre, non damna. Ita enim per Esaiam prophetam ipse testatur: *Et propter peccatum*, inquit, Isai. 57. 17.
modicè contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo: & contristatus est, & ambulavit tristis, & consolatus sum eum, & sanavi eum. Denique Manasses ille rex cum abundantia ac deliciis frueretur, & super Judaicum populum principem se cerneret: insuper elatus recessit a Domino: tem- 4. Reg. 21. 4.
B plum quoque Dei replevit idolis, ac plurimorum sanctorum sanguinem fudit: sed & Esaiam prophetam serra lignea secavit, & multa exsecranda opera perpetravit. Cum autem ab Assyriis captus fuisset: vinctus com- 2. Par. 33. 11.
pedibus atque onustus ferro, in Babyloniam deductus videns se oppressum angustiis, in amaritudine animæ suæ conversus clamavit ad Dominum, qui salutem animarum, non mortem desiderat: & ereptum eum ex inimicorum manibus, in pristinum constituit regnum. Vides quomodo eum calamitas ab
C erroris via correxit. Vides quod ei captivitas velut quoddam medicamentum animæ remedium contulit: & salutem suam quam prius per elationem amiserat, miseriis postmodum afflictus invenit. Ecce quantum generi humano prosunt damna carnalia. Securitas autem rerumque prosperitas sæpe, ut diximus, animæ generat detrimentum.

7. Et quid dicam de peccatoribus? David ille justus, qui secundum cor Domini fuit electus, de quo ipse Dominus dixit: *Inveni* Act. 13. 22.
David filium Jesse, virum secundum cor meum,
D *qui facit omnes voluntates meas*, cui regni potestatem, ac prophetiæ concesserat gratiam: cum esset in maxima abundantia, & in securitate ac divitiis floruisset, multasque sibi nationes auxiliante Domino subdidisset; quia paululum ab eo tribulatio elongaverat, immobilem se esse putabat. Ipse denique ait: *In mea abundantia non movebor in æternum.* Tamen iste ab una muliere captus, Psal. 29. 7.
in uno delicto duo crimina perpetravit. Uriam Etheum virum innocentem occidit, 2. Reg. 11. 4. & 17.
cujus adulteraverat conjugem. Si autem
E tunc tribulationibus pressus fuisset, in tam grande peccatum minime incidisset, per quod naufragium Spiritus sancti pateretur. Unde postquam delictum suum agnovit, & sancto Spiritu privatum se esse persensit, ad recuperandam pristinam gratiam obsecrans clamabat ad Dominum: *Spiritum rectum in-* Psal. 50. 12.
nova in visceribus meis: & ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Quando autem tribulationibus maxime esset confectus, & congressionibus hostium undique circumdatus, qui cum eo sæpissime dimicantes, quiescere eum non sinebant;

baot; ex toto corde clamabat ad Dominum, A
a quo protinus impetrabat auxilium, sicut
Psal.119.1. ipse ait in Psalmo, *Ad Dominum cum tribula-*
Psal.76.3. *rer clamavi, & exaudivit me*. Et iterum: *In*
die tribulationis meæ Deum exquisivi: mani-
bus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.
Non solum autem in his positus, a delictis se
gravibus abstinebat: verumetiam modicam
incontinentiam velut crimen maximum ar-
bitrabatur. Denique quodam tempore cum
gens Philistinorum Bethleem obsideret, &
David esset in munitione, desideravit, & di-
2.Reg.23.15. xit: *Quis dabit mihi aquam, ut bibam, de* B
lacu qui est in Bethleem in porta? Cumque
tres viri potentes inter media castra Philisti-
norum erumpentes, aquam ei de eodem lacu
bibere detulissent, reprehendit se, & noluit
bibere, sed libavit eam Domino & dixit: Pro-
V.17. pitius esto mihi Domine: non faciam hoc, ut
sanguinem virorum horum, qui abierunt in
animabus suis, bibam, & noluit bibere. Con-
sidera ergo frater diligenter, ac perspice qua-
le ille naufragium prius in abundantia per-
tulit, & qualem postmodum humilitatis in-
tulit philosophiam. Cum in securitate de- C
geret, occidens virum innoxium, ignorabat
esse peccatum. In humilitate vero allatam
sibi cum periculo aquam, crimen arbitratus
est bibere. Animadvertens igitur beatus
David quod sibi utilitatem conferebat hu-
Psal.118.75. militas, dicebat ad Dominum, *Cognovi,*
Domine, quia æquitas judicia tua, & in veri-
tate tua humiliasti me. Item in eodem psal-
mo in humilitate sua gratulanter adjecit,
V.71. *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam*
Ps.33.19. *justificationes tuas*: & iterum, *Juxta est Domi-*
nus his qui tribulato sunt corde, & humiles spi- D
ritu salvabit. Quando enim in tribulationi-
bus positus est homo, sæpe memor est Dei, &
Deus est juxta eum, imo & requiescit. Sic
enim declarat ipse Dominus per Prophe-
Isai.66.2. tam: *Super quem*, ait, *requiescam, nisi super*
humilem, & mansuetum, & trementem verba
mea? Difficile autem poterit esse quisquam
humilis vel quietus, nisi fuerit prius confe-
ctus tribulationibus.

8. Non te ergo dilectissime corporis dam-
na contristent, sed quidquid Dominus mise-
rit, gratulanter ac viriliter suffer. Si te di- E
versi corporis languores pulsaverint, peto ne
turbetur cor tuum, ne animus tuus frangа-
tur, ne vox tua erumpat in verba blasphe-
miæ; sed potius patientissimi illius beati Job
exemplum ante oculos tuos pone. Dicito
Job.1.21. quod audisti ipsum dicentem: *Sicut Domino*
placuit, ita factum est: sit nomen Domini be-
nedictum. Novi enim quosdam, maxime
eos qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in
tantam desperationem pro hac plaga venire,
ut putent se omnino destitutos esse a Domi-
no; sed hoc patitur ille qui non est divois

eloquiis eruditus. Si autem in lege Domini
die nocteque meditaretur, si sciret *Dei esse* Ps.18.10.
vera judicia & justificata in semetipsa, & desi-
derabilia super aurum & lapidem pretiosum
multum, & dulciora super mel & favum: tam-
quam vera medicamina, ulcera morbi susci-
peret. Diceret quoque & ipse, *Memor fui* Ps.118.52.
judiciorum tuorum a sæculo, Domine, & conso-
latus sum. Licet enim parvo tempore aspe-
rum & amarum hoc vulnus, grande animæ
remedium generat in posterum. Crede mi-
hi frater, numquam sic in balneis corpora
abluuntur sordibus, ut animæ sordes per hu-
jusce modi languores emundantur. Nonne
& medicus cum vulnus curaverit ægroti, fer-
ri concisione membra dilaniat, aut si necesse
fuerit, etiam per ignis ministerium exurit,
& dolorem ideo infert, ut dolorem quem ha-
buit mors generare, expellat? Numquid er-
go medicum per odium hoc fecisse incusas:
cui ut hoc faciat, munera ante & dona largi-
tus es? Multo magis ille cælestis medicus De-
us paterno affectu cupit curare quos fecit,
quos etiam a morte ipse redemit. Et ideo in
corpore nostro temporales infert plagas, ut
animam nostram a plagis quæ mortem gene-
rant æternam, liberet.

9. Noli ergo turbari frater, sed libenti ani-
mo quæcumque Dominus intulerit, suscipe.
Noli graviter ferre quod deserueris popu-
lum civitatis. Quid enim te juvat habitare
cum turbis, aut quid te lædit si a turbis fue-
ris segregatus? In hoc enim omnibus modis
laborandum est, ne in futuro sæculo civitate
Dei privemur. Nam & hi qui morantur in
urbibus, & quibus murorum ambitus apti
videntur, si scelerum morbo correpti, suam
neglexerint vitam, civitatis illius cælestis,
quæ sanctorum omnium mater est, privan-
tur consortio. Et tu cum sis in plagis ac do-
loribus constitutus, & ab hac lutea urbe ex-
clusus; si sapienter hæc toleraveris, & humi-
liter Deo tuo servieris, civitatis ipsius ac Pa-
radisi colonus efficieris. Non enim pro exse-
cratione animæ, sed propter qualitatem
ægritudinis, a populi consortio recessisti: eo
quod generis ejus morbus, ut quidam assere-
re volunt, contactu suo soleat polluere. Ani-
mam vero non solum non polluit: verum
etiam si fuerit immunda, purificat. Unde
peto non confundaris, charissime: ne turbe-
tur cor tuum, ne te asperitas vulnerum ad
desperationem vitæ futuræ adducat. Ne ve-
lis stultam illam opinionem cogitare quo-
rumdam, qui se ita in die resurrectionis ar-
bitrantur resurgere: & hæc quam vana,
quam inanis suspicio? Dic mihi, quisquis il-
le es qui ista affirmas, ex mentis arbitrio lo-
queris, an alicubi in divinis paginis scriptum
esse legisti? Sed apparet mihi numquam te
divinarum Scripturarum verba legisse; nam
si

si hujusmodi rebus studium habuisses, numquam te morbus perfidiæ invasisset. O quantam perniciem animæ, imperitia generat! O quam sævissimum vulous, mens inerudita acquirit! Sed jam ab his perfidiæ cogitationibus, peto frater ut fugias: & quia multum erras, dum Scripturas ignoras, pete a Domino ut tibi tribuat intellectum. Clama ad
Ps. 118.73. Dominum, & dicito: *Da mihi intellectum, & discam mandata tua: & doce me justificatio-*
Psal. 93.12. *nes tuas: quia beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis.* Si autem de lege sua te B docuerit Dominus, nullo modo te perfidiæ procella perturbabit.

10. Si ergo cupis ut te iostruat Dominus, Scripturas inspiratas a Domino assidue lege, vel certe legenti libenter aurem accommoda, & magnam ex his consolationem invenies, quæ te a doloribus mitiget. Non parva medicamina sunt, frater charissime, libris inserta divinis: verbi gratia, Si multis peccatis oppressus animos tuus ægrotat, lege librum Psalmorum, & ibi invenies medicamentum vulnerum tuorum. Dicito ad Do- C
Psal. 40. 5. minum, *Ego dixi, Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.* Si autem ob desperationis morbum animus dubitat pœnitere: ipse te Dominus per prophetam
Zach. 1. 3. ad se invitat, dicens, *Convertimini ad me, &*
Jerem. 8. 22. *ego convertar ad vos:* Et iterum, *Numquid non est resina, aut medicus in Galaad? quare non ascendit sanitas filiæ populi mei?* Iterum
Matth. 11. 28. in Evangelio ipse Dominus dicit, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere faciam vos.* Si vero mens tua per superbiæ vitium intumescit, invenies in Pro- D
Jac. 4. 6. & Prov. 3. 34. verbiis scriptum, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, ut hoc quoque medicamine possimus malum evitare superbiæ, & humilitatem assumere. Iterum si te avaritiæ ardor inflammat, audi Apostolum, qualiter hujus morbi qualitatem exponat,
1. Tim. 6. 10. dicens: *Radix omnium malorum est pecuniarum cupiditas, quam quidam appetentes, naufragaverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Tunc tu hujus pessimi vulneris agnoscens malitiam, clama ad Dominum,
Ps. 118. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in* E *avaritiam.* Nec enim est ulla passio animæ cujus non in libris divinis medicamenta invenias: quorum nunc facere mentionem, tempus non patitur. Nam & ipse si ad requirendum adhibueris studium, sine dubitatione ulla Deo donante reperies.

11. Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum ægrotare intelligo, cum dicas hoc, qui cum plaga lepræ de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere: ausculta igitur diligenter, ut hanc mortiferam suspicionem a te possis avertere. Ergo

A si ita est ut dicis, quicumque in quo statu defunctus fuerit, in eo iterum esset necesse resurgere, verbi gratia: qui cum uno oculo aot pede vel manu, vel aliquo debilitato membro ex hac vita decesserit, ita eum resurgere oporteret. Noli frater, noli sic impie credere: sed audi in quo statu nos post resurrectionem Dominus esse prædixerit. Qui autem meruerint resurrectionem, non nubunt neque oubentur, sed erunt sicut Ange- *Matth. 22. 30.*
li in cælis. Si non nubunt, sed sunt sicut Angeli: utique nec infirmitati alicui ultra subjacet caro: sed quæ fuit mortalis, induit immortalitatem. Item de hoc Dominus audi quid dicat. *Tunc*, inquit, *justi fulgebunt in* *Matth. 13. 43.*
regno patris sui, sicut sol. Manifestum autem nobis est, quod justorum plurimi innumerabilibus confecti vulneribus, hac luce privati sunt: maxime cum beati Martyres manibus ac pedibus amputatis, ac toto corpore laniati: alii truncatis auribus naribusque, alii effossis oculis, coronam in cælis adepti sint. Quis igitur sit tam impius, tam sacrilegus, ut eos in eo statu in quo defuncti sunt, affirmet resurgere? Ecce & Lazarus ille mendicus, qui toto corpore repletus erat ulceribus: ante foras divitis jacebat, de cujus mensa micas cupiebat ut suam esuriem satiaret: & ille dives bysso utebatur & purpura, & corpore robustus ac pinguis jucoodabatur in epulis, & hic quidem ita. Sed vide post paululum qualis repentina in eis immutatio facta est. Iste qui splendide delectabatur in epulis, post excessum vitæ cruciabatur in flammis. Et ille qui fuerat ulceribus repletus ac fame consumptus, in Abrahæ sinibus consolabatur. Vide quantam requiem Lazarus meruit pro corporis cruciamento, & io quibus ardoribus dives deputatus est propter parvi temporis lætitiam. Quid ei profuerunt illæ saginatæ carnes? quid illi contulerunt divitiæ? Ecce in tantis ardoribus positus est, ut guttam aquæ impetrare non valuerit. Viderat namque Lazarum in Abrahæ sinu jucundari, & elevavit vocem suam, dicens: *Pater Abraham,* *Luc. 16. 24.*
miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingent extremum digiti sui in aquam, refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Ecce quem paulo ante superelatus despiciebat, cujus carnes vulneribus tabefactas horrebat, nunc ab eo solatii patrocinium oppressus cruciatibus postulat. Sed quid ad eum respondit Abraham? *Fili*, inquit, *recepisti bona in vita tua, similiter &* *v. 25.*
Lazarus mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Hoc solum te debuit, charissime, suadere, quod ideo ad tempus hæc sustineas mala, ut in perpetuum in Abrahæ sinibus collæteris: & non ita rursum vivere te arbitreris post mortem.

12. Audi autem quid beatus Job sperabat, cum in tantis vulneribus esset constitutus: qui magis idcirco tormenta corporis patientissime tolerabat, quia confidebat idipsum corpus in die resurrectionis in melius conformari. Denique ausculta quid in ipsis vulneribus dicat. *Scio*, inquit, *quod redemptor meus vivit, & in novissimo die resurrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Job 19. 25. Et tu quoque frater habeto talem spem, & talem fiduciam quod possis post B immortalis splendorem induere; & omnes corporis cruciatus facile ac leviter sustinebis: & non solum te dolores pœnales in nullo contristabunt, sed insuper animæ lætitiam generabunt. Quia si de corporis immutatione hæc quæ diximus, pauca sunt, accipe quid etiam Paulus hujuscemodi causa apertissime doceat, quemadmodum dubios & incredulos assertione plenissima arguit. Dicebant quidam etiam tunc: *Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt?* 1 Cor. 15. 35 seq. Quibus Ita respondit: *Insipiens*, inquit, *tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et* C *quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alicujus alterius. Deus autem dat illi corpus prout voluit.* Hoc est, quemadmodum tu granum tritici nudum spargis in terra, nullam in se viriditatem habens, nullum amictum; & cum in terra fuerit putrefactum, denuo multiplicatum resurgit in spicas, & non nuda grana, sed velut pulchri cujusdam corporis foliorum amictu vestita: hoc est enim quod ait, *Deus enim dat illi corpus prout vult.* D Ita enim corruptibile corpus hoc, cum nunc fuerit in finibus terræ sepultum, vere non vivificatur, nisi veluti granum tritici seminetur. Quando autem nutu Dei tempus resurrectionis advenerit, non corruptibile ut seminatum est, sed incorruptibile & immortale resurget. Ita namque in posterioribus sequitur: *Seminatur*, inquit, *in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in contumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* 15. 42 & 43. Hoc est, corpus E hoc quod nunc gerimus, cito post mortem corrumpitur, & in putredinem vermium vertitur: aliquoties etiam ante mortem dissolvitur: antequam spiritus exhalet, membrorum compagines languorum putredine amputantur. Multas contumelias patitur, infirmitates plurimas sustinet, esurit, sitit, lassatur, anxiatur, asperitatem frigoris patitur: sed hoc corpus animale est, hoc est animæ per quam in hac vita consistimus. Quod autem resurgit spiritale est, quia sancto Spiritu recreatur. Sic enim in Psalmo

A scriptum est, *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Ps. 103. 30. Modo terrenum circumferimus corpus, tunc cæleste induemur: quia sunt corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia cælestium claritas, & alia terrestrium. Terrestrium quidem claritas temporalis est & caduca: cælestium autem claritas, sempiterna est: quod tunc manifestabitur, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. 1 Cor. 15. 54. Noli ergo dubitare charissime, quod possis cæleste corpus induere. Ne velis arbitrari quod lepræ macula aut qualecumque corporis vulnus a claritate nos cælestium separet: imo per hæc magis regnum cæleste acquiritur, ut memorati Lazari ac beati Job docemur exemplo. Excludimur vero a regno, si vitia in nobis & peccata permanserint. Excludimur a regno, si omnipotentem Deum credimus impotentem. Impotentem autem ille asserit Deum, qui se existimat non posse ab eo transformari in melius. Numquid Dominus qui potest arefactas & in nihilum redactas carnes atque ossa atentia vivificare & resuscitare, convertere in claritatem cælestem non potest? Noli, frater, rogo, noli sic credere, ut Deum omnipotentem esse non deneges, & in hac parte asseras impotentem.

13. Sed forte inde animus tuus ad desperationem adducitur vitæ, eo quod te dicas deliquisse in multis; & peccatorum causa his te vulneribus respersum. At in hoc magis Dei in te amorem debes arbitrari, non odium; quia in hoc te sæculo tamquam filium voluit emendare, ut purum te animo atque immaculatum in futuro recipiat. Sic enim scriptum est, *Quem diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Hebr. 12. 6. Si ergo videris peccatorem nulla dispendia pati, nulla ægritudine corporis laborare, nullis opprimi angustiis, agnosce quod hunc Dominus, eo quod multum deliquerit, recipere non vult. Et propterea non flagellatur, quia suscipi non meretur. Te autem ideo castigat, ut æternæ morti non tradat. Sic enim ait beatus David, *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Psal. 117. 18. Nam & Jerusalem cum peccaret in Dominum, & prophetas qui ad corrigendum eam missi fuerant, occidisset, ideo eam in direptione & captivitate in Babyloniam tradidit, ut per captivitatis jugum ad se filios suos converteret: non ut puniret, sed ad meliora corrigeret. Denique post septuaginta annos ad pristinam eos patriam revocavit. Ita enim eam per sacerdotes in * Hieremia misericors Dominus consolatur: *Loquimini sacerdotes ad cor Jerusalem, & consolamini eam: quia bibit de talice furoris Domini, & recepit a Domino duplicia peccata sua.* * Esaia. Esai. 40. 2. Igitur si justus es, gaudere te convenit in adver-

versis, ut probabilior fias. Quia si peccator es, similiter quia afflictus es gratulare. Propterea enim hic affligeris, ut a sordibus te diluas peccatorum, & in sæculo futuro consolationem invenias. Utrisque proderit cordis afflictio: Nam *quia sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicit*. Nam peccator cum castigatur a Domino, si priores actus suos emendare noluerit, & in desperationem vitam suam adduxerit: si dixerit, Jam mihi nulla est venia, jam me oblitus est Dominus, jam omnis vita mea in perditione posita est: nullam requiem spero post mortem, si me meus factor causa hominis non despexisset, non me talibus pœnis cooficeret: iste talis ipse sibi causa mortis efficitur: ultro se desperationis gladio perimit, deque eorum se numero esse consignat, quos propheta denunciat, cum dicit, *Flagellasti eos, & non doluerunt: verberasti eos, & noluerunt percipere disciplinam*. Sed tu, frater, a tali consortio omnibus modis rogo declina, & divinum judicium gratanter & dulciter suscipe. Dicito & ipse, *Judicia Domini dulciora super mel & favum*. Nam & si amara castigatio videatur ad tempus, dulces fructus in posterum generat. Ista te castigatio a vitiis revocat, & ad virtutes instigat. Per hanc castigatiooem mors expellitur, & vita acquiritur. Castigatio ista caret pœnæ futuræ tristitia; & jucunditatem acquiret æternam. Castigatio ista superbiam reprimit, & humilitatem in qua requiescit Dominus, generat. Dicito & tu: *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas*. Quia si libenti animo hæc a me dicta perceperis, & in Dei laudibus atque in gratiarum actione permanseris, & per singulas horas Deum benedixeris, senties te in spiritu cum Domino. Qui enim semper memor est Dei, semper erit cum eo. Ipse quoque dolores tui corporis mitigabit; ipse ad tolerantiam animum tuum corroborabit. Et licet corpore repletus videaris ulceribus, mentem intrinsecus sanam & incolumem possidebis: adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 50. 18. | Jerem. 5. 3. | Psal. 18. 10. | Psal. 118. 71.

EJUSDEM S. PATRIS BASILII

salutare & eruditum opus

DE LAUDE SOLITARIÆ VITÆ,

incerto interprete.

Libet de singularis vitæ meritis pauca perstringere, & quid de tantæ vitæ culmine sentiam, laudando potiusquam disputando breviter intimare. Solitaria namque vita cælestis doctrinæ schola est, ac divinarum artium disciplina. Illic Deus est totum quod dicitur, via qua tenditur, totum per quod ad summæ veritatis notitiam pervenitur. Eremus nempe est paradisus deliciarum, ubi tamquam redolentium species pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum: sic fragrantia spirant odoramenta virtutum. Ibi si quidem rosæ charitatis igneo rubore flammescunt. Ibi lilia castitatis niveo candore candescunt: cum quibus etiam humilitatis violæ, dum imis contentæ sunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non solum carnis, sed quod gloriosius est propriæ voluntatis exundat, & thus assiduæ orationis indesinenter emanat, & igne divini amoris suaviter ardet. Et cur quæque singula commemorem, quandoquidem omnia illic diversarum virtutum germina, diversis venusta coloribus rutilantur, & perpetuæ viriditatis gratia incomparabiliter vernant. O eremus sanctarum mentium delectatio, & intimi gustus inexhausta dulcedo! Tu caminus ille Chaldaicus, ubi sancti pueri ferventis incendii vires orationibus reprimunt, & ardore fidei crepitantium circa se flammarum globos exstingunt: ubi scilicet & nexus uruntur, & ardorem membra non sentiunt, quia & peccata solvuntur, & ad hymnum divinæ laudis anima provocatur, dicens: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Tu fornax, ubi superni regis vasa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo pœnitentiæ percussa ac lima salutiferæ correctionis erasa perveniunt: in qua nimirum dissolutæ animæ rubigo consumitur, & scabies peccatorum ac scoriæ deponuntur. Vasa siquidem figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. O cella negotiatorum cælestium apotheca! in qua videlicet illarum mercium summa reconditur; quibus terræ viventium possessio comparatur. Felix commercium, ubi terrenis cælestia, transitoriis mutantur æterna. Felices, inquam, nundinæ, ubi vænalis æterna vita proponitur; ad quam emendam, etiamsi est minimum quid, solum sufficit quod habetur: ubi brevis afflictio carnis emit cæleste convivium, & exiguæ lacrymæ risum capiunt sempiternum. Possessio terrena distrahitur, & ad hæreditatis æternæ patrimonium pervenitur. O cella spiritualis exercitii mirabilis officina, in qua certe humana anima creatoris sui imaginem in se restaurat, & ad suæ redit originis puritatem: ubi sensus obtusi ad subtilitatem sui acuminis redeunt, & pro vitiata natura sinceritatis azyma reperitur. Tu das ut jejuniis videantur ora pallentia, & mens divinæ gratiæ sit pinguedine saginata. To das ut homo mundo corde Deum conspiciat, qui suis ob-

Psal. 115. 16.

volutus tenebris Deum & seipsum prius ignorabat. Tu hominem ad suum facis redire principium, & de exilii dejectione ad antiquæ dignitatis revocas celsitudinem. Tu facis ut homo in mentis arce constitutus, cuncta sub se videat terrena defluere, semetipsum quoque in ipsa rerum labentium prospiciat decursione transire. O cella sacræ militiæ tabernaculum, procinctus triumphatoris exercitus, castrum Dei; turris David, quæ ædificata es cum propugnaculis! mille clypei pendent ex te, omnis armatura fortium. Tu campus divini prælii, spiritualis arx* certaminis, angelorum spectaculum, palæstra fortiter dimicantium luctatorum: ubi spiritus cum carne congreditur, & fortis ab infirmo superatur. Tu virens vallis in expeditione currentium, tu munitio fortium, tu præsidium nescientium cedere bellatorum: fremat, licet, hostium circumfusa barbaries, vibrantium gladiorum sylva indensescat. Nam qui in te sunt, lorica fidei præmuniti, sub imperatoris sui invicta protectione tripudiant, & de hostium suorum certa jam dejectione triumphant. Quibus nimirum dicitur: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. Et si unus est, *Noli*, inquit, *timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis*. O eremus mors vitiorum ac procul dubio fomes & vita virtutum, te lex attollit, te prophetia miratur, & quicumque ad perfectionem pervenerint, tuum cognoverunt præconium. Porro tibi Moyses dedit bis acceptæ legis decalogum. Per te Helias novit Domini pertranseuntis excursum. Per te Helisæus duplicem magistri sortitus est spiritum. Et quid amplius dicam? quandoquidem salvator mundi in ipso redemptionis humanæ primordio præconem suum, tui accolam fecit, quatenus sub ipsa jam sæculi venientis aurora, ex te, Lucifer veritatis erumperet: postquam plenus sol veniens, mundi caliginem splendoris sui radiis illustraret. Tu scala illa Jacob quæ homines vehis ad cælum: & angelos ad humanum deponis auxilium. Tu via aurea, certa & compendiosa, qua homines ducis ad patriam. Tu stadium quo bene currentes provehis ad coronam. O vita eremitica balneum animarum, mors criminum, purgatorium sordidorum! Tu mentium secreta purificas, squalores diluis scelerum, atque ad angelicæ nitorem munditiæ pervenire animas facis. Cella nempe est conciliabulum Dei & hominum, compitum animarum & corporum in carne degentium & spirituum supernorum. Eo siquidem superni cives ad colloquia humana conveniunt, ubi non tam linguæ carnis verba concinunt, quam sine strepitu vocis facunda mentium arcana patescunt: cella siquidem conscia est secreti A consilii quod habet cum hominibus Deus. Quam pulchra rerum species, cum frater in cella constitutus nocturnas peragit psalmodias, & quasi pro divinis castris militares custodit excubias. Contemplatur in cælo cursus syderum, decurrit etiam per os ejus ordo psalmorum. Et sicut præcedentes ac subsequentes stellæ, ad diem suas vicissitudines alternando perveniunt, ita psalmi qui ex ore ejus tamquam ex quodam oriente procedunt, ad suum finem paulatim velut parili cum sideribus conjuratione decurrunt. Iste B suæ servitutis exhibet ministerium, illæ delegatum sibi exsequuntur officium. Iste psallendo intrinsecus ad lucem tendit inaccessibilem, illæ sibi invicem succedendo ejus exterioribus oculis visibilem reparant diem. Et dum utraque ad suum finem diverso tramite properant, servo Dei & ipsa elementa quodammodo subserviendo concordant. Cella siquidem testis est, quanto divini amoris igne cor ferveat, & utrum perfectæ devotionis instantia quis Dei faciem quærat: novit quemadmodum mens hominis cælestis C gratiæ rore perfunditur, & compunctionis, fletuum, ac lacrymarum inundantium imbribus irrigatur. Ubi & si ex carneis oculis lacrymæ non erumpant, ipsa tamen amaritudo cordis a lacrymarum fluctibus non elongatur, quia quod ex ramo interioris tristitiæ seu pœnitentiæ non tollitur, in ipsa humidi* cordis virenti radice servatur. Sufficit enim si mens sit flebilis, etiam si jugiter flere non possit. Cella, est instrumentum, quo pretiosi lapides poliuntur, & est ergastulum*, ubi pretiosi lapides reponuntur, quaD tenus in structura templi cælestis sine ullo cudentis mallei sonitu postmodum disponuntur. Cella Dominicæ sepulturæ propemodum æmula, quæ peccato mortuos suscipis, & per afflatum sancti Spiritus Deo reviviscere facis. Tu es ab hujus vitæ turbida vexatione sepulcrum: sed cælestis vitæ pandis introitum. Te portum tranquillitatis inveniunt, qui naufragium mundani fluctus evadunt. Te potentis medici conclave decernunt, qui vulnerati in prælio hostiles manus effugiunt. Mox enim ut tui culminis umE bræ perfecto corde succeditur, omnis sauciatæ animæ livor, omnis certe interioris hominis plaga curatur. Te Hieremias aspexerat, cum dicebat: *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei: Bonum est viro cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua: sedebit solitarius & tacebit, elevabit enim se supra se.* Habitator etenim tuus se elevat supra se, quia Deum esuriens anima a terrenarum se rerum obtutibus erigit, & in divinæ contemplationis arce* suspendit, a mundi se actionibus segregat, atque in altum contemplationis cælestibus desideriis pennas librat,

cum-

* Alias, Arca vel arena.

Exod. 14. 14.

4. Reg. 6. 16.

* humilis.

* Al. ergasterium.

Thren. 3. 26. & seq.

* Al. arcana.

cumque illum qui est super omnia, conspicere satagit, semetipsum quoque homo cum reliqua mundanæ vallis dejectione transcendit. O cella spiritale prorsus habitaculum! Namque de superbis facis humiles, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, de iracundis mites, de odiosis reddis in divina charitate ferventes. Tu odiosæ linguæ frenum, tu luxuriosis renibus nitidæ castitatis adhibes cingulum, tu facis ut leves quique ad gravitatem redeant, ut jocosis scurrilitatibus parcant, ut vaniloqui & procaces se sub districta silentii censura castigent. Tu jejuniorum ac vigiliarum nutrix, tu patientiæ & pacis perfectissimæ custos, tu purissimæ simplicitatis magistra ac omnino fraudulentæ duplicitatis ignara. Tu facis ut vagos quosque Christi catena coerceat, ut indisciplinati moribus a sua se pravitate compescant. Tu nostri homines ad perfectionis culmen evehere, atque ad consummatæ sanctitatis fastigium sublimare. Tu facis ut homo sit integer atque rotundus, ac nulla a semetipso morum inæqualitate diversus. Tu etiam facis lapidem quadrum construendæ videlicet cælestis Jerusalem mœnibus aptum, qui nimirum non ex morum levitate se versatilem præbeat, sed fixus semper in sanctæ religionis gravitate consistat. Tu homines a semetipsis extraneos reddis, & prius vasa vitiorum re-

Cant. 1. florere virtutibus facis. Tu nigra, sed formosa, sicut tabernaculum Cedar, sicut pellis Salomonis. Tu lavacrum tonsarum. Tu sicut piscina in Esebum. Oculi tui sicut columbæ super rivos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident juxta fluenta plenissima. Tu namque es speculum animarum cujus contemplatione se mens humana perspicaciter intuens, quod minus est impleat, quod superfluum reprimat, quod obliquum est, dirigat, quod deforme, componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo sancti Spiritus annulus tribuitur, & cælesti sponso felix anima fœderatur. Recti diligunt te, & qui te fugiunt, veritatis luce privati quo gressus po-

Psal. 136. 6. nere debeant, non agnoscunt. *Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si non proposuero te in principio lætitiæ meæ.* Illud enim cum propheta David te alacri voce

Psal. 131. 14. licet cantare, *Hæc requies mea in sæculum*

Cant. 7. 6. *sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Quam pulchra es amica mea & quam decora in deliciis tuis.* Sis filia tui. Rachelem decor venusti

Luc. 10. 42. vultus ornavit, & *Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.* Tu areola aromatum, tu fons hortorum, tu malum Punicum es odoris. Licet enim vescentibus amara videaris in cortice, sed magnum est quod intrinsecus latet, cum perventum fuerit ad suavitatem medullæ. O eremus mundi persequentis felix effugium, laborantium quies,

A mœrentium consolatio, ab æstu sæculi refrigerium, peccandi repudium, reclusio corporum, libertas animarum. Te David petiit, cum mundi mala perferret: cum timidi & tenebrosi cordis tædium sustineret. *Ecce,* Psal. 54. 8.
inquit, *elongavi fugiens, & mansi in solitudine.* Et quid amplius memorem? quandoquidem ipse Salvator omnium in exordio suæ manifestationis invisere, ac propria te dignatus est habitatione consecrare. Postquam enim baptismatis aquam, qua lotus est, lavit, ut Evangelista testatur, statim Matth. 4. 1.

B Spiritus expulit eum in desertum, & erat ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana, & erat cum bestiis. Debitorem se tibi mundus agnoscat, unde prædicaturum ac mirabilia facturum suscepisse te Deum non ignorat. O eremus terribile malignis spiritibus habitaculum! ubi cellæ monachorum velut tentoria ordinata castrorum, quasi turres Sion, & quasi propugnacula Jerusalem eriguntur, adversus Assyrios & contra faciem Damasci, quod tunc fit, cum uno eodemque spiritu diversa

C geruntur officia: dum videlicet hic psallitur, illic oratur; in alia scribitur, in aliis vero variis manuum operibus insudatur. Quis non verba divina huic congruere videat, quibus dicitur: *Quam speciosa tabernacula tua Jacob,* Num. 24. 5.
& tentoria tua o Israel, ut valles nemorosæ, & horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Et quid amplius de te dicam? O vita eremitica, vita sancta, vita angelica, vita benedicta, vivarium animarum, exedra gemmarum cælestium, curia cælestium senatorum! odor

D tuus cunctorum aromatum fragrantiam superat, sapor tuus super distillantes favos, super omnia mella cordis guttur illinit & obdulcat: atque ideo quidquid est quod de te dicitur, dignitatis tuæ meritis non adæquatur, quia nulla carnis lingua exprimere sufficit, quod de te noster spiritus invisibiliter sentit. Et quod tu sapis interiori gustu atque medulla cordis, numquam explicat organum vocis. Illi te noverunt, qui te diligunt. Illi præconia tuæ laudis agnoscunt, qui in tui amoris amplexibus fideliter re-

E quiescunt. Cæterum qui se ignorant, quomodo prævalent nosse te? Me etiam tuæ laudis imparem fateor; sed unum pro certo scio, o vita benedicta, quod & indubitanter affirmo, quia quisquis in amoris tui desiderio perseverare studuerit, ipse quidem habitator est tui, sed ejus inhabitator est Deus. Diabolus qui in eremicolam pluribus tentationibus sævit, atque illuc eum tendere, unde dejectus est, gemit. Victor itaque dæmonum, socius efficitur angelorum. Exul mundi, hæres est paradisi. Abnegator sui, sectator est Christi. Et qui nunc per ejus vestigia

gra-

graditur, peracto cursu sine dubio ad ejus A gloriam provehetur. Hoc porro ausim dicere, qui singularem vitam usque ad finem vitæ pro divino amore tenuerit, de habitaculo carnis egressus ad ædificationem * perveniet domus non manufactæ, sed æternæ in cælis, Amen.

* habitationem.

SANCTI BASILII

Cæsareæ Cappadociæ Episcopi

ADMONITIO AD FILIUM SPIRITUALEM,

incerto interprete.

1. AUdi, fili, admonitionem patris tui, & inclina aurem tuam ad verba mea, & accommoda mihi libenter auditum tuum, & corde credulo cuncta quæ dicuntur ausculta. Cupio enim te instruere, quæ sit spiritualis militia, & quibus modis regi tuo militare debeas. Intentissime ergo audiat sensus tuus, & animam tuam nullus prægravet somnus; sed ad vigilandum excita eam, C & ad studium intelligendi sermonem meum. Verba enim ista sunt ex me, sed prolata ex divinis fontibus. Neque enim nova doctrina instruam te, sed ea quam didici a patribus meis. Hanc enim si immiseris in cor tuum, in pace dirigentur itinera tua, nec approximabit ad te ullum malum, sed procul abscedet a te omnis adversitas animæ. Si ergo cupis sibi militare Deo, illi soli militabis. Sicut enim qui militant regi terreno, omnibus jussis ejus obediunt: sic & qui militant regi cælesti, debent cælestia custodire præcepta. Miles D terrenus quocumque loco mittitur, paratus ac promtus est, neque se uxoris vel liberorum gratia excusare audebit. Multo magis miles Christi sine aliquo impedimento, regis sui debet imperio obedire. Miles terrenus contra hostem visibilem pergit ad bellum; tecum vero hostis invisibilis quotidie præliando non desinit. Illi contra carnem & sanguinem est dimicatio; tibi vero adversus spiritualia vitia in cælestibus, eluctatio. Ille contra carnalem hostem carnalibus armis utitur; tu vero contra spiritualem hostem E spiritualibus armis * indiges. Ille in prælio galeam ferream gestat, sed tua galea Christus sit qui est caput tuum. Ille lorica ne vulneretur indutus est, sed tu pro lorica sis fide * Christi circumdatus. Ille contra adversarium suum mittit lanceam & sagittas, tu contra adversarium divina eloquia jaculare, & percutiens eum verbis propheticis *, dicito, *Dominus, mihi adjutor est, & ego despiciam videbo inimicos meos.* Ille donec pugna geritur, arma a semetipso non projicit, ne ab adversario vulneretur: ita & tu numquam debes esse securus *, quia tuus hostis hoste illius est astutior. Illius quidem hostis ad tempus dimicat, tuus vero hostis quamdiu in stadio vitæ hujus consistis, tecum pugnare non cessat. Illius arma laboriosa & gravia sunt ad portandum, tua vero arma volentibus portare suavia ac levia sunt. Ille cum superaverit adversarium, ad domum conjugis ac liberorum revertetur, tu vero hoste prostrato in illud cæleste regnum cum omnibus sanctis intrabis. Ille pro labore terreno terrenum accipit donarium, tu vero B pro spirituali labore cæleste recipies præmium. Cæleste enim donum exspectet monachus, qui terrenos actus a semetipso projicit, ne implicet se negotiis sæcularibus militans Deo. Difficile namque est servire duobus dominis; nec potest quisquam serviens mammonæ spiritualia arma portare, sed jugum Christi suave ac leve a semetipso repellit ac projicit; & quidquid grave & onerosum est animæ suæ, hoc ei videtur suave ac leve. Istiusmodi vir a propriis armis vulneratur, & cum diligit periculum, incidit in mortem.

* ....ate.
* Dominicis.
* Psal. 117. 7.
* inertis.

2. Tu autem considera cui regi te ad militandum probasti; & quanto superius est rege terreno imperium cæleste, tanto præcellentior est gradus excellentiæ tuæ terreno milite. Turrim excelsam construere cogitas, præpara ergo tibi sumtus ad structuram, ut cœptum ædificium ad perfectum deducas, nequando prætereuntibus venias in risum, & gratulentur de te inimici tui. Hæc turris non ex lapidibus construitur, sed ex virtutibus animæ: nec auri, nec argenti indiget sumtibus, sed conversatione fideli; nam terrenæ opes plurimum ad ædificandum impediunt. Unus profectus sit tibi fili, si Domino uni servire desideras, ne alicui in vita tua placere coneris, nisi illi soli: nec occupes in diversis rebus * animum tuum, sed abscinde a te carnalem amorem, ne a te Dei timorem excludat. Omne vitium expelle ab anima tua, ut virtutes animæ conquirere possis. Audi igitur quæ sit virtus animæ, & quam maximum ei conferat lucrum. Virtus animæ est diligere Dominum, & odisse illa quæ non diligit Deus. Virtus animæ est patientiam sectari, & ab impatientia declinare. Virtus animæ est castitatem tam corporis quam animæ custodire. Virtus animæ est vanam gloriam contemnere, & omnia caduca calcare. Virtus animæ est humilitati studere, & tumorem superbiæ abominari. Virtus est animæ veritatem amplecti, & omne mendacium fugere. Virtus est animæ iram cohibere, & furorem reprimere. Virtus est animæ pacem diligere, & invidiam exsecrari. Virtus animæ est ab omni stultitia declinare, & sapientiam divinam amplecti. Virtus

* occasionibus.

tus animæ est omnem voluptatem carnis subjicere menti. Virtus animæ est avaritiam spernere, & voluntariam assumere paupertatem. Has igitur virtutes facile poteris obtinere, si sæcularium rerum curas neglexeris & caducis ac terrenis rebus cælestia præposueris, & si voluntas tua in laudibus Dei fuerit occupata, & judicia ejus die ac nocte impensius meditatus fueris: eris autem tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, & omnes fructus spirituales orientur ex te, & ex servo amicus vocaberis Dei. *Psal. 1.*

3. Ex tota igitur virtute tua dilige Dominum, ut in omnibus actibus tuis placeas illi. Si enim qui conjugium contraxerit, festinat placere uxori suæ, multo magis monachus omnibus modis debet placere Christo. *1. Joan. 2.* Qui diligit Dominum, ejus præcepta custodit. Deus enim non se vult verbis tantummodo diligi, sed ex corde puro & operibus *Ibid. 2. 4.* justis. Qui enim dicit diligo Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est. Hujusmodi enim vir fallit semetipsum, & a semetipso seducitur. Deus enim non verborum, sed cordis inspector, & diligit eos qui in simplicitate cordis serviunt ei. Si terrenos parentes cum tali affectu diligimus, qui in tam parvo tempore pro nobis sustinuerunt laborem, nonne magis nobis cælestis amandus est? Nam & circa nos quod fuit eorum obsequium, Christi est beneficium, qui omnium dispensator optimus est: nam antequam nasceremur in hoc sæculo, parentes nobis sua providentia antea præparavit, quorum obsequio nutriremur: sed & matris ubera tunc lacte replentur, quando infans fuerit natus. Ergo magis omnibus diligamus Deum, qui & nos & propinquos nostros propriis manibus finxit; & cuncta bona quæ erga nos geruntur, quotidie ejus beneficiis adscribamus. Nam & parentes nostros quasi propria viscera diligamus, si accedere nos ad servitium Christi non prohibent: si autem prohibent, nec sepultura illis a nobis debetur. Christus diligendus est super parentes, quia non tribuunt nobis parentes ea quæ Christus tribuit. Et quis beneficia ejus congruenter enarret, vel quantum nobis tribuit, & quotidie præbendo non desinit? Videns enim Deus innumeris peccatis nos obnoxios, non despexit, sed liberavit; nec eum alienati ab eo in diversis erroribus vagaremur, in præcipitium mortis nos duxit, sed ad vitam perpetuam revocavit. Et cum ingrati beneficiorum ejus fugeremus ab eo, ut pater clementissimus exquisivit nos; & cum in sede sublimi sederet, nostri gratia descendit ad terras, & in tanta humilitate venit ut servilem formam assumeret: & qui in pugillo suo continet orbem terrarum, pannis in præsepio involutus est:

A & qui cælum palma metitur, non habuit ubi caput reclinaret. *1. Cor. 8. 9.* Cum esset dives, pauper est factus ut nos ditaremur in illo: & qui in nubibus venturus est ad judicandos vivos & mortuos, judicium hominis pertulit: & cum sitientibus sit fons æternalis, cum sitisset postulavit aquam a Samaritana muliere: & qui in carne propria nostram esuriem saturavit, esurivit cum tentaretur in eremo. Et cui ministratur cum patre ab angelis, hominibus ministrare dignatur: & manus ejus per quas virtutes plurimas operatus est, pro no-B bis confixæ sunt clavis: & ori ejus per quod salutarem doctrinam annunciavit hominibus, pro cibo fel dederunt: & qui nullum læsit vel nocuit, cæsus & opprobria pertulit; & cujus nutu omnes mortui resuscitati sunt, voluntate sua mortem crucis sustinuit. Et ideo hæc omnia passus, ut nobis vitam æternam donaret. Et cum nobis immensa beneficia præstet, nihil exigit a nobis, nisi ut templa nostra impolluta ei servemus, ut semper in nobis habitet & nos permaneamus in illo. Non postulat a nobis aurum aut ar-C gentum, vel quidquid hujusmodi; nam & si fuerint nobis ista, dispertiri egentibus præcipit. Nos ipsos quærit, nos desiderat, in nobis requiescere cupit.

4. Accedamus ergo ad eum & copulemur in affectu ejus, & nos ipsos amemus & proximos. Qui diligit, inquit, proximum, filius Dei vocatur. Qui autem e contrario odit, filius diaboli nuncupatur. Qui diligit fratrem suum, in tranquillitate est cor ejus, fratrem vero odiens tempestate maxima circumdatus est. Vir benignus etiamsi patitur D injuriam, pro nihilo ducit: iniquus etiam proximi actus contumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, serenissimo vultu procedit: vir autem odio plenus ambulat iracundus. Tu autem fili benignitati stude in vita tua, & proximum tuum habeto tamquam unum ex membris tuis. Omnem hominem judica fratrem tuum. Memento quod unus artifex ac verus est qui condidit nos: non moveas cuiquam scandalum in vita, & non quod tibi utile est, sed illi, facito. Quod tibi accidere non vis, nec ei cupias evenire. Si eum E videris in bonis actibus conversantem, congratulare ei, & illius gaudium tuum dicito; & si aliquid patiatur adversum compatere ei, & illius tristitiam tuam deputa. Omnem malitiam expelle ab anima tua, & odiorum flammæ non comburent cor tuum. Contra impotentem aut subjectum tibi noli iracundia commoveri, sed tamquam tuum membrum proprium eum habeto in omnibus. Ne diligas fratrem tuum simulato corde; nec eum labiis osculans, ex alia parte insidias facias ei. Dolosus enim vir pacifica verba profert ex ore, & in abdito mentis supplantare pro-

Digitized by Google

proximum suum meditatur. In his ergo operibus ad iracundiam provocatur Deus. Puritas enim quæ placet in conspectu Domini, respuit omne quidquid simulato corde efficitur. Tu autem omnem simulationem longe fac a te, & ne cupias supplantare proximum tuum, neque mordere aut laniare membrum tuum. Quod etsi quandoque ut homo iratus fueris, ultra solis terminum non producas iracundiam tuam, sed & reconciliare ad pacem, & deprime omnem furorem ab anima tua. Qui enim amplectitur pacem in mentis suæ hospitio, mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere cupit: vir autem invidus omnibus modis exsecratur. Vir pacificus in tranquillitate est semper cor ejus: invidus autem similis navi cum jactatur a fluctibus maris. Homo pacificus securam possidet mentem: invidus autem in perturbatione est semper: qui autem sectatur pacem, tutus est semper undique ac munitus; nam invidus ut lupus rapax insanit inaniter. Pacificus est ut vinea honesta abundans fructu copioso: invidi autem opus indigentia ac miseria detinetur; & quantum pacificus gaudens in Domino delectatur, tantum invidus tabescens ad nihilum redigitur. Ex abundantia lætitiæ pacificus homo dignoscitur: ex vultu marcido & furore pleno invidus demonstratur. Pacificus homo consortium angelorum merebitur, invidus homo particeps dæmoniorum efficitur; & sicut pax secreta mentis illuminat, ita invidia occulta cordis obcæcat. Pax enim effugat & perturbat omnem discordiam: invidia autem iracundiam cumulat: a splendore autem pacis effugatur omnis caligo, & ubi obsederit invidia, ibi obscuritas & exteriores tenebræ. Sectare ergo fili desiderabile nomen pacis, ut fructus pacis possis acquirere, & exsecrare invidiam, ne malorum fructibus replearis. Rationabile namque animal creavit te Deus ut possis discernere inter bonum & malum, ut quæ sint optima eligas & inutilia respuas, omnia examines, quæ sint bona teneas, ab omni specie mala abstineas. Fili patientiam arripe, quia maxima virtus animæ, ut velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. Retributionem patientiæ tuæ ne quæras ab homine, ut in futuro possis accipere ab æterno Domino æternam retributionem. Patientia grandis est medela animæ: impatientia autem est pernicies cordis. Per patientiam enim exspectatur futurorum bonorum spes, & quod non videtur, quasi quod videtur amplectitur.

5. Astute in omnibus te serva, fili, ut videas Dominum in gloria consistentem. Ab omni pollutione mundum sit cor tuum, & ne des inimico aditum eundi ad te. Ab aspectu nefando averte oculos tuos: & ne delecteA ris pulchrarum vultibus feminarum, ne per talem oblectationem ultima exsolvas supplicia. Memento cui dedicasti membra tua, & ne commisceas illa meretricibus. Reflecte amorem ab amore mulieris, neque ab amore Domini te amor excludat. Noli minima contemnere, ne paulatim diffluas in malo. Non te simules simpliciter accedere ad virginum domus; nec velis cum eis uti longis & otiosissimis fabulis, ne per plurimas sermocinationes, utrorumque mens polluatur. Noli fili graviter ferre sermones meos, nec stulB tum arbitreris eloquium meum: sed crede mihi & gratanter accipe verba mea. Si ad feminarum domus importune accesserit clericus, vel monachus, & virgo patiatur hujusmodi introire ad se, statim immutant pristinam dignitatem: & quod Domino polliciti sunt, sua voluntate amittunt. Nec enim poterunt hujusmodi mansionem in se Domino præparare: sed desolabuntur ut lignum aridum. Numquid virginitatem Dominus extorquet invite? Hoc enim munus voluntarie Christo offertur in propria voluntate: C nec enim licitum est profanari aliquid quod Domino promissum est. Non peccabis homo si non voveris votum; si enim vovisti, jam ne facias moram reddere illud, quod Dominus quasi suum requirit illud a te, nec pollutione vult misceri membra tua, quæ sibi jam dedicata sunt. Vide ergo ne te seducat corporis pulchritudo, & decorem animæ tuæ amittas. Ne improbo oculo tuo intuearis speciem mulieris, ne intret mors per fenestras tuas. Non aperias aures tuas ad perficienda verba earum: nec concupiscas nequiD tiam in anima tua. Mulieris carnem non velis tangere, ne per tactum ejus inflammetur cor tuum, & spiritu tuo labaris in perditionem. Sicut enim fenum proximans igni comburitur: ita qui tangit mulieris carnem, non evadit sine damno animæ suæ; & licet corpore castus evaserit, mente tamen & corde corruptus abscedit. Dic mihi quæso, fili, qui sit profectus animæ amare carnis pulchritudinem? Nonne sicut fenum cum a fervore æstatis percussum fuerit, arescit, & paulatim pristinum decorem amittit? Similis est E etiam species humanæ naturæ: succedente sibi senectute omnis decor pristinus deperit; & quos in amorem sui antea concitabat, postmodum odio eorum afficitur. Nam cum intervenerit mors, tunc penitus omnis pulchritudo delebitur, & tunc cognosces quia vanitas, quod ante inaniter diligebas. Cum videris totum corpus in tumorem & fœtorem esse conversum, nonne intuens maximo horrore concuteris? Nonne claudis nares tuas, non sustinens fœtorem durissimum? Ubi est postmodum omnis illa oblectatio? Require si est aliquod pristini decoris vestigium.

gium. Ubi est suavitas luxuriæ & convivio- A rum opulentia? Ubi sunt blandimentorum verba, quæ corda simplicia molliebant? Ubi sunt sermones dulces qui amaritudinem amantibus infundebant? Ubi est immoderatus risus & otiosus? Ubi est ineffrenata & inutilis omnis lætitia? Velut fluxus aquæ transiens nusquam comparuerunt. Hic est finis carnis pulchritudinis, quam amabas. Hic oblectationis terminus corporis. Reflecte igitur animum tuum ab his obscenis amoribus, & omnem amorem converte ad splendidissimam pulchritudinem Christi, ut ra- B dii fulgoris ejus illustrent cor tuum, & omnis obscuritas caliginis expelleturate. Hæc pulchritudo diligenda est fili, quæ lætitiam spiritualem amantibus consuevit infundere. Hic decor omnibus modis amplectendus est, unde nobis serenitas tranquillitatis acquiritur. Devitemus perniciosas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nos irrogentur. Multi enim admirantes mulierum species, a veritatis via naufragaverunt. Plerique ornamentis earum oblectati, perniciem animarum suarum perpessi sunt, & C a perfectionis fastigio in profundum inferni demersi sunt. Caveto ergo fili species per quas plurimos cerois perisse; quæso ne bibas poculum unde multos perspicis interiisse. Ne percipias cibum quem edi in aliorum perniciem videris. Ne incedas iter in quo naufragium perpessi sunt plurimi. Devita laqueos, per quos captos cæteros senseris.

6. Postula tibi a domino cor prudens & pervigilem sensum, ut non ignores fraudes & astutias inimici, & in retia ejus non incidat pes tuus. Sapiens non corporis decorem desi- D derat, sed animæ: insipiens homo speciem in carnalibus ornamentis amplectitur. Sapiens vir comptam mulierem respuit: stultus vero concupiscens eam, miserabiliter supplantatur. Vir prudens ab imprudente femina avertit oculos suos: luxuriosus autem vir intuens eam, solvitur ut cera a facie ignis. Tu autem cave omnibus modis species perniciosas ac falsas pulchritudines, quia deturpatur anima si earum decorem attendas. Christus non in corporis decore, sed in animæ delecta- tur. Illa ergo dilige fili, in quibus delectatur E Christus: & ne pecuniarum cupiditati te subjicias. Ab omni avaritia declina cor tuum, ut non condemneris sicut adulter & idolorum cultor. Noli amare mammona, ne offendas ei cui membra tua & mentem pariter dedicasti. Ne petas ea quæ te avocant & separant a Domino. Noli diligere opes terrenas, ne amittas cælestes. Multi cupientes aliena, & a suis privati sunt. Alienatæ sunt a nobis sæculi hujus facultates: nostra autem possessio, regnum cælorum est. Noli appetere aliena, ne a tuis fias extraneus. Quotidianum victum sufficere tibi contentus esto: quidquid superfluum est projice abs te ramquam propositi tui impedimentum. Ne cupias fieri locuples, ne in tentationes incidas, & in laqueos diaboli. Caveto avaritiam, quia radix omnium malorum ab Apostolo nominata est. Pecuniarum cupidus jam animam suam venalem habet. Si enim invenerit tempus, pro nihilo perpetrabit homicidium: & sicut qui effundit aquam super terram, ita est ei effundere sanguinem proximi sui. Plerique per avaritiæ ardorem in mortis periculum inciderunt. Propter avaritiam Saul alienus a Domino effectus est, & 1. Reg. 15. 9. ad extremum de culmine regali expulsus est, & ab inimicis suis peremptus est. Et Achab propter avaritiam invasit vineam Naboth: 3. Reg. 21. 15. & hujus rei gratia in prælio vulneratus defunctus est. Dominus noster & Salvator a corde Pharisæorum volebat pecuniarum amorem excludere: sed quia illi erant cupidissimi, salutaria ejus monita deridebant. Nam & illum divitem cum Dominus vocans ad regna cælorum facultates suas vendere præcepisset, aviditas intrare non permisit. Et Judæ pectus avaritiæ ardore exar- Matth. 26. 15. sit, ut Dominum largitorem sibi cunctorum bonorum in manus traderet impiorum. Avarus enim vir inferno similis est. Infernus igitur quantoscumque devoraverit, non dicit satis est: sic etsi omnes thesauri terræ confluxerint in avarum, non satiabitur. Alienum te facito fili ab hoc vitio, & voluntariam paupertatem libenter assume. Noli esse desidiosus & piger, sed labora manibus tuis, ut habeas unde tribuas indigenti. Secundum pusillanimitatem tuam mediocriter porrige. Tantum enim expetitur a te, quantum tibi fuerit creditum; nemo enim exigit a te, quod ipse minime possides. Eleemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est coram Christo, sed acceptum est illi quod fuerit fideliter acquisitum. Fili non habet hanc artem misericordiæ bonum. Sunt enim nonnulli qui diripientes aliena, præstare se eleemosynam simulant: & cum alios premunt, aliis misereri se fingunt. Sed Dominus non delectatur in operibus eorum, & simulationem cordis eorum exsecratur ac respuit. Tu autem licet exiguum de tuis laboribus porrigas, hoc gratum est & acceptum coram Domino. Nec te velis jactare, cum porrigis eleemosynam indigenti, & illo cui feneras, ne te arbitreris esse meliorem: sed in omnibus tuis operibus humilia te coram Domino; quia non erit gratum Deo, quidquid efficitur cum superbia. Quod autem fit humiliter, acceptum est ei.

7. Fili præ omnibus humilitati stude, quod est omni virtute sublimius, ut ad perfectionis fastigium possis conscendere. Cuncta in-

stitutiones non aliter nisi per humilitatem implentur, & multorum temporum labores per superbiam in nihilom depusantur. Vir humilis, Deo est similis, & in templo pectoris sui gestat eum : superbus autem cum sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis, licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutibus: superbus autem homo, etsi decorus videatur aspectu & clarus, tamen inutilem eum manifestant opera ipsius, & per incessus & motus dignoscitur ejus superbia ; & ex verbis ejus publicabitur levitas ipsius. Cupit semper laudari ab hominibus, & virtutes quibus alienus est de se prædicare gestit. Non se patitur cuiquam esse subjectum, sed semper primatum cupit, & ad majorem gradum se conatur emergere : & quod ex meritis obtinere non potest, ambiendo festinat. Ambulat semper tumens, ut uter vacuus & inanis; & sicus navis absque gubernatore cum jactatur a fluctibus, ita & is circumfertur inter omnes actus suos. Humilis e contrario respuit omnem honorem terrenum, & ultimum se esse judicat omnibus hominibus. Nam etsi mediocris appareat in vultu, eminens apud Dominum insuetor. Cum consummaverit omnia mandata Domini, nihil se fecisse testatur, & omnes virtutes animæ suæ celare festinat. Sed divulgat Dominus omnia opera ipsius, & profert in madium & mirificat gesta ipsius, & exaltabit & clarum faciet eum, & in tempore precum suarum quod postulat impetrabit. Et tu fili cum accesseris ad precandum Dominum, prosterne te humiliter in conspectu ejus, nec postules quidqoam quasi ex gratia meritorum tuorum: & si est tibi etiam conscientia boni operis aliqua, cela illam, ut te silente multipliciter tibi restituator a Deo: & peccata tua cito produc in medium, ut deleat Dominus illa, cum confessos fuerisea. Nec te velis justificare, cum ad orandum accesseris, ne sicut Pharisæus ille exeas *Luc. 18.*
condemnatus. Memento Publicani vel qualiter pro se oraverit, & æmulare eom, ut veniam peccatorum tuorum invenias. Non clamore vociferaberis contra eum qui occultorum est cognitor, sed clamor cordis tui pulset aures ejus. Ne longitudinem verborum prottahas ante eum, quia non in multiloquio, sed ex mente purissima placabitur Dominus. In tempore orationis omnem malitiam cordis projice abs te, & remitte si quid habes adversus proximum tuom. Est deaique quoddam genus serpentis, quod cum vadit ad bibendum aquam, aotequam accedat ad fontem evomit venenum. Imitare ergo hujus serpentis astutiam, & omna venenum amarissimum projice ab anima tua.
Matth. 18. Remitte conservo tuo centum denarios us tibi dimittatur debitum decem millium talentorum : & qualem cupis erga te esse Dominom, talis esto ipse erga conservum tuum.

8. Quodcomque opus iochoaveris, primo invoca Dominom, & ne desinas gratias agere cum perfeceris illud. Quære Dominum & invenies eum, nec dimittas cum tenueris, ut copuletur mens tua in amore ejus. Hoc stode in vita tua ot orationem puram offeras Deo. Cogitationes non contorbent cor tuum, nec in diversis locis vel rebus rapiatur meos tua. Memento enim te, fili, sub Domioi conspectibus stare, qui occulta cordis prospicit & abdita mentium novit. Vigilanter ergo assiste io conspectu Domini in tempore orationis vel psalmorum, ne te opprimat somnus animæ tuæ, & ne dissonans sit sensus & lingua, sed consoantia fiot, & utraque proferant verba. Sicut impossibile est servire duobus dominis, ita nec duplex oratio poterit asceodere ad Domioum. Nec tibi ullum tempus fili otiosum vel vacuum transeat : tam in diebus quam in noctibus vigilare te convenit, ut eminentem tentationem facilius effugere possis. Si enim cogitatioes sordidæ conturbaverint cor tuum, & si te coarctaveriot quod est illicitum perpetrare, per orationes ac vigilias depellantur ab anima tua. Oratio munimentum grande est aoimæ. Per orationes purissimas omnia nobis quæ suot utilia tribuuntur a Domino, & cuncta quæ ooxia sunt, procul dubio effugantur. In tempore psalmodiæ sapienter psalle, fili, & spirituales cantus vigilanter cane coram Domino, ut virtutem psalmorum facilios possis acquirere, omnisque duritia cordis eorum dulcedine molliatur; tunc dulces habens fauces, gaudensque cantabis:
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, super mel & favum ori meo. Sed non poteris sentire hanc dulcedinem, nisi cum summa vigilantia ac sapientia cantaveris. Fauces enim, inqoit, escam gustabunt, seosus autem verba discernit. Sicut eoim ex carnalibus escis alitur caro; ita ex divinis eloquiis interior homo pascitor ac nutritur. Sed in his omnibos vigiliis sanctis indiges, fili. Hæ sunt namque vigiliæ inutiles, per quas læditur & deperit anima, cum vigilaverit quis circa cogitationes turpissimas, vel ad gerendum contrarium aliquid vel ad perpetrandum facinus. Sed su talibus insiste vigiliis, ut possis effici sanctus in omnibos actibus & moribus tuis. Convenit te vigilare, nequando oppressos somno placere hominibus gestias. Præterquam Domino soli ne studeas placere alteri. In omne opus quod cogitas facere, cogita Dominum primum, & si secundum Dominum est, quod cogitas, diligenter examina. Et si est rectum coram Deo, perfice illud, si vero adversum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua. Quoti-
die

Psal. 118. 103.

Digitized by Google

dic actus tuos discute curiosius, & si te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam cito confuge. Nolo ut protrahas peccatum tuum de die in diem: sed si quid cogitaveris male, in Deo pœnitentiam age, & velociter de corde tuo seca illud. Ne velis dicere, non est grande hoc facinus quod cogitavi tantummodo, quia in conspectu Domini manifesta & aperta sunt omnia. Ne ut spinas ac tribulos in te crescere sinas cogitationes malas, neque tamquam minima negligas ea, qui enim spernit minima, paulatim * defluet. Noli spernere morsum serpentis, ne venenum ejus conspergatur in cor tuum. Abscinde virgulta spinarum de agro cordis tui, ne defigant in te altas radices. Scito quod cor tuum ager est Domini, excole eum cælestibus disciplinis, & non sinas zizania seminari. Si igitur taliter vigilaveris, facile poteris ascendere ad perfectionem.

* decide.

9. Ad vigilandum autem multum jejunium proderit. Sicut enim miles plurimo onere prægravatus præpeditur, ita monachus ad vigilias cum escarum largitate torpescit. Non enim possumus vigilare cum fuerit dapibus venter noster onustus, sed oppressi somno, vigiliarum fructus amittimus, & maximum detrimentum animæ nostræ acquirimus. Vigiliis ergo copula jejunium, ut cunctis animæ virtutibus florere possis, & caro tua subjecta sit animæ tuæ, & ancilla tua famuletur dominæ suæ. Ne præbeas vires corpori tuo, ne bellum adversus spiritum exerceat, sed semper subjecta sit caro spiritui, & obtemperet jussis spiritus. Noli incrassare ancillam tuam, ne contemtui habeat dominam suam; sed & in omnibus ejus obsequiis mancipetur. Sicut enim equis sunt frena imposita, ita jejuniorum frena imponamus corpori nostro. Nam quamadmodum auriga si equorum frena laxaverit, rapidissimo cursu cum eo in præcipitia deferuntur; ita & anima si corpori suo non imposuerit frenum, uterque ad inferni præcipitia devolvuntur. Esto peritissimus auriga corpori tuo, ut per tramitem rectam possis pergere viam. Escæ enim plurimæ non solum animam, sed & corpus nostrum plurimum lædunt. Sæpe enim per ciborum aviditatem stomachi franguntur vires, necnon abundantiam sanguinis & cholerarum ægritudines plurimas per escarum largitatem perpetimur. Sicut enim ista animæ & corpori contraria, ita medelæ sunt utriusque temperata jejunia. Quantum vero possumus mundi delicias & ciborum opulentiam fugiamus, ne quando cruciati in flamma guttam aquæ quæramus, nec refrigerium consequamur. Fugiamus ebrietatem, ne in retia luxuriæ incurramus. Vinum enim nobis Dominus ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem creavit; non quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat: & Apostolus Timotheo modico præcipit uti vino, & hoc propter dolorem stomachi, & propter ejus frequentissimas infirmitates. Ne igitur nos quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus. Plurimi namque maximam per vinum debilitatem contraxerunt; nec potuerunt consequi pristinam dignitatem, qui primum gulæ non temperaverunt ardorem. Plerique per vinum homicidium perpetraverunt, nec ipsi mortem recusaverunt. Alii per vinum a dæmonibus capti sunt; nec enim est aliud ebrietas quam manifestissimus dæmon. Ebriosus putat se boni aliquid agere cum per præcipitia devolutus fuerit. Per vinolentiam armatur os ad maledicta & convitia proximorum, & immutatur mens, & lingua balbutit. Quæso quid minus habeatur quam dæmonium? hujusmodi enim vir cum se putat bibere, bibitur. Sicut enim piscis cum avidis faucibus properat ut glutiat escam, & repente hamum inter fauces reperit hostem: vel sicut aves cum per escam capiuntur in retibus, ita ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, quod intra se morans impellit ad omne opus fœdissimum. Homo rationabilis ab irrationabili bestia capitur: tu autem in omnibus exhibe te sobrium, ut te sobrietas in omnibus castum exhibeat. Sed caveto hoc, fili, ne per ciborum abstinentiam mergaris in superbiam, & ne infleris adversus eos qui jejunii tui mensuram non valent obtinere, nequando videaris escis carnalibus abstinere, & vitiis pectus tuum replere: grandis namque est confusio animæ, quæ cum sibi subjecerit carnem, ipsa fit subjecta vitiis. Quid prodest ventrem ab escis vacare, & animam passionibus obruere; vel carnis amorem vincere, & in corde livoris stimulos machinari? Verus enim continens tam a corporis quam animæ se passionibus abstinet, quia in utrisque substantiis homo constare videtur. Nulla est enim perfectio in una parte esse sublimem, in alia esse prostratum: in una parte fulgere, & in alia vitiorum caligine occupari. Qui enim castus cupit esse corpore, castus debet perseverare & spiritu, quia nihil proderit castum esse corpore & mente corruptum. Civitas si fuerit forti compage solidata in se, ex alia vero destructa, aditum ad se hosti præbebit. Et navis si fuerit forti compage solidata, & unam in se tabulam habuerit perforatam, repleta aquarum fluctibus mergetur in profundum. Verus enim continens, cuncta quæ vana sunt spernit, nec ullam gloriam sectatur humanam: furorem iracundiæ reprimit, & exsecratur invidiam: potius sustinet detrimentum, quam dissolvat vinculum charitatis. Non detrahit cito pro-

1. Tim. 5.

proximo, nec libenter audit detrahentem. Cupit semper declinare a vitiis, & ad virtutes animæ semetipsum instigat. Talem te & tu exhibe, fili, cum velis exercere jejunium, & cum te abstinueris, abstine & linguam tuam ab illicitis verbis.

10. Omnem blasphemiam longe fac a te, nec superflui sermones procedant de ore tuo, quia & pro otiosis verbis in die judicii reddituri sumus rationem. Nec ad maledicendum quempiam assuescas linguam tuam, quæ ad benedicendum & ad laudandum Dominum creata est. De quibus ignoras rebus in conventu noli proferre sermonem; sed opportuna verba procedant a te, cum opportunum tempus inveneris, ut te audientibus cunctis gratiam præbeant. Ab omni vaniloquio tempera linguam tuam, nequando qui audiunt, horrescentes obturent aures suas, & fit tibi confusio coram omnibus. De quibus molestiam non pateris, noli contendere acriter, nec te consuescas consuetudine pessima, quia mos qui longo usu fuerit confirmatus, non parvo labore vitatur. Noli dissolutis labiis risum proferre, amentia namque est cum strepitu ridere; sed subridendo tantummodo mentis lætitiam indica: nec in modum parvuli jocari velis assidue, quia non convenit ei qui ad perfectionem nititur, jocari ut parvulus. Esto in malitia parvulus, & vir perfectus in sensu. In quibusdam te exhibe senem, & in quibusdam te exhibe parvulum. Parvuli namque est ludere, perfecti vero viri lugere: sed præsens luctus lætitiam generat sempiternam. Jocus autem remissam efficit animam, & negligentem erga Dei præcepta, nec delicta sua potest ad memoriam revocare: sed oblivifcens ea non se instigat ad pœnitentiam, & ita paulatim ab omnibus bonis privabitur. Nullum enim habet accessum cordis compunctio, ubi fuerit immoderatus risus ac jocus. Ubi vero fuerint lacrymæ, ibi spiritualis ignis accenditur qui secreta mentis illuminat, & vitia cuncta exurit. Tunc aviditate cælesti anima flagrans, Christi amori copulatur, cum in terris degens de cælestibus & supernis jugiter meditatur: calcat sæculi voluptates, & ad præmia se futura extendit, nec ulla sæculi cura ab amore eam segregat Christi, sed ut figura quædam inter homines versari videtur, & tota ejus conversatio de cælestibus intelligitur. Mors illi præsens tamquam vita ipsa est dulcis. Cupit dissolvi, & esse cum Christo, quem in carne vivens intra suum portaverit templum. Vide ergo quantum lucrum afferant fletus & lacrymæ, & quantam perniciem præbet risus ac jocus. Qui enim ridere hic delectatur, postmodum flebit amare: qui autem hic lugere voluerit, gaudebit in posterum. Nam & Salvator nostra—

Philipp. 1.23. [illegible]

A ster beatos appellat lugentes, & qui nunc lætantur, flere eos dicit in novissimo. Non te ergo delectet puerilis jocus, sed lectionum spiritualium cantus. Non te solvant in risum verba inania, sed proferant ex te gaudii risum perfectorum virorum virtutes, ut ad eorum spectaculum vitam tuam moresque componas. Perfectus enim ille dicitur non qui in ætate, sed qui in sensu semper perfectus; non enim tibi obest puerilis ætas, si fueris mente perfectus, nec senilis tibi prodiderit ætas, si fueris puer sensibus. Nam &

B David cum puer esset, & perfectum cor haberet in Domino, in regem electus est: & Saul cum senili ætate esset perfectus, quia in se malitiam perfectam habuit, de culmine regali expulsus est. Vetustissimi jam erant presbyteri, qui Susannam violare conati sunt: quos Daniel adhuc parvulus detecto eorum scelere condemnavit. Et Dominus noster ingressus Jerosolymam a parvulis collaudatur. Nam & arbor licet sit multorum annorum, si fuerit infructuosa abscinditur: si autem novella fuerit fertilis, colitur ut

Dan. 13.45.

C magis proferat fructus. Perfectorum vero virorum consortio fruere, & contubernio abstinentium delectetur anima tua, & a colloquiis eorum ne avertas aurem tuam; verba enim vitæ sunt verba eorum, & incolumitas animæ iis qui ea libenter attendunt. Sicut enim sol oriens effugat caliginem, ita sanctorum doctrina a sensibus tuis expellet tenebras. Talium virorum quæso ne devites consortia, ut eorum monitionibus mens tua erigatur ad cælum, & fluxam sæculi gloriam pro nihilo possis despicere, & virtutes animæ

D hauriant sensus tui. Devita viros quos erga mandata Dei vides negligentes, quia mortui sunt virtutibus, & videntur vivere passionibus; quia lætantur in propriis voluntatibus, & gaudio carent divino. Cum hujusmodi viris nec sit tibi ulla commixtio, nec velis cum eis sermocinari assidue, nisi poteris solummodo ab erroris itinere revocare eos. Cæterum si non vales, devita ut publicum hostem; sæpe enim per unam ovem morbidam grex totus polluitur, & modica pars fellis magnam dulcedinem in amaritu-

E dinem vertit. A tali enim fermento Dominus tibi attendere præcipit. Fermentum hoc nequissimorum hominum doctrina intelligitur: nam etsi in habitu quis videatur esse clarus & nobilis, & dulcia verba tibi proferat eleganter, simulatio cordis ejus ex subsequentibus actibus intelligitur; non enim tantum ex verbis, sed ex fructibus homo comprobatur. Denique quam plurimi callide vitia sua celare festinant, & apud quosdam videntur esse mirabiles, sed floribus amissis fructus qualis est ostenditur. Cum vero intra sinum suum serpentem servave-

vaverint, attacti morsu ejus intumescunt, & palam omnibus veniunt, quia nihil occultum est quod non revelabitur.

Matth. 10. 26.

11. Si quis tibi intulerit mala, ne velis irasci ei, aut retribuere illi, etiam si possis; sed dole potius pro eo quia Dominus irascitur ei. Qui enim patienter pertulerit mala, in futuro coronabitur; qui vero intulerit mala, in die mala ut reus damnabitur: nec pro carnalibus damnis frangatur animus tuus, nec vigorem patientiæ tuæ res emolliant caducæ; sed time potius damnum, si a proposito tuo retardaveris: & quando te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam cito converti ne confundaris; qui enim hic pœnituerit, in novissimo non pœnitebit; clementer enim Dominus ad pœnitentiam confugientes suscipit. Et ne misericordia Domini fretus peccatis peccata adjicias. Ne velis dicere, donec viget ætas mea, carnis concupiscentiam exercebo, & postremo in senectute malorum meorum pœnitentiam geram, pius namque est Dominus & multum misericors, nec ultra facinorum meorum memorabitur. Noli taliter, fili, cogitare, quia summa stultitia est hoc in mente apud Dominum concipere, cum & impium sit talem licentiam a Deo exspectare quempiam. Noli, inquam, sic cogitare, cum nescis qua die moriturus sis, quis enim novit hominum diem exitus sui? Non enim omnes in senectute privabuntur hac luce, sed in diversis ætatibus de hoc mundo migrabunt, & in quibus actibus vocabitur homo, in iisdem necesse est reddere rationem: nemo enim in inferno confitebitur Domino. Sed nec tu cuncteris ad pœnitentiam converti. Semper ante oculos tuos versetur ultimus dies: cum enim diluculo surrexeris, ad vesperum te ambigas pervenire; & cum in lectulum ad quiescendum membra tua posueris, noli confidere de lucis adventu, ut facilius te possis refrenare ab omnibus vitiis. Semper cor tuum promissa cælestia meditetur, ut ipsa te ad virtutis viam provocent. Esto natura talis in operibus bonis, qualis es futurus postmodum. Omnia terrena quæ possides in cælestes mansiones transfer, ut cum illuc fueris profectus, fruaris bonis cælestibus. Bonorum operum sumtus tibi in itinere præpara, ut incunctanter libenterque cum vocatus fueris, pergas ad Dominum tunc, cum carnis vinculo anima tua absoluta fuerit; mox in occursum tuum angelorum chorus occurret. Omne sanctorum agmen in tuis miscebitur complexibus, & te ad adorandum verum judicem perducent. Tunc tibi fiet pax per gyrum & summa securitas, nec timebis ultra jacula ignita diaboli. Non tibi terrorem incutiet barbarorum immanitas, nec formidabis hostes ferocissimos, qui cupiunt animas jaculari, non corpora, non ferrum, non ignem, non faciem truculentam tortorum, non famem, non sitim, nec ullam ægritudinem carnis: nec metues invidiam hominum, nec insidias malignorum, nec verba venenata mulierum luparum, nec ultro adversabitur caro contra spiritum tuum, non timebis periculum maris nec ullos casus adversos; sed hæc omnia sedabuntur. Cum anima tua abjecerit sarcinam carnis, tunc Spiritus sanctus tribuet tibi in cælestibus mansionem, cui paulo ante intra corporis tui hospitium feceras mansionem, & lætus gaudensque exspectabis diem judicii futuri, in quo singulorum animæ recipient merita pro suis operibus; & frustra tunc peccatores & impii pœnitebunt, fornicatores & adulteri ululabunt, nec ullam requiem poterunt æternam invenire. Rapaces & avari flebunt amariter, nec malorum suorum veniam consequentur, in luctu maximo detinebuntur. Omnes qui carnis suæ voluntates consequuti sunt, in mœrore & fletu maximo in sempiternum erunt, quia vitiis & passionibus servierunt. Et cum hi omnes pro suis criminibus gehennæ ignibus mancipentur, justis sempiterna præmia tribuentur a Domino, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Dominus diligentibus se.

MONITUM.

Quidquid antiquitatem sapit, id omne non nullis placere solet. Hæc causa est, cur latinam quarundam Basilii orationum interpretationem olim ab antiquissimo scriptore Ruffino adornatam typis mandandam curaverimus: quam eo magis placituram speramus, quod nunc primum e veteribus libris in lucem prodeat. Plura in præfatione.

HOMILIÆ

HOMILIÆ
SANCTI BASILII
CÆSARIENSIS EPISCOPI

Quas transtulit Ruffinus de Græco in Latinum. Incipit Præfatio.

Aliqua tibi in latinum verti olim popofceras Aproniane fili chariffime : quod & ex parte aliqua feci in præfenti dum in Urbe effem, fed & nunc aliquantum addidi. Octo ergo beati Bafilii breves iftos homeliticos tranftuli libellos. Hoc autem fcire te volo, quod ftilus ejus in Græci fermonis fplendore & dicendi gratia multum beato noftro fimilat Cypriano, quia revera nec vitæ meritis fatis difcrepant. Quamvis enim beatus Cyprianus primam martyrii palmam felici cruore mercatus fit, haud * fegnius tamen & Bafilius fecundam palmam confeffionis indeptus eft; per dies fingulos ac momenta adverfum luxuriam per fobrietatem, adverfum libidinem per virginitatem, adverfum iram per manfuetudinem, adverfum fuperbiam per humilitatem, indefinenti confcientiæ fuæ martyrio coronatus eft. Eft ergo fermo ejus magis moralis, qui & inftituere poffit animos ad bonam vitam, & a laboribus relevare. Habet autem & in hoc majorem gratiam, quod ejus lectio etiam religiofis feminis, & præcipue admirandi ftudii matronæ tuæ filiæ noftræ invenitur aptiffima, dum nullis prorfus dogmatum quæftionibus afperatur; fed eloquentiæ ejus limpidiffimum flumen lenibus & fatis placidis fertur fluentis. Sane fi id in latino, fermonis noftri paupertate, minus fplendidum videris, neque illi adfcribas, neque mihi, fed tibi ipfi magis, qui bono operi minus idoneum fubrogafti miniftrum. *Explicit Præfatio.*

* Alias fegnius.

HOMILIA I.

IN PSALMUM PRIMUM.

1. *Omnis Scriptura divinitus infpirata utilis eft ad docendum :* hac ipfa de caufa a Spiritu fancto confcripta, quod velut ex communi quodam fanctitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia propriis paffionibus affumamus. *Sanitas enim*, inquit, *compefcit peccata multa.* Alia namque funt quæ pro-

2. Tim. 3. 16.

Eccl. 10. 4.

A phetæ tradunt, alia quæ hiftorici. Lex quoque alia : Proverbiorum etiam commonitio alia. Pfalmorum vero liber quæcumque utilia funt ex omnibus continet : futura prædicit, veterum gefta commemorat, legem viventibus tribuit, gerendorum ftatuit modum : & ut breviter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ thefaurus eft, apta fingulis ac neceffaria fubminiftrans. Veteribus namque animarum vulneribus novit mederi : fed & recentibus velociffimum fcit adhibere remedium, atque intactis perfeveran-
B tiam falutis adhibere, fed & univerfis pariter paffionibus fubvenire, quæ dominationibus variis humanas animas agunt : & hoc fit modulato quodam & delectabili canore, humanum fenfum ad pudicitiam provocante. Quoniam quidem videns Spiritus fanctus obluctantem ac refiftentem ad virtutis viam humani generis animum, & ad delectationes vitæ magis inclinari, quam ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ vim feriemque doctrinæ permifcuit, ut dum fuavitate carminis mulcetur
C auditus, divini fermonis pariter utilitas inferatur, fecundum fapientes medicos, qui fi quando ufus popofcerit, aufteriora medicamenta ægris offerre mortalibos * folent, ne æger utilitatem pro aufteritate refugiat, ora ac fummitates poculi, quo remedium porrigitur, melle circumliniunt. Propterea ergo pfalmorum nobis per modulos aptata funt carmina, ut qui vel ætate pueri, vel adolefcentes funt moribus, quafi cantilena quadam pfallentes delectari videantur : re autem vera animas illuminent ac mentem. Plurimi
D enim ex his qui in Ecclefiam coeunt, neque Apoftolica præcepta facile poffunt, neque prophetica cum difcefferint retinere : pfalmorum vero refponfa & intra domos, interdum etiam in publico canunt. Et ficubi quis quamvis fero ac rabido fpiritu * raptetur, fi forte fuerit pfalmi, ut ita dixerim, carminibus incantatus, continuo omnis rabies ferocitatis abfcedit.

* Al. mortalibus, non.

* Al. fpiritu furore raptetur.

2. Pfalmus tranquillitas animarum eft, & fignifer pacis; perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, fobrietatem fuggerens,

rens, amicitias congregans, adducens in concordiam discrepantes, reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum ducat eum, cum quo unam ad Deum psalmi emiserit vocem? Ex quo intelligitur quia &, quod bonorum omnium maximum est, charitatem psalmus instaurat, conjunctionem quamdam per consonantiam vocis efficiens, & diversum populum in unius chori concordiam consona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat, angelos ad adjutorium salutis invitat. Scutum in nocturnis terroribus, diurnorum requies laborum, tutela pueris, juvenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor. Deserta habitari facit & urbes: sobrietatem docet: insipientibus primum efficitur elementum, proficientibus incrementum, perfectis stabile firmamentum: totius ecclesiæ vox una est. Psalmus solemnitates decorat: psalmus tristitiam quæ secundum Deum est molitur: psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas movet. Psalmus angelorum opus: exercituum cælestium spirituale thymiama. O vere admirandi magistri sapiens inventum, ut simul & cantare videamur, & quod ad utilitatem animæ pertinet doceamur, per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur, pro eo quod si qua per vim & difficultatem aliquam animis nostris fuerint inserta, continuo dilabuntur: ea vero quæ cum gratia & delectatione suscipimus, nescio quo pacto magis residere in mentibus, ac memoriæ videntur inhærere. Quid autem est quod non discatur ex psalmis? Num omnis magnitudo virtutis, num norma justitiæ, num pudicitiæ decor, num prudentiæ consummatio, num pœnitentiæ modus, num patientiæ regula, num omne quidquid dici potest bonum procedit ex ipsis? Dei scientia perfecta, prænuntiatio Christi in carne venturi, judicii futuri comminatio, & resurrectionis spes, suppliciorum metus, futuræ gloriæ pollicitatio, mysteriorum revelatio. Omnia prorsus in his velut in magno quodam & communi thesauro recondita sunt bona, atque conserta. Quem librum propheta, cum multa sint organa musicorum, huic tamen organo quod psalterium appellatur aptavit, de superioribus, ut mihi videtur, inspiratam ei gratiam per Spiritum sanctum docens, quoniam quidem hoc solum organum musicorum sonos de superioribus habere fertur aptatus. Cithara namque vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens, resonat ac resultat ad plectrum: psalterium vero harmonias de superioribus habere fertur aptatas, & sonorum causas desuper dare; quo scilicet etiam per hoc nos duceret quæ sursum sunt & superiora requirere, & non delectatione carminum ad inferiora id est ad

A vitia carnalia declinare. Sed & illud arbitror profundius nobis prophetica hac indicari ratione, ac per formam nos organi istius doceri, quod ii qui diligentes & apti moderatique sunt moribus, facile & pervium ad superiora iter habeant. Sed videamus tandem quid etiam per ipsa psalmi indicetur initia.

3. *Beatus*, inquit, *vir qui non abiit in consilio impiorum*. Ps. 1. Structores domorum si quando excelsas fabricarum moles construere, atque immensam altitudinem educere parant, talia jaciunt fundamenta quæ convenienter B possint supponendæ structuræ magnitudinem ferre. Sed & navium constructores cum ingentes & onerarias contexere voluerint rates, aptas prius supponendis oneribus velut fundamentum quoddam navis locant carinas. In generatione quoque animalium, primum omnium coagulari & compaginari per naturam cor dicitur, ex quo secundum talis principii consequentiam, reliqua quoque membrorum indumenta ei circumtexi compaginarique dicuntur, quæ secundum magnitudinem primi fundamenti quod est cor, C superponi per naturam ac supercrescere perhibentur. Quod ergo est in domo fundamentum, & in navi carina, & in corpore animalium cor, hanc mihi videtur habere virtutem ad omne psalmorum corpus etiam principii hujus brevis iste versiculus. Quoniam quidem multa & laboris ac sudoris plena hominibus erat daturus præcepta, his qui se velint ad pietatis certamina præparare, idcirco ante omnia beatitudinis utitur appellatione; ut tantorum spe præmiorum tolerabilius mœrores vitæ hujus doloresque patia- D mur. Ita & eos qui iter agunt & asperas ac difficiles vias incedunt, opportune spes refovet mansionis: & negotiatores audere facit marina sustentare discrimina lucri desiderium, & agricolarum labores in oblivionem trahit fructuum spes. Propter quod & communis vitæ nostræ eruditor atque unicus doctor spiritus veritatis, sapientissima arte mercedes ante nominat quam labores: quarum cupiditate provocati, pondus ingruentium molestiarum facilius toleremus. *Beatus ergo vir qui non abiit in consilio impiorum.* E Est quidem prima & vera ac propria beatitudo una, sicut & bonum unum quod est Deus: quemadmodum & Paulus commemorat dicens, *Secundum Evangelium beati Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi*. Tit. 1. Re enim vera illud est solum beatum quod & solum bonum est, ad cujus auxilium universa respiciunt, quod omnes desiderant, quæ est sola inconvertibilis natura, imperturbabilis vita; ubi nullus mœror accedit, in qua non est immutatio, quam non contingit ulla conversio: fons perennis, indeficiens gratia, sine fine thesaurus. Imperiti vero homines & seculum

Digitized by Google

lum diligentes, dum ignorant boni naturam, beata putant interdum ea quæ nullius momenti esse dicenda sunt, id est divitias, vel corporis sanitatem, vel honorum gloriam, quorum nihil prorsus est bonum secundum suam naturam; non solum pro eo quod facilem patitur in contraria permutationem, verum quia nequaquam bona esse credenda sunt, quæ bonos facere non possunt eos qui possident ea. Quis enim per facultates justus effectus est? Quis pudicus per sanitatem? Immo vero interdum & e contrario facultatem delinquendi præbuerunt his qui vel sanitate vel divitiis abuti competenter & utiliter nescierunt. Beatus ergo is qui ea quæ vere sunt pretiosa possidet: qui non deficientes divitias obtinet. Sed quomodo cognoscimus eum? *qui non abiit in consilio impiorum*. Verum priusquam dicamus quid sit abire in consilio impiorum, videtur esse conveniens quæstionem quæ in loco generatur absolvere. Cur, inquit, propheta virum solum ad beatitudinem vocat? Numquidnam excluduntur a beatitudine mulieres? Absit, una enim animi virtus viri & mulieris: quoniam quidem & creatura consimilis, unde & merces utrique eadem præparata. Audi quid
Gen. 1. 27. dicit in Genesi. *Fecit*, inquit, *Deus hominem ad imaginem suam: masculum & feminam fecit eos*. Quorum autem una natura est, eorum etiam una operatio ac virtus eadem est: quorum autem opus æquale est, eorum etiam merces una est. Quare ergo cum de viro dixisset reticuit de muliere? Quoniam sufficere æstimavit cum una esset utriusque natura, ejus qui principaliter a Deo creatus est, facere mentionem, ut in illius commemoratione
Ps. 118. 1. inveniatur uterque complexus. *Beatus ergo qui non abiit in consilio impiorum*. Intuere verborum diligentissimum ordinem: quomodo unusquisque sermo proprii dogmatis ratione subnixus est. Non dixit *qui non vadit in consilio impiorum*, sed *qui non abiit*. Qui enim adhuc in vita hac degit, nondum beatificari potest, propter incertos exitus vitæ: qui autem adimpletis omnibus quæ mandata sunt, finem pacificum cum justitiæ operibus adimplevit, hic jam sine ullo discrimine vel ambiguitate beatificari potest. Quare ergo iterum dicit, *Beati qui ambulant in lege Domini?* non enim eos qui ambulaverunt, sed eos qui ambulant in lege Domini beatificat sermo divinus. Idcirco arbitror quod ii qui operantur quod bonum est, in eo ipso quod operantur, amplectuntur; & non tam ipsi quam opus ipsorum collaudationem beatitudinis promeretur. Nondum tamen ii qui malum fugere cœperint, & semel vel bis declinaverint a peccato, continuo beati dicendi sunt, nisi cum potuerint in omnibus vel verbis vel negotiis effugere malum, ita

A ut numquam comprehendantur ab eo, & adhærere bono. Sed quid faciemus quod in præsentis versiculi lectione quædam nobis contraria suggeruntur? Non enim dixit, beatus qui boni aliquid egerit, sed beatus qui illud vel illud mali non fecit, id est, *qui in consilio impiorum non abiit, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit*. Hoc enim pacto videbuntur etiam equi & boves vel cætera muta animalia quæ nihil horum facere possunt, beatitudinem promereri. Quando enim equus impium aliquid B commisit, aut in cathedra pestilentiæ sedit? Sed exspecta paulisper, & competenter fortassis explanabitur quæstio. Addidit enim propheta: *Sed in lege Domini fuit voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*, quod utique opus designat, & opus rationabilis cujusque. In quo & illud unum signatur, quoniam initium virtutis est non facere malum, profectus agere bona, consummatio vero permanere in bonis. Sic enim & alibi dicit: *Declina a malo & fac bonum: inquire* Psal. 36. 27.
pacem & persequere eam.

C 4. Sapienter ergo & satis erudite initium nobis aperit ad virtutem, per declinationem mali. Non enim primo quæ perfecta oportebat obtendi; nec conveniens est ei qui adhuc male agit dicere ut bene agat, sed ut recedat a malis: quo scilicet evacuatus & exinanitus a malis, tunc & capax boni effici possit, & insuescere in operibus bonis absque consortio & commixtione contrarii. Scalæ namque cuidam & * ascensionibus similem * Al. ascensionis gradibus.
ego dixerim virtutis ac pietatis viam, similemque illi scalæ quam beatus Jacob vidit in D somnis, cujus quædam pars in terra adhuc erat stabilita, & proxima contiguaque terrenis; pars vero pertendebatur atque erigebatur ad cælum. In quo illud sine dubio indicatur, quod ii qui initia adhuc ac prima elementa ad iter virtutis arripiunt, primis, ut ita dixerim, innixi gradibus moliuntur ascensum; quibus cum firmioribus plantis institerint, stabilibusque vestigiis, ex ipsis intentiore conatu poterunt etiam ad superiora conscendere, usquequo in quantum est possibile humanæ naturæ, paulatim pro- E fectu succedente ad summa perveniant. Sicut ergo ascendentibus scalam primus gradus est ascensionis a terra discedere; ita etiam virtutis ac pietatis ascensus initium habet discedendi a malo. Nam qualecumque otium cuilibet non recto operi præferendum est, sicut illa sunt quæ præcipiuntur: *Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis*: Rom. 13. 9.
quæ omnia otium potius animæ ac quietem, quam efficaciam operis alicujus inducunt. Ea vero quæ ad profectum perfectionis pertinent, opus exigunt, ut illud, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, &, *vende omnia* Matth. 19. 19. 21. & 5. 43.
bona

Digitized by Google

bona tua, & da pauperibus: &, *si quis te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo:* quæ utique singula agones quosdam pii certaminis continent, & animæ non otium, sed utile negotium poscunt. Admiranda igitur divinæ sapientiæ ratio, quæ nos facilioribus initiis ad meliora provocat, & ad perfectiora perducit. Tria igitur sunt quæ nobis proposuit observanda: non ire in consilio impiorum, non stare in via peccatorum, non sedere in cathedra pestilentiæ. Quem utique ordinem e rebus naturalibus sumtum versiculis suprascriptis inseruit. Primum enim omnium in cogitatione & consilio hominum res versantur: tum deinde his quæ cogitatione & consilio decreta fuerint permanere & persistere homines solent. Prima ergo beatitudo cogitationi & consilio, si justa fuerint, datur. Ex quibus velut radicibus per actus corporis bonos fructus proferimus, quos scilicet radix cordis bona ac pia suggerit. Adulterium namque prius in animo concipitur impudici, cum libidine cor accensum impuras concupiscentias æstuat: tum deinde ipsa corruptio per actus corporis adimpletur. Unde & Dominus intrinsecus esse dicebat quæ coinquinant hominem. Quia ergo impietas proprie dicitur hoc quod in Deum peccatur, non accidat nobis ex infidelitate aliquando ambiguitatem aliquam recipere de Deo. Hoc est enim abire in consilio impiorum, si dicas in corde tuo: Putas Deus est qui singula quæque & singulos quosque dispensat? Poterit judicium & retributio unicuique secundum opera sua? Quare ergo justi egent, & peccatores abundant? Justi infirmi sunt, illi fortes? Justi ignobiles, illi vero potentes ac nobiles? Ne forte casu magis & fortuna volvuntur universa, & eventus sunt incerti, nescio qui, atque iniquis ac fortuitis motibus sors humana vexatur? Si talia cogites, si hæc in corde tuo conspicias, abiisti in consilio impiorum. Beatus ergo qui ambiguitatem in corde suo de Deo non concipit, qui non præsentibus tædiis ac molestiis vincitur, sed justitiam Dei in tempore futuræ examinationis exspectat; qui non de creatore omnium Deo opiniones habuit infideles. Sed & ille beatus dicitur *qui in via peccatorum non stetit*. Via namque hoc vitæ nostræ spatium dicitur, pro eo quod unusquisque mortalium ad certum finem & manifestum festinat ac tendit. Sicut enim ii qui in navibus dormiunt, etiamsi ipsi non sentiant, nave tamen ventis agitata perducuntur ad portum, & cursus eos ipse perducit ad finem: ita etiam nos cum tempus vitæ nostræ defluxerit, motibus quibusdam naturalibus constricti, & acti, ferimur ad proprium finem. Ut puta, dormis tu, & tempus præterit: vigilas & occupatus es mente, cogitationibusque distra-

A heris, & te nesciente tempus abit, & vita consumitur. Cursum ergo quemdam currimus omnes homines, & ad proprium finem unusquisque compellimur, & propterea omnes sumus in via. Cujus rei sensum hoc modo percipere possumus. Viator es in præsenti via, omnia præteris, omnia post tergum relinquis. Numquam vidisti in via opaca nemorum & amœna virentium, vel si qua alia sunt quibus pascitur & delectatur obtutus? Parum quid delectatus es, deinde pertransisti. Rursumque occurrerunt tibi saxa
B aspera, confragosæ convalles, abrupta præcipitia, scopuli pendentes; nonnumquam etiam occurrerunt bestiæ, serpentes, & alia nonnulla molesta oculis & aspera sensibus: parum quid contristatus es, deinde omnia reliquisti. Talis est vita nostra. Neque ea quæ grata sunt, neque ea quæ sunt tristia perseverant. Neque ergo via tua est, neque ea quæ in via sunt tua sunt. Inter eos qui iter agunt statim ut prior moverit pedem, posterior vestigiis ejus insistens, iisdem ipsis gressibus nititur: tum deinde & alius qui post
C ipsum est, eadem quæ prior molitur.

5. Intuere ergo nisi talia sunt & valde similia quæ habet hominum vita. Tu hodie tenes agrum, crastino tenebit alius. Vides possessiones nobiles, & potentes domos? quot jam singulæ ipsarum dominorum nomina commutarunt! Appellata est primo illius nomine, tum deinde transmutata est ad alium, & alterius nomine nuncupata est. Inde venit ad alium, & nunc illius dicitur. Nonne via est vita nostra? Et alium nunc, alium iterum nunc recipit possessorem, habentque
D singuli sequentes se invicem. *Beatus ergo est qui in via peccatorum non stetit*. Quid est autem quod dixit, *non stetit?* In prima ætate positi homines, neque in malitia sumus, neque in virtute consistimus, (utriusque enim expers est ætas talis & affectus): cum autem intellectus ratio in nobis cœperit adimpleri, tunc impletur illud quod scriptum est: *Cum autem venit mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum*. Rom. 7. 9. Tunc enim moriuntur cogitationes malæ, ex passionibus carnis atque animæ motibus generatæ. Re enim
E vera cum venerit mandatum, id est cum discretio atque intelligentia boni ac mali inesse cœperit cordi, si non obtinuerit tamen recta cogitatio, ac defoederit eam necarnalibus vitiis captivetur, cum adest quidem homini recte agendi facultas & ratio, nec agit tamen recte; tunc accidit ut peccatum reviviscat, moriatur autem anima, ex eo quod oppressa delictis inter mortuos nomeratur. Beatus ergo qui non stetit neque moratus est in via peccatorum, sed cogitatione meliore ad pietatis se convertit exercitia. Duæ enim sunt viæ invicem sibi contrariæ.

Una lata est & spatiosa: alia arcta est & angusta. Et hæ duæ viæ duos habent itineris duces, quorum uterque eos qui iter agunt certatim ut se sequantur provocat & instigat. Et illa quidem quæ lata est & spatiosa via, habet ducem dæmonem seductorem, spiritum pessimum, qui sequentes se per libidinem & luxuriam in perditionem præcipitat & in mortem. Illa vero quæ angusta est & ardua, ducem itineris habet angelum bonum, qui per laborem virtutis sequentes se perducit ad beatum & optimum finem. Donec ergo quis nostrum parvulus est & in præ- B senti vita mollia quæque sectatur & suavia, nullam futurorum providentiam gerit: cum autem jam vir fuerit effectus & mentis suæ sensu ad perfectum pervenerit intellectum, ipsum sibi ordinem vitæ mortalis invenit suggerentem, vel ea quæ ad virtutem, vel ea quæ ad libidinem pertinent. Et cum crebrius ad utraque oculum mentis suæ cœperit retorquere, præsto est ei discernere ac judicare de singulis. Continuo namque peccatorum vita, omnia quæ præsentis sæculi sunt, ostendit ei grata, & suggerit expetenda: ju- C storum autem vita sola ea esse bona quæ sunt futura decernit, & quanto magis bona ea esse & optima repromittit, tanto virtute ac labore præsentis vitæ expetenda ea esse persuadet. Illa vero fluxa & luxuriosa vita nihil futurum, nihil quod non videri ac teneri, imo vero quod gustari possit suggerit expetendum; præsentibus perfruendum potius quam de futuris persuadet esse pendendum. Æstuat igitur omnis anima cogitationibusque discerpitur, & nunc quidem cum de æternis cogitat, virtutem laboremque dili- D git & amplectitur; cum vero intuetur præsentia, libidinem cunctis quæ sperantur præfert, voluptatemque præponit. In his enim delicias carnis, in illis ejus interitum videt: hic ebrietatem, ibi sobrietatem prospicit atque jejunium: hic risu dissolvitur, ibi lacrymis affligitur: hic luxuriam, ibi orationes: hic delectationes, ibi gemitus: hic impudicitiam, ibi pervidet castitatem. Quoniam ergo id quod vere bonum est sola cogitatione concipi potest per fidem, re enim ipsa a nobis longe discretum est, & oculus id non vi- E dit, nec auris audivit; (peccati autem dulcedo præsto semper est & parata, atque affluenter semper suggerit copias suas,) beatus qui non poterit ejus illecebris decipi in perditionemque demergi, sed per laboris patientiam spem salutis exspectat. Beatus ergo qui cum ad initium vitii istius venerit, in viæ electione non fallitur, nec stat in ea via quæ ducit ad mortem, sed illa derelicta ac post tergum data, sequitur iter quod ducit ad vitam.

6. *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Putas istas dici cathedras in quibus corporali sessione requiescimus, & ex illo ligno in quo sedemus ad peccatum nobis præstatur occasio, ut debeamus cathedram vel sedile quod forte peccator quis præoccupaverit refugere, ne ibi quasi in cathedra pestilentiæ sedeamus? Aut illud magis putandum est quod cathedra dicitur hoc, cum judicio quodam animi & confirmato consilio residet quis in malis? Quod utique cavendum est, quoniam cum consilio & definitione sententiæ, velut de judicii cathedra, in peccatorum operibus permanemus. Tunc enim quasi stabilitate quadam & immobilitate animus roboratus, difficilem se præstat ad conversionem. Inveteratum namque vitium animæ, & malum diuturna meditatione ac longiturnitate temporis confirmatum vix aboleri umquam poterit ac depelli, velut in naturam quodam modo longa consuetudine usuque conversum. In primis igitur optandum est, si possibile est, ne contingere quidem malum. Secundum autem, ut ita dixerim, bonum est, post experimentum malæ contagionis velut venenatum quoddam vulnus effugere, secundum illud quod scriptum est apud Salomonem de muliere mala: *Noli*, inquit, *confirmare oculum tuum ad eam, sed resili ab ea, & noli immorari.* Prov. 9. 18. Nunc vero videmus quosdam in juventute quidem ad carnis vitia esse lapsos, & usque ad ipsam canitiem in malis suis permanere atque persistere. Sicut enim ii qui in voraginem cœni prolapsi, quocumque se visi fuerint convertere vel commovere, in eodem semper hæsitant luto: ita etiam isti libidinis suæ spurcitias omnibus suis motibus per dies singulos renovant. Beatum ergo est ne cogitare quidem malum. Si vero per surreptionem inimici suscepisti consilium malum vel impium, ne stes neque permaneas in peccato. Quod si & hoc acciderit, statim ne confirmeris & resideas in malo. Non ergo sedeas in cathedra pestilentiæ. Si intellexisti quid est cathedra quam sermo descripsit, id est quod perseveratur ac perduratur in malo: inquiramus etiam qui sint isti pestilentes quorum fugiendam esse cathedram suadet sermo divinus. Pestilentiam dicunt esse ii quibus nosse talia curæ est, cum morbus talis vel homines vel animalia obtinuerit, qui tradi ab uno in alterum & per omnes serpere soleat & extendi. Tales ergo quidam sunt operarii iniquitatis, qui cum alter alteri ægritudinis suæ tradiderint morbum, omnes simul ægrotant: simul etiam ac pariter pereunt. Aut non vides quomodo ii qui scortorum gratia fores obsident lupanarium, irrident castos & sobrios viros, cum ipsi inter se dedecorum suorum narrationes velut fortia gesta dinumerant, cum opera tenebrarum & turpitudinum dedecora velut virtutum suarum prædicant ornamenta?

A ta? Isti sunt pestilentes, qui mala sua docendo cæteros, communia omnium faciunt mala, cum ad imitationem illiciunt audientes, ad consortium malorum suorum plurimos associare nituntur; non aliter quam fragili stipulæ arentibusque virgultis ignis immissus, si forte etiam ventorum flatibus animetur, omnes pariter agros silvasque populatus absumit: ita peccati flamma ex uno in alterum succensa, & crebris narrationibus velut ventorum quibusdam flatibus verberata, insuper etiam malignorum spirituum nequioribus flabris & turbinibus concitata, B omnem pariter humani generis silvam depascitur & absumit. Quid enim aliud in aliis turpissimis luxuriosorum geritur officinis, cum adolescentes in unum coeunt, cum cœnæ symbola præparantur, cum narrationes obscenæ, cum potibus scorta miscentur? inter quos, si quis forte paulo modestior fuerit inventus vel pigrior ad peccatum, irridetur ab omnibus, & iners atque inutilis judicatur. Parva quæso est hujuscemodi pestilentia, aut exigua hujusmodi contagio vitiorum? Quid deinde si incipiat aliquis avaritiæ C morbos imitari, & omnes aviditatis vias atque aditus proculcare? Quid si ambitionis luem, honoris desideria, potentiæ cupiditatem, & singula hujusmodi? Quæ cum turpi vitio priores quique appetunt, exempla pessima cæteris præstant, & medullis ipsis humani generis morbum inferunt, urbes late populosque vastantem. Jam vero livoris & zeli æmulationem quæ non vel regalis aula congemuit, vel quis non militiæ gradus sensit? Quæ castra, quod forum, quæ urbs, quis non ordo deflevit? Cum factionibus D conjurationibusque insidiæ majoribus, inferioribus facinus propinatur. Sic in singulis quibusque sceleribus unus ex altero accensus, pestilentiæ contaminatione prosternirur, unde merito hnjusmodi homines dicendi sunt pestilentes. Ne ergo sedeas, inquit, in consilio talium hominum, ne consensus eorum expetas neve conventus, ne morbi eorum contagione macnleris, neque malorum consiliorum vel particeps vel arbiter fias. Sed quid agimus? Adhuc nobis in initiis sermo est, & jam modum excedimus E ejus brevitatis, quæ sufficere multitudini debeat; quoniam quidem & vos si plura dicantur, non facile omnia potestis memoriæ commendare, & nobis ministerium verbi pro ingenita corporis fragilitate nequaquam ad plura suppeditat, deficiente nobis voce, quamvis ea quæ dicta sunt in ipsa sui brevitate habere perfectionem aliquam videantur. Continent namque quomodo vel fugienda sint mala vel expetenda sint bona. Quæ utique Deo juvante, si a vobis & retineri memoria, & opere videamus impleri, etiam ad complendum quæ sunt reliqua in expositione provocabimur. Præstabit autem Deus & nobis eorum quæ dicta sunt mercedem, & vobis fructum ex his quæ audistis, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.

De eo quod Scriptum est: Attende tibi ne forte fiat in corde tuo sermo occultus iniquitas. Deut. 15.9.

1. Sermonis usum Deus nobis qui nos creavit indulsit, pro eo ut cordis occulta consilia invicem nobis verbi ministerio panderemus, & pro communi in alterutrum affectione naturæ unusquisque nostrum proximo suo velut ex arcanis quibusdam domiciliis consilii secreta depromeret. Si enim nuda tantummodo atque intecta anima viveremus, ex ipsis tantum mentis motibus atque intentionibus cogitationum ad alterutrum nosceremur. Verum quoniam vigor animæ velamine carnis operitur, ad indicanda atque in publicam faciem proferenda ea quæ in profundo cogitationibus vel sensibus commovemus, verbis ac nominibus & vocabulis indigemus. Cum igitur motus hic mentis nactus fuerit vocis significantiam, tum velut vehiculo quodam sermonis aeris ictu vectus, ad audientem a loquente transfertur. Et si quidem invenerit tranquillam quietamque audientiam, sicut in portu fidissimo ac tutissimo in auribus auditorum sermo reconditur: si vero velut fluctus quosdam & saxosa vada auditorum tumultus & murmur docentibus refragatur, in medio aeris spatio sermo transfretans naufragabit. Quamobrem præbete tranquillitatem per silentium verbo, fortassis enim aliquid poterit utilitatis afferre sermo veritatis, si tamen non auditoris ignavia dum minus intentus est animus, facile dilabatur. Talis namque natura ipsa verbi spiritu compaginante formata est, ut velox brevisque sit, & transcursu concita multa designet in paucis, ut per ipsam sui brevitatem tenacius a memoria reservetur. Hæc namque est natura emendati sermonis, ut neque obscnritate quæ dicuntur obfuscet; neque abundans ineptiis, vim rerum quæ indicantur faciat evanescere. Talis enimvero etiam hic est qui nobis nunc ex Moysi voluminibus recitatus est sermo, si tamen meministis vos quibus verbi divini attentior cura est, nisi forte pro brevitate sui paulo tardiores quosque transfugit auditus. Est autem sermo hic: *Attende tibi, ne forte fiat in te sermo absconsus in corde tuo iniquitas.* Deut. 15.9. Facile sumus ad delicta cogitationum nos homines: pro-

propter quod & qui finxit singillatim corda nostra, sciens quod non parum delictorum in his motibus admittitur qui fuerint ex proposito animi mentisque concepti, ante omnia puritatem & munditias cordis injungit ac præcipit. In quo enim proclivius vergimus ad peccatum, hanc nobis partem majore cautela diligentiaque communit. Sicut enim infirmiora quæque corporum membra peritior ac bene prudens medicus antequam ipse morbus immineat, studio præcurrente & diligentia cujusdam præcurationis antevenit: ita & communis omnium provisor & animarum medicus Deus, hoc quod maxime in nobis ad culpam lubricum prævidebat, circumdare tutioribus septis studuit, & circumvallare cautioribus munimentis. Nam ii actus qui ministerio corporis adimplentur, opus habent & tempore, & opportunitate, & labore, & adjutoriis, cæterisque hujuscemodi instrumentis: mentis vero motus & cogitationum lapsus absque tempore consummantur, sine labore complentur, omne tempus habent opportunum. Intuere namque mihi ambitiosum quempiam & ingenti supercilio honestatis elatum, imaginem quamdam continentiæ & sobrietatis habitu exteriore gestantem, in mediis quoque virorum laudabilium & sapientium residentem; hic subita cogitatione mentis percurrit & evolavit ad loca peccati, maligna desideria mente concepit, colloquia quoque intra se inhonesta finxit & turpia: totus in occulta mentis suæ officina universam sibimet libidinis imaginem deformavit, gestusque descripsit. Hic ignotum quidem omnibus peccatum & sine ullo teste commisit: sed arguetur ac revelabitur sine dubio per adventum ejus qui reserat occulta tenebrarum, & manifestat con-
1. Cor. 4. 5. silia cordium. *Observa ergo ne forte fiat in*
Matth. 5. 28. *corde tuo verbum occultum iniquitas. Qui enim aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*, propter quod corporis quidem actus possunt nonnullis obstaculis intervenientibus impediri: ubi autem mente delinquitur, quia facile est puncto cogitationis evagari, tam pernix adhærebit noxa delicti. Ubi ergo velox occasio peccati, ibi etiam celeris providetur cura remedii; & ideo protestatur dicens: *ne forte fiat in corde tuo verbum occultum iniquitas*. Sed jam ad ipsum potius verbi initium recurramus.

2. *Attende*, inquit, *tibi*. Singula quæque animalium a conditore omnium Deo ad defensionem & tutelam sui, occasiones quasdam proprias acceperunt, quibus saluti suæ cum necesse fuerit auxilium ferant: & invenias si diligenter intendas plurima quæque nullo docente adversum ea quæ sibi perniciem moliuntur, vel obniti vehementius, vel declinare callidius: & rursum naturali quodam impulsu, ad ea quæ expediunt ferri atque compelli. Propterea ergo etiam nobis eruditionis causa magnificum istud mandatum præcepit Deus, ut quod illis adest per naturam, id nobis ope verbi ac rationis addatur, & quod in mutis animalibus absque imperio efficitur, hoc nobis per præcepti diligentiam conquiratur: ut majore providentia conservemus ea quæ nobis divinitus indulta sentimus; fugientes quidem peccatum sicut muta animalia sponte sua fugiunt noxios & mortiferos cibos: sectemur vero justitiam sicut illa secundos & utiles pastus nullo cogente sectantur. *Attende* ergo *tibi* ut possis discernere ab utilibus noxia. Sed quoniam dupliciter est attendere, aliud quidem corporeis oculis intueri corporea, aliud vero intellectualis animæ virtutibus incorporea & spiritualia conspicari: in hoc loco si quidem de oculis carnalibus dictum esse sentiamus, continuo verbi sententia arguetur absurda. Quomodo enim quis semetipsum totum corporali oculo attendere poterit vel comprehendere? Quia primo neque semetipsum oculus considerare & intueri potest, neque vicina sibi & imminentia conspicari supercilia; sed neque in verticem capitis dirigit aciem suam, aut aliquo pacto propria terga conspiciet, nec aliquid omnino proprio videbit ex vultu: non latentia viscerum, non occulta venarum. Quod si ita est, impium videbitur dicere impossibilia esse Spiritus sancti mandata. Superest ergo ut ad mentis intuitum præcepti vigor atque intelligentia transferatur. *Attende* ergo *tibi*, id est undique teipsum circumspice: pervigiles gere ad custodiam tui oculos animæ. *In medio la-* Eccli. 9. 20.
queorum ingrederis, occulte tibi ab inimico tenduntur insidiæ, doli, machinæ, pedicæ ubique defossæ. Circumspice ergo omnia, & cauta intentione considera, ut effugias sicut damula ex laqueis, & sicut aves ex retibus. Nam & damula non incurrit laqueum, Prov. 6. 5.
pro eo quod visum dicitur acutissimum gerere, unde & nominis sui etymologiam servat in græcis: avis vero auxilio usa pennarum cum voluerit effugere dolos retis, altiora aeris itinera secat. Vide ergo tu ne forte deterior mutis animalibus ad cautelam tuæ salutis existas: ne forte laqueis irretitus venatio 2. Tim. 2. 26.
& captura diaboli fias, captus ab eo secundum illius voluntatem.

3. *Attende* ergo *tibi*, id est neque tuis neque his quæ circa te sunt, sed tibi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud quæ nostra sunt, aliud quæ circa nos sunt. Nos namque sumus anima & mens, secundum quam ad imaginem ejus qui nos creavit facti sumus: nostrum vero est corpus & corporalis sensus: circa nos autem sunt mundana substan-

stantia, vivendi artes, cæteraque usus instrumenta mortalium. Quid igitur præcepit sermo? Ne attendas, inquit, carni, neque ea quæ carnis bona videntur, studio impensiore secteris: id est sanitatem corporis, decorem cultumque vultus, voluptatem carnis atque delicias: neque vitæ longioris vota suspires, non divitias sæculi, non ambitionis gloriam; non potentiam caducæ felicitatis mireris, & nihil omnino quod ad præsentis vitæ ministerium pertinet, magnum æstimes & appetendum: ut dum in sollicitudinis tuæ intentione raptaris, illa quæ vere magna sunt, & in qoibus vere vita est negligas: sed attende tibi, id est animæ tuæ. Hanc excole, huic omnibus curis, omnibusque studiis consule: ita ut omnem maculam quæ in eam forte nequitiæ vitiis obrepsit abluas & exporges intentione meliorum: exornes vero eam & excolas omnibus virtutis pietatisque monilibus. Quoniam quidem corpus tuum mortale est, anima vero immortalis, & duplex quædam est vita nostra. Una quidem carni huic familiaris, & cito cum ea deficiens: alia vero animæ cognata, nec ullo fine aut circumscriptione claudenda. Attende ergo tibi, & non mortalibus & caducis, velut perpetuis incumbas & æternis: neve rursum quæ æterna sunt tamquam caduca & transeuntia negligas atque contemnas. Contemne potius & despice carnem tuam: pertransit enim. Adhibe diligentiam & studium animæ: immortalis est enim. Intuere igitur & attende cum omni cautela tibiipsi, ut scias distribuere unicuiqoe parti quod convenit: carni quidem victum & vestitum, animæ vero doctrinam pietatis, conversationem severam & gravem, exercitium virtutis, emendationemque vitiorum: non pinguedini corporis deservire: neque circa carnis lætitiam cursitare. Quoniam quidem *caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: & hæc sibi invicem adversantur*, (Gal. 5. 17.) vide ne forte tu in hujus belli congressione manus accommodans carni, & auxilia ei quam plurima subministraus, potentiam ejus adversus spiritum erigas, & meliorem tui partem deteriori facias esse subjectam. Sicut enim stateræ momentum si in unam partem depresseris, leviorem sine dubio alteram facies: ita in hoc animæ & corporis jugo, cum in unam partem propensior exstiteris, clara erit alterius & manifesta diminutio. Quis enim dubitat cum corpus luxuria fluitat carnibusque distenditur, ignavum & obtusum effici mentis vigorem? Si vero anima florentioribus virtutis exercitiis imbuatur, & meditatione meliorum ad culmen propriæ magnitudinis erigatur, satiscere corporis statum, & commoda infirmitate marcescere facit. Et hoc indicans beatus Apostolus dice-

A bat: *Nam si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renovatur de die in diem.* (2. Cor. 4. 16)

4. Hoc ergo idem præceptum & infirmioribus utile est, & robustioribus commodum. Nam & in infirmitatibus medici ægris præcipere solent, ut sibi attendant, & nihil omnino contemnant quod ad medelam possit adhiberi. Similiter ergo & medicus animarum nostrarum sermo divinus, animæ ex peccatorum acerbitate languenti, magnifice brevissimi hujus præcepti succurrit auxilio, dicens: *Attende tibi*, id est, ut si quando forte B deliqueris, secundum magnitudinem delicti etiam remedii & emendationis cura pensetur. Grande alicui peccatum & grave commissum est, grandi sine dubio confessione indiget pœnitentiæ, multis & amaris lacrymis, intentis pernoctatisque vigiliis, jugibus continuatisque jejuniis. Si leve est delictum, & par commissi sit similis pœnitentia. Tantum attende tibi, ut intelligas & agnoscas & sanitatem animæ & languorem. Multi enim dum sibi non attendunt, ægritudines graves & insanabiles pati se nesciunt, & ne C hi quidem ipsi sentiunt quod ægrotant. Propter quod magna est præcepti hujus utilitas, per quod & ægris cura suggeritur, & sanis perfectionis demonstratur integritas. Unusquisque autem nostrum qui in discipulatum nos verbi Dei mancipavimus, unius alicojus operis ministerium gerit eorum quæ in Evangelio præcepta sunt. In magna enim domo, in hac Ecclesia dico, non sunt tantummodo vasa diversa aurea & argentea, (2. Tim. 2. 20.) vel lignea & fictilia, sed & artificia quam plurima & diversa. Habet namque domus (1. Tim. 3. 15.) D Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, venatores vel captores; habet viatores, habet architectonas, structores, agricolas, pastores, athletas, milites, quibus omnibus commode satis aptabitur brevissimi hujus mandati vigor, ut unicuique & operis diligentiam tribuat, & propositi ac mentis desideria atque incitamenta commoveat. Venator es, & ad capturam a Domino destinatus, qui dixit: *Ecce ego mittam multos venatores, & capient eos supra omnem montem?* (Jerem. 16. 16.) attende ergo tibi diligenter, necubi te venatio Domini E effugiat, & evadat, quominus verbo veritatis capias & offeras Domino ad salutem, eos qui erroribus decepti nequitiæ, feri ac palabundi per aspera quæque peccatorum & devia pervagantur. Viator es, talis qualis ille qui orat ad Dominum: *Dirige gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea?* (Ps. 118. 133.) attende tibi, ne forte erres a via, ne declines in dexteram neque in finistram, sed via recta, via regali incede. Architectus es? attende tibi ut fundamentum fidei quod est Christus Jesus, cum omni diligentia jacias & cautela. Structor es? vide quomodo ædi- (1. Cor. 3. 10.)

fi-

fices; ne ligna & fenum, ne stipulam vel pa- A leas, sed argentum & aurum & lapides strue pretiosos. Pastor es? attende tibi, ne quid te prætereat eorum quæ ad pastoris studium ac diligentiam pertinent. Si autem quæ sint ista perquiris, ausculta. Quod erravit converte & revoca, quod attritum est colliga, quod ægrum est sana. Agricola es? attende tibi, ut diligenter circumfodias infructuosam ficum, & adhibeas stercoris squalorem, & totum facias quidquid spectat ad fructuosum eventum. Miles es? attende tibi, uti ne militans Deo implices te negotiis sæcula- B

2. Tim. 1. 8. 1. Tim. 1. 18. ribus, ut placeas ei qui te probavit: sed *collabora evangelio*, *ut milites in illis bonam militiam*, dimicans adversus spiritus nequitiæ & adversus principes & potestates, adversus mundi hujus rectores tenebrarum. Tum

Ephes. 6. 16. deinde etiam adversus vitia carnis assume scutum fidei, & omnia arma spiritus, quibus indutus possis resistere adversus ignita ja-

2 Tim. 2. 5. cula diaboli. Athleta es? attende tibi, ne quid adversus leges athleticas geras, quia nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit. Imitare Paulum, qui sic currit ut compre- C hendat, & sic luctatur non quasi aera verberans, sed macerat corpus suum & servituti subjicit, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inveniatur. Evigila ergo & tu, & indefinentem oculum ad considerandas adversarii astutias gere. Si curris, sic curre ut comprehendas, ea quæ retro sunt obliviscens, & ad ea quæ in ante sunt extendens. Si colluctaris, adversus invisibiles adversarios pugna. Talem te esse vult hujus præcepti sententia, nihil remissum, nihil somno & ignavia præpeditum, sed sollicite & vigilanter D cuncta circumspectantem: prudentem te esse vult in consiliis, in actibus strenuum. *Attende* ergo *tibi*.

5. Deficiet me tempus singulis quibusque quæ in opus evangelii producenda edocentur, hujus præcepti virtute. Attende tibi, ut vigiles ad omnia, ut nihil te in consiliis prætereat; observare præsentia, futura prospicere, quæ in manibus sunt commode dispensare, quæ sperantur fideliter exspectare; ne forte præsentibus jactanter te & inaniter perfrui putes, sicut nonnulli leves & instabiles juvenes vana cogitatione mentis inflati, si quando forte per silentium temporis & nocturnam quietem, falsis imaginibus per cogitationem mente conceptis, describunt sibimetipsis excelsas dignitates, præclara conjugia, liberorum felicitatem, prolixam senectutem, obsequia subjectorum, clientium famulatus, & cum in re nihil sit, vanæ cogitationis tumore supra omnes homines efferuntur: ingentes domos intra momentum struunt, eas subitis & mente sola conspectis facultatibus replent, immensa terrarum spatia & agros uberes occupant, & tanta possessionum jura defendunt, quantum nutus vagæ mentis incluserit; sed & fructum earum structis latius horreis vanitatis recondunt. Addunt nihilominus greges, armenta, servitia, magistratus, regna etiam ipsa & imperii fastigia alta præsumunt; gerunt bella, movent classica, trophæa statuunt, ducunt triumphos, & per totius regni curas inani sollicitudine debacchantur: ita ut in manibus tenere omnia, & nusquam comparentibus tamquam præsentibus se perfrui arbitrentur. Proprius est iste languor otiosæ & desidis animæ, videre somnia vigilantem. Quam dissolutionem mentis & inflammationem cordis & cogitationum præsecans & restringens sermo divinus, saluberrimi præcepti hujus auctoritate succurrit, dicens: *Attende tibi*, id est, ne ea quæ nusquam sunt cogites, sed ut præsentia & quæ palam sunt diligenter expedias. Arbitror autem etiam illud vitium resecare volens legislator, mandati hujus adjutorium protulit, quoniam facile est unicuique curiosius aliena perquirere, quam proprie & domestica procurare. Ne ergo hoc accidat, desine, inquit, mala aliena discutere; desine de aliorum actibus tua parstrepere & concelebrare convivia; desine poculis tuis aliena probra miscere, & inter epulas tuas alterius vitæ innocentiam lacerare. Noli ergo attendere alienis languoribus, sed attende tibiipsi: hoc est, ad perscrutationem tui converte oculos animæ tuæ, quia multi secundum verbum Domini Matth. 7. 3. festucam in oculo fratris vident, trabem vero quæ in suo oculo est non considerant. Tu ergo numquam cesses temetipsum perscrutari; si vita tua secundum normam dirigitur mandatorum, si conversatio tua omni culpa vacat. Attende ergo & circumspice teipsum; non eorum qui extra te sunt culpas & peccata dinumeres, nec sollicite disquiras sicubi maculæ aliquid in proximo reperias, secundum Pharisæum illum tumidum & jactantem, qui stabat seipsum justificans, & exprobrans ac despiciens Publicanum: sed teipsum discutere ac judicare non cesses; ne quid in cogitatione deliqueris, ne quid sis E prolapsus in lingua, dum incauta loquacitate prævenit & præcurrit sermo consilium; ne quid etiam in actibus tuis & manuum opere commiseris, quod vel avaritiæ, vel iræ, vel libidini ministratum sit. Si hæc intra temetipsum semper discutias & inquiras, multa invenies quæ intra te debeas emendare, pro quibus debeas pœnitudinem gerere. Et tamquam homo si quid tale repereris, dic sicut Publicanus ille dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori*. Luc. 18. 13. Attende ergo tibiipsi. Hic tibi sermo etiamsi in rebus prosperis degas, & omnis tibi vita secunda felicitate succe-

succedat, utilis semper & necessarius apparebit tamquam bonus & fidelis consiliarius, commonitiones vitæ suggerens melioris. Si vero adversis & tristibus urgearis, & hæc tibi in tempore necessitatis commonitio suggeratur, maximum illico remediorum solatium dabit, ut neque in prosperis arrogantius extollaris, neque in adversis mollius & remissius resolvaris. Divitiis flores & polles, & illustrium proavorum consulatibus intumescis? patriæ parentum nobilitate te jactas? pulchritudine corporis erigeris & decore? honoribus extolleris, & assectarum fulciris obsequiis? tum maxime attende tibiipsi, & memento quia mortalis es, & quia *terra es*, *& in terram ibis*, & quia potest & ad te dici: Luc. 12.20. *Stulte hac nocte auferent abs te animam tuam, & quæ præparasti cujus erunt?* Intuere eos qui ante te similis potentiæ dignitatibus effulserunt. Ubi sunt? quid agunt? ubi fasces eorum? ubi magistratus? ubi diversarum infusæ dignitatum? ubi denique eloquentissimi rhetores, & vehementissimi oratores? ubi qui crebros conventus orationum suarum favoribus concelebrabant? ubi popularis aura? ubi exquisita equorum præparata certamina? ubi denique satrapæ? ubi reges? ubi tyranni? Nonne omnia pulvis & cinis est? Nonne omnia antiquæ fabulæ, superfluaque narratio est? Nonne in perexiguis ossibus angustæ vasculo urnæ conclusis, omnis memoria eorum continetur? Denique intuere & inspice eorum sepulcra, si potueris discernere quis ibi servus quisve sit Dominus, quis pauper quisve dives. Discerne ibi si potes plebeium a rege, virum fortem ab imbecilli, decorum ab informi. Si ergo horum omnium memor fueris, nulla tibi orietur elationis occasio, sed semper memor eris tui, si præcepti memor attenderis tibi.

6. Quod si ignobilis es & obscuro loco natus, pauper ex pauperibus procreatus, non domo gaudens, non patria, invalidus viribus, quotidiano quoque indigens sumtu, vivens sub potentum colaphis, cum timore omnibus ac tremore subjectus, cunctisque humilitate paupertatis expositus, sicut ait, Prov. 13.8. *pauper non suffert minas*; non ergo in temetipsum despicias & desperes, neque quia nihil tibi in præsenti vita magnificum præsto est, omnem tibi abscindas & amputes spem bonorum; sed revoca animos tuos ad ea quæ jam tibi bona indulgentia divina concessit, & ad ea nihilominus erige mentem tuam, quæ futura in posterum repromisit. Considera ergo primo omnium quod homo es, id est solum in terris animal ipsis divinis manibus formatum. Nonne sufficeret hoc solum recte & integre sapienti ad magnum summumque solatium, quod ipsius Dei manibus qui omnia reliqua præcepti solius fecit au-

A ctoritate subsistere, homo fictus es & formatus? Tum deinde quod cum ad imaginem creatoris & similitudinem sis, potes sponte etiam ad Angelorum dignitatem culmenque remeare. Animam namque accepisti intellectualem, & rationalem, per quam Deum possis agnoscere, & naturam rerum conspicabili rationis intelligentia contemplari: sapientiæ dulcissimis fructibus perfrui præsto est. Tibi omne cedit animantium genus, quæ per convexa montium vel prærupta rupium aut opaca silvarum feruntur; om-

B ne quod vel aquis tegitur, vel præpetibus pennis in aera suspenditur. Omne, inquam, quod hujus mundi est, servitio & subjectioni tuæ liberalis munificentia conditoris indulsit. Nonne tu, sensu tibi rationabili suggerente, diversitates artium reperisti? Nonne tu urbes condere, omnemque earum reliquum usum pernecessarium viventibus invenisti? Nonne tibi per rationem quæ in te est mare pervium fit? terra, flumina fontesque tuis vel usibus vel voluptatibus famulantur. Nonne aer hic & cælum ipsum atque

C omnes stellarum chori vitæ mortalium ministerio cursus suos atque ordines servant? Quid ergo deficis animo & deesse tibi aliquid putas, si non tibi equus producitur phaleris exornatus, & spumanti ore frena mandens argentea? Sed sol tibi producitur, veloci rapidoque cursu ardentes tibi faces caloris simul ac luminis portans. Non habes aureos & argenteos discos: sed habes lunæ discum purissimo & blandissimo splendore radiantem. Non ascendis currum, nec rotarum lapsibus veheris: sed habes pedum tuorum

D vehiculum tecum natum. Quid ergo beatos censes eos qui aurum quidem possident, alienis autem pedibus indigent ad necessarios commeatus? Non recubas eburneis thoris: sed adjacent fecundi cespites viridantes & herbidi thori, florum varietate melius quam fucatis coloribus Tyrii muricis picti, in quibus dulces & salubres somni nullis curarum morsibus effugantur. Non te contegunt aurata laquearia; sed cælum te contegit ineffabili fulgore stellarum depictum. Hæc quidem quantum ac communem humanitatis

E attinet vitam; accipe vero majora. Propter Heb. 2.4. te Deus in hominibus, Spiritus sancti distributio, mortis ablatio, resurrectionis spes. Propter te divina præcepta hominibus delata, quæ te perfectam doceant vitam, & iter tuum ad Deum per mandatorum tramitem dirigant. Tibi panduntur regna cælorum, tibi coronæ justitiæ præparantur: si tamen labores & ærumnas pro justitia ferre non refugis.

7. Et si attendas tibi, horum plura invenies & majora, nec deficies animo ad ærumnarum præsentium tolerantiam, dum ad futura

rura

tura præcepti hujus eruditione ſuſtolleris. A Sed ne illa quidem parte te incommonitum prætereo. Si quando te, id eſt mentem tuam, iracundia exaſperat, & ſtimulis immorantis ægritudinis intumeſcis, cum rabidus dentium ſtridor, genarum pallor, tremor labiorum, cum totus denique ferinos motus agis, ſi attendas tibi, id eſt ſi recorderis præcepti, iracundiam quidem velut equum indomitum & ferocem, divini ſermonis ictum verberibus continuo coercebis: linguam vero protinus ab inſolentia refrenabis, & manus nequaquam ad ultionem irritantis ex- B tendes. Si quando vero obſcenæ concupiſcentiæ illecebroſis animam ſuggeſtionibus vexant, & præcipitem eam in luxum libidinis rapiunt, ſi attendas tibi, & recorderis hujus præcepti, invenies quia præſens iſta dulcedo libidinis ad finem amariſſimum vergit, & iſte qui nunc carni noſtræ incubat luxus, generabit ex ſe pervigilem ſuppliciorum vermem perpetua ultione conſcientiam fodientem. Sed & calor iſte deſiderii carnalis fervorque libidinis temporalis, æternos gehennæ ignes & ultricium flammarum perpe- C tua promulgabit incendia. His cogitationibus mente conceptis, libido quidem penitus effugata diſcedet, admiranda vero quædam quies & tranquillitas animæ reparabitur: velut ſi inverecundarum protervarumque tumultus ac ſtrepitus famularum per adventum & præſentiam gravis ac verecundæ dominæ comprimatur. *Attende* igitur *tibi*, & intellige quod animæ tuæ pars quidem melior rationalis eſt: pars vero irrationalis & paſſibilis. Et illi quidem parti meliori naturaliter præſto eſt imperare: huic vero ineſt D famulari & obedire rationi. *Attende* ergo *tibi*, ne forte patiaris vinctam & dedititiam tradi irrationabilibus paſſionibus rationabilem mentem, neque indulgeas adverſum virtutem rationis vitia inſoleſcere, & ſummam regni in ſua jura ditionemque convertere. Si ergo horum ſingula quæque diligenti examinatione conſideres, ſatis ſuperque ſufficient itineris vitæ tuæ rectum tibi tramitem demonſtrare, qui te abſque errore ullo uſque ad ipſa cæli regna perducat. Denique ſi attendas tibi, non requiris ut ex univerſæ E creaturæ contemplatione conditorem ejus agnoſcas; ſed in temetipſo velut in quodam parvo ac minori mundo deprehendas creatoris tui ſapientiam. Incorporeum namque & incomprehenſibilem intelligis Deum, ex ipſa anima quæ in te immortalis eſt; quoniam quidem neque tua mens principaliter in loco aliquo continetur, ſed tantum ex conſortio corporis invenitur in loco. Inviſibilem eſſe Deum credes animæ tuæ ſubſtantia contemplata, quia ne ipſa quidem poteſt carnalibus oculis intueri. Neque enim color ei ullus aut habitus eſt, vel forma ei aliqua corporeæ deſcriptionis exprimitur; ſed ex virtutibus tantum innoteſcit, atque in operationibus. Et ideo neque in Deo requiras oculorum viſum, ſed ſola mente ac fide ad eum converſus, intellectualem de eo ſenſum atque intelligentiam conſpice. Admirare quoque opificis ſapientiam, quomodo animæ tuæ virtutem conſortio corporis modulatus eſt; ita ut per omnes ejus partes infuſa duceretur, & quam plurimum inter ſe membra diſtantia ad unam conſonantiam concordiamque conſtringeret. Intuere ergo & attende quæ ſit iſta virtus animæ quæ ab ea traditur corpori, membriſque diffunditur, quive rurſum ſit qui a carne ad animam redit ac redundat affectus; vel quomodo vitam quidem ſuſcipit corpus ab anima, recipit vero anima dolores mœroreſque de corpore. Require quæ ſint ejus receptacula memoriæ, qui eruditionis literarumque theſauri; quomodo non obliterantur ea quæ prima didicimus, additamentis novorum augmentiſque recentium: ſed manet uniuſcujuſque diſciplinæ inconfuſa diſtinctio, velut æreis quibuſdam tabulis cordis & libris mentis inciſa: quomodo anima cum ad carnis vitia dilabitur & declinat, propriæ virtutis perdit decorem, & quomodo rurſum dedecore abjecto nequitiæ, & virtutis inſtitutionibus expurgata, ad creatoris imaginem ac ſimilitudinem reformatur.

8. Attende ſi videtur, poſt hanc animæ conſiderationem, quid etiam ratio in ſe naturæ corporeæ generat, & admirare quam dignum rationabili animæ admirandus opifex conſtruxit hoſpitium. Rectum inter omnes animantes finxit ſolum corpus humanum, ut ex ipſo habitu videas & cognoſcas, quia ſupernorum tibi eſt cæleſtiumque cognatio. Omnia namque quadrupedia prona & ventri obedientia ficta ſunt: homini vero intuitus erectus ad cælum datus eſt, ut non ventrem ſpectet, neque infra ventrem poſitis vitiis vacet, ſed omnem habeat impetum vel conatum ad ſuperioris viæ curſum. Nam idcirco etiam caput in ſummo culmine totius humanæ fabricę ſitum eſt, & in ipſo quod præclarius eſt in homine ſenſus iſti corporei inſtituti ſunt; id eſt viſus, auditus, guſtus & odoratus, qui omnes vicini & pene ſibi cohærentes, brevibus tamen diremti ſpatiis, in nullo ſuis uſibus invicem officiiſque præpediunt vel obſiſtunt. Oculi quidem excelſiores, ſpeculæ ſortiti ſunt locum, ut parva ſuperciliorum prominentia ſuperaddita in rectum tendetetur obtutus, & univerſorum conſideratio facilior eis & moderatior fieret. Aures vero quibuſdam inæqualibus anfractibus adapertæ, icti aeris ſonum diſtincta modulatione ſuſcipiunt. Opus etiam hoc miræ

&

& inæstimabilis sapientiæ Dei, ut vocem quidem extrinsecus nullo vetante suscipiant, quin immo & dum per inflexos anfractus ducitur, magis sonora reddatur: nihil tamen aliud extrinsecus incidere inflexionum ipsa objectacula patiantur, quod impedire possit auditum. Jam vero si linguæ intueris naturam, quomodo quidem mollis est, & motu perfacilis, ita ut ad omnem verbi usum quamlibet variis & diversis motibus absque ullius rigoris difficultate deserviat; sed & dentium murus simul & vocis organo ministerium præbens, dum linguæ ipsi validissima exhibet circumvallationis obstacula, simul & cibis ministret molendo per alios, per alios incidendo. Et ita per hæc omnia cogitationem tuam trahens, competenter ac pie considera. Illud quoque quod aeris spiritum pulmone revocamus, calorem corde servamus: digestionis membra perpende, sanguinis per venas meatus. Ex his omnibus investigabilem Dei sapientiam cernens, tu quoque cum Propheta stupens & admirans exclama: *Admirabilis facta est scientia tua ex me. Attende* ergo *tibi*, ut possis attendere Deo.

HOMILIA III.

Luc. 12.16. *De eo quod scriptum est in Evangelio*, Cujusdam divitis fructus uberes ager attulit, &c.

1. Duplex est tentationum species. Aut enim tribulatio cor vexat humanum, & sicut aurum in camino per patientiam probatur unusquisque & agnoscitur: aut interdum etiam ipsa vitæ prosperitas ad tentationem cedit hominibus. Similis namque ejusdemque ignaviæ est in adversis humilem ac miserabilem fieri, & prosperis insolentem efferri. Exemplum sane quod non debemus animo dejici in adversis, habemus magnificum Job, inclinari in tristibus penitus nescientem; qui omnem diaboli violentiam velut torrentis cujusdam adversum se turbinem venientem, immobili corde & inconcussa mentis vivacitate suscepit; tanto clarior ex tentationibus factus, quanto difficiliora & periculosiora ei sunt ab inimico intenta certamina. Exempla vero eorum qui per secundos vitæ successus prosperitatesque tentantur, multa quidem habemus & alia; non minus tamen ejus qui de Evangelio recitatus est divitis, qui alias quidem premebat reconditas divitias, alias inani spei inaniter præsumebat, dum benignitas Dei aviditatis ejus intemperantiam non statim ab initio nec continuo, ut pullulare cœperat, punit; quin immo & reconditas divitias novis

A nihilominus & adventitiis opibus cumulat, si forte eum aliquando nimietate ipsa satiatum ad sensum & intelligentiam humanitatis adduceret, animumque ejus per abundantiam suaderet aliquid de indigentibus cogitare. Sed videamus quid de eo sermo dicit divinus. *Hominis*, inquit, *cujusdam divitis fructus uberes ager attulit, & cogitabat apud semetipsum, dicens: Quid faciam? Destruam horrea mea, & majora reædificabo.* Dicis forte: Cur ager hominis qui nihil boni operatur, sic uberes attulit fructus? Ut magis Luc. 12.16.

B magisque Dei patientia nosceretur, dum ad hujuscemodi homines beneficia suæ benignitatis extendit. *Pluit enim super justos & injustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos.* Verum talis illa benignitas Dei, sicut per nimiam patientiam facultatem conversionis & emendationis misericorditer impertitur gratis, sic majora & graviora supplicia coacervat ingratis. Largitus ergo est Dominus imbres uberes agris hominis avari, solem præstitit ad nutriendas segetes, multiplicandasque fruges, ut acervos divitis au- Matth. 5.45.

C geret in omnibus moderata temperies. Igitur quæ a Deo præbentur etiam ingratis, ista sunt, terræ fecunditas, aeris temperies, fructuum lætitia, boum subsidia, & omnia quibus anni proventus secundis successibus adimplentur: quæ vero ab homine procedunt, qualia quæso sint videamus. Animus angustus, & parum putans omne quod nascitur; cujus abundantiæ deesse semper aliquid computans, tum deinde in humanum propositum impertiendi cuiquam causam nullam idoneam ducens. Vides beneficiis divinis di-

D ves quam gratus existit? Communis hominis naturæ non meminit. Æquum non putat saltem ex superfluis suis aliquid impertiri, mandati memor, *nusquam non cesses benefacere indigenti*. Scriptum non legit nec recordatur præceptum esse, ut *fides & misericordia non deserant te*, & *confringe esurienti panem tuum*; & quæcumque vel a prophetis, vel a cæteris doctoribus quotidie prædicantur, dives nec videt, nec audit, nec intelligit, sed horrea quidem diruit, & majora reædificat, ac fructibus largioribus replet. Ava- ironice gratus. Prov. 3.27. & 3. secundum LXX. Esai. 58.7.

E ri tamen divitis cor & propositum non repletur. Semper enim studet cumulare vetera novellis, & augmentis præsentium superare præterita; & dum cumulis semper crescentibus solitos cupit vincere numeros conditorum, ad inextricabiles istos cogitationis exitus devolutus est, ut nec veteribus cederet, nec sufficeret novellis. Propterea ergo cassæ quidem ejus cogitationes, sollicitudo vero inutilis & inanis. *Quid*, inquit, *faciam?* Quis non talem misereatur? Quis non infelicitatem ejus doleat? angustatur ex abundantia, constringitur & coarctatur ex opu-

lentia. Infelix in præsentibus bonis, infelicior A in futuris. Et ut vides, ager ei non tam reditus largiores, quam gemitus attulit graviores. Terra ei non fructuum copiam, sed curarum molestiam germinavit; ita ut curis ac mœroribus stimulatus, egentibus & esurientibus similes perferat cruciatus. Denique & egeni vox ista est, *Quid faciam?* unde cibus, unde vestitus? eadem conqueritur & dives. *Quid faciam?* Ubi recondam? iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate torquetur. Vides divitem nec opimis copiis posse lætari, B sed mentem ejus absumit ac solvit affluentia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus, sentire non potest id sibi abundare quod aliis deest. Non enim Apostolicis commonitionibus accommodat aurem suam, ut discat ab eo abundantiæ suæ rationem cum dicit: *ut vestra abundantia fiat*, id est proficiat *ad aliorum inopiam*. [2. Cor. 8. 14.]

2. Et quidem mihi videtur talis hæc passio animæ similis esse his qui tantum gulæ indulgent, ut disrumpi magis nimio cibo eligant, quam alicui indulgere reliquias. Sed C recordare o homo quis est qui largitus est tibi teipsum: quis sis in memoriam revoca. Servus es Dei, & dispensatio tibi commissa est dominicæ facultatis. Recordare ergo quis est qui tibi injunxit officium dispensandi familiam suam. Quid est quod multis prælatus es? Non est utique sine causa quod tibi a bono & justo Deo officium tribuitur largiendi, & aliis necessitas imponitur indigendi. Dispensatorem te igitur conservorum tuorum ex dominicis facultatibus esse cognosce: nec æstimes quod omnia ventri & deliciis D tuis terra producat. Quæ in manibus habes commissa tibi magis quam concessa cognosce. Parvo tempore aliquantum super bis lætaris: & abuti eis voluptuosius delectaris. Cum vero hæc pariter cum vita nostra defluxerint, rationem dispensationis nostræ evocamur a Domino reddituri. Hic mihi paulisper indulge quisquis es, qui divitiarum dispensator es in hoc mundo; & te in illo terribili Dei judicio tribunali astantem, paululum quid vacans, si tamen vacare potes a divitiarum sollicitudinibus, intuere: cum E interrogari cœperis commissas tibi opes cum quibus indigentibus divisisti: quibus necessitatem patientibus subvenisti: quos de carceribus, de vinculis, de gladio, profusa pecunia liberasti: quibus pupillis pater, cui viduæ vir, castis provisionibus extitisti? Pecunia mea, fructus mei, quid apud te operis, quid utilitatis habuere? Tu ad hæc sine dubio respondebis: Omnia simul reposita & recondita claustris validissimis & signaculis tutissimis communivi: nulli quidquam tribui; quin immo & ad custodienda ea vigilias meas addidi, curas impendi, sollicitudines tribui. Sed stulto consiliario usus es temetipso. Deliberans enim ais: *Quid faciam?* Consequens utique erat, de talibus deliberantem dicere: Aperiam horrea mea, & replebo esurientes animas pauperum, patefaciam quæ recondita sunt, & invitabo indigentes ac relevabo afflictos. Imitabor beatum Joseph, & humanitatis voce proclamabo, *Si quis indiget panibus, veniat ad me*, [Gen. 47.] ut gratiam quam Dominus indulgentiori liberalitate largitus est, communem cum omnibus faciam: velut ex communibus ergo fontibus hauriat unusquisque quod sufficit. Sed tu nihil tale non solum proloqueris, verum ne cogitas quidem: quin immo hominibus quidem divina invides beneficia, tuam vero ipsius animam malignis consiliis crucias & affligis, & cogitas abundantiam Dei humanam facere penuriam. Aderant etiam qui animam repeterent, qui pignus hujus vitæ revocarent: & ille adhuc ad animam de opulentia loquebatur, & hac nocte auferendæ a se animæ dicebat: *Anima habes bona multa in annos multos: manduca & bibe, & epulare*. [Luc. 12. 19.] Sed vide dispensationem justi judicii Dei. Indulget ei prodere ac proferre omnia consilia sua, publicare sententiam suam, ut & ipse dignam tali mente ac voto condemnationis sententiam ferat. Quod utique propterea scriptum est, non tantum ut quid ille passus sit nosceremus: sed quomodo nos effugere debeamus ne similiter condemnemur.

3. Quod si difficile tibi putas, o homo, magnificentiam divinæ largitionis imitari, imitare terram. Si levare sursum oculos non potes, saltem ea quæ deorsum sunt & in pedibus intuere. Affer etiam tu fructum sicut terra: noli esse deterior insensibili elemento. Illa enim fructus quos affert non suis usibus vindicat, sed tuis ministrat obsequiis: tu vero fructus illius solus invadis, & tibi soli concludis. Quod si te in tantum aviditatis morbus adstringit, ut tua velis facere omnia: accipe & ad hoc salutare remedium. Beneficium largientis præbenti magis permanet quam suscipienti; nam misericordia quidem ad indigentem pervenit, gratia vero multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Esurienti dedisti panem, ille quidem pastus est & refectus: sed ad te redit quod dedisti cum fructibus & usuris. Quod si id difficile putas, considera frumentum quod seminatur in terra, si non ad seminantis potius quam ad suscipientis lucrum cedit. Ita etiam cibus dum tribuitur indigentibus, cum multo fenore divinæ gratiæ retribuetur in posterum. Sit ergo tibi finis agriculturæ hujus initium cælestium sationum. *Seminate* enim, inquit, *vobis ad justitiam*. [Osee 10. 12.]

Quid

Quid ergo affligaris? quid temetipsum excrucias, luto & lateribus concludens humanæ vitæ subsidia? Scriptum non legis: Prov. 22. 1. *Melius nomen bonum super divitias multas?* Si ergo & tu gloriam ex divitiis quæris, cognosce quia melius est mille filiorum quos per misericordiam filios acquisieris patrem vocari, quam mille aureorum dominum dici. Facultates namque relinquentur hic etiamsi nolumus: bonorum vero operum conscientia nobiscum pergit ad Dominnm. Et considera quanta tibi tunc erit gloria, cum te omnis populus qui ex promtuariis tuis pastus est & refectus, pro tribunali magni illius & justissimi judicis caterva constipante circumdabit, & pastorem te suum ac tutorem pium & misericordem patrem omni gratiarum voce testabitur. Quod si magistratus in theatris, mimis & athletis, & gladiatoribus, aliisque hujusmodi generibus hominum, totum patrimonium suum largitur ac prodigit, ut unius horæ favorem vulgi acquirat, nihil sibi ulterius profuturum, tu dubitas & cunctaris munificus esse in hujuscemodi largitionibus in quibus judex residet Dominus, faventium & acclamantium vulgus est angeli, ubi omnes qui a sæculo fuerunt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt, ubi laus & favor non simul cum die cessat, sed cum sæculis permanet, ubi corona tibi non auri, sed justitiæ dabitur: ubi non honorem unius urbis, sed cælorum regna mereberis? Et hæc omnia conquiruntur per misericordias pauperum, dispensationes indigentium, in quibus cibi corruptibilis pretio, incorruptibilem regni cælorum gloriam æternamque mercaris.

4. Veni ergo, si videtur, si horum quæ dicimus apud te fides vera est, divitias nostras consulte & utiliter disponamus, præparemus nova & præclarissima munera. Edamus primam candidam in vestitu & indumentis nudorum; secundam vero non minus nobilem, fessas & pereuntes fame animas reparemus. Circumeamus urbem & requiramus eos qui nec ad misericordiam quidem poscendam per debilitatem venire potuerunt, præstemus sumtum, quæcumque sunt necessaria largiamur. Nec te pigeat visitare ægrum, requirere clinicum. Memento quoniam & nos cum decumberemus in grabato nostro, cum essemus debiles, & non possemus ipsi per nos ire ad Deum, Deus ipse venit ad nos. Misit enim filium suum in similitudinem carnis peccati, qui nobis attulit cibum seipsum. Ipse est enim panis vitæ qui de cælo descendit, & dat vitam huic mundo. Et quo ore, quæso, qua impudentia panem de cælo accipientes, nos panem de terra non damus fratribus? Quod si adhuc nobis sufficit copia patrimonii, edamus etiam illam novissimam, sed non minus favorabilem editio-

A nem: eamus ad carceres, requiramus vinctos, humanis miseriis & angoribus condoleamus. In his enim omnibus tibi Christus occurrit, qui cum sit incomprehensibilis secundum deitatis naturam, invenietur tamen abs te per opera misericordiæ; ipse enim dixit, *quia esurivi & dedisti mihi manducare:* Matth. 25. 35. *sitivi, & dedisti mihi bibere: nudus fui, & vestisti me: æger fui, & in carcere, & venisti ad me.* Vides qualia munera præparat sermo divinus? Ibi histriones accipiunt, & gladiatores, & perit omne quod perditis datur: hic

B in istis esurientibus & sitientibus, nudis, ægris & vinctis, Christus se suscipi profitetur. Quid agis, o dives? quid cogitas? quid deliberas? Christo esuriente tu horrea tua claudis? immo nec claudis, sed minora destruis, & majora ædificas? Christo indigente vestitu, tuæ vestes a tineis consumuntur? Christo egente aurum quæris, aurum desideras, aurum recondis, omnia aurnm vides, aurum tibi & vigilanti cogitatio est, & somnia dormienti? Sicut enim ii qui per insaniam mente translati sunt, non jam res ipsas,

C sed passionis suę phantasias vident: ita etiam mens avari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat: gratius aurum intuetur quam solem videt, ipsa ejus oratio & supplicatio ad Deum aurum quærit; & vellet atque optaret ut omnia ei in anrum converterentur. Denique quod potest, frumentum in aurum vertere conatur, vinum in aurum mutat, lana ei aurum efficitur. Omnis fructus ejus, omne negotium, omne quod movetur, in aurum vertitur: interdum

D etiam usuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? nec satietas umquam, nec finis erit cupiditati. Nam interdum pueris gulæ nimium deditis, indulgemus desideratos cibos avidius sumere, ut nimietate ipsa satiati horrescant, & avertant se de reliquo ab hujuscemodi cupiditate. Avaritia tamen nihil tale patitur, sed quanto plus invenerit, tanto amplius quærit. Sed quid dicit Scriptura divina? *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Psal. 61. 11. Tu vero fluentes divitias obstruis & concludis, ut intra lacus

E tuos stagnantes etiam irruptiones operentur. Inde denique est quod nunc etiam horrea tua rumpunt & dejiciunt, paternis non contentæ claustris, & avitos terminos excedentes. Sed quid dicis? *Majora reædificabo.* At hoc satis incertum est. Quis tibi reædificandi tempus indulget? velocius enim tu dejiceris quam illa erigentur. Verum ille dives habeat vanæ & malignæ cogitationis finem dignum & terminum competentem.

5. Vos antem fratres, si mihi auscultatis, reserate aditus promptuariorum vestrorum, & largior divitiis vestris atque affluentior exi-

A exitus procuretur, quam dudum fuerat quæsitus ingressus: tamquam affluentissimus fluvius ad segetes rigandas multis derivationibus trahatur per omnem terram misericordiæ vestræ affluentia. Aut nescitis quia & puteorum aqua, si frequentius hauriatur, & salubrior efficitur & abundantior: quod si otiosa remanserit & immobilis, inutilior & corruptior fiet? Ita & pecunia si cesset & jaceat, inutilis erit; si moveatur & operetur, communem omnibus & utilitatem profert & fructum. Mete ergo uberes pecuniæ tuæ fructus, orationes dico pauperum intercessio- B nemque sanctorum, qui pro te officiorum tuorum memores, apud justum judicem Deum dignis operum tuorum allegationibus postulent. Caveamus exemplum divitis istius, qui dum præsentes divitias concludit, & de futuris sollicitudinem gerit, divitiis pariter abreptus & vita, pertrahitur ad tribunal horrificum, in quo accusatrix quidem ejus assistit ipsa illa quæ & totius vitæ ejus comes exstitit avaritia; defensor vero & intercessor nusquam ullus apparet: circumspectat namque sanctorum multitudinem divinis C tribunalibus assistentem, & intentis ac sollicitis oculis circumlustrat, si quem forte videat charum sibi & familiarem in hac vita obsequiis suis factum, nec usquam tamen ullum invenit. Nullus est qui dicat, Domine, dignus est cui ignoscas, dilexit enim gentem nostram, & Ecclesiam ipse ædificavit nobis. Nullæ viduæ quæ procidentes & flentes rogent per Petrum, ostendentes vestimenta sua, quæ eis largitus est dives. Nullus ergo miserebitur ejus qui non est miser-

Matth. 5. 7. tus. Scriptum est enim: *Beati misericordes*, D *quoniam ipsi misericordiam consequentur*: &

Luc. 6. 38. iterum, *Date & dabitur vobis, & qua mensura mensi fueritis eadem remetietur vobis*. Sed ne hoc fortassis adversus eum temere & immerito coacervare videamur, sermones ipsius percunctemur, & videamus cum ei fructus ager uberes attulisset, quid sentit. Facit saltem hoc, quod utique etiam avaro competebat? orat ne Deum & deprecatur, ut fructus ad maturitatem sine læsione perveniant, ne grando verberet, ne turbo vastet, ne procella subvertat; solent enim & E hæc frugibus sæpe maturis incidere? Nihil horum, sed destruere parat horrea, & majora reædificare.

6. Et ipse quidem in corde suo loquitur; sed qui videt in occulto intra se loquentem, audit in cælis; propterea & inde responsa redduntur. Quæ autem sunt quæ loquitur?

Luc. 12. 19. *Anima*, inquit, *habes bona multa*, *manduca*, *bibe*, *epulare*. Nonne, si dici potest, muti animalis vox ista est? Si enim suinam animam habuisset, quid ei aliud, quam man-

* *Al.* vana. ducandi & bibendi * bona imperare debuerat? Nunc autem totus animalis homo est & totus carneus, ut animam suam carnalibus & corruptibilibus escis æstimet esse pascendam, & ea quæ in secessum egeruntur animæ præparet ad utendum; cujus utique natura talis est, ut virtutibus alatur, ut verbo Dei saginetur, ut intellectibus piis & religiosis disciplinis, atque exercitiis excolatur. Si quid tale habes bonum, hæc bona ad animam defer. Verum tibi quoniam Deus venter est, & totus servus es carnis, audi dignam te appellationem, qua te non hominum quisquam, sed ipse Dominus appellat, ait enim: *Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua & quæ præparasti cujus erunt?* Luc. 12. 20. Ipsis illis æternis cruciatibus major est stultitiæ nota. Qui enim paulo post erat rapiendus e vita, quæ cogitat? *Destruam*, inquit, *horrea mea*. Cui ego respondeo, & recte quidem facis; nam vere destruere debes horrea iniquitatis, & ea quæ male ædificaveras manibus tuis ipse subvertere. Destrue promtuaria ex quibus nullus misericordiam consequutus est; dejice ac subrue mammonæ obscura & tetra domicilia. *Destruam*, inquit, *horrea mea*, *& majora reædificabo*. Quod si & ista repleveris, quid, quæso, facturus es? Iterum sine dubio destrues, & iterum reædificabis. Et quis finis hujus stulti laboris & vani? instanter ædificare & instantius destruere. Si vis ego ostendam tibi horrea jam parata: esurientium pauperum ventres; in ipsis tuos conclude thesauros. Tales enim tibi thesauri servabuntur in cælis, in quibus *neque tinea comedit*, *neque fures effodiunt &* Matth. 6. 20. *furantur*. Sed dicis, cum secunda horrea replevero, tunc dabo pauperibus. Longos tibi promittis annos, & satis lata vitæ spatia polliceris. Talis ista promissio non futuram continet humanitatem, sed præsentis misericordiæ dilationem. Quid enim nunc misericordiam fieri vetat? Frumenti copia est, tempus anni prosperum, esurientes præsto sunt flentes, nudi te circumstant gementes, vincti de carceribus & ægri de lectulis miserabili te & flebili lamentatione circumstrepunt. Tu misericordiam quid in crastinum differs, cum hodie crudelis & immisericors sias? Audi saltem sapientissimi consilium Salomonis: *Ne dicas*, inquit, *abi nunc*, *&* Prov. 3. 28. & 27. 1. *redi crastino*, *& dabo tibi*, *non enim scis quid pariat superventura dies*. Sed ne hujusmodi mandata suscipias, aures tibi obstruit avaritia. Num te oportebat gratias agere Deo, exultare ac lætari, quod non ipse mendicans alienas circuis fores, sed alii ante tuas januas sedent, a te misericordiam postulantes? Tu vero difficilis es ad præbendum, & contristaris ac declinas ne quis tibi paulo molestior cogente necessitate paupertatis exsistat; quasi non potuisset fieri ut esses unus ex his qui

ante

ante januam tuam fame perditi jacent. Et tu qoidem fatis digne: nam voto & mente ac propofito pauper es, & totius boni egenus. Cum enim ooo habeas charitatem, cum defit tibi homanitas, defit fides, defit fpes in Deo, com tibi defit mifericordia, quid te egeftuofius? quid te mendicius? Pars tua cum tineis & muribus horreorum tuorum roforibus erit. Qui utique fi talia non videres, fi non corrumpi ea cerneres & confumi, quis te perfuadere poffet aliquid inde largiri?

7. Sed dicis: Quid injuftum eft, fi cum aliena non invadam, propria diligentius fervo? O impudens dictum! Propria dicis? Quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detulifti? Quando hanc ingreffus es lucem, qoando de ventre matris exifti, qoibus, quæfo, facultatibus, quibufque fobfidiis ftipatus ingreffus es? Adventum tuum in hunc mundum difce ab Apoftolo Paulo dicente: *Nihil enim intulimus in hunc mundum, fed nec auferre quidem quid poffumus. Habentes autem victum & veftitum, his contenti fimus.* Terra communiter omnibus hominibus data eft: proprium nemo dicat, quod e communi plufquam fufficeret fumtum, & violenter obtentum eft. Verumtamen nudus ex ventre matris exifti, nudus fimiliter reverteris in terram. Et fi quidem terræ elementum putas fortuito fubftitiffe, impius es, qui ignoras cooditorem Deum. Si vero agnofcis beneficinm largitoris, gratns efto creatori, & require apud temetipfum rationem, cur plus tibi quam cæteris præftitit. Numquid iniquus eft Deus, ut nobis non æqualiter diftribuat vitæ fubfidia, ut tn quidem effes affluens & abuodans, aliis vero D deeffet & egerent? An idcirco magis quia & tibi voluit benignitatis fuæ documenta conferre, & aliom per virtutem patieotiæ coronare? Tu vero fufceptis Dei muneribus & in finum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, fi tam multorom vitæ fubfidia folus obtineas. Quis enim tam injuftus, tam *invidus, tam avarus, quam qui multorum alimenta foum non jam ufom, fed abundantiam & delicias facit? Neque enim majoris eft criminis habenti tollere, quam cum poffis & abundes indigentibus deoegare. Efurientium panis eft quem tu detines, nodorum veftimentum eft quod tu recludis, miferorum redemtio eft & abfolutio pecunia quam tu in terram defodis. Tantorum te ergo fcias invadere bona, quantis poffis præftare, fi velis.

* al. avidus.

8. Bona quidem funt, ais, verba, fed melius eft aurum. Nihil mirum, nam fi quis cum impudicis de podicitia loquatur, & fcorta vituperet & exprobret, ii animi quibus libido dominatur, ex ipfa commonitione ad impudicitiam multo acrius accendun-

A tur: fed tibi iterum ante faciem adducam ipfas futuri judicii Dei formas, ut intelligas quales tibi gemitus recondis. O quam multi pretii tibi in die judicii fermo ille videbitur, de quo fuperius diximus, qui ait: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis præparavit pater meus a conftitutione mundi. Efurivi enim, & dediftis mihi manducare: fitivi, & dediftis mihi bibere: nudus fui, & operuiftis me.* Qualis tibi rurfum horror, qualifque fudor, qualefve tenebræ fupervenient audienti coodemnationis illius feoten-

B tiam qua dicitur: *Difcedite a me maledicti in tenebras exteriores, quæ præparatæ funt diabolo & angelis ejus. Efurivi enim, & non dediftis mihi manducare: fitivi, & non dediftis mihi bibere: nudus fui, & non cooperuiftis me.* Neque enim in his verbis, is qui aliena invafit, arguitur; fed is qui noo communiter nfus eft his quæ haboit, condemnatur. Nos quidem quod utile credidimus, commonuimus. Si quis antem obedire vult divinis præceptis, oon ignorat quæ fit repromiffionum merces. Qui vero obedire non vult, & ne-

C gligit, manifefta eft ignis æterni comminatio, cujus opto vos ioexpertes effici & alienos, & effugere pœnas impiis repromiffas; facientes illud quod fcriptum eft, ut redemtio animarum veftrarum fint divitiæ veftræ, & ad præparata pergatis regna cæleftia, per eum qui vos vocavit Chriftum Jefum Dominum noftrum, cni gloria & imperium in fæcula fæculorum, Amen.

HOMILIA IV.

DE INVIDIA.

1. Bonus eft Deus, & dignis largitur quæ bona funt. Malus eft diabolus, & malitiam quam femel ipfe coocepit, hanc etiam hominibus docet: & ficut proprium eft boni Dei liberalitas & largitio, ita proprium eft diaboli livor & invidia. Et ideo obfervemus, fratres, vitii hujus incurfum, ne forte participes operum diaboli efficiamur, & pari cum eo fententia condemnemur. Si

E enim qui elatus eft, & fuperbus, in judicium & in laqueum incidit diaboli: quaoto magis invidus pœnam diaboli & fenteotiam non evadet? Nihil igitur humanæ animæ invidiæ malo perniciofius accidere poteft. Quod malum lædit quidem parum quid etiam eos in quos intenditur, gravius vero & perniciofius eos a quibus procedit, affligit. Sicut enim ærugo ferrum, ita invidia illam ipfam animam in qua eft, interimit & confumit; & ficut ajunt viperas dilacerato & exefo illo ipfo materno utero quo conceptæ funt nafci, ita & invidiæ natura illam ipfam ante omnes

qua

qua concepta est vel ex qua generatur, animam consumit & perdit. Tristitia namque & mœror quidam de prosperitatibus proximorum est invidiæ vitium; & ideo numquam deesse potest invido mœroris occasio. Si ager proximi opimis fructibus lætus sit, si abundet successionibus facultatum, si lætetur animo & prosperitatibus gaudeat, hæc omnia velut pabulum quoddam est & nutrimentum languoris invidiæ. Nec differt homine nudo eo qui potest telis undique incursantibus transfodi. Si virum fortem videat & robustum, unum istud vulnus est invidi. Decorum alium videt, & forma præcipuum, aliud istud lividi telum est. Virtute animi clarus est quis & prudentia cæteris eminens; sermonis quoque prolatione ac virtute magnificus: secat hoc quoque maxime invidum, & interna mente discruciat. Alius augescentibus divitiis suis consulte utitur, & censum sibi a Deo datum communem cum indigentibus facit, misericordia clarus efficitur, & in omnium laude humanitatis beneficus celebratur: omnia hæc cor invidi feriunt, & eo sævior est vis doloris, quo eum ne proferre quidem ac publicare potest: sed est quidem semper in gemitibus & mœrore ac mente confusus, & totus malo vitii grassantis absumitur, nec interrogatus tamen potest indicare languorem. Erubescit enim enuntiare in publicum quia tabescit invidia, quia amici bonis & successibus proximi ipse consumitur, quia fratris bona sua mala sunt. Hæc enim dicturus est sine dubio, si velit quæ vera sunt dicere. Verum quoniam erubescit horum aliquid confiteri, recondit & celat intrinsecus morbum ipsa ejus interna viscera consumentem. Neque ergo medicum languoris sui assumere, neque remedii aliquid invenire potest, cum præcipue omnes Scripturæ repletæ sint verbi divini medicamentorum, quibus possint ista curari.

2. Sed inde quidem remedium non requirit. Unum autem sibi solum remedium putat, si forte ei cui invidet infaustum aliquid accidat, si aliquis lapsus occurrat. Hoc tantummodo ad languoris sui remedium ducit, si eum qui paulo ante clarus ac beatus habebatur infelicem videat ac defectum: tunc jam & amicus efficitur, tunc & fletus suos sociat, tunc & lacrymas mutuatur, cum eum cui invidebat flentem viderit & lugentem. Et gaudere quidem cum gaudente non pertulit, nunc vero gaudio flet cum flente. Non enim humanitatis tamquam communes casus mortalium miseratur, nec ut abstergat animo prioris vitii maculam, sed ut graviorem lapso sensum doloris infligat. Si forte accidat filii orbitas, tunc amplius in defuncti laudibus commoratur, & mille præconiis magnificat puerum, ut vultu decorus, ut acer ingenio, ut ad omnia aptus & commodus; & laudat ipse defunctum, cujus viventis laudem ne ab aliquo quidem prolatam ferebat audire. Sed in hoc ipso cum laudat, si videat etiam alios vel similia vel etiam præstantiora sentire, continuo conversus morbum demonstrabit invidiæ. Miratur & laudat divitias, sed post ruinas, decorem vultus & corporis robur in languoris macie & tabo ægritudinis prædicat, & in omnibus inimicum se præsentium servat, amicum vero pereuntium.

3. Quid igitur hoc morbo tetrius? quid humanæ vitæ perniciosius? quid tam naturæ inicum? quid tam Deo ipsi adversum? Nec mirum, nam & ipsum malitiæ principem diabolum adversum humanum genus nihil aliud quam invidiæ morbus accendit. Per hanc namque stimulatus, etiam Deo ausus est repugnare. Etenim adversum Deum indignans pro his donis quæ homini concesserat, quoniam in ipsum Deum nihil poterat, homini quem diligebat perniciem mortemque molitus est. Eadem nihilominus etiam primus diaboli discipulus perpetravit, ab ipso & invidiæ vitium & homicidii opus edoctus, socia sibi & cognata crimina, quæ etiam sanctus Apostolus velut a se invicem indissociata simul pariterque commemorans, dicit: *Pleni invidia, homicidiis*. Quid ergo est quod in hac parte egit diabolus, ob honorem qui a Deo datus est homini, & continuo incensus invidia est, ut interimeret eum qui fuerat honoratus a Deo? Sine dubio ut ad eum redundaret injuria, qui præstiterat gratiam. Verum quoniam adversus Deum ipse pugnare non poterat, adversum fratrem pugnare hominem docuit. Fugiamus ergo fratres vitii hujus causam, quæ prima adversari Deo docuit, quæ parricidii exstitit mater, quæ naturæ jura confudit, quæ ignorantiam consanguinitatis invexit. Quid enim contristaris o homo, cum nihil mali perpessus sis? Quid impugnas eum qui tibi videtur in bonis degere, cum te in nullo defraudaverit? Quid si aliquid etiam tibi profuit, nihil videris aliud agere quam tuimetipsius bonis & utilitatibus invidere. Talis erat & Saul, qui beneficia David ad occasionem persecutionis ejus accepit. Primo quidem quod per spiritualem illam citharam divinitus modulatam, & plectro sancti Spiritus pulsam, ab incursione dæmonis liberatus est. Verum quid ad hæc beneficii memor rependit? Pro plectro salutifero, hastam mortiferam retorquet in David. Tum deinde belli discrimine simul & opprobrio liberatus, prostrato Golia cui nullus provocanti audebat occurrere, quoniam pro hoc mulierum exsultantium chori in hymnis triumphalibus ad eum qui fecerat fortiter,

ter, collocatæ salutis gratiam referentes dicebant, *Percussit David in decem millibus, & Saul in millibus*, pro hac sola voce quæ ex ipsa veritate processerat, ad insidias & interitum ejus qui salutem patriæ contulerat, incitatur. Et cum eum profugum atque extorrem finibus patriis fecisset ac sedibus, nec sic quidem cessavit invidia, sed & armatos mittit post ipsum, & aliquando mille, aliquando tribus millibus cum bellatoribus insectatur. Sed etsi ad deserta confugit, etsi apud allophylos latet, ne ibi quidem parcit; semper insidiatores mittit post ipsum; semper dolis & factionibus circumvenit eum cujus beneficiis intra conscientiam suam se novit obnoxium. Si ergo interrogetur quæ belli causa est, quid aliud respondebit, nisi beneficia viri causam sibi esse odiorum? Qui etiam eo ipso tempore cum ab ipso quæreretur ad mortem, noctu ab eo dormiens deprehensus, & absque ulla dubitatione expositus ad interitum ac traditus in manus inimici, reservatur tamen & indulgetur, & ad pœnitentiam remittitur. Et est ei testimonio vox illa, in qua commaculare justus manus suas in sanguine proditi & expositi sibi persecutoris abstinuit; nec tamen his tantis ac talibus beneficiis mens invidi flectitur: sed rursum movet arma, rursum persecutiones excitat nequiores. Sed nihilominus in manus traditur: & rursum in spelunca deprehensus, opportunus fit neci. In quo pietas quidem & misericordia David magis clarescit, & Saul malitia vel crudelitas manifestius declaratur. Nihil ergo his inimicitiis difficilius, quæ ex invidiæ amarissimo fonte descendunt. Quoniam quidem hi qui ex aliis occasionibus inimici sunt, si alter forte aggrediatur alterum beneficiis vincere, continuo ferocitas mitigatur: in invidum autem si beneficia conferantur, multo amplius inflammatur; & quanto plura fuerit consequutus, tanto majoribus incendiis conflagrabit. Magis enim irascitur & dolet, quod ab eo boni aliquid consequitur, quem nolit quidquam boni vel habere vel posse præstare. Quam feram belluam, quos venenatos serpentes mores isti non superant? Canes beneficii memores videas; leones cæteræque fere mitescunt & vincuntur ad gratiam: soli invidi beneficiis gravius inflammantur.

1. Reg. 18. 7.

1. Reg. 24. 1.

Ibid. 26. 7.

4. Quid etiam fortissimum illum & nobilissimum virum Joseph servum fecit? Nonne invidia fratrum? In quo etiam admiratione digna est vanitas ipsa commenti. Pertimescentes enim exitum somniorum, fratrem subjiciunt servituti: quo scilicet servus effectus, non posset a liberis adorari. Sed si quidem vera sunt somnia, quid proderit argumenti genus? Si impleri necesse est quod prædictum est, superflua est obsistentis intentio: si vero fallitur adolescens in somniis, frustra invidetis erranti. Non invidia, sed miseratione dignus est, qui illuditur. Sed multo aliter quam opinabantur, callida eorum commenta divinæ providentiæ dispensatio temperavit. Per ea namque ipsa prædictorum finis struitur & impletur, per quæ putabatur arceri. Certum est enim quia nisi venumdatus fuisset Joseph, utique in Ægyptum non venisset, nec pudicitiæ tenax dominæ lascivientis insidias incidisset: non fuisset retrusus in carcerem, nec ministris Pharao familiarior exstitisset, nec somniorum regis interpres fuisset ascitus, ex quo etiam summam potestatem regendæ Ægypti moderandæque sortitus est; & pro frumentaria dispensatione a fratribus suis ob hoc ipsum illuc properantibus adoratus. Verum transeamus ad speciem illius invidiæ, quæ omne piaculi genus humanæ conditionis excedit. Judæorum odium adversum Salvatorem nonne ex invidia descendit? Et quæ erat causa invidiæ? Mirabilia signorum. Cujusmodi vero erant mirabilia? Salus animæ, & corporum sanitas. Pascebantur esurientes, & qui pascebat impugnabatur. Vita mortuis reddebatur, & is qui vitam tribuebat, insidias vitæ per invidiam sustinebat. Dæmones fugabantur, & imperanti dæmonibus doli ab hominibus tendebantur. Leprosi mundabantur, claudi ambulabant, surdi audiebant, cæci videbant. Qui hujuscemodi gratiam largiebatur hominibus, ab hominibus flagris servilibus fugabatur. Affigebant eum qui mortalibus venerat reddere libertatem: & judicabant homines judicem mundi. Ad ultimum vero eo usque furor piaculi prorupit, ut auctorem vitæ morte multarent. Sic omnia mala ex radice nascuntur invidiæ, & hoc uno tamquam validissimo mucrone usus ab initio mundi usque ad consummationem ejus, diabolus omnes pene animas trucidavit ac perdidit. Denique nihil omittit, quin pro eo quod ipse passione invidiæ dejectus est, etiam nos lapsu similis vitii dejicere studeat. Idcirco & Salomon sapientissimus omnium, cum homine invido nec cœnandum quidem suadet, vel ad convivium veniendum: per hoc ostendens quod totius vitæ nostræ tempore a consortiis hominum qui in hujuscemodi vitiis irretiti sunt, alieni prorsus & segregati esse debeamus. Sicut enim aridam quamque fragilemque materiem studium nobis est procul ab igne statuere: ita oportet, quantum fieri potest, ab omnibus invidorum non solum amicitiis, verum etiam fabulis & colloquiis segregari, & velut a malignis & venenatis jaculis occultari. Non enim possibile est aliter incurrere invidiam, nisi notitiæ & familiaritatis obtentu; quoniam quidem secundum Salomonis

Gen. 37. 28.

Prov. 23. 6.

Eccl. 4.4 sermonem : *Invidia viro ab amico suo est*. Vere enim ita se res habet. Non enim invidet Ægyptio Scytha, aut Britanno Indus æmulatur : sed unusquisque gentis suæ hominibus & contribulibus invidet, & non ignotis quibusque, sed vicinis & proximis ac familiaribus suis, immo vero his qui vel artificii ejusdem vel officii vel operis exsistunt. Armat etiam proximas ætates morbus invidiæ nonnumquam & propinquos sanguinis : atque inter ipsa sæpe fraternæ germanitatis jura grassatur. Et prorsus sicut subigo proprie ferri corruptio est, ita & amicitiarum propria corruptela invidia est. Sed & illud in causa languoris hujus vel admirari jam quis poterit vel laudare, quod quanto amplius creverit, tanto fit perniciosior ei cui crescit? Sicut enim omne jaculum quod vehementius fuerit intortum, si forte in aliquod solidum & durum corpus illiserit, in eum continuo qui jecerat repercussum jaculum retorquetur ac resilit: ita etiam motus invidentis & animorum telum cum nihil nocuerit ei cui intenditur, vulnus tamen invidentis efficitur. Nemo namque tristitia sua umquam imminuere bona proximi potuit: æmulans tamen semetipsum tabo confecit invidiæ. Et ego quidem arbitror venenatis & mortiferis serpentibus morbi hujus esse venena graviora. Nam ab illis aiunt cum prius morsus corpori defixerint, per vulnus dentium venena diffundi : invidiæ autem virus interdum etiam solo aspectu infunditur oculorum : nonnumquam etiam solo concipitur auditu. Continuo namque ut viderit quis vel audierit ea quæ non vult de his quibus invidet, statim dilabitur, statim corruit, statim tabescit: & quamvis decori vultus, quamvis solidi ac sani sit corporis, repente velut ictus venenati serpentis morsibus consumitur & tabescit, venis noxii reumatis per oculos usque ad cordis arcana penetrantibus, ac viscerum interiora vastantibus. Sed ego omitto tali assertione uti : vulgaris enim videbitur sermo. Illud tamen dico, quoniam adversarii humani generis dæmones, cum viderint propositum hominis suis studiis aptum, ad omne facinus voluntatis suæ eo velut organo abutuntur. Et quid non perhorrescis minister effici dæmonum, sed recipis in te malum per quod inimicus exsistas his qui te non læserunt, inimicus quoque Dei apud quem omnis bonitas absque invidiæ macula est? Fugiamus invidiam obicem pietatis, obstaculum regni cælorum, viam gehennæ, pignus & primitias quasdam pœnæ perpetuæ.

5. Fugiamus quinimo malum quod magisterio serpentis edoctum est, quod a dæmonibus inventum est, quod inimicus homo bonis Dei seminibus supersevit. Sed ex ipso

A quoque interdum vultu non minus invidi declarantur. Obstrusiores his namque oculi, & obscuriores genæ : demissum & triste supercilium. Anima quoque ipsa passione dejecta, & penitus incurvata. Nusquam veritatis judicium in negotiis servatur : non sermo ullus honestus eis videtur aut gratus : nihil apud eos nobile, nihil clarum probatur : sed sicut vultures jucunda quæque & amœna loca transeunt, & suavissimis odoribus redolentia transvolant prata, ad fœtida vero quæque cadavera, & loca tetris repleta B nidoribus convolant : & sicut muscæ omisso sano corpore, sicubi ulcus est concitæ præcipitesque conveniunt, ita & invidi si quid ab aliquo in hac vita bene gestum est, si quid præclarum in actibus, in verbis probabile, in moribus admirandum est, nihil prorsus vident, nihil retractant: sicubi autem quid aut culpabiliter gestum, aut incauto sermone prolatum, ut hominibus accidere solet, hoc proferunt, aut in publicum ventilant: & notitiam viri non ex bonis gestis dictisque, sed ex minimis probabilibus fieri volunt. C Quo malo quid nequius? quid tetrius? quid perniciosius dicam? omittere & reticere ea quæ laude digna sunt : rimari vero sicubi quid inveniat quo opus virtutis ex accidentis culpæ occasionibus criminetur? Denique isti tales magnanimum quemque virum protervum vocant : constantem vero & patientem, sine affectu & sensu doloris appellant. Sobrium autem acerbum dicunt : justum crudelem : prudentem callidum vocant. Arrogantem liberum criminantur : liberalem vero luxuriosum dicunt. Avarum D nominant parcum : & omnes virtutum species decolorare contrariis & a malitia assumptis appellationibus gestiunt: ita ut sæpe etiam invidos quibus ipsi invident, nominent. Quid igitur est? In accusatione & obtrectatione virorum sermonis terminum dabimus? Sed hoc ex parte remedium est. Nam ostendere ægro magnitudinem morbi, & per hoc concitare ejus sollicitudinem, ne languoris vim negligat, pars videbitur medicinæ. Verum si in hoc eum reliqueris gradu, nec remediorum ostenderis viam, nihil aliud est E quam salutem prodidisse languentis. Quid ergo est? Quomodo vel vitandus est morbus ne patiamur, vel si patimur fugiendus? Primo, ut mihi videtur, statuere debemus apud animos nostros nihil magnificum neque expetendum quidquam esse in rebus visibilibus: non opulentiam magni pendere, neque florentis gloriæ tumorem mirari : non robur & valetudinem corporis. Nihil enim eorum quæ temporalia sunt & prætereunt opinandum est bonum, neque omnino horum aliquid quæ videmus; quoniam quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur

æter-

æterna sunt. Ideo ergo eum qui affluit divitiis dignum non putemus invidia: neque is qui sublimitate præcellit, æmulatione dignus habendus est, pro magnitudine potestatis crastino nusquam futuræ. Sed neque corporis virtus & magnificum robur ad invidiam veniat, unius febriculæ caloribus resolvendum, nisi forte qois velut virtutis organis his utatur ad utiles atque optimos actus. Is enim qui indulta sibi corporis fortitudine abutitur ad impia ac proterva ministeria, nihil aliud est quam si quis acceptum ad hostem repellendum gladium, in suum vertat exitium. Quod si quis concessas sibi a Deo facultates in ministeriis indigentium & pauperum sustentatione dispensat, iste non invidia dignus est, sed amore, qui deliciis & voluptatibus suis necessitatem pauperum prætulit, & communem suum victum cum fratribus fecit.

6. Tum deinde eminet quis per prudentiam, & accepta gratia verbi divini scripturæ sensum aperit, & obscuritates divini & prophetici sermonis exponit: quis umquam talibus adversetur? Quis divini muneris beneficia ferali invidiæ labe contaminet, maxime si ea quæ dicuntur per sancti Spiritus donum & gratiam depromantur, & ob hoc etiam auditorum favor & collaudatio prosequatur? Sic habeto tu quasi tuum sit istud bonum, & tibi per fratrem a Deo doctrinæ destinatum sit donum; si tamen libenter propter te suscipias. Tum deinde venam quidem fontis largius profluentem nullus obturat: nec a solis splendore ullus inhibetur obtutus: & nemo invidet alii solem videnti: nec super cæteros, sed cum cæteris habere ei sufficit participium lucis. Et tu verbo spirituali in ecclesia profluente & per gratiam sancti Spiritus pietatis dogmata proloquente, non cum lætitia admoves & adjungis auditum, & instrueris ac proficis, sed mordet te & stimulat audientium favor; & optas si nemo proficeret, tantum ut nemo laudaret. Et quæ erit hujus rei excusatio apud cordium nostrorum judicem Deum? Si ergo, ut diximus, abundat quis in facultatibus, abutitur autem eis tam commode quam sermo divinus edocuit, communem sibi censum cum indigentibus ponens, non invidia talis iste, sed charitate dignus est & amore. Si vero e contrario agat, id est ut facultates quas honeste dispentare debueras, abuti per luxuriam ac turpitudinem properet, nec sic quidem invidia, sed misericordia dignus est; quoniam quidem nec laude aliquid dignum, sed probris & vituperationibus gerit. Similiter & is qui abundat in verbo, siquidem per gratiam sancti Spiritus loquitur: si vitæ suæ merito commendat, & probat vera esse quæ prædicat: si non refragantur doctrinæ verbis

A gesta doctoris: si denique non Spiritos sancti voluntati ministram tantummodo exhibec linguam: invidere talibus & adversari, nihil aliud est quam dicere: Nollem mandata Dei hominibus innotescere, nollem homines de morte ad salutis viam revocari. Si vero is qui loquitur, non secundum Deum loquitur, nec per gratiam Dei docet, sed verba profert humani tantummodo ingenii arte composita: nihil in ipsis divini spiritus, nihil quod cor fodiat, conscientiam pulset, lacrymam moveat: si denique vita moresB que doctoris, prolatis refragantur eloquiis, si aliena sunt ab actibus & moribus suis ea quæ alios docet: nequaquam quæso erga tales excitetur invidia. Reclamat enim his continuo apostolicus sermo, & in os eorum ac faciem retorquetur dicens: *Qui alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum furaris? Qui dicis non mœchandum mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis?* Quinimo miseratione, ut diximus, & luctu digni sunt isti. Tu vero audi commonentem te David per SpiC ritum sanctum & dicentem: *Noli æmulari inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem: quoniam sicut fœnum cito arescent, & sicut olera herbarum cito deficient.* Decet ergo servum Dei neque viris bonis invidere, & super falsis ac simulatis dolere; & æmolationem potius ad imitanda bona, quam invidiam capere. Si vidisti sobrium, si patientem, si constantem in certaminibus pietatis, siquidem & tu talis es, dilige & illum quasi alterum te. Si vero aliquid tibi deest, imitare eum cujus vitam lauD dabilem vides. Hoc autem studii modo & apud temetipsum proficies; & apud eos qui te vident laudabilis eris. Hæc enim est natura virtutis, ut per arbitrii libertatem a quocumque volente & laborante possit acquiri. In nobis namque potestas hujus studii sita est: nam divitias, pulchritudinem corporis, robur & cætera hujusmodi quæ putantur esse bona, non est in nostra potestate ut habere possimus. Sed si majus bonum quod vere bonum est, id est virtus animi, merito ab omnibus qui recte judicant, cunctis bonis E corporeis præferendum est, cur quod summum & vere bonum est, & in nostra est positum potestate negligimus imitari: pro his vero bonis quæ falsa sunt nec jure bona dicuntur, tam intentis studiis agitamur, ut pro his perniciosissimæ cladi succumbamus invidiæ?

Rom. 2. 21.

Psal. 36. 1. & 2.

7. Sed ne illud quidem commonitionem nostri sermonis evadat. Num vides quantum malum in vita hominum obtineat simulatio? Et hæc de invidiæ stirpe procedit; nam bilinguem esse hominem & duplici mente, non aliunde quam invidia nascitur. In pro-

fundo namque cordis odium tegit, in labiorum vero superficiem coloratam dulcedinem profert: secundum obtectos marinis fluctibus scopulos, qui exiguæ aquæ respersione cooperti, ignorantibus & incautis improvisa naufragia moliuntur. Sic ergo etiam mors nobis inde velut ex malignis fontibus influit: id est cum decedimus a bono, cum alieni efficimur a Deo, cum sanctitatis ordinem pacemque confundimus, cum totius honestæ vitæ jura violamus. Fugiamus eam & acquiescamos magis suadenti Apostolo & dicenti:
Gal. 5. 26. *Nolite effici inanis gloriæ cupidi: invicem provocantes, invicem invidentes: sed magis* Ephes. 4. 32. *benigni, misericordes, donantes vobis ipsis delicta, sicut & Deus donavit vobis in Christo Jesu Domino nostro:* cum quo est Deo Patri cum Spiritu sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

In principio Proverbiorum Salomonis, quam dixit cum esset Presbyter jubente Episcopo.

1. Magna est obedientiæ merces; & ideo obtemperemus summo sacerdoti & benignissimo patri agones nobis quosdam de eloquiis sancti Spiritus proponenti: qui tamquam magister peritissimus venatorum, in locis asperis & difficilibus delectatur catulorum suorum cursus probare. Proposuit autem nobis in principio Proverbiorum movere sermonem. Quam vero difficilis captu sit libri hujus, id est proverbialis sermonis intellectus, nullus ignorat eorum qui scripturarum vel notitiam vel studium habent. Verumtamen non idcirco revocandus est pes ab omni conatu, sed spem dicendi erigere debemus ad Dominum per orationes summi sacerdotis pastoris nostri ut detur nobis sermo in adapertione oris nostri.
Ephes. 6. 19. Tres istos libros novimus principaliter sapientissimi Salomonis, Proverbiorum & Ecclesiasten, & quæ dicuntur Cantica Canticorum. Quorum unusquisque certam ac propriam continet rationem: utilitas tamen & prospectus idem omnibus, erudiendi humanum sensum atque excolendi mortalium vitam. Proverbia igitur eruditio est moralis & emendatio vitiorum ac vitæ probabilis regula, humanos actus linea quadam dirigens cautiores. Ecclesiastes autem de rebus naturalibus disserit, & quania sit in hoc mundo vanitas, quantumque in rebus inane demonstrat: ut per hoc utique nequaquam nos huic rei quam vanitatem docuit, persuadeat adhærere, & curas nostras rebus fugientibus inaniter occupare. Cantica vero Cantico-

A rum perfectionem quodammodo edocent animarum. Consonantiam namque & conjunctionem sponsæ describunt ad sponsum, quæ est animæ ad verbum Dei connexio. Sed ad propositum revertamur.

2. *Proverbia*, inquit, *Salomonis, filii David, qui regnavit in Israel.* Prov. 1. 1. Proverbiorum nomen in verbis vulgaribus habere consuetudo hominum solet, id est ea quæ vulgo velut ex traditione quadam antiquitatis loquuntur, sicut ipsa apud Græcos etymologia enuntiati sermonis ostendit. Quo genere B sermonis abutimur ad multa quæ in vita accidunt similia: verum hæc teneat de proverbii nomine vulgi communis opinio. Apud nos vero proverbium est sermo utilis occulta intra se continens, & habens quidem aliquid utilitatis etiam in aperto, plurimum tamen in profundo sensus contegens & in occulto. Denique & Dominus ita dicebat, *Hæc in proverbiis loquutus sum vobis, sed venit hora cum jam non in proverbiis, sed in palam loquar vobis:* Joan. 16. 25. per quod indicat, quia proverbialis sermo palam & in manifesto non habeat intelle-C ctum, sed obliquis quibusdam indiciis & occultis, prudentioribus quibusque & eruditioribus voluntatem dicentis insinuet. *Proverbia* igitur, inquit, *Salomonis filii David*, id est verba totius vitæ cursui necessaria. Addidit autem etiam nomen scriptoris, ut auctoritate personæ desiderium studiumque legentis invitet. Semper enim doctoris præjudicium sermonem quidem commendabilem facit, auditorum vero animos ad studiorum desiderium suscitat. Proverbia ergo Salomonis, illius scilicet ad quem dixit Domi-D nus: *Ecce dedi tibi cor sapiens & prudens, sicut non fuit ante te, & post te non exsurget similis tibi.* 3. Reg. 3. 12. Et iterum, *Dedit Dominus sapientiam & prudentiam Salomoni multam valde, & abundantiam sensus cordis, sicut arena quæ est ad oram maris: ita ut multiplicaretur sapientia Salomonis super omnem prudentiam hominum omnium antiquorum, & super omnes sapientes Ægypti.* Ibid. 4. 29. & 30. Vides quantam vim obtinet superscriptio nominis? *Proverbia*, inquit, *Salomonis filii David*. Adjicitur etiam patris nomen, ut cognoscatur quoniam sa-E piens erat Salomon, ex sapiente & propheta parente progenitus, id est qui ab infantia esset sacris literis institutus, qui non regnum vel principatum iniqua aliqua forte susceperit, velut indebita sibi regna pervaserit; sed judicio justo patris prophetæ, per quem utique Dei voluntate regni summa digniori ex filiis tradebatur. Hic ergo fuit rex in Jerusalem. Nec hoc quidem otiose dictum est. 3. Reg. 2. 33. Non enim solum pro distinctione reliquorum regnorum certi loci regna nominantur, sed ut etiam conditorem famosissimi illius templi, & in figuram futurorum bonorum stru-

structi simul nosceres, & omnium quæ in ea urbe mirabiliter instituta sunt, auctorem parentemque condisceres. Multum autem conducit ad amplectendum institutionum sermonem regem esse qui scribit. Si enim, ut quidam definierunt, regnum est legitima quædam cura & institutio, certum est quia instituta quæ dantur ab eo rege; qui tamen digne meritoque fortitus est, legum vim teneant, & sanciant jura vivendi: maxime cum id in commune omnibus consulat, & non propriæ utilitatis decernatur intuitu. Hoc enim differt rex a tyranno, quoniam hic quidem quod sibi utile est consulit, ille quod omnibus.

3. Enumerat ergo consequenter quanta sit libelli hujus utilitas, & dicit primo, quia ex proverbiis est scire sapientiam & disciplinam. Est autem sapientia divinarum humanarumque rerum & causarum quibus hæc constant, agnitio vel scientia. Si quis ergo de Deo digne sermonem profert, agnovit
1. Cor. 2. 6. sapientiam, sicut & Paulus qui dicebat: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus mundi, neque principum hujus mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in ministerio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula*. Sed & is qui ex mundi conditione & creaturarum magnitudine conditorem intelligit & advertit, etiam ipse per hujus mundi sapientiam
Rom. 1. 20. Deum cognovit. *Invisibilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Perducit autem nos ad intelligentiam Dei proverbialis sermo cum dicit:
Prov. 3. 19. *Dominus sapientia fundavit terram*. Et rur-
7. & 10. sum, *Cum præpararet cælum, præsens eram cum ipso, & ego eram apud eum compaginans, & ego eram cui adgaudebat*. Hæc enim omnia ex persona sapientiæ nobis disputans, manifestius nobis ejus scientiam tradit, tamquam ipsa de se humanis hæc auribus proloquen-
Prov. 8. 22. tem. Sed & illud quod ait, *Dominus creavit me initium viarum suarum*, & de ea quæ in hujus mundi opere ostenditur sapientia proloquutus est, quæ velut vocem quodammodo ipsa per ea quæ videntur emittit, quia a Deo facta sint, & non sua sponte processerint, quæ tam sapienter & tam magnifice
Psal. 18. 1. compaginata cernuntur. Sicut enim *cæli enarrant gloriam Dei, & facturam manuum ejus annunciat firmamentum*, enarrant autem non per sonum vocis, sed per operis sapienter dispositi confessionem, *non enim sunt*
V. 4. *loquelæ neque sermones quibus non audiantur voces eorum*: ita sunt quidam sapientiæ sermones & rationes, quæ ante omnia insertæ sunt creaturis, id est illa ipsa ratio per quam unumquodque a sapientia proereatum est, per quam ipsa etiam tacens clamat, & creatorem suum Dominum profitetur. Primo

A enim omnium ratio & sapientia rerum producta est, tum deinde ipsæ substantiæ, cum jam ratio earum & sapientia qua possint subsistere præcessisset, per quam ad intellectum quoque solius sapientis Dei mortalium dirigeretur intentio.

4. Præterea est etiam humana quædam sapientia, id est rerum quæ in vita communi geruntur experientia, secundum quam uniuscujusque artis peritos sapientes dicimus. Quam plurima ergo pars libri hujus ad cohortationem sapientiæ spectat, cum dicit:
B *Sapientia in exitu canitur, in plateis autem fiducialiter agit, in summis vero muris prædicatur*. In quibus tametsi profundiora sacramenta comprehendit, tamen etiam hoc nihilominus suggerit, ut per ea quæ naturaliter hominibus grata satis & accepta cognoscit, id est per laudem sapientiæ provocet animas & invitet, ut non segniter, vel remisse ejus expetant disciplinas, cujus laus & utilitas in omnibus invenitur, id est in viis, in plateis, & in munitionibus civitatis. Quæ singula idcirco enumerat, ut magnificen- Prov. 1. 20.
C tiam rationis quæ in rebus habetur, ostendat. Exitus enim & plateæ, omnis vitæ nostræ indicant actus, in quibus providendum nobis est semper inesse sapientiam. Cautelam vero & munimentum seu continentiam vitæ nostræ designat in muris, in quorum summitate, non in fundamentis, neque in initiis, sed in summa perfectione fiducialiter agere sapientia designatur. Volens quoque nos familiarius jungere & consociare sapientiæ, ait: *Dic sapientiam sororem tuam esse*. Et iterum, *Ama eam, & servabit te*. Prov. 7. 4. Ibid. 4. 6.
D Tum deinde communem ejus ad omnes utilitatem demonstrans: *Jugulavit*, inquit, *victimas suas*, id est cibos fortes solidosque præparavit, his qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni vel mali. *Miscuit*, inquit, *in cratere vinum suum: vinum quod lætificat cor hominis*. Craterem vero ipsum purificatorum nominat sapientiæ mysticum participium, unde licet omnibus, unicuique tamen pro captu virium & meritorum profectibus haurire quod satis est. Præparasse vero se dicit men- Ibid. 9. 2. Heb. 5. 14. Prov. 9. 2. & Ps. 103. 15.
E sam suam. In hoc magnificis quibusdam sermonum formis, spiritualem nobis intellectum vocabulis carnalibus introducit. Rationabilem namque cibum animæ, & talem qualem hanc habemus in manibus verbi Dei explanationem, præparatam nominat mensam. Cum ingenti, inquit, prædicatione convocans & invitans. Audis prædicationem dici, & dubitas hæc de mysterio verbi referri? Quod autem dicit cum excelsa prædicatione, nihil humile, nihil dejectum vel obscurum inesse dogmatibus sapientiæ declarat. Quomodo autem invitat? audi. *Si quis est*, Prov. 9. 4.

est, inquit, *insipiens, declinet ad me*; quæ A stulta sunt enim hujus mundi vocavit Deus, ut confundat sapientes. Nam sicut infirmi indigent medicina, ita & insipientes indi- Prov. 3. 14. gent sapientia. Addit præterea: *Melius est eam mercari, quam auri & argenti thesauros.* Ibid. v. 15. Et *pretiosior est*, inquit, *lapidibus pretiosis*, Prov. 9. 12. *& omne pretiosum non est ea dignum*: &, *fili* Prov. 13. 18. *si sapiens fueris, tibi sapiens eris, & proximo tuo*: &, *sapienti filio directi sunt actus*, & multa alia, quæ si diligentius percurras libri ipsius textum, dicta invenies de sapientia.

Sap. 1. 4. Verum quoniam ipse Salomon ait, *Quoniam* B *in malevolam animam non introibit sapientia*, purgari prius studet per timorem Dei mentes eorum, quos ad studium sapientiæ invitat ac provocat. Non enim fas est salutaria sapientiæ sacramenta sordidis mentibus pollutisque committere, vel imparatos atque *Al. sensus. indocibiles sensibus *, & totius rationabilis doctrinæ & eruditionis inexpertes, subita sapientiæ luce perstringi. Tale est enim quale si quis in polluto ac fetido vasculo unguentum suave ac pretiosum recondat. Propte- Prov. 1. 7. rea ergo ait: *Initium sapientiæ timor Domini*. C Timor autem Domini purificatio animæ est: Ps. 118. 20. secundum quod & propheta dicit: *Confige a timore tuo carnes meas*. Velut si diceret, quia ubi timor Dei est, omoe ibi flagitium cessat: dum corporis membra velut clavis confixa, ad nullius turpitudinis vel sceleris ministerium commodantur. Sicot enim is qui clavis ferreis coofixus & dolore terebratus, ad corporalia gesta immobilis manet: ita etiam ii quorum timor Domini corda transfixit, neque oculum movere ad ea quæ non licet possunt, neque manuum ministerio fungi ad D gesta nefaria, neque prorsus quidquam gerere possunt quod divina lex prohibet: qooniam clavorum dolore confixus est, quem de futuri judicii exspectatione perpetitur.

5. Contaminatos ergo & indociles animos ac vafros Sapientia a suis auditoribus abigit, & excludit dicens: *Qui autem sine timore sunt,* Prov. 14. 6. *ante portas errabunt*. Et iterum: *Quæretur sapientia apud malos, & non invenietur*. Et Ibid. 1. 28. iterom: *Quærent me mali & non invenient*: pro eo scilicet quod nulla divini timoris purificatione mundantur. Itaque si qois adire E salutaris sapientiæ desiderat scholas, prius per timorem Dei ab omni malitiæ cootagione purificatus accedat. Apparuit ergo nobis etiam aliud bonum ex proverbiorum doctrina veniens, utilitas timoris Dei sapientiæ institutionibus introducta. Verum quoniam secundus sermo proverbiorum promittit etiam disciplinæ scientiam, videamus quid sibi velit sermonis ipsius virtus. Disciplina vel eruditio est institutio quædam cum labore adhibita animæ, ita ut interdum eam ma- Heb. 12. 11. litiæ sordibus expurget, quæ *ad præsens quidem non videtur lætitiæ esse, sed mœroris: postea vero pacatissimum fructum his qui per eam eruditi sunt, reddit justitiæ ad salutem*. Hanc igitur disciplinam vel eruditionem intelligere non cujuscumque mentis est, pro eo quod multi ad ea quæ incurrunt molesta vel tristia, dum per imperitiam ineruditæ mentis nequaquam ex correptione utilem fore rerum exitum provident, ignavæ mentis desperatione continuo deficiscunt, & impatientes ad austeritatem curæ, magis se imperitiæ languoribus tradunt. Propterea ergo admirandam & se dignam justi proferunt vocem dicentes: *Domine ne in ira tua arguas me*: Psal. 6. 1. *neque in furore tuo corripias me*. Noo enim correptionem refugiunt: sed iram devitant. Simile est & illud huic: *Corripe nos Domine,* Jerem. 10. 24. *verumtamen in judicio, non in ira*. Et iterum alibi: *Disciplina Domini aperuit mihi aures*. Esa. 50. 5. Sicut enim pueri cum negligentius studiis operam impendunt, si forte magistrorum ac pædagogorum verberibus excitentur, sollicitiores effecti, capacius quæ docentor assumunt: & idem sermo qui aote correptiones & verbera non audiebatur a puero, nunc velot auribus ejus vi verberum patefactis & auditur & capitur, & memoriæ commendatur: ita etiam erga eos accidit qui verbum Dei non audiunt, divinamque doctrinam negligunt atque contemnunt, cum fuerit eis a Deo illata correptio, & tribulationibus ac pressuris sæculi fuerint flagellati: tum demum ea quæ semper audiebant, vel quæ ex divinis præceptis eis recitabantur, tamquam nonc primo ad aures suas delata suscipiunt. Propterea ergo dixit: *Quia disciplina Domini aperuit mihi aures*. Disciplina ergo, ut diximus, commonet vel corripit inquietos, sicut fiebat & per Apostolum Paulum, cum 1. Tim. 1. 20. dicit tradidisse se quemdam satanæ ut discat non blasphemare, velut spiculatori coidam & carnifici reo tradito, per quem caro quidem patiatur interitum, spiritus autem salvus fiat in die Domini. Alios vero disciplina emendatos, jam revocat & restituit ad salutem, sicut illum qui dixit: Post captivita- Jerem. 31. 19. tem meam pœnitentiam egi. Et ideo necessarium videtur disciplinæ hujus virtutem semper diligentius utilitatemque perquirere. Ipse igitur sapientissimus Salomon sciens quid ex ea commoditatis oriretur, præcepit dicens: *Noli cessare parvulum emendare*, hoc Prov. 23. 13. & 14. est ad disciplinam revocare: *quia si percusseris eum virga non morietur. Nam tu quidem virga percuties eum: animam vero ejus liberabis a morte*. Et iterum: *Quis enim est filius* Hebr. 12. 7. *quem non corripit pater?* Tum deinde ostendit hanc disciplinam pretiosiorem esse hujus mondi facultatibus apud eos qui sanum sapiunt, com dicit, *Suscipite disciplinam, &* Prov. 8. 10. *non argentum, ut in tempore tribulationis non*

defi-

Digitized by Google

deficiatis: id est cum vel corporis morbis affi- A
cimur, vel propinqorum & charorum no-
strorum urgemur adversis, ne aliter quid de
Deo quam pietas & religio postulat, sentia-
mus; sed ut in omni patientia correptiones
Domini pro his quæ deliquimus toleremus:
& tu tamquam disciplina pietatis edoctus,
Mich. 7. 9. dicas in adversis, *Iram Domini sustinebo, quia*
Ps. 118. 71. *peccavi*; addas quoque his & illud, *Bonum*
mihi quia humiliasti me, ut discam justifica-
tiones tuas. Talis erat & Apostolus qui aje-
2. Cor. 6. 9. bat: *Ut castigati, & non mortificati*: & ite-
1. Cor. 11. 32. rum, *Cum autem arguimur a Domino corripi-* B
mur, ut non cum hoc mundo damnemur.

6. Quoniam ergo & litterarum disciplina
dicitur, id est eruditio atque institutio, se-
Act. 7. 22. cundum quod scriptum est de Moyse, quia
eruditus est in omni sapientia Ægyptiorum,
uti non se quis eruditionibus & disciplinis
quibuslibet passim tradat ac subdat: compe-
tenter primus iste proverbiorum versiculus
commonet dicens necessarium esse scire sa-
pientiam & disciplinam, id est ut illam sa-
pientiam disciplinamque sectemur, quæ nos
ad salutem veritatis sua luce perducat. C
Quamplurimi namque disciplinis se Geome-
triæ tradunt, Ægyptiorum studiis repertæ,
alii Astrologiæ a Chaldæis introductæ, alii
per alia quæque diversa: quibus dum umbras
quasdam & inanes notarum lineas quærunt,
& per aerem signorum calculos ducunt, ve-
ra his Dei disciplina quæ divinis literis tradi-
tur, pro eloquii sui simplicitate vilescit. Sed
& poetica vel rhetorica disciplina quamplu-
rimos occupavit: ubi omnis materia dicendi
mendacium est. Neque enim poeticom vi-
debitur aliqoid nisi fabulosum fuerit & confi- D
ctom, neque rhetoricum nisi arte & callidi-
tate connexum, neque sophisticum erit quid
nisi deceptiosum fuerit & fallens. Quia igi-
tur quamplurimi talibus studiis occupati, in
hujuscemodi quodammodo erroribus conse-
nuerunt, nullum de agnoscendo Deo labo-
rem studiumque sumentes, necessariam pro-
verbialis sermo suggerit scientiam discipli-
næ, per quam scire conveniat quibus nos ve-
lut utilitatibus & salutaribus debeamus de-
dere disciplinis: a quibus vero velut vanis &
inutilibus declinare. Potest autem qui pro- E
verbiis diligenter attendit, intelligere etiam
verba prudentiæ: ut si quid ex eis investigare
potuerit, ad utilitatem suæ salutis acquirat.
Scimus igitur prudentiam unam ex genera-
libus esse virtutibus, per qoam boni malique
gnari efficimur, vel si quid horum neutrum
est comprehendimus. Prudens ergo a prin-
cipalis prudentiæ vocabulo nuncupatus est.
Gen. 3. 1. Sed objiciat fortasse mihi aliquis: Quomodo
ergo serpens prudentissimus omnium fuisse
Matth. 10. 16. dictus est bestiarum, & rursum Dominus ju-
bet nos prudentes effici sicut serpentes, &

A iterum prudens esse dicitur villicus iniquita-
tis? Tripliciter, ut mihi videtur, pruden-
tiæ nomen intelligendum est: vel cum quis
callide alteri nocet ut sibi prosit, videns
quod nisi alterius damno sibi consulere non
possit, ut fecit hic villicus iniquitatis sibi
providens domini detrimentis, qui pru-
denter fecisse ipsius domini sententia desi-
gnatus est: vel iterum cum quis nullo suæ
utilitatis intuitu, sed solo iræ, vel invidiæ,
vel cujuslibet alterius mali, quod de pravo
ingenio descendit impulsu, ita alterum sup-
B plantat & decipit, ut ipse præter mali operis
effectum nihil acquirat: sicut serpens pri-
mum hominem in paradiso decepisse descri-
bitur, in quo sibi non solum nihil profuit al-
terius subversione, verum etiam mulctam
gravioris condemnationis excepit. Tertium
vero prudentiæ genus est quo sine ullius de-
trimento sibi quisque ac suæ salutis astutius
consulit, dum vel quæ commoda sunt dili-
genter eligimus, vel certe comprehensi in
periculis persequentium caput nostrum qui
est Christus, & quæ in eum est fidem omni
C cum cautela & oservantia custodimus: se-
cundum quod, ut ego arbitror, Dominus
prudentes nos effici tamquam serpentes ju-
bes; quibus hoc aiunt naturalis inesse caute-
læ, ut reliquis membris persequutoribus ob-
jectis, solum caput cautios ab incursantium
periculis tueantur. Qui ergo intelligit ver-
ba prudentiæ, continuo deprehendit quæ
sint verba fallacia in quibus dolosa deceptio,
& quæ sint veritatis specie magis quam veri-
tate composita. Agnoscit nihilominus &
quæ sint verba quæ ad utilitatem vitæ atque
D honestorum actuum proferuntur: ex quibus
tamquam peritissimus trapezites quod bo-
num est continebit, ab omni specie mala se 1. Thess. 5. 22.
abstinebit. Hæc est prudentia per quam &
ille prudens vocatur, *qui ædificavit domum* Matth. 7. 25.
suam supra petram: id est qui in fide Christi
actuum suorum ædificium collocat, ventis
turbinibusque commotis, & imbribus ei ac
fluminibus appulsis, immobilis domus atque
inconcussa perduret. Per quod edocet Do-
minus prudentem virum in tentationibus si-
ve his quæ oriuntur ex terra, & fluminum ac
E torrentium vice reumata nobis carnis & san-
guinis movent, sive in his quæ ad ventorum
ac procellarum vicem de aeris sedibus com-
moventur, per illos adversum qoos nobis
certamen & pugna est, principatus & pote-
states, & principem mundi hujus aeris, qui
nunc operatur in filiis diffidentiæ: in his, in-
quam, omnibus qui prudens est vir, id est qui
audiens proverbiorum sermonem, bene di-
dicit verba prudentiæ, & eruditionibus se at-
que institutionibus assiduis præmunivit, in-
concussus atque immobilis perseverat. Tales Matth. 25. 10.
erant & illæ quinque virgines prudentes,
quæ

quæ per prudentiæ disciplinam proviso sibi A ipsis & præparato oleo in lampadibus suis, introire nuptiales thalamos cum sponso potuerunt. Stultæ autem quæ a studiis cessaverunt, his quibus oleum poterat præparari, alienæ gaudii nuptialis effectæ sunt. Hæc dicta sunt de eo ut ostenderemus quid sit scire verba prudentiæ.

Prov. 1. 3. juxta LXX. 7. Nunc videamus quid est etiam hoc quod dictum est, *suscipere versutias sermonum*. Sermo quidem qui verus est & ex sana mente procedit, purus & simplex est eadem dicens, & de eisdem semper confirmans. Qui B vero varius est & instabilis, arte quadam semper & diversis ligaturis ac molitionibus profertur: implicitus atque in multas facies transformatur, & versatur semper per mille versutias, pro eo videlicet quod nullis veritatis fundamentis ac soliditate subnixus est, sed pro auditorum delectamentis ac pro libidine aurium temperatur. Ut ergo possimus fortiter & constanter obsistere adversus ea verba quæ arte magis quam veritate subnixa sunt, instruit nos proverbiale mandatum, ut si ejus institutionibus intendamus, & le- C ctionem ejus non negligenter & perfunctorie transeamus, velut munimentis inde quibusdam intelligentiæ assumptis, cum congressio nobis talis fuerit objecta bellorum, sciamus suscipere verborum versutias, & velut ex insidiis quibusdam tela directa intelligentiæ scuto refellere. Cum vero aliter quidem natura rei se habeat, aliter vero de ea sermo pronunciet, & in assensum non vere cogimur rei, versutia quædam verbi est & subversio veritatis; vel, cum pellaciter nobis imago proponitur veritatis, instruitur autem fal- D lentibus verbis mendacii dolus, ut aliud alii quidem videatur quod dicitur, alio autem tendat sensus loquentis. Unde & canibus vulpes vel lepores insectantibus cum aliorsum currendi impetum demonstraverint, si vero in aliam subito converterint partem, stropham, id est versuram fecisse dicuntur. Versutiæ igitur sunt verborum quæ ex scientia falsi nominis ab hæreticis prætenduntur; qui non suscipientes simplicitatem spiritualis doctrinæ, per sophismatum versutias & verborum dolos fortitudinem veritatis elu- E dunt. Suscipit ergo istas versutias verborum qui ex proverbiorum libris & sermonibus diligentius fuerit eruditus, ut si quando ei intenta fuerit quæstio ex utraque parte conclusiones recipiens, & difficillimum admittens aditum respondendi, tamen si plenius ex divinis literis fuerit instructus, non continuo mente confusus turbabitur & hærebit; sed etiam si absolutionis exitus in promptu non erit, paria tamen objicere illico inveniet, & adversarium teli sui converso in eum mucrone percutere, ut si non superior, vel æqualis abscedat. Præstant nobis etiam hoc proverbia, ut possimus intelligere veram justitiam. Et quoniam justitia dicitur virtus vel affectus animi, unicuique prout dignum est rependens; & hoc competenter implere valde difficile est, dum aliis per prudentiam deest comprehendere quid unaquæque res habeat meriti; alii propriis vitiis occupati, & ira, odio, gratia vel misericordia præventi, quod verum atque æquum est consulere non possunt: ex quo fit ut vel contemnant, & despiciant pauperes, vel injustos & violentos divites, potentesque non arguant.

8. Pollicetur ergo proverbiorum liber discipulis suis intellectum præstare veræ justitiæ. Sicut enim per lumen mundi quod sunt Apostoli, *vos enim*, inquit, *estis lux mundi*, pervenimus ad veram lucem quæ est Christus, & sicut per sermones sapientium pervenimus ad veram sapientiam quæ est filius Dei: ita per eruditionem justitiæ quam ex divinis libris edocemur, ad hanc quam dicit veram justitiam qui est Christus Dominus, pervenimus. Est tamen & in actibus humanis vera justitia, est & simulata justitia. De qua re multi etiam sæculi sapientes, quamplurima scripta reliquere. Sed ab illis quoniam illa quæ vere vera est Dei justitia ignorabatur, nihil dignum proferri potuit de humana justitia. Proverbialis vero doctrina quoniam ab illo cælesti justitiæ fonte descendit, merito veræ justitiæ intelligentiam præbituram se hominibus repromittit, per quam simul etiam quæ sit simulatæ justitiæ fallacia cognoscamus. Nam & Israel fallitur in qua- Rom. 10. 3. litate justitiæ; quærens enim suam justitiam statuere, justitiæ Dei non est subjectus. Sed & diversarum gentium leges, idcirco inter se in quamplurimis diversæ sunt, & contrariæ, quia ratio veræ justitiæ apud eos liquere non potuit. Nam apud quasdam parricidium justum putatum est, apud alias omne homicidium execrabile ducitur. Apud quasdam nationes pudicitia in primis habetur, apud alias omne incestum sacratius quoddam matrimonium ducitur; & diversa apud singulas quasque nationes justa, & apud alias eadem injusta haberi deprehendes. Hic vero liber omnes qui per se fuerint eruditi, ab hujuscemodi confusionibus liberat. Est ergo quædam justitia quæ inter nos homines conversatur, per quam vel quod æquum est singulis tribuentes, vel si id ad liquidum comprehendere non valemus, mente tamen ac proposito tali agentes, nequaquam justitiæ terminis atque æquitatibus excludimur. Est vero etiam cælestis ac divina justitia, per quam justus judex universam creaturam suam justissima ratione dispensat, quæ ab hominibus cum summa difficultate vix aliqua ex parte intueri vel considerari

potest,

potest, præ magnitudine dogmatum quæ in ea continentur. Hoc enim arbitror dici in psalmis per prophetam, *Justitia tua sicut montes Dei*, & magnitudinem dogmatum ejus montibus coæquari. Promittit ergo se hanc veram divinamque justitiam in manifestum adducere, his qui proverbiali eruditioni operam dederint. Psal. 35.7.

9. Sed & his pariter edocebit, quoniam quidem aliqua peccata voluntate committimus, aliqua etiam contra voluntatem incidimus. Examen ergo justitiæ non potest idem in utroque servari: verbi gratia, ut si agatur apud nos duarum meretricum causa, unius quidem quæ distracta lenonibus ac lupanatibus prostituta, turpem corporis quæstum avaris dominis cogatur appendere, alterius quæ stimulante luxu ac præcipitante libidine in turpes semetipsam prodat amplexus; nonne cum unius tituli sit crimen, diversum ex justitia judicium sortietur? Item si delinquat quis qui a puero pessime institutus est, & per iniquos atque injustos parentes in hunc mundum ingressus est, apud quos etiam verbis & actibus flagitiosis ac turpibus infectus animus & nequiter institutus adolevit, alius vero qui multas habuit occasiones quibus ad virtutem provocaretur, honesta monita nutritorum, parentum instituta gravissima, eruditionem verbi divini, conversationem severam, & omnia quibus rudes animi excoli debeant ad virtutem; post hæc si etiam hic priori illi delictum simile incurrat, nonne sub ejusdem tituli culpa, graviori pœnæ iste censendus est? Quoniam quidem ille pro hoc solo culpabitur, quod inserta sibi naturaliter salutaris seminis germina non excoluit, &, ut ita dixerim, suscitavit e terra; hic autem quod cum hæc similiter habuerit, etiam ea quæ ei addita fuerant per bonæ institutionis industriam prodegit ac perdidit, negligentiæ lapsibus in profundum vitæ pessimæ devolutus. Ideo ergo intelligere veram justitiam sensus est optimi, & intelligentiæ perfectæ. Perfectæ etenim sine dubio mentis intelligere Christum, *qui factus est nobis sapientia a Deo & justitia, & sanctificatio & redemtio*. 1. Cor. 1.30. Denique conjungitur ad intelligentiam veræ justitiæ, & judicium dirigere, quod utique impossibile est fieri, nisi prius id quis a justo judice didicerit Christo. Neque enim ipse ille sapientissimus omnium Salomon, potuisset famosissimum illud de duabus meretricibus & puero proferre judicium, nisi virtute Christi veri judicis inspiratus. Cum enim propositæ sibi quæstionis & causæ nullus testis posset adhiberi, 3. Reg. 3.25. ad naturæ se continuo testimonium vertit, ut ipsius astipulationibus tacitis quod latebat agnosceret, dum aliena mater interitum pueri libens & intrepida suscepit, vera autem mater naturalibus affectibus stimulata & intimis tremefacta visceribus, ipsa in nece parvuli solo jugulabatur auditu. Qui ergo scit veram justitiam & ab ipsa institutus est & edoctus, hic dum unicuique dependit quod justum est, competenter judicium dirigit. Sicut enim ut militare se habet exercitium juvenum, si specula forte defixa sit, in quam vibrare missilia certamen propositum est ac tela dirigere; ille sine dubio probabilis judicatur, qui neque supergressus est notam speculæ neque inferior abiit, sed cujus ipsum propositi signi punctum dirigentis oculi ductu tremens sagitta percussit; ita etiam justitiæ judex judicii sui dirigere debet examen; neque eminentiorum personas mirari, neque ad inferiores injusta miseratione deflecti: utrumque enim divina lex prohibet, cum dicit: *Usquequo personas peccatorum accipitis?* & iterum, *non misereberis pauperem in judicio*. Psal. 81.2. Apostolus vero de omnibus pariter pronunciat dicens: *Nihil facietis in alteram partem declinando*. 1. Tim. 5. 21. Directum igitur atque indeclinabile judicium, veræ justitiæ præstat peritia: si tamen a tali corde ministretur, quod non vel pecunia corrumpi, vel amicitiis inflammari, vel ad gratiam potentium possit infringi. Ad hos dicit in Psalmo Propheta: *Recte judicate filii hominum*. Psal. 57.2. Argumentum namque est vere justitiæ inhabitantis in corde, judicii æquitas. Unde & ipse Salomon in consequentibus exsecratur pondera majora & pondera minora, abominabile enim est utrumque apud Deum: Prov. 20.10. proverbialiter iniquitatem judicii in ponderum inæqualitate designans. Non solum autem in judiciis hæc utilitas adhibetur, sed & in singulis quæ nobis in vita eligimus ad utendum: quoniam quidem habemus in nobis ipsis naturale quoddam animi judicium, per quod mala segregamus a bonis. Quæ virtus animi habens insita & inserta semina judicandi, si veræ justitiæ eruditionibus excolatur, directum & æquum tenebit judicii ac discretionis examen: quæ velut in quodam tribunali mentis nostræ residens, quæ laudabilia sunt amplectitur, quæ vero turpia & vitiosa condemnat. Verbi gratia, castitas apud te & impudicitia judicantur: menti tuæ judicii hujus summa committitur. Residet mens tua in excelsa sede: cedens utriusque partis examen. Et impudicitia quidem libidinem adhibet advocatum sibi: timore vero Dei patrono utitur pudicitia. Et si quidem condemnaveris atque exulare penitus a tuis tribunalibus impudicitiam feceris, palmam vero contuleris pudicitiæ, directum judicium commissi tibi examinis protulisti. Si vero in persuasionem libidinis vergens, peccatum prætuleris castitati, perversum judicium protuli-

Digitized by Google

tulisti. Continuo adversum te proferetur il- Isa. 5. 20. la prophetæ sententia, quæ dicit: *Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Væ his qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras.*

10. Verum quoniam secundum ipsum Sa- Prov. 12. 5. lomonem *cogitationes justorum judicia sunt*, intrinsecus intra occulta cordis nostri penetralia, oportet nos uniuscujusque rei per quam vivimus, absque ulla perversitate vel declinatione habere judicium: & velut statera quadam mente nostra uti, qua singula quæque gesta nostra æquissima moderatione B libremus. Cum ergo unumquodque mandatum Dei apud nos, id est in animo & cogitatione nostra adversum resistentem sibi iniquitatem negotium gerit, tu semper adversum peccatum legi Dei palmam tribue. Si iniquitas apud te cum æquitate ingreditur, adversum injustas concupiscentias proferto sententiam: patere æquitatem de auditorio mentis tuæ redire victricem. Injuriæ & patientiæ agunt apud te causam: sperne injurias, probra & maledicta confunde: victoriam vero defer patientiæ. Inimicitiæ & C charitas apud te negotium gerunt: infames pronuntia inimicitias, extorres domu & patriæ finibus factas, in exilium trude: caritatem vero pro concione collaudans, & cum omni honestate magnificans, inseparabiliter adhærere tuis sedibus facito. Simulatio & simplicitas, constantia & timor, prudentia & stultitia, justitia & injustitia, parsimonia & luxuria, & ut simul universa comprehendam, omnis virtus adversum omne vitium certamen habens intra te id est intra cor tuum, & apud mentis tuæ judicium nego- D tium movet. Quid ergo est? Si veram justitiam didicisti, & rectum tenes directumque judicium, semper intra te condemna vitia, & semper palmam concede virtuti. Si enim in singulis quibusque actibus tuis quæ bona sunt semper obtineant, beatus eris *in illa die* Rom. 2. 15. & 16. *in qua judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium nostrum: & cogitationibus inter se invicem accusantibus aut etiam defendentibus*, non condemnaberis tamquam is qui nequaquam cogitationibus tuis malis quibus tunc accusaberis, justitiam sanctita- E temque prodideris, percepturus eas coronas quibus prius vincentem apud te coronaveras ipse virtutem. Ecce quantorum tibi bonorum proverbiorum liber præstitit causas, edocens te quæ sit vera justitia, & quomodo judicium dirigatur.

Prov. 1. 4. 11. Sed quid etiam post hæc additur? *Ut det*, inquit, *innocentibus astutiam, puero autem juniori sensum & cogitationem*. Dupliciter intelligimus innocentiam. Aut enim alienum effici a peccato, & emendare se, ac longa bonorum meditatione convertere, & A velut radicem ipsam ex se malitiæ resecare pro eo quod ultra nocendi propositum non gerat, innocens quis appellatur: aut innocentia dicitur, in his qui nundum vel voluntatem vel possibilitatem nocendi habent, sive ætatis sive studiorum talium quorumque contemplatione: verbi causa, ut si dicamus puer nescit superbiam, nescit dolum & fallacias: & iterum sunt quidam rus habitantes, fraudis utique negociatorum & calliditatis ignari, sed & a forensibus nequitiis ac versutiis alieni: quos & ipsos innocentes appellamus, non quod proposito malitiam studioque declineot, sed quod nondum inciderint in usum nequitiæ. Verumtamen innocens proprie est, qui talis est, qualis fuit David qui dicebat: *Ego autem in innocentia mea* Psal. 25. 11. *ingressus sum*: id est, qui omne propositum nocendi ex anima sua, recepta atque introducta mentibus suis boni voti virtute, abjecit ac depulit: propter quod merito & hereditatem bonorum sperat cum dicit, quoniam Dominus *non fraudabit bonis eos qui am-* Psal. 83. 13. *bulant in innocentia*. Ideo denique & cum C omni fiducia dicebat: *Judica me Domine,* Psal. 25. 1. *quoniam ego in innocentia mea ingressus sum.* Et iterum: *Judica me secundum justitiam* Psal. 7. 9. *tuam, & secundum innocentiam meam super me*. Designat ergo & describit quodammodo innocentem, etiam simplicitas morum & sermonum sinceritas, & nihil vel in actibus affectatum, vel in sermone fucatum. Talis erat & Jacob *simplex habitans domum*: id Gen. 25. 27. est, naturali simplicitate vivens: nihil arte compositum, nihil figmento ad fallendos videntium oculos præparatum. Talem etiam D mihi videtur nunc proverbialis sermo innocentiam memorare, quæ penitus nequitiæ expers sit, usumque nocendi non noverit. Unde & laudabilem ei requirit astutiam, ut ad simplicitatem naturæ cautela quoque addatur industriæ: & velut quodam scuto bonæ hujus astutiæ circumdatus, adversum nequitiæ tela invulnerabilis maneat. Oportet namque perfectum virum secundum Apostolum prudentem quidem esse in bono, simplicem vero in malo. Astutiæ ergo opus est cavere malum; simplicitatis autem virtus E est non facere malum. Ex his igitur fontibus sibi simpliciores quique astutiam hauriant ad salutem: intelligentes quæ ejus opera describuntur. *Vir* enim, inquit, *astutus* Prov. 12. 23. *sedes est sensuum: & astutus* autem *superve-* Ibid. 27. 12. *nientibus malis occultabitur: & qui custodit increpationes astutior est*. Astutia ergo est, si- Ibid. 15. 5. cut etymologia græci sermonis ostendit, omnium operum artiumque peritia. Qui ergo omnium operum peritiam recipit, astutus jure dicitur. Opera autem sunt quædam bona, sunt autem & mala: idcirco interdum ad bonum, interdum ad malum astutus accipi-

cipitur. Et is quidem qui ad alterius perniciem astute quid molitur & callide, nequam est: qui vero in operibus bonis astute quid providet & prudenter, vel intentatos sibi insidiantium dolos sollicite cauteque declinat, astutia laudabiliter utitur. Attende ergo diligentius & considera qualis tibi præcipiatur astutia, quia media quædam significatio est nominis istius: &, sicut diximus, qui eis in bonis rebus utitur, laudabilis; qui vero in sinistris, exsecrabilis invenitur.

12. Unde & abundanter per omnem textum divinæ Scripturæ ad utramque partem intelligentia ejus invenitur inserta. Bona *Exod. 12. 35.* namque astutia proficiscentes Hebræi circumvenerunt Ægyptios, vasa ab eis aurea & argentea vestesque sumentes, quibus possent utique & mercedes operis quo urbes eorum exstruxerant, repensari: & materies *Exod. 1. 17.* vel impensæ ad construendum Dei tabernaculum præparari. Laudabili astutia usæ sunt obstetrices Hebræorum contra tyranni præ- *Gen. 27. 28.* cepta, salutem nascentibus Hebræis maribus parvulis conferentes. Laudabili astutia mater Rebecca juniori filio benedictionum primitias contulit. Bona astutia usa est Ra- *Josue 2. 4.* ab: bona etiam Rachel: altera exploratori- *Gen. 31. 4.* bus occultatis, altera parente in idolorum superstitiosis inquisitionibus falso. Mala ve- *Josue 9. 4.* ro astutia deceperunt Gabaonitæ Israelitas. *2. Reg. 15. 4.* Mala astutia usus est Absalom benignitatis specie ad se cor populi declinando, & paterna regna insidiosa calliditate in sua vota flectendo. Culpabiliter & de illis propheta pronunciat, de quibus dicit: *Super populum tuum astute cogitaverunt consilium*. Verumtamen proverbialis sermo laudabilem nos astutiam docet, quæ, sicut diximus, in omnibus vitæ negotiis adversum nequitiæ dolos scutum quoddam debeat esse simplicibus. Denique si hanc prima mulier habuisset astutiam, numquam profecto dolis fuisset decepta serpentis. Ideo ergo simplicem & innocentem qui temere credit omni verbo, uti ne corrumpantur sensus ejus a simplicitate Christi, circumvallat & communit astutia; velut auxilia ei quædam adversus vitæ hujus certamina suggerens dimicanti.

2. Cor. 4. 16. 13. Sed videamus jam nunc quomodo *puero juniori sensum dat & cogitationem*. Quoniam sicut Apostolus describit, omnis quidem homo duplex est, & alius est exterior, alius vero interior, id est unus qui videtur, & alius qui intelligitur; & ideo necesse est, nos ea quæ de ætate dicuntur homini cui magis convenire videtur, aptare. Et si quidem dicamus de exterioris hominis ætate, quod puero juniori sensum præbeat corporalem liber hic, id est vel visum, vel auditum, vel odoratum, vel gustum tactumque, ridiculi res videbitur; hæc enim in nobis pariter

A cum ipsa statim nativitate subsistunt, nec aliquando talia per doctrinam institutionis adduntur. Neque enim puer corporaliter intelligendus est, neque sensus unus ex his putandus quos supra enumeravimus: sed ad ætatem interioris hominis est referendus intellectus: quoniam & in multis Scripturæ locis de puerili animæ ætate docemur, & alibi de juvenili, alibi quoque etiam de senili, sicut ab Apostolo Paulo didicimus, dicente de Corinthiis, quia parvuli essent, & ideo *1. Cor. 3. 1.* eos lacte potaverit, quia primis eos & sim-

B plicibus Evangelii instruxerit elementis, *Matth. 11.* cum necdum valerent perfectorum dogmatum sumere solidos cibos. Juvenis autem secundum interiorem hominem dicitur, qui ex omni parte in animi virtute perfectus est: qui spiritu ferventi in actibus pietatis, & robustus ac validus ad omne opus nititur bonum: quem & Evangelia violentum designant, id est qui vim faciens diripere possit regna cælorum: qui etiam ad laudandum Dominum invitatur per prophetam dicen- *Psal. 148. 12.* tem, *Juvenes & virgines laudate nomen Do-*

C *mini;* de quo dicitur etiam per Joel prophetam: *Et juvenes eorum visiones videbunt*. Se- *Joel. 2. 28.* nior autem secundum interiorem hominem dicitur quisquis ille est perfecti sensus maturique consilii: sicut erat Daniel, in tenero adhuc corpore maturitatem senilis animi & consummatæ prudentiæ sententiam gerens: propter quod & dicebant ad eum illi inveterati malorum dierum, *Veni & sede in medio* *Dan. 13. 50.* *nostrum, & annuncia nobis: quoniam dedit tibi Deus presbyterium*. Et ideo ergo consequens est puerum quem dicit juniorem, qui

D magis novus quam junior designatur in græco, hunc, inquam, puerum vel juniorem vel novum, eum intelligi qui per baptismi lavacrum renovatus est, & conversus factus est sicut puer, & ideo aptus efficitur regno cælorum. Huic ergo tali puero tamquam nuper genito & rationabili ac sine dolo lac concupiscenti, liber iste proverbialis doctrinæ sensum tribuit, & cogitationem atque intelligentiam præstat. Et sensus quidem ad rerum præsentium intellectum referri potest, cogitatio vero intelligi de futuris: quo-

E niam quidem & humanæ regulam conversationis edocemur, uti ne fallamur in actibus vitæ, & vanitati ac libidini rerum præsentium succumbamus: neve inanis gloriæ aura capiamur; & nihilominus etiam futuræ spei cogitationes optimas suggerit, quo scilicet ea quæ fide credimus, per patientiam exspectamus.

14. Verum quoniam ætatis differentias ad interiorem hominem traximus, consequens est etiam cætera pari intelligentia persequi: & eum quem diximus sensum non ad corporeum intellectum, sed virtutem ani-

Prov. 22. 17. mæ revocare. Et ideo si quando dicit, *meis* A *verbis admove aurem tuam:* scire nos oportet quia aurem animæ, id est obedientiam mentis requirit, sicut & Dominus dicebat: *Qui* Matth. 13. 9. *habet aures audiendi, audiat;* & alibi, *Sermo* Prov. 23. 12. *sapiens in aures audientis.* Per hæc ergo & horum similia dat huic puero juniori vel novo, de quo superius diximus, sensum obedientiæ. Cum vero dicit: *Noli attendere* Prov. 5. 2. *malæ mulieri;* & rursum, *non confirmes oculum tuum ad eam:* &, *oculi tui recta videant:* Ibid. 4. 25. manifeste per hæc velut visum quemdam animæ novi hujus pueri tribuit. Et iterum B commonet dicens: *Manduca mel fili, ut in-* 24. 13. *dulcentur fauces tuæ.* Mel figuraliter nominat doctrinæ cælestis eloquia; *Quam dulcia* Ps. 118. 103. *enim faucibus meis eloquia tua, super mel & favum ori meo:* & per hanc commonitionem spiritualem, gustum animæ informat in puero, illum scilicet gustum de quo dictum est: *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.* Ps. 33. 9. Est autem quidam & tactus animæ, secundum quem tactum contingit eam sapientia, & complectitur velut amatricem quamdam suam. Ita enim dicit: *Ama eam, & comple-* C Prov. 4. 6. *ctetur te.* Et rursus Ecclesiastes: *Tempus,* Eccle. 3. 5. inquit, *complectendi, & tempus longe fieri a complexibus.* Nam corpora quidem impuris complexibus polluuntur: anima vero in complexus sapientiæ veniens, & semina vitæ concipiens, sanctos edit partus salutis. Hoc ergo modo sensum puero juniori vel novo proverbialis doctrina præstabit: cogitationem vero præstabit cum dicit, *Non pro-* Prov. 11. 4. *derunt divitiæ in die malo;* injicit namque cordi tuo per hæc cogitationem diei illius in quo tibi abundantia divitiarum subvenire D non poterit, nec illis te æternis suppliciis liberabit. Sed & cum dicit: *Innocentes autem* Prov. 2. 21. *hæreditate possidebunt terram,* illam videlicet terram quam etiam mansueti in hæreditatem percipient: sicut Dominus in evangelio repromittit, & sicut propheta designat in psalmis, cum dicit: *Mansueti autem hære-* Matth. 5. 4. *ditate possidebunt terram.* Sed & cum ait, *gloriam sapientes hæreditabunt,* ad desideri- Prov. 3. 35. um repromissæ beatitudinis sensus animæ suscitat; & ista est cogitatio quæ puero novo per institutionem doctrinæ inseritur cordi, E ex interminatione pœnarum quæ peccatoribus præparatæ sunt: desiderium bonorum & concupiscentia beatitudinis commovetur ex his, quæ justis ac fidelibus repromissa sunt. *His enim auditis sapiens sapientior erit.* Mul- Prov. 1. 5. tum est quod de proverbiorum sermone promittitur: id est quia excedat etiam sapientium sapientiam, & totius doctrinæ eorum supergrediens modum, plus aliquid cæteris liber iste contineat; ita ut videatur quod cum unaquæque doctrina imperitos suscipiat auditores, ad audienda ac discenda proverbia sapiens quis debet accedere, ut his auditis non tam sapiens, quod jam esse debet, sed sapientior fiat. Scimus autem quod sapiens multis modis dicitur. Nam & illi qui secundum sapientiam mundi hujus eruditi sunt, 1. Cor. 1. 20. sapientes dicuntur: & qui ad fidem Christi accesserunt qui est vera sapientia Dei, sapientes utique tamquam sapientiæ discipuli 1. Cor. 1. 24. merito nominantur; ad quorum doctrinam hanc ipsam quam habemus in manibus, id est proverbiorum sermonem, cum accesserint hujus mundi sapientes, sapientiores eos futuros Scripturæ sententia repromittit. Et quomodo non erunt sapientiores vanam scientiam recusantes, & assumentes scientiam veritatis? Vel certe quoniam multis modis sapiens dicitur; nam qui desiderat sapientiam sapiens appellatur, & is qui jam cœpit proficere in eruditionibus sapientiæ, & ipse sapiens dicitur: & qui ad perfectum eruditus est, sine dubio sapiens nominatur. Qui ergo hæc audierit sapiens, id est qui discendæ & inquirendæ sapientiæ desideria prima conceperit; vel ii qui jam in aliquibus videntur esse profectibus, & per hoc sapientes dicuntur, efficientur sine dubio sapientiores: ex his verbis cognoscentes quamplurima de cælestibus divinisque dogmatibus, quamplurima etiam de humanis rebus atque terrenis. Cum totus iste liber varia præceptorum commonitione nunc malitiam de humanis mentibus effuget, nunc excitet introducatque virtutem, nunc linguæ petulantis temeritatem refrenet, nunc oculum a malis conspectibus servet, nunc manus ab iniqui operis motibus arceat, injustas concupiscentias abigat, segnitiem negligentiamque discutiat, laborem & patientiam laudet, prudentiam doceat, sobrietatem ac pudicitiam suadeat; cum ergo per hæc omnia vitiorum quidem & totius mali operis odium animæ discentis indicat, totius vero boni desiderium suscitet, certum est quod sapientiores ex sapientibus efficit.

15. *Intelligens autem gubernationem acquiret.* Omnis homo qui alicujus artis vult assu- Prov. 1. 5. mere disciplinam, explorare debet prius si naturalibus suis motibus vel positionibus apta est ars illa quam expetit & conveniens: verbi causa si quis athleta vult esse, ut habeat lineamenta corporis bene composita, robusta membra, & valida nervorum compage districta. E contrario qui cursorum cupit inire certamina, considerat utique si corpore levis sit, & agilis motu. Ita & gubernator, si locorum memor, si intellectu prudens, si in omnibus vigilans. Propterea ergo & nunc non quemlibet ad gubernandum sermo proverbialis assumit, sed intelligentem. Quid autem est gubernatio? sine dubio disciplina quædam animæ, per quam infidum & flu-

fluctuosum hoc vitæ nostræ pelagus cum omni moderatione & observantia transeamus. In multis namque Scripturæ locis aquas & maria vitam hanc nostram invenimus esse nominatam, sicut in psalmis cum dicit: *Misit e summo & accepit me: & assumpsit me de multitudine aquarum.* Manifestissime etenim mobilitatem ac perturbationem vitæ hujus aquas appellat, pro eo quod neque ea quæ hominibus bona videntur & prospera immutabiliter permanent, neque rursus adversa & tristia perseverant: sed omnia inconstantia quadam & conversionibus ac permutationibus dilabuntur. Sicut enim impossibile est mare in eodem tranquillitatis statu diutius permanere, sed quod nunc quietum videbatur & placidum, paulo post immanibus videas fluctibus excitari: & rursus quos nunc cernis insanos undarum tumores ipsa pene nubila verberantes, paulo post stagnantia videas, & in modum marmoris placida æqualitate constrata, ita etiam vitæ humanæ negotia faciles & subitas vicissitudines permutationesque recipiunt. Propterea ergo gubernatione indiget vita nostra, & ut in tranquillitate positi, id est cum omnia nobis ex sententia ac voluntate procedunt, permutationes prospiciamus futuras, nec quasi immortalibus rebus his præsentibus vel prosperis incumbamus: & rursus in tristibus vel adversis nequaquam nosmetipsos despiciamus, ne quis forte ampliore tristitia absorbeatur, & in profundum turbati maris, id est lascivioris vitæ erroribus demergatur. Neque ergo sanitas corporis, neque florentis gratia juventutis, neque opulentia domus, neque cæteræ hujus vitæ prosperitates diu permanent, stabiliterque perdurant. Sed dum in talibus degis, dum in tranquillitate navigas vitæ, prospice ac prævide tempestatem aliquam, id est perturbationem rerum futuram. Imminet namque ægritudo post sanitatem: paupertas post opulentiam. Non enim semper flat ventus a puppe: nec semper æquis lineis vela tenduntur. Aliquoties enim in summa felicitate viventes, subitis perturbationibus velut repentinis quibusdam procellarum incursionibus demerguntur: & rursus nonnulli quos diversarum tentationum molestiæ, & vitæ infelicioris angustiæ velut rabidi quidam fluctus, & sævi turbines fatigabant, receperunt vitæ suæ quietem, & transactis omnibus ac depulsis, ad lætitiam mentis & tranquillitatem animi restituti sunt. Hic ergo intelligens gubernator, qui prudenti sollicitoque prospectu, rerum mortalium instabilitate præcognita, cor suum ad rerum permutationes ac vicissitudines præparat, & intrepidus semper interritusque consistens, idem semper est, & semper sibi similis invenitur: id est neque jactans & elatus in prosperis, neque dejectus & corruens in adversis. Sed & aliud nobis utile gubernationis bonum, & disciplina gubernatoris occurrit. Scio ego præterea & alios fluctus: novi & alias undas adversus animam insurgentes, quæ contra eam ex carnis vitiis concitantur. Ira enim & timor, libidines & tristitiæ, avaritiæ & rapinæ, ac diversa luxuriæ genera, velut procellæ quædam ac turbines violenti, ex prudentia carnis adversus animam concitantur. Qui si eam absque disciplina & vigilantia gubernatoris offenderint, continuo elisam eam atque submersam, fœdis miserandisque naufragiis mergent. Oportet igitur mentem nostram ac sensum velut gubernatorem quemdam totius navis in edito residere; & excelsiorem vitiis ac passionibus factum, gubernaculorum clavos, id est cogitationum motus arte peritissima moderari, & omne corpus nostrum velut navis cursum certis lineis dirigentem, constanter quidem fluctibus obviare, & insurgentes undarum tumores impetu sulcantis carinæ compescere: ipsum vero in excelso & edito positum, nequaquam prorsus amaritudine vitiorum tamquam inquieti maris elatione respergi, sed elevantem oculos semper ad cælum, orare Deum & dicere: *Libera me de profundo aquarum, & ne me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundum.*

16. Vis tibi enarrem etiam aliud navigium, ad quod necessaria nobis est gubernationis hujuscemodi gratia? *Regnum cælorum simile est homini negotianti.* Omnes ergo qui secundum Evangelium vivimus, negotiatores sumus, qui ex mandatorum Dei mercimoniis, possessionem nobis regni cælestis acquirimus. Oportet ergo nos diversas ac varias congregare bonorum cælestium facultates: ne forte cum exquiri cœperint talenta quæ nobis negotiandi causa commissa sunt, confundamur si nulla lucra creditę nobis Dominicæ pecuniæ demonstremus, & consequatur nos tristis illa & terribilis vox dicens, *Serve male & piger.* Si ergo aliqua nobis convecta sunt mercimonia, cum omni cautela vitæ hujus nobis transfretanda sunt spatia. Videmus enim plurimos in juventute ex operibus mandatorum Dei multas congregasse divitias: medio vero vitæ suæ tempore tentationibus insurgentibus a spiritibus malignis, tentationum pondus non potuisse sufferre, profecto ex eo quod gubernationis eis non adfuit disciplina; sed omnia quæ bene prius acquisita fuerant perdiderunt, sicut sunt sine dubio ii *qui circa fidem naufragaverunt.* Alii vero castitatis quam ex juventute servaverunt, tamquam procella quadam exsurgente, naufragia nequissimæ libidinis incurrerunt, & o miserandum lugendumque spectaculum, post jejunia, post afflictiones cor-

Psal. 17. 17.
Psal. 68. 15.
Matth. 13. 45.
Matth. 25. 26.
1. Tim. 1. 19.

corporis, post lacrymas ubertim profusas, A post continentiam plurimi temporis, per desidiam animæ & negligentiam, horum omnium bonorum nudus & inanis relinquitur. Nonne similis tibi iste talis videtur homini negotianti, qui infinitis & magnificis mercibus oneratam navem lætus & bilaris agens, & vela prosperis flatibus laxans, postea quam immensi & sævi maris spatia infinita transgressus est, ad ipsum jam portum atque in ipsis, ut ita dixerim, januis quietis nave collisa, & omnibus in quibus merito gloriabatur submersis, nudus & naufragus B vix ipse tabulæ innixus evasit? Talis sine dubio est qui multis laboribus & multo sudore censu virtutis ac sobrietatis quæsito, subita eum dæmonis incursione perdiderit: qui velut diræ procellæ impetu peccati violentia submersus, & ab omni pariter bonorum virtute naufragus factus, dignam illam proferet vocem: *Veni in profundum maris, & tempestas demersit me.* Psal. 68. 3.

17. Contine ergo diligentius & cautius vitæ tuæ gubernacula, & guberna oculum tuum: ne forte per oculi lasciviam, rapidus C te concupiscentiæ fluctus elidat. Guberna auditum, ne forte detrahentium & male loquentium te amaritudo respergat: ne recipias auditionem vanam. Guberna linguam, ne quid vel quod non expedit, vel quod non licet proloquaris. Guberna animos, ne minis hominum & terroribus conturberis, ne te tristitiæ pondus absorbeat. Omnes vitiorum passiones, fluctus quidam sunt adversus animam insurgentes. Quorum si semper altior & excelsior sedeas, & intentus sis ad animam gubernandam, liberaberis a vitæ D naufragio. Quæ vitia in te si non singula quæque observans cohibueris ac declinaveris, sed indulseris animæ vitiorum suorum voluptatibus vivere, velut navis sine gubernaculis palabunda semper & oberrans, peccatorum scopulis illidetur. Audi vero quomodo tibi ipsa gubernandi disciplina quæratur. Mos est navigantibus cælum semper intendere, & inde vias sui cursus agnoscere, per diem quidem solis indiciis, in nocte vero septentrionis cæterorumque astrorum signis ac lineis regi. Et tu ergo habeto sem- E per oculos tuos elevatos ad cælum, secundum eum qui dixit: *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Psal. 122. 1. Respice ad solem justitiæ: & stellis quibusdam clarioribus, quæ sunt mandata Dei, dirige cursum tuum, & intuitum his defige pervigilem. *Non des somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem,* Prov. 6. 4. ut per mandatorum observantiam nullus tibi vitæ error occurrat. *Lucerna* Psal. 118. 105. enim, inquit, *pedibus meis verbum tuum, Domine, & lux semitis meis.* Si enim numquam dormitaveris in gubernaculis vitæ tuæ, dum per hanc instabilem & fluxam rerum naturam mundi hujus transitum facis, mereberis etiam Spiritus sancti adjutorium, qui te lenibus auris semper ad priora & anteriora perducat, usquequo restituaris ad illum quietissimum & tranquillissimum portum divinæ voluntatis in Christo Jesu, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA VI.

DE FIDE.

1. DEi quidem sine intermissione memorem esse pium est, nec umquam fidelis anima capere potest ejus satietate fastidium: verbo autem audere differere Deum, vel explicare temerarium est, cum præcipue sensus humanæ mentis a rerum veritate quamplurimum decidat, & rursum sermonis interpretatio obscurius & infirmius quæ in corde sentiuntur exponat. Si ergo sensus quidem noster abest a rerum veritate quam plurimum, sermo vero longe inferior atque imbecillior sensu est, quomodo non in Dei rebus utroque silentium præstat, ne forte vilitate sermonis summa nobis dignæ fidei periclitetur, & admiratio naturæ Dei humani verbi infirmitate minuatur? Nam desiderium quidem inquirendæ atque enarrandæ gloriæ Dei, universæ rationabili naturæ divinitus sentimus insertum; sed competenter & digne de Deo proloqui, similiter omnibus & communiter deest. Voto sane & proposito pietatis, alter altero aliquantum differimus: nemo tamen ita elatus est & mente excidit, ut arbitretur se intelligentiæ fastigia summa complexum. Sed qui religiosius quærit, quanto amplius se viderit scientiæ consideratione progressum, tanto magis fragilitatis suæ intelligentiam capiet. Talis erat Abraham, talis & Moyses; qui cum primum Deum videre ut videri ab hominibus fas erat, potuerunt, tunc se utterque magis humilians; Abraham quidem terram se & cinerem nominabat, Gen. 18. 27. Moyses vero Exod. 4. 10. gracilis vocis & linguæ se tardissimæ fatebatur; pervidebat enim infirmitatem linguæ suæ magnitudinem divinorum sensuum ministrare non posse. Verumtamen quoniam totius fraternitatis auditus patet nunc & intentus est, cupiens aliquid de fide Divinitatis audire, nec satiari umquam ambitus ecclesiæ potest in hujuscemodi disceptationibus, secundum sententiam Ecclesiastis dicentis, *Quia non replebitur auris auditu,* Eccle. 1. 8. necessarium puto pauca pro viribus dicere. Dicemus autem non qualis & quantus est Deus, sed quantum humana lingua proloqui fas est. Neque enim quoniam locum qui est inter

ter cælum & terram, oculis totum penetrare non possumus, etiam quantum possibile est nobis, cernere declinabimus. Ita ergo & nunc pietatem quidem fidei sermone quo possumus explicamus; naturæ vero illius eminentiæ concedimus supra omnem sermonem & supra omnem sensum palmam tenere. Neque enim ipsæ angelorum linguæ, si quæ illæ sunt, neque archangelorum cum universa rationabili creatura pariter congregatæ, parum quid naturæ illius contingere ut est potuerunt ac proferre. Verumtamen tu si de Deo aliquid vel dicere vis vel audire, relinque paulisper corporis sensus; imo ipsum, ut ita dicam, totum corpus tuum. Relinque terram, desere maria, ipsum quoque aerem tibi subjicito: transgredere tempora, & curriculorum sæcularium ordinem transi. Excede totius mundi statum: conscende etiam super ætherem, stellarum quoque fulgorem, vel cursum, vel ordinem, vel motus varios & diversos, vel inter se invicem connexionem dissensionemque transgredere. Excede omnia, ipsum quoque cælum superior effectus despice, & in superioribus ejus positus sola mente conspicare: quis in illis regionibus decor, quis splendor rationabilium cælestiumque virtutum. Intuere angelorum choros, archangelorum ministerium circumspice, glorias intuere dominationum, consessum thronorum, virtutum, principatuum. Et hæc, inquam, nihilominus omnia supergrediens & transcurrens, & super omnem creaturam caput tui sensus extollens, & mente atque intelligentia cunctis his superior factus, ibi demum ineffabilem illam Dei contuere naturam, inconvertibilem quamdam & immutabilem, impassibilem, simplicem, incompositam, invisibilem, inaccessam lucem,
1.Tim.6.16. inexplicabilem virtutem, sine fine magnitudinem, gloriam inconspicabilem, bonitatem concupiscibilem, inexquisitum decorem, qui mentis quidem puræ contingat & moveat affectus, indicari autem atque explicari sermone non possit.

2. Ibi est Pater & Filius & Spiritus sanctus; sola natura quæ creata non est, dominationis potestas, bonitas naturalis: Pater initium omnium, causa cunctorum, radix viventium, ex qua procedit fons vitæ, sapientiæ
Col. 1. 15. virtus, & imago indemutata invisibilis Dei, qui est Filius ex Patre genitus, Verbum sive ratio vivens, qui erat Deus, & erat apud Deum & semper erat: non factus, sed natus ex Patre ante sæcula; non assumtus postmodum vel adoptatus in filium: non possessio, nec factura, sed creator & factor omnium: qui est omnia quæ Pater est, Filium dixi & Patrem: observa mihi semper istas proprietates. Cum ergo sit filius, & hoc ei proprium A sit quod est filius, est omnia quæ pater est, secundum vocem suam qua dicit Dominus & Salvator: *Omnia quæ habet Pater mea sunt*. Joan. 16.15.
Revera enim certum est omnia esse in imagine, quæcumque sunt in prototypo, cujus imago est. *Vidimus* enim, inquit Evangelista, *gloriam ejus tanquam unigeniti a patre*, Joan. 1.14.
in quo indicat non per donum gratiæ datam ei virtutem, sed ex naturali consortio habentem filium paternæ majestatis indemutabilem gloriam: accipere namque cum omni creatura commune est, habere autem naturaliter B proprium est ejus qui ex natura patris natus est. Ut ergo filius naturaliter quæ patris sunt possidet; ut unigenitus vero omnia pariter quæ patris sunt in semetipso complectitur, dum inter plures hæreditaria divisio non habetur. Unde ex ipsa filii appellatione edocemur eum paternæ esse naturæ consortem: non ex præcepto creatum, sed ex ipsa substantia refulgentem; inseparabiliter patri ac sine ullo initio cohærentem. Æqualis est in bonitate, æqualis in virtute, particeps gloriæ. Et quid amplius? Ex eo quod signa- C culum & imago est patris, totum in se indicat & ostendit esse quod pater est. Quæcumque autem tibi post hæc *ex corporali* assumtione fuerit proloquutus, humanæ salutis dispensationem struens, quam in carne venerat expleturus, eloquitur. Missum se dicit, & non posse ex se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem; & mandatum accepisse, & multa alia hujusmodi: sed hæc non tibi occasionem præstent ad deitatem Unigeniti filii defraudandam. Non enim hoc quod pro tui indulgentia & miseratione infe- D riora se gerit & agit, imminutio naturalis ejus debet accipi dignitatis; sed naturam quidem intellige Deo dignam: verborum autem humilitatem, rationem dispensationis adverte. De quibus si velimus nunc singula quæque discutere, infinitum verborum numerum, & spatia temporis multa consumimus. Sed ad propositum revertamur.

3. Igitur si potuerit mens humana omnem sensum corporeæ naturæ & materialis excedere; sed & universam intelligibilem, & rationabilem prætergredi creaturam; & E velut piscis quidam de profundo ad summitatem aquarum evadens & natus, sinceri ac puri intuitus percipere libertatem, ibi videbit etiam Spiritum sanctum, ubi Filium vidit & Patrem, eadem omnia habentem, ejusdem substantiæ ac naturæ, bonitatis quoque & inconvertibilitatis, sanctitatis ac vitæ. Scriptum est enim: quoniam *Spiritus tuus bonus*, & *Spiritus rectus*, & *Spiritus sanctus*. Psal. 142. 10. Psal. 50. 12. & 13.
Et Paulus dixit: *Lex* autem *Spiritus vitæ*. Rom. 8. 2.
Horum ergo omnium nihil ei extrinsecus accidit; sed sicut inseparabilis est calor ab igne, & fulgor a luce, ita & a Spiritu san-

ctio sanctificatio, & vivificatio, & bonitas, A & inconvertibilitas. Ibi ergo assistit Spiritus sanctus, imo ibi est in illa beata natura, nec in numero reliquæ multitudinis numeratus, sed in trinitate perspicitur, & in illa unitate comprehenditur, nec reliquis substantiis annectitur. Sicut enim Pater unus est & Filius unus, ita & Spiritus sanctus unus est: cæteri vero qui ministeriales spiritus appellantur, per singulos quosque ordines, innumerabiles indicant multitudines. Sed tu noli quærere inter creaturas eum qui supra omnem creaturam est: neque deducas inter eos qui san- B ctificantur eum qui sanctificat; quo replentur angeli, inspirantur archangeli, sanctificantur virtutes, vivificantur universa qui in omnem creaturam dividitur, & ob hoc aliter ab hoc, aliter vero participatus ab alio. Et cum omnibus suis gratias largitur, non tamen a participantibus assumitur vel impenditur, sed & illi replentur, & ipse indeminutus & integer permanet. Aut si difficile hoc tibi & intellectu peregrinum videtur, respice fulgorem solis, quomodo cum singula & diversa corpora circumlustret, ac lucis gra- C tiam præstet omnibus & caloris, in nullo tamen substantia ejus ab his qui de eo participant, aut imminui videtur aut scindi: ita etiam Spiritus sanctus illuminat omnia ad intelligentiam Dei; inspirat prophetas, legislatores sapientiam docet, sacerdotes consummat, corroborat reges, perfectos efficit justos, sobrios quæ honesta sunt docet: præstat gratias sanitatum, vivificat mortuos, vinctos solvit, alienigenas per adoptionem
Matth. 9. 9. in regenerationem baptismi vocat. Si publicanum susceperit, repletum fide eum D
Matth. 4. 19. evangelistam producit. Si piscatorem assumlerit, theologon, id est verbi Dei præconem
Act. 9. 15. facit. Si persequutorem fidei, vas electionis ostendit. Per hunc qui infirmi sunt, fortes fiunt, & pauperes divites efficiuntur. Imperiti sermone, sapientioribus sapientiores
Act. 19. 12. fiunt. Unde & Paulus in infirmitate quidem multa & timore ac tremore, verbum Dei prædicabat: verum per Spiritus sancti gratiam, sudaria a corpore ejus assumta, & incommodis adhibita, præbebant sanitatem plenissimam. Petrus & ipse cum in infirmi- E tate corporis positus esset, per gratiam ta-
Act. 5. 15. men Spiritus sancti, quos etiam umbra sui contigisset, ab omni ægritudine salvabantur.
Ibid. 3. 6. Pauper erat Petrus & Joannes, non enim habebant argentum neque aurum, sed sanitatis munus donabant auro pretiosius omni. Cum enim a multis claudus ille frequenter accepisset aurum vel argentum, mendicus tamen nihilominus permanebat: postea vero quam per Petrum gratiam Spiritus consequutus est, & a mendicitate cessavit, & tamquam cervus exsiliens, Deum laude honorabat. Nesciebat Joannes mundi hujus sapientiam, & Spiritus sancti virtute proloqnutus est verba quibus nulla philosophia, nulla eruditorum lingua posset occurrere. Iste ergo sanctus Spiritus & in cælis est, & in terra replet, & ubique adest, & nusquam concluditur. Totus in singulis est, & totus cum Deo est. Non velut officio fungens ministri divina dona largitur; sed auctoritate dividit gratiam: *dividit* enim *unicuique Spiritus prout vult*. 1. Cor. 12. 11. Qui mittitur quidem secundum dispensationem, operatur vero secundum auctoritatem ac potestatem. Hunc adesse & inspirare animas nostras oremus, & numquam nos derelinquet per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum.

HOMILIA VII.

Seu Epistola ad Virginem lapsam.

Tempus est exclamare nos illud propheticum, *Quis dabit capiti meo* Jerem. 9. 1.
aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut defleam contritionem filiæ populi mei? & licet cæteros obtexerint profunda silentia, atque atrocitate vulneris obstupefacti vitalis animæ motus, atque ipsum pene doloris sensum amiserint, sed nos tam crudele funus absque lacrymis videre non possumus. Ete- Ibid.
nim si Jeremias propheta eos qui in bello vulnerati sunt tam multiplici lamentatione prosequitur, quid nos de tam funestæ animæ vulnere patiemur? *Vulnerati*, inquit, *tui non* Esa. 22. 2.
sunt gladio vulnerati & defuncti; sed mucro mortis hujus quam lamentamur, mucro peccati est, in quo ignita jacula maligni, corpora simul & animas hostilis flamma succendunt. Mecum pariter divinæ leges in hoc funere congemiscunt, quæ clamabant semper, & summis vociferationibus commonebant: *Non concupisces mulierem proximi* Deut. 5. 21.
tui. Mecum sacrosancta evangelia hujuscemodi lapsum videntia, producunt longa suspiria, quod frustra clamaverint, frustra præceperint, quia *omnis qui videt mu-* Matth. 5. 28.
lierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Et quomodo nunc intueri possunt istam quam Domino conjunxerant sponsam jam velut quadam libertate mœchantem? Ingemiscunt mecum & indignantur etiam ipsi sanctorum spiritus, & præcipue Phinee zelo Dei plenus, quod ei non licet nunc quoque arrepto siromaste dignam sumere commissi sceleris ultionem. Indignatur etiam mecum Joannes Baptista, quod non potest superna sede derelicta, sicut tunc eremum dereliquerat, ad arguendum facinus occurrere; & si ita res posceret, ca-

caput magis perdere quam libertatem. Quinimmo secundum beatum Abel, etiam ipse defunctus adhuc loquitur, & multo magis modo, quam tunc pro Herodiade, clamat
Matth. 14.4. & dicit: *Non licet tibi eam habere*; quia licet corpus sepultum sit Joannis, & lingua jam sileat, sermo tamen Dei non est alligatus. Si enim pro conservi matrimonio polluto usque ad mortem exeruit libertatem, quid nunc faciet, tantam contumeliam erga Dominicos thalamos videns? quod tu sacratæ jugum virginitatis abjiciens, atque immaculatos externi regis respuens thoros, turpi te & infami corruptelæ sociaveris. Et quoniam nefarii commissi nullum tibi subsistit effugium, nec excusatio ulla succurrit, cri-
Prov. 18.3. mine obtegis crimen; quia & impius cum ceciderit in profundum malorum contemnit. Ipsam nunc sponsionem tuam negas, & de his quæ sponso spoponderas inficiare conaris, nec virginitatem te asseris promisisse. Sed quomodo negare poteris, cum professionis tuæ quam Deo professa es, testes & homines & angelos habeas? Recordare & revoca ad mentem bonam confessionem: recordare ut habueris casta & honesta consortia; ut virginum annumerata sis choris, & conventiculis sis admixta sanctorum. Memento venerandæ aviæ tuæ, corpore quidem fessæ, viridis vero virtute. Memento matris summos agones in Domino perferentis, & novis atque inauditis laboribus proprium corpus a veteri consuetudine refrenantis. Memento sororis & intuere eam; in quibusdam priores imitantem, in quibusdam etiam superantem, & virginitatis profectibus majorum in religione gloriam cumulantem; quæ te utpote furorem quam propositi sui æmulam crederet, ad similem curlum vitæ exemplis & verbis institutionis provocabat. Memento ut frequentaveris virginales illos & similes angelis choros, & ut in carne posita spiritaliter vixeris: ut cælestem habueris in terris conversationem. Memento ut dies quietos & noctes lucidas duxeris, in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus delectata: ut sanctas orationes profuderis ad Deum; castum & immaculatum cubile servaveris, mensam quoque frugi, sobriaque convivia, & incessum tuta virginali reverentia decoratum. Ubi nunc tibi est honestus ille habitus, ubi vultus verecundiæ, & index animorum simplicitas vestis? ubi honesti puduris ille laudabilis rubor, quem tamen gratus ex abstinentia pallor obduceret, & æmula vigiliarum macies omni decore gratior obfuscaret? Quoties in orationibus conservandæ virginitatis gratia lacrymas profudisti? Quoties ad servos Dei scribens, ut pro te orarent deprecata es? Cur quæso? ut infamis istius corruptelæ gratiam

A consequi mereteris, an ut Domino per incorruptionem jungereris? Quoties o ingrata, cælestis sponsi munera suscepisti? Quantus tibi honour nominis illius contemplatione delatus est? Quoties ambierunt te virginales illius chori, & tamquam unam e numero suo in conviviis, in consortiis, in sodalitatibus habuere, prout vita simplex & casta deposcit? Quoties benedictiones tibi virginum datæ, ac sanctorum literæ ad te velut ad sponsam Christi honorabiliter emissæ? & nunc levi aura spiritus aeris hujus, qui nunc
B operatur in filios diffidentiæ, pulsata, illa omnia denegas, omnia respuis, omnia in oblivionem ducis, & cælestem thesaurum exiguæ libidinis voluptate commutas, quæ ad præsens quidem indulcat fauces tuas, postea autem amariorem felle invenies. Pro his omnibus quis est qui non cum luctu & lacrymis illam super te propheticam proferat vocem dicens: *Quomodo facta es meretrix civitas fidelis Sion?* Quomodo autem non & Esa. 1.21.
Dominus respondeat ad aliquem sacerdotum, quem dignum suo judicarit colloquio,
C & dicat: Vidisti quæ fecit mihi virgo Jerusalem? Ego eam mihi sponderam in fide, & in incorruptione, & in justitia, & in judicio, in misericordia & miserationibus, sicut per Osee prophetam præcepi; ipsa autem dilexit alienos, & vivente me viro suo, adultera dici maluit, nec timuit alii viro sociarii. Quid autem etiam paranymphum illum talium nuptiarum Paulum dico, & illum apostolum, & hunc qui nunc tibi & magister & testis & medicus fuit, cum tu derelicta domo paterna Domino jungebaris? non, in- Jerem. 18.13.
D quam, sentis Apostolum hæc ad te verba proferentem: Ego quidem te uni viro virginem castam exhibui Christo, & veritus sum ne forte sicut serpens seduxit Evam astutia sua, corrumperentur sensus tui; propterea incessabiliter commonitionibus innumeris conatus sum omnem aditum reprimere & cohibere libidinis, & passionum perturbationes arcere, omnique custodia custodire Dominicam sponsam. Præcepi denique & dixi: quia sola quæ innupta est cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spi- 2.Cor. 11.2.
E ritu. Denique & culmen tibi virginalis dignitatis aperui: templum te esse dixi Spiritus sancti, pennas tibi per hæc aptans quodammodo, ut ad Jesum volatu celeri properares. Sed & ne qua vis ex insidiis lapsum tibi aliquem moliretur, horrificis deterrui præceptis dicens: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet eum Dominus.* In orationibus quoque meis munimen semper addebam dicens, ut integrum tuum corpus & anima & spiritus servaretur sine querela; sed, ut video, sine causa laboravi in te, quæ tot & tantis laboribus meis amarum exitum 1.Cor. 7.34. 1.Cor. 3.17.
red-

reddidisti. Et nunc necesse est ut lugeam, pro qua oportuit me lætari. Video enim quod seducta es a serpente aliquanto deterius quam Eva; quia non solum sensus tuus a simplicitate, sed & corpus a virginitate corruptum est; & horrendum illud incurristi, quod & dicere me piget, & silere non possum, quia est sicut ignis ardens & flamma succensa in ossibus meis: & dissolvor undique & non possum ferre, quia tulisti membra Christi, & fecisti ea membra meretricis. Hoc est quod super omnia mala malum est; hoc est quod comparationem sceleris non habet. Denique sic dicit & propheta: *Transite*, inquit, *insulas Cethim, & videte: in Cedar mittite, & intelligite si facta sunt talia, si mutavit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dii:* virgo autem mea *mutavit gloriam suam, & gloria ejus in confusionem redacta est*. Obstupuit cælum super his, & horruit nimis valde. Hæc etiam nunc Dominus dicit: Quia duo pessima fecit virgo mea: me dereliquit verum animæ suæ sponsum, & abiit ad amatorem impium & scelestum, animæ & corporis corruptorem. Discessit a Deo salutari suo, & exhibuit membra sua servire immunditiæ & iniquitati: mei autem oblita est, & abiit post amatorem suum. Expediebat illi infelicissimo ut mola asinaria circumligaretur collo ejus, & projiceretur in mare magis quam scandalizaret virginem meam. Quis umquam ita temerarius exstitit servus, quis in tantum processit insaniæ, ut aggredi dominicum cubile tentaret? Quis umquam latro in tantum furoris elatus est, ut templum Dei auderet irrumpere, scilicet vasa viventia, vasa in quibus anima ad imaginem Dei facta habitabat? quis umquam comperit, in omni hoc sæculo, in media civitate luce clara violatas esse regias iconas, & porcorum formas pro imperialibus vultibus impositas? Quid deinde si quis matrimonium hominis corruperit, nonne absque ulla miseratione duobus vel tribus moritur testibus? Quanto magis merebitur graviora supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & eam quæ ipsi consecrata est polluerit sponsam, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Sed ipsa, inquit, voluit, & non invitæ vim feci. Et illa procax atque impudens, domina Ægyptia, ipsa sponte sua sancto Joseph insiliit; sed nequaquam virtutem pudicitiæ furentis libido prostravit. Licet vi & manu fuerit aggressa, validior fuit casti mens, quam procacitas impudicæ. Sed illa inquit, hoc animo statuit, & proposito jam non erat virgo: & si ego noluissem, alium sine dubio suscepisset. Quid tum? Et Filium hominis oportuit pati, & oportuit tradi; sed væ illi per quem Filius hominis traditus est. Et scandala necesse est venire, sed væ illi per

Jerem. 2. 10. & seq.

A quem veniunt. Verum post omnia, numquid qui cecidit non adjiciet ut resurgat? Ut quid aversa est virgo aversione impudenti, quæ audit a Christo dici per Jeremiam: *& dixi, postea quam fornicata es, per hæc omnia ad me convertere;* & *numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanitas filiæ populi mei?* Sed & multa alia invenies in Scripturis divinis mali hujus remedia. Multa sunt medicamenta quæ post perditionem revocant ad salutem. Numquid mors est? Num est & re-
B surrectio? Respice quam horrifica sunt quæ de æterno judicio conscribuntur: vide quanta de pœnitentia dicuntur: quanta decreta de remissione constituta sunt peccatorum: quam innumera exempla de conversionibus & emendationibus scripta sunt. Dragma quæ perierat inventa est: ovis quæ erraverat, humeris reportata est: filius qui consumserat paternam substantiam cum meretricibus vivens luxuriose, & regressus est & receptus, & ex mortuis dicitur vivus effectus. Vides quanta medicamina invenis si
C uti velis, si sanare animam tuam cupias. Adduc ad cogitationem novissimum diem (neque enim sola eris quæ in perpetuum vivas:) sed adduc ante oculos tuos tempus illud quo jam in morte constringimur; quo novissimus spiritus arctissimis angustiis cogitur: horam illam recordare quam Dei sententia perurget, & angeli educere animam de corpore festinant. Quæ est in illa hora perturbatio? Ubi tunc carnis desideria, ubi flamma libidinis? Ubi corporis & voluptatis illecebra? Procul hæc universa discedunt;
D nusquam horum memoria remanet: sola nos peccatorum stimulat conscientia, & hinc atque hinc ea quæ relinquimus contuentes, amarius illa sola quo adducendi sumus tota formidine & consternatione perhorrescimus. Solam illam perfectionis æternæ necessitatem cogitatione volventes, unde avellamur miserabiliter recordamur, & quo abducimur terribiliter contuemur. Hæc tibi per momenta in tuo corde describe, & communem semper vitæ exitum recordare: aut certe quod horum majus est, pone tibi ante
E oculos adventum Filii Dei cum sanctis suis angelis venientis; veniet enim & non silebit, veniet judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, veniet & in tuba illa terribili sonitu concinente, ita ut excitet omnes qui a sæculis dormierunt, ut præcedant ii qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui autem mala in resurrectionem judicii. Memento visionis illius quam Daniel vidit, per quam futurum judicium ante uniuscujusque oculos ponit. Ait enim: *Videbam & ecce sedes posita erat, & vetus dierum sedebat: & indumentum ejus candi-* dum

Jerem. 3. 7. Ibid. 8. 22. Dan. 7. 9.

dum ficut nix, & capilli capitis ejus ficut lana munda. Rota ejus ficut ignis ardens: fluvius ingens ante ipfum currebat. Millia millium miniftrabant ei, & dena millia denum millium adftabant ei. Judicium collocatum eft, & libri aperti funt. Sive boa five mala, five occulta five manifefta, five dicta five cogitata, fimul omnia in publicum deferenda, & ad univerforum auditum fingula perventura funt, fimul & angelis & hominibus cuncta revelanda funt, in Chrifto Jefu Domino noftro.

HOMILIA VIII.

IN PSALMUM LIX.

1. CONfideranti mihi & providenti intentos ad audiendum animos veftros, & mearum virium infirmitatem, occurrit quædam fimilitudo pueri jam quidem validioris, nondum tamen a lacte depulfi, mamillam matris quæ forte longa ægritudine refrixerit perurgentis. Et quamvis fciat mater in uberibus fuis fontem lactis aruiffe, pulfata tamen a pnero fæpius & diftracta, præbet mamillam, non ut nutriat parvulum, fed ut flentem compefcat & cohibeat vagientem. Ita igitur etiam in nobis, licet jugi hac ægritudioe & varia infirmitate omnis dicendi virtus aruerit, tamen fpectantibus vobis & velut plorantibus proferre cogimur verbum; non quod digne vos pafcat & nutriat, fed tantum defiderantibus fatisfaciat. Quoniam quidem tanta eft magnitudo dilectionis veftræ, ut etiam falutationis vobis a me vox fola fufficiat. Ave igitur Ecclefia Dei, & difce frequentius, imo indefinenter hoc dicere quod nuper in pfalmi refponfione cecinimus: *Da nobis auxilium de tribulatione, & vana falus hominis.* In quo, ut video, nec occafio quidem nobis infirmitatis opitulatur. Siquidem fecundum intelligentiam pfalmi, tribulatio non infirmitatis occafio eft, fed divinum animæ invitat auxilium. Unde opportune dicent ii qui propter peccata abjecti fuerant, & propter mifericordiam reparati funt: *Deus abjecifti nos & deftruxifti nos: iratus es & mifertus es nobis.* Et quoniam ad ordinem & confequentiam pfalmi fermo devolutus eft, fi videtur, prout poffumus expofitionis ipfius affumamus originem.

2. Hiftoria pfalmi hujus fecundum attitulationem fuam manifefte & evidenter pofita in Scripturis fanctis non invenitur: fimile tamen aliquid reperiri poteft ab his qui attentius legunt in fecundo libro regnorum, ubi fcriptum eft: *Et percuffit David Adrazar filium Moab regem fubeunsem inferre manum fuam fuper flumen Euphratem: & occupavit David mille currus ex caftris ejus, & feptem millia equites, & viginti millia virorum: & diffolvis David omnes currus ejus, & fuperfuerunt ex his centum currus.* Poft pauca ait: *Et regnavit David in Ifrael: & erat David faciens judicium & juftitiam, & Joab filius Sarviæ erat princeps militiæ.* Et iterum poft pauca ait: *Et miferunt filii Ammon & conduxerunt Syriam Roob, & Syriam Soba, viginti millia virorum. Et vidit Joab quia factum eft bellum contra faciem fuam, elegit ex omnibus filiis Ifrael electos, & pofuit contra Syriam. Et viderunt fervi Adrazar quoniam afliterunt contra ipfos Ifraelitæ, tradiderunt fe Ifraelitis, & fervierunt eis.* Huic hiftoriæ foli invenimus aptari poffe convenienter attitulationem pfalmi hujus: fed tamen videamus quod illud tempus erat, fcilicet quo tituli adfcriptio gerebatur. Quando antem regibus tituli adfcribuntur, nifi cnm clarora aliqua & magnificentiora eorum gefta fignanter, fine dubio quæ in victoriis atqne in rebus bellicis peraguntur? Videtur ergo quæftione dignum, quod velut a miferiis quibufdam & lamentationibus incipit: oportebat namque lætum effe & exfultantem fucceffibus fuis, & non lugentis uti vocibus, fed ovantis. Cum enim victoriæ folemnitas geritur, non folum militaribus viris lætitia eft & negotiatoribus & agricolis & artificibus, & omnibus omnino qoibus difcuffo hoftili metu pacis gaudia fecura fuccedunt. Quomodo ergo dicit *Deus abjecifti nos*, cum utique certum fit quod vincere non potuiffent, nifi eos & fufcepiffet Dominus & juviffet? Quomodo autem deftruxit, quos in tantum produxit augmentum, quibus adjecit arma, currus, equos, bellatores, provincias quoque ditioni eorum fubdidit, Arabiam divitem, Phœnicen, Mefopotamiam, cæterafque confines; regem potentem Adrazar perimi dedit, atque omnem exercitum fundi? Videamus ergo ne forte ingrata * effe videantur, poft hæc omnia dicere ad Deum, *Deus abjecifti nos & deftruxifti nos: iratus es & mifertus es nobis.* Arbitror ergo quod tempus quidem adfcribendorum titulorum hoc erat qoo victoriæ titulus deberet affigi: virtus autem eorum quæ fcribuntur referri debet ad finem: finis autem dicitur quod in fine fæculi, id eft in confummatione ejus aptatur. Propter quod & pro his qoi immutabuntur fcribi dicitur pfalmus, quod eft, ut omnia fimul dicam, de univerfo genere humano intelligendum: in omnes etenim debet pfalmi intelligentia pervenire. Hi enim qui mutabuntur, vel qui immntabuntur, funt, qui neque corporalis converfationis eumdem quem prius ordioem tenent, neque eofdem quos ante animos gerunt. Videtur ergo per prophetiam pfalmus oftendere & defcribere eos,

Marginal notes: 2. Reg. 8. 3. — 2. Reg. 8. 15. — 2. Reg. 10. 6. — * vel ingrati.

eos, qui parentum conversatione deserta, vel gentium superstitionibus derelictis, ad instituta se evangelica contulerunt, & sunt immutati: id est nos qui multorum deorum cultum ad unius Dei transferimus venerationem, & idolorum errores ad creatoris transtulimus veritatem; qui libidinum dedecora & luxuriæ corruptelam ad sobrietatis & pudicitiæ ornamenta convertimus, qui pro ebrietate sobrietatem, & pro effusione jejunium, honestatem pro obscenitate mutavimus, pro turpibus canticis spiritales agimus psalmos, pro dedecorosis cubilibus in Dei oratione prosternimur. Quomodo ergo non de nobis attitulatur ista commutatio? Quomodo non nobis ista Spiritus sancti præparantur eloquia? Quomodo non sermo iste divinus e cælo lapsus, Dei Ecclesiæ loco muneris datus est, & per singula cum relegitur & recitatur, velut pastus quidam oberrimus & copiosissimus animarum cibus a sancto Spiritu ministratur? Superscribitur ergo Psalmus in tituli adscriptione, id est ne forte levis quædam & perfunctoria ejus cantilena putaretur; neve tamquam in aliqua corruptibili materia inscripta, citum habere abolitionis exitum videretur, & ad modicum inserta memoriæ, tum deinde rerum & cogitationum confusione protinus exolesceret. Hoc est ergo quod indicat, ut hæc scriptura tamquam tituli alicujus inscriptio sulcata profundius in anima describatur, & fixa semper atque immobilis maneat, ad æterna animæ commemorationis monimenta sufficiens. Si vero insolescere velit Judæus, ut aliena nobis dicat esse quæ scripta sunt, ex consequentibus convincetur, in quibus diversæ congregationes, & ea quæ longe sunt cum his quæ prope: ait enim, *Meus est Galaad, & meus est Manasses*. Hoc idem & de Ephrem & de Juda, quibus adjungit & sociat Moab & Idumæam, & simul omnes allophylos sibi subditos esse denuntiat.

3. *Deus* ergo, inquit, *abjecisti nos*. Quos? qui longe nos fecimus ab eo. Interventu ergo peccatorum & mediis inter nos & Deum intercedentibus iniquitatibus abjecisse nos dicitur Deus. Ait enim & alius propheta, quia inter nos & Deum peccata separant. *Destruxisti nos*, inquit, fine dubio quia eramus constructi & pessime ædificati: huic enim qui ædificat in altum domum suam, & superbiæ celsum culmen extollit, destructio remedium erit; unde & pro summo beneficio suscipiendæ sunt infirmitates quæ a Deo corporibus infliguntur, per quas elatio dejicitur animorum, vel destruitur carnis & sanguinis arrogantia. Iratus est tunc utique cum essemus filii iræ, id est sicut & cæteri, spem non habentes, & sine Deo in hoc


A mundo. Et misertus est nobis, sine dubio cum unigenitum suum dedit ad repropitiandum pro peccatis nostris, ut in sanguine ejus haberemus redemtionem nostram. Quæ utique beneficia nec intelligere umquam nec sentire potuissemus, nisi potasset nos *vino compunctionis*. Vinum dicit verbum quod potest cor insipiens & dissolutum austeritate sui & stimulis ad intelligentiam suscitare. *Dedisti*, inquit, *timentibus te significationem ut fugiant a facie arcus*. Moyses quidem Israeliticos postes sanguine agni obsignave- Exod. 12. 7.
B rat; tu vero dedisti nobis signum agni ipsum sanguinem veri agni immaculati, qui oblatus est victima pro totius mundi salute. Sed & Ezechiel hoc signum dicit in frontibus dari; ait enim: *Ite post ipsum & percutite, nolite* Ezech. 9. 5.
parcere, neque misereamini seni juvenique, neque parvulis; sed & virgines & mulieres occidite, & delete penitus: ad omnes autem super quos est signum in frontibus eorum non accedatis. Deus, inquit, *loquutus est in sancto suo, & exaltabor & partibor Siccimam*. Siccima ager est hoc nomine appellatus, quem præ-
C cipuum & electum Joseph filio suo parer derat Jacob. Hic ager typum mihi videtur Gen. 48. 22.
habuisse prioris testamenti, quod videbatur filiis Israel populo privata largitione conces- Sic MS.
sum. Nunc ergo ait quod hanc præcipuam & velut privatam quamdam hæreditatem populi in divisionem vocabo, & communem cum cæteris omnibus faciam. Cum autem divisum factum fuerit testamentum in omnes, & cuncta ejus utilitas universis cœperit esse communis, Deo pro nobis omnibus melius aliquid providente, tunc etiam conval-
D lis tabernaculorum demetietur, hoc est universus orbis terrarum, qui vallis tabernaculorum pro habitaculis corporum dictus est. Hic velut quadam sorte divisus atque dimensus per singula loca ecclesiarum Dei, parrochiis & incolatibus distinguetur. Tunc etiam ea quæ divisa sunt congregabit ille *qui pacificat per sanguinem suum, sive quæ in* Coloss. 1. 20.
terra sunt, sive quæ in cælis, & qui medium parietem sepis solvens, facit utraque Ephes. 2. 14.
unum.

4. *Meus est Galaad, & meus est Manasses*.
E Nepos est Galaad iste Manasses: ostendit ergo patriarcharum consequentiam a Deo descendisse; ex quibus Christus secundum carnem. *Et Ephrem susceptio capitis mei, Juda rex meus*. Illas quæ in terræ divisione fuerant partes, rursum ad semetipsas connectit & sociat. *Moab lebes spei meæ*. Alius interpres ait, *lebes* lavacri hæres significatur; vel vas securitatis; quoniam quidem erat gens abjecta a Deo, interposita comminatione ne ingrederetur Ecclesiam Dei, sicut dicit: Moa- Deut. 23. 3.
bitæ & Ammonitæ non ingredientur Ecclesiam Domini usque ad tertiam & quartam

pro

progeniem, & usque in sæculum sæculi. Verum quoniam peccatoribus remissio per baptismum datur, & exinde præteritorum gestorum securitas nascitur, ostendens etiam ipsis salutem & securitatem per baptismum tribuendam, ait: *Moab lebes spei meæ*, vel *lavacri*, vel *securitatis*; sed spem competenter accipimus; non enim quæ dicebantur erant instantia; sed speranda. Omnes ergo allophyli subjecti sunt Christo, suavi jugo ejus libenter sua colla subdentes; & propterea *in Idumæam extendit calceamentum suum.* Calceamentum est deitatis Verbi caro ejus, quæ Deum subjecta portavit, & qua velut calceatus sermo Dei, hunc nostrum calcavit & ingressus est mundum. Beatificans ergo propheta tempus futurum, quo tanta spes in adventum Christi humano generi arrideret, addit: *Quis*, inquit, *deducet me in civitatem circumstantiæ?* Ut puto Ecclesiam dicit; civitatem quidem, pro eo quod jure æquitatis & divinis legibus vivit: *circumstantiæ* vero, quod secundum græcam significantiam *munitionis* melius dicitur, videtur munimenta fidei designare; sed etiam alius interpres ait *civitatem circumseptam*. Quis ergo dabit mihi videre magnum istud & venerabile humano generi munus advenientis? Hoc est nimirum quod etiam Dominus dicebat: *Quia multi prophetæ & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* (Matth. 13. 17.)

5. *Da ergo*, inquit, *nobis auxilium de tribulatione*. Non quæram auxilium a corporis robore, neque a lætitia carnis, neque ab his quæ apud homines gloriosa dicuntur & prospera; non a divitiis poscam auxilium, non ex opulentia facultatum, non ex virium magnitudine, non ex nobilitate honorum opem quæram: sed de tribulatione, de angustia, de afflictione auxilium poscam a Domino. Hoc enim faciebat & Paulus, qui (Rom. 5. 3.) cum gloriaretur in tribulationibus, dicebat: *Quando* enim *infirmor, tunc potens sum*. (2. Cor. 12. 10.) *Da* ergo *nobis auxilium* Domine *de tribulatione*. Cur quæso? *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem: spes vero non confundit.* (Rom. 5. 3.) Vides quo cursu te facit ascendere tribulatio? perducit ad ipsa summa spei fastigia. Æger es? æquanimiter tolera, quoniam *quem diligit Dominus castigat.* (Heb. 12. 6.) Pauper es? lætare, quia manet te successio & hæreditas Lazari. Contumelias pateris propter nomen Christi? beatus es, quoniam tibi ista confusio angelici consortii gloriam parat. Persuadeamus nobis, fratres, & certissima definitione suadeamus, ut in tempore tentationis non respiciamus ad humanam spem, nec speremus humanis auxiliis juvari: sed in lacrymis & suspiriis & afflictione, *in* oratione pervigili, in jugi & intenta supplicatione durantes, ita demum nobis Dei speremus auxilium de tribulatione, si humana velut inania & nihil profutura contemnamus auxilia: fixi & confirmati & corroborati in spe nostra, qui est Christus Jesus Dominus noster, cui est gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.


Digitized by Google

INDEX
LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ.

GENESIS.

Cap.I.20. *Producant aquæ reptilia animarum viventium.* 308.
27. *Fecit Deus hominem ad imaginem suam: masculum & feminam fecit eos.* 392.
31. *Cuncta bona, & bona valdè.* 42.
II. 17. *De ligno scientiæ boni & mali non comedetis.* 2.
III. 5. *Si enim comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum & malum.* 43.
7. *Comederunt enim, & aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt quod nudi essent.* ibid.
12. *Uxor quam dedisti mihi, hæc dedit mihi, & comedi.* 225.
15. *Ponam inimicitiam inter te, & inter semen illius.* 43. & 48.
16. *In doloribus paries filios.* 313.
17. *Respondit Deus: quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo solo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis....spinas & tribulos germinabit tibi.* 2. 225.
19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo..... Terra es & in terram reverteris.* 208. 283. 313.
21. *Fecit ipsis Deus tunicas pelliceas.* 192.
24. *Posuit enim Deus flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ.* 44.
IV. 7. *Si rectè quidem obtuleris, rectè vero non diviseris, peccasti. Quiesce, ad te conversio ejus.* 173. 240.
24. *Septies enim vindicatum est de Cain, de Lamech vero septuagies-septies.* 225.
IX. 3. *Comedite omnia sicut olera pabuli.* 2.
20. *Plantavit enim Noe vineam, bibitque de fructu, & inebriatus est.* ibid.
XII. 13. *Ne me dixeris virum tuum esse, sed fratrem me potius confitere, ne quando me interfecto, te possideant.* 372.
XIII. 15. *Tibi dabo terram hanc, & semini tuo post te: & velut sidera cæli, sic erit semen tuum, quod non enumerabitur.* 280.
XVII. 14. *Omnis anima quæ non circumcidetur die octavo, peribit de populo suo.* 61.
XXI. 6. *Risum mihi fecit Deus.* 188.
XXII. 12. *Nunc cognovi quoniam tu times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me.* 372.
XXV. 27. *Fuco carens, habitans domum.* 57.
XXVIII. 20. *Si dederit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum.* 191.
XXXIX. 14. *Induxisti ad nos puerum qui nos deludat.* 372.

EXODI.

Cap. XIV. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* 380.
XX. 10. *Requiescat jumentum tuum & servus tuus.* 4.
XXXII. 6. *Sedit enim populus ut ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum.* 2.
27. *Ponat unusquisque gladium super femur suum, & transite a porta usque ad portam & redite per castra: & occidite unusquisque fratrem suum, & unusquisque propinquum suum, & unusquisque proximum suum.* 48.
29. *Et dixit Moyses, implevistis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio, & in fratre suo, ut detur super vos benedictio.* ibid.
XXXIII. 12. *Novi te præ omnibus, & invenisti gratiam coram me.* 117.
XXXV. 31. *Replevit Deus Beseleel Spiritu divino sapientiæ & prudentiæ.* 105.

LEVITICI.

Cap. V. 17. *Et anima si peccaverit, & fecerit unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, & non agnoverit, & deliquerit, & acceperit peccatum, offeret arietem immaculatum de ovibus pretio argenti ob delictum ad sacerdotem, & exorabit pro eo sacerdos propter ejus ignorantiam quam ignoravit, & ipse non scivit, & remittetur illi: deliquit enim delictum coram Domino.* 217.
XIX. 7. apud 70. *Arguendo argues proximum tuum, & non accipies propter eum peccatum.* 225. 256. 350.
18. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* 225.
XXI. 16. & seq. *Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: loquere ad Aaron, dicens: homo ex genere tuo in vestris generationibus, qui habet in seipso maculam, non accedet ad offerendum dona Deo suo: quia omnis homo in quo fuerit macula, non accedet.* 341.
XXII. 1. & seq. *Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: dic Aaron & filiis ejus, & attendant a sanctis filiorum Israel, & non profanabunt nomen sanctum meum; quæcumque ipsi sanctificant mihi. Ego Dominus. Dic illis: In progenies ipsorum, &c.*

NUMERORUM.

Cap. XV. 30. *Anima igitur quæ faciet in manu superbiæ: sive indigena, sive advena fuerit ille, hic Deum exasperabit, & exterminabitur anima illa e medio populi sui: quoniam verbum Domini contemsit, & mandata ipsius dissipavit: extritione exteretur anima illa: peccatum ipsius in ipsa.* 118.
XX. 10. *Num ex hac petra educemus vobis aquam?* 117.
XXIV. 5. & 6. *Quam speciosa tabernacula tua Jacob, & tentoria tua, o Israel! ut valles nemorosæ, & horti juxta fluvios irrigui, ut taber-*

nacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. 381.
9. Recumbens requievit ut leo, & ut catulus. Quis suscitabit eum? Qui benedicunt te, benedicti sunt: & qui maledicunt te, maledicti sunt. 313.
15. & seq. *Homo videns eloquia Dei, sciens scientiam Altissimi, ac Dei visionem in somnis videns: revelati oculi ejus. Ostendam ei, & non nunc, beatum prædico, & non appropinquat. Orietur stella ex Jacob, & consurget homo ex Israel.* 312.
XXV. 17. *Inimici sitis Madianitis.* 48.

DEUTERONOMII.

Cap. IV. 2. *ET servabis verbum quod præcipio tibi hodie: non adjicies ad ipsum, nec detrahes ab ipso.* 217.
24. *Deus enim noster ignis consumens est.* 221.
V. 21. *Non concupisces mulierem proximi tui.* 222.
VI. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua: & diliges proximum tuum sicut teipsum.* 348.
VIII. 3. *Afflixi enim te, & fame strangulavi.* 41.
XV. 9. *Attende tibiipsi, ne quando fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas.* 9.
XVII. 6. *In lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est.* 101.
11. *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.* 257.
12. *Et homo qui fecerit in superbia, ita ut non obediat sacerdoti assistenti ad ministrandum in nomine Domini Dei tui, vel judici quicumque fuerit in diebus illis, & morietur homo ille, & auferet malum ex Israel, &c.* 118.
XXII. 28. & seq. *Si quis invenerit puellam virginem, quæ desponsata non sit, & vim faciens dormierit cum ea, & deprehensus fuerit, dabit homo qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmata.* 312.
XXVII. 26. *Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ in libro legis hujus scripta sunt.* 344. 348.
XXXII. 6. *Nonne hic ipse pater tuus possedit te, & fecit te, & creavit te?* 41.
7. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: majores tuos, & dicent tibi.* 216.
39. *Videte, videte quia ego sum, & non est Deus præter me: Ego occidam & vivere faciam: percutiam, & ego sanabo.* 40. 61.
XXXIII. 11. *Benedic, Domine, operibus illorum: frange supercilium eorum qui illis adversantur.* 108.

JUDICUM.

Cap. XIII. 14. *QUidquid proficiscitur e vinea, ne edat; vinumque & siceram ne bibat.* 3. 8.
XX. 24. *In diebus illis non erat rex in Israel.* 115.

I. REGUM.

Cap. I. 11. *ADonai, Domine, Eloi Sabaoth, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisque mihi semen viri, dabo illud in conspectu tuo donum.* 8.
II. 3. *Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa.* 258.
22. *Filii Heli sacerdotis, filii pestilentes.* 117.
24. *Absit filii, non sunt boni rumores quos audio de vobis.* ibid.
25. *Si enim peccans peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum. Si vero in Deum peccaverit, quis orabit pro ipso?* ibid. & 186.
XVIII. 7. *Percussit Tavid in decem millibus, & Saul in millibus suis.* 50.

II. REGUM.

Cap. I. 24. *FIliæ Israel super Saul flete.* 15.
26. *Doleo super te frater mi Jonathan.* ibid.
VII. 18. juxta 70. *Quis sum ego, Domine mi, Domine, & quæ domus mea, quia dilexisti me?* 245.
VIII. 3. & seq. *Et percussit David Adrazar filium Moab regem, subeuntem inferre manum suam super flumen Euphratem, &c.* 425.
15. *Et regnavit David in Israel: & erat David faciens judicium & justitiam, & Joab filius Sarviæ erat princeps militiæ.* ibid.
XII. 1. & seq. *Viri duo erant in civitate una, unus dives, alter pauper. Diviti erant multa: pauperi vero agna una, quæ & in sinu ejus dormiebat, manducabat cum ipso, & de poculo ejus bibebat. Venit igitur ad eum hospes: parcens ille hospiti mactare de his quæ habebat, unam illam pauperis agnam abreptam mactat.... Vivit Dominus dignus est morte qui fecit hoc.* 314.
XVI. 10. *Dominus dixit Semei, ut malediceret Davidi.* 47.

III. REGUM.

Cap. III. 12. *ECce dedi tibi cor prudens & sapiens: sicut tu, non fuit ante te: & post te non exsurget similis tibi.* 53.
IV. 29. *Dedit Dominus sapientiam & prudentiam Salomoni multam valde, & latitudinem cordis velut arena quæ juxta mare.* ibid.
30. *Et multiplicata est sapientia Salomonis super prudentiam omnium antiquorum hominum, & super omnes prudentes Ægypti.* ibid.
XI. 14. *Suscitavit enim Dominus Salomoni Satan, Ader regem Syrorum.* 44.
XVII. 1. *Vivit Dominus, si erit aqua super terram nisi per os meum.* 3.
12. *Vivit Dominus, quia hunc solum domi habeo ad nutriendum me & liberos.* 37.
XVIII. 34. *Accipite mihi hydrias, & infundite super holocaustum, & super segmenta lignorum. Et dixit: secundo facite, & secundo fecerunt: tertio facite, & tertio fecerunt.* 62.

IV. REGUM.

Cap. I. 8. *VIr pilosus, & zona pellicea circa renes ejus.* 193.
VI. 16. *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* 380.

X. 10.

X. 10. *Videte quod non cadet verbum Domini in terram.* 343.

II. PARALIPOMENON.

Cap. XIX. 3. *Verumtamen verba bona inventa sunt in te.* 85.

TOBIÆ.

Cap. II. 2. & seq. *Abi ergo ad filium: Vade, fili, & voca si quem inveneris pauperem ex fratribus nostris, cum tamen qui timet Dominum, ut manducet nobiscum.* 374.

XII. 7. & seq. *Opera Dei revelare & confiteri honorificum est.* 375.

JOB.

Cap. I. 1. *Homo inculpatus, justus, pius, verax.* 17.

8. & seq. *Ait Dominus diabolo: considerasti sensu tuo puerum meum Job, quia non est ei similis quisquam in terris, homo sine crimine, verax Dei cultor?* 373.

21. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus etiam revertar: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita & factum est: sit nomen Domini benedictum.* 17. 89. 91.

22. *In omnibus his nihil peccavit Job labiis suis coram Deo, & non dedit insipientiam Deo.* 265.

VI. *Numquid comedetur panis sine sale? Numquid vero & est sapor in verbis vanis?* 262.

XI. 10. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* 92.

XII. 11. apud 70. *Nam fauces cibos degustant, mens vero verba dijudicat.* 266.

XIV. 4. juxta 70. *Nemo purus a sordibus, ne si unus quidem dies sit vita ejus.* 331.

XV. 11. *Pauca præ iis quæ peccavimus accepimus verbera.* 22.

XIX. 21. *Manus Domini est quæ tetigit me.* 36.

XXX. 25. *Ego flevi super omni afflicto.* 17.

XXXIII. 4. *Divinus autem Spiritus qui fecit me.* 304.

XXXIV. 18. *Impius est qui dicit Regi: Inique agis.* 343.

XXXVIII. 3. *Accingere tamquam vir lumbum tuum.* 193.

PSALMORUM.

Psal. I. 1. 2. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: sed in lege Domini fuit voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte, &c.* 391. 392.

II. 7. & seq. *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* 326. 331.

III. 1. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?* 39.

IV. 1. *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ.* ibid.

5. *Irascimini & nolite peccare. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* 48. 201.

V. 4. *Ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam. Mane adstabo tibi, & videbo.* 200.

VI. 1. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* 39. 54.

6. *In inferno quis confitebitur tibi.* 89.

7. *Lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.* 320.

9. *Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.* 185.

VII. 9. *Judica me secundum justitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.* 57.

X. 15. *Quæretur peccatum illius, & non invenietur.* 384.

XII. 1. *Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem: usquequo avertis faciem tuam a me?* 39. ibid.

4. *Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte.* 115. 182.

XIII. 1. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* 39. 115.

XV. 8. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* 114. 180.

XVII. 17. *Misit de summo, & accepit me de aquis multis.* 59.

32. *Et quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcingit me virtute, & posuit immaculatam viam meam.* 87.

XVIII. 1. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* 53.

4. *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* ibid.

9. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* 217.

13. *Delicta quis intelliget.* 279.

XXII. 1. *Dominus pascit me.* 99.

4. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* 78.

XXIII. 8. *Quis est iste Rex gloriæ?* 99.

XXV. 1. *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ambulavi.* 57.

2. *Proba me, Domine, & tenta me, ure renes meos & cor meum.* 321.

11. *Ego autem in innocentia mea ambulavi.* 57.

XXXI. 1. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* 316.

XXXII. 5. *Diligit misericordiam & judicium Dominus.* 174.

6. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* 304.

XXXIII. 6. *Accedite ad eum & illuminamini.* 61.

9. *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* 59. 61.

XXXV. 7. *Justitia tua sicut montes Dei.* 56.

XXXVI. 8. *Desine ab ira & derelinque furorem.* 49.

11. *Mites autem hereditabunt terram.* 59.

25. *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes.* 302.

27. *Declina a malo & fac bonum: inquire pacem*

Digitized by Google

cem & persequere eam. 392.
XXXVIII. 2. & 3. *Dum consisteret peccator adversum me. Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis.* 46.
7. *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* 308.
XLI. 3. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* 177.
XLIV. 10. *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & concupiscet Rex decorem tuum.* 39.
XLVIII. 4. *Frater non redimit, redimet homo?* 90.
13. *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* 67. 331.
XLIX. 21. *Suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis. Arguam te & statuam contra faciem tuam peccata tua.* 63. 174. 350.
L. 7. *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* 331.
12. & seq. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* 40. 201.
LII. 6. *Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent.* 114. 197. 349.
LIV. 18. *Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo: et exaudiet vocem meam.* 169. 201.
23. *Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* 92.
LV. 9. *Pone lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.* 320.
LVII. 2. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate filii hominum.* 57.
LIX. 1. *Deus abjecisti nos & destruxisti nos: iratus es & misertus es nobis.* 425.
6. *Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus.* 426.
13. *Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis.* 425.
LXI. 11. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* 26. 87.
LXIII. 2. *A timore inimici eripe animam meam.* 5.
LXV. 12. *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* 82.
LXVIII. 3. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* 60.
15. *Eruar ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* ibid.
LXXII. 24. *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* 75.
27. *Ecce qui elongant se a te peribunt.* 43.
LXXVI. 4. *Memor fui Dei & delectatus sum.* 181. 200.
LXXVII. 25. *Panem angelorum manducavit homo.* 5.
LXXX. 4. *Clangite in initio mensis, buccina, in insigni die solemnitatis vestræ.* 1.
LXXXIII. 13. *Dominus bonis non privabit eos qui ambulant in innocentia.* 57.
XCIV. 8. *Hodie si vocem meam audieritis.* 64.
C. 1. *Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.* 174.
3. 4. & seq. *Non adhæsit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam: detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar: superbo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, &c.* 334. 337.
CIII. 31. *Lætabitur Dominus in operibus suis.* 281.
CIV. 37. *Non erat infirmus in tribubus eorum.* 5.
CV. 3. *Beati qui custodiunt judicium.* 296.
CX. 10. *Principium sapientiæ timor Domini.* 72. 332.
CXI. 5. *Disponet sermones suos in judicio.* 197.
7. *In memoria æterna erit justus.* 79.
9. *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum.* 25. 29.
CXIII. 5. *Oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt.* 68.
15. *Benedicti vos a Domino, qui fecit cælum et terram.* 108.
CXIV. 5. *Misericors Dominus & justus.* 174.
CXV. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* 22.
CXVII. 6. & 7. *Dominus mihi adjutor, & non timebo quid faciat mihi homo.* 78. 382.
9. *Bonum est sperare in Domino quam sperare in homine.* 17.
27. *Deus Dominus & illuxit nobis.* 313.
CXVIII. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* 87.
18. *Revela oculos meos, & contemplabor mirabilia ex lege tua.* 321.
29. *Viam iniquitatis amove a me, & lege tua miserere mei.* 87.
46. *Et loquebar in testimoniis in conspectu regum, & non confundebar.* 180.
48. *Prævenerunt oculi mei diluculum, ut meditarer eloquia tua.* 201.
53. *Defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* 23.
60. *Paratus sum, & non sum turbatus.* 47.
62. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ.* 169. 201.
71. *Bonum mihi quia humiliasti me.* 22. 55.
85. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine.* 180.
89. *In æternum, Domine, Verbum tuum permanet in cælo.* 101. 304.
103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.* 59. 181. 387.
105. *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis.* 60.
120. *Confige timore tuo carnes meas.* 54.
133. *Gressus meos dirige.* 11.
164.

164. *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ.* 169.
CXIX. 5. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* 15.177.
CXXII. 1. *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis.* 60.203.
CXXIV. 4. *Benefac, Domine, bonis, & rectis corde. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* 174.
CXXXI. 14. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* 381.
CXXXII. 1. *Ecce nunc quid bonum, vel quid jucundum, nisi habitare fratres in unum?* 292.
CXXXVI. 6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* 14.
CXXXVIII. 7. & seq. *Et quo a facie tua fugiam? si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* 304.
CXLI. 8. *Educ de custodia animam meam.* 21.
CXLII. 4. *In me turbatum est cor meum.* 47.
10. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* 71.201.
CXLIII. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* 75.
CXLIV. 13. *Fidelis est Dominus in omnibus verbis suis, fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate.* 119.120.
CXLVIII. 12. *Juvenes & virgines laudent nomen Domini.* 58.

PROVERBIORUM.

Cap. I. 1. *Proverbia Salomonis filii David, qui regnavit in Israel.* 53.
4. *Ut det innocentibus astutiam, ac puero juveni & sensum & intelligentiam.* 57.
5. *Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit: intelligens autem gubernationem obtinebit.* 54.
7. *Principium sapientiæ timor Domini.* ibid. & 179.
11. *Veni nobiscum, particeps esto sanguinis.* 349
20. *Sapientia in exitibus viarum canitur, in plateis autem cum libertate agit, & in summis mœnibus prædicatur.* 54.
28. *Quærent me mali & non invenient.* 54.
II. 21. *Innocentes autem hereditabunt terram.* 59.
III. 3. *Eleemosynæ & fides ne deserant te.* 24.
7. *Ne sis prudens apud temetipsum; verum time Dominum, & declina ab omni malo.* 260.
11. & 12. *Fili, noli deficere a disciplina Domini, ne fatigeris cum ab eo corrigeris; quem enim diligit Dominus, corripit.* 371.
14. *Melius est illam mercari, quam auri & argenti thesauros.* 54.
19. *Deus sapientia fundavit terram.* 53.
27. *Ne abstineas bene facere egeno.* 24.
28. *Ne dixeris: revertens redi, cras dabo.* 27.
34. *Superbis Deus resistit, humilibus vero dat gratiam.* 85.
35. *Gloriam sapientes hereditabunt.* 59.
IV. 6. *Ama eam, (sapientiam) & servabit te.* 54.59.
23. *Omni custodia serva cor tuum.* 111.
25. *Oculi tui recta videant.* 59.
V. 2. *Noli attendere pravæ mulieri.* ibid.
VI. 4. *Ne dederis somnum oculis tuis, neque indormites palpebris tuis.* 322.
5. *Ut serveris tamquam damula e laqueis, & tamquam avis e reti.* 10.322.
6. *Vade ad formicam, o piger, & æmulare vias ejus.* 200.323.
27. *Alligabit quis ignem in sinu, vestes autem non comburet? Aut ambulabit quis super carbones ignis, & pedes non comburet?* 283.
VII. 4. *Dic sapientiam tuam sororem esse.* 54.
VIII. 10. *Accipite disciplinam, & non argentum.* 55.
22. *Dominus creavit me initium viarum suarum.* 53.
27. *Quando præparabat cælum, cum eo eram.* ibid.
30. *Eram apud ipsum coaptans; & ego eram qua delectabatur.* ibid.
IX. 2. *Mactavit victimas suas, miscuit in craterem vinum suum, & paravit suam mensam.* 9.54.
3. *Qui insipiens est, declinet ad me.* ibid.
8. *Argue sapientem, & diliget te.* 86.
9. *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* 90.123.329.
12. *Fili si sapiens fueris tibi, sapiens eris & proximis tuis.* 54.
18. apud 70. *Noli confirmare oculum tuum ad eam, sed resili ab ea, & noli immorari.* 394.
X. 3. *Non occidet Dominus fame animas justorum.* 9
16. apud 70. *Opera justorum vitam faciunt; fructus vero impiorum peccata.* 349.
XI. 4. *Non proderunt facultates in die mala.* 59.
16. *Qui auget pretium annonæ, plebi est exsecrabilis.* 25.
25. juxta 70. *Vir iracundus haud honestus est.* 45.
XII. 5. *Cogitationes justorum judicia sunt.* 57.
23. *Vir astutus thronus est sensus.* ibid.
XIII. 8. *Pretium redemtionis viri sunt suæ ipsius divitiæ: pauper enim non sustinet comminationem.* 12.69.
24. *Qui parcit baculo, odit filium suum: qui autem diligit, diligenter castigat.* 181.218.243.248.375.
XIV. 6. *Quæretis apud malos sapientiam, & non invenietis.* 54.
15. *Filio sapienti prospere cedent actiones.* ibid.
31. *Qui calumniatur pauperem, irritat eum qui fecit illum.* 318.
XV. 1. *Ira perdit & prudentes.* 45.
5. *Qui cavet reprehensiones astutior est.* 58.
XVI. 5. *Principium viæ bonæ.* 72.

XVII. 5. *Qui ignominia afficit pauperem, irritat eum qui fecit ipsum.* 112.
11. *Contradictiones suscitat omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem immittit ipsi.* 223.
26. *Damnum inferre viro justo non est bonū.* 267
XVIII. 9. *Qui enim non medetur sibi in operibus suis, frater est perdentis seipsum.* 206.
XIX. 20. *Non prosunt stulto deliciæ.* 188.
XX. 1. *Luxuriosum vinum, & contumeliosa ebrietas.* 68.
10. *Pondus magnum & parvum, abominabilia apud Dominum.* 57.
13. *Detrabentem nolito libenter audire, ne evertaris.* 222.
XXII. 1. *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ.* 25.
10. *Ejice pestilentem ex concilio, & exibit cum eo jurgium.* 206.
17. *Sermonibus meis admove aurem tuam.* 58.
24. *Noli esse sodalis viro furioso, neque una cum amico iracundo habites, ne forte discas vias ejus, & sumas laqueos animæ tuæ.* 306.
28. *Ne transfer terminos æternos.* 307.
XXIII. 6. *Ne cœnes una cum viro invido.* ibid.
10. *In possessionem orphanorum ne ingrediaris.* ibid.
13. *Ne destiteris puerum castigare, quoniam si virga eum cecideris, non morietur.* 55.
14. *Tu quidem percuties ipsum virga, animam vero ipsius a morte liberabis.* 41.
29. *Cui væ? cui tumultus? cui judicia? cui molestiæ & tricæ? nonne immorantium in vino, & explorantium ubi compotationes fiant?* 67.
XXIV. 13. *Comede fili mel, ut dulcescat guttur tuum.* 59.
30. juxta 70. *Velut ager, vir insipiens, & velut vinea, homo ratione egens. Si dimiseris eum, desertus fiet, & herbis luxuriabit totus, & fit derelictus.* 230.
XXV. 12. *Sermo sapiens in aurem obedientem.* 59.
XXVI. 11. *Sicut canis cum redierit ad suum vomitum, & odibilis efficitur, sic homo sua malitia revertens ad peccatum suum.* 218.
25. *Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris ei: septem enim sunt nequitiæ in anima ejus.* ibid.
XXVII. 1. *Ignoras quid pariet dies sequens.* 27.
5. *Objurgationes apertæ meliores sunt amicitia absconditа.* 206.
12. *Astutus malis supervenientibus abscondit se.* 58.
XXVIII. 1. *Justus ut leo confidit.* 77.
XXIX. 2. *Dum laudatur justus, lætabuntur populi.* 75.
XXX. 8. *Divitias & paupertatem ne dederis mihi: sed constitue mihi necessaria, & sufficientia, ut ne satiatus mendax fiam, & dicam: quis me videt? aut pauper, furer, & jurem nomen Dei mei.* 191.
XXXI. 27. *Panem otiosa non comedit.* 200.

ECCLESIASTÆ.

Cap. I. 2. *Vanitas vanitatum, omnia vanitas.* 87.
4. *Terra in æternum stat.* 307.
8. *Non explebitur oculus videndo.* 31. 70.
II. 18. *Relinquo ego ipsum homini, qui meus successor erit. Et quis novit an sapiens erit?* 32.
III. 1. *Omnibus tempus est, & tempus omni rei est: tempus pariendi & tempus moriendi.* 61.
5. *Tempus est amplectendi, & tempus longe discedendi ab amplexu.* 59.
IV. 4. *Viro æmulatio a sodali ipsius.* 51.
9. apud 70. *Boni duo super unum.* 254.
10. *Væ uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum.* 181. 254.
V. 12. *Vidi languorem gravem, divitias custoditas ei, qui ab eis, in malum ei.* 32.
VII. 3. *Melius est ingredi in domum luctus, quam in domum convivii.* 23.
7. *Sicut vox spinarum sub olla, ita risus stultorum.* 188.
24. *Dixi, sapiens efficiar: & ipsa elongata est a me longe ultra quam erat.* 121.
X. 4. *Medela sedabit peccata magna.* 69. 390.

CANTICORUM.

Cap. II. 5. *Vulnerata charitatis ego sum.* 177.
VII. 6. *Quam pulchra es amica mea, & quam decora in deliciis tuis.* 381.

SAPIENTIÆ.

Cap. I. 4. *In malevolam animam non introibit sapientia.* 54.
VI. 7. *Minimus quidem venia ac misericordia dignus est: potentes vero potenter torquebuntur.* 66.

ECCLESIASTICI.

Cap. IX. 20. *In medio laqueorum transis.* 10.
XX. 2. *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam.* 282.
XXI. 2. *A facie mulieris velut a facie serpentis fuge.* 87.
XXXII. 24. *Omnia fac cum consilio.* 206. 235.

ESAIÆ.

Cap. I. 2. *Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* 252.
3. *Cognovit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui: Israel vero me non cognovit, & populus me non intellexit.* 115. 177. 252.
15. *Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam faciem meam a vobis; & si preces multiplicaveritis, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* 261.
16. *Lavamini mundi estote.* 61. 314.
18. *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo: & si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo.* 219. ibid. 333.
21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion?* 422.
III. 12. *Qui beatos vos dicunt, decipiunt vos, & semitam pedum vestrorum turbant.* 194.
V. 4. *Exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas.* 230.

11. Væ qui surgunt mane & siceram persequuntur, qui exspectant vesperam; vinum enim comburet eos. Nam cum cithara & tibiis vinum bibunt, opera autem Domini non respiciunt, & opera manuum ejus non considerant. 68.69.
8. Væ qui conjungunt domum ad domum, & agrum ad agrum connectunt, ut a proximo aliquid auferant. 31.
20. Væ qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum: qui dicitis lucem tenebras, & tenebras lucem. 57.
21. Væ vobis qui prudentes estis in vobis ipsis, & coram vobisipsis scientes. 255.264.336.
VII. 9. juxta 70. Nisi credideritis, non intelligetis. 253.331.
10. & seq. Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz, non petam, & non tentabo Dominum. 311.
14. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. ibid.
IX. 6. Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus. 313.
XXII. 2. Vulnerati tui non sunt gladio vulnerati & defuncti. 422.
XXVI. 16. In tribulatione parva disciplina tua nobis. 22.
20. Vade populus meus: ingredere in conclave tuum, absconderе. 266.
XL. 1. apud 70. Consolamini populum meum, dicit Deus. 255.
2. Loquimini sacerdotes ad cor Jerusalem, & consolamini eam; quia bibit de calice furoris Domini, & recepit a Domino duplicia peccata sua. 378.
6. Omnis caro fenum, & omnis gloria hominis sicut flos feni. Aruit fenum, & flos decidit. 83.87.
XLIV. 24. Ego manu mea firmavi terram: ego extendi cælum solus. 100.
XLV. 7. Ego qui lucem condidi, & feci tenebras, faciens pacem, & creans mala. 40.265.
XLIX. 8. Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. 347.
L. 5. Disciplina Domini aperit aures meas. 54.
6. Non avertit faciem suam a confusione sputorum. 47.
LII. 11. Quapropter exite de medio eorum & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. 337.339.
LIII. 4. Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portavit. 247.
9. Peccatum igitur non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus. 284.
LVII. 17. & seq. Et propter peccatum modice contristavi eum & percussi eum, & averti faciem meam ab eo: & contristatus est, & ambulavit tristis, & consolatus sum eum, & sanavi eum. 375.
LVIII. 4. Ne jejunetis ad lites ac contentiones. 1.
5. Non istud jejunium elegi, dicit Dominus. 8. 325.
6. Solve omne vinculum iniquitatis. 1.5.35.
7. Frange esurienti panem tuum, & propinquos seminis tui ne despicias. 24.294.
9. Adhuc te loquente, dices: ecce adsum. 39.
LIX. 26. Spiritus meus qui est in te. 304.
LXI. 6. Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei omnes. 262.346.
LXV. 1. Inventus sum a non quærentibus me: palam apparui his qui me non interrogabant. 77.
LXVI. 2. Super quem requiescam, nisi super humilem & mansuetum, & trementem verba mea? 376.
3. Iniquus qui immolat mihi vitulum, velut qui occidit canem: & qui offert similaginem, velut sanguinem suillum. 195.345.
18. Ego opera & cogitationes eorum venio congregaturus. 85.

JEREMIÆ.

Cap. II. 10. & seq. Transite insulas Cethim, & videte: in Cedar mittite, & intelligite si facta sunt talia: si mutavit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dii, &c. 425.
21. Ego plantavi vitem fructiferam, totam veram; quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena? 231.
III. 7. Et dixi postea quam fornicata es, per hæc omnia ad me convertere. 424.
V. 3. Flagellasti eos, & non doluerunt: verberasti eos, & noluerunt percipere disciplinam. 379.
VIII. 22. Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei? 208.379.425.
IX. 1. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Et sedebo, & plorabo populum hunc diebus multis, eos qui peccaverunt. 23.422.
23. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis. 84.253.
24. In hoc glorietur qui gloriatur, si cognoscit ac intelligit quod ego sim Dominus. 84.253.
X. 24. Castiga nos, Domine, verumtamen in judicio, & non in furore. 22.54.
XV. 10. Hei mihi, mater, quare me genuisti? 15.
XVI. 16. Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos super omnem montem. 11.
XVII. 5. Maledictus homo qui spem habet in homine, & fulciet carnem brachii sui, & a Domino recedet anima ejus. 203.
6. Quia erit quasi sylvestris myrica in deserto, & non videbit quando venerint bona. 204.
XXIII. 23. Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe. 180.
24. Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? ibid.

XXXI. 19. *Post captivitatem suam pœnitentiam egit.* 54.
XLVIII. 10. *Maledictus omnis qui facit opera Dei negligenter.* 113. 184. 193. 197. 242. 245. 344.

THRENORUM.

Cap. III. 25. *Bonus est Dominus sustinentibus eum.* 253.
26. & seq. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Bonum est viro cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua.* 380.
28. *Sedebit solitarius & tacebit, elevabit enim se supra se.* ibid.

EZECHIELIS.

Cap. III. 18. *Sanguis peccatoris ex manibus speculatoris requiretur.* 261.
IX. 5. *Ite post ipsum & percutite, nolite parcere, neque misereamini seni juvenique, neque parvulis: sed & virgines occidite, & delete penitus: ad omnes autem super quos est signum in frontibus eorum non accedatis.* 426.
XVIII. 4. *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* 207. 335.
XXXIII. 11. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris; sed magis ut convertatur & vivat.* 314.

DANIELIS.

Cap. III. 40. *Fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, Domine.* 81.
VII. 9. & seq. *Videbam, & ecce sedes positæ erant, & vetus dierum sedebat: & indumentum ejus candidum sicut nix, & capilli capitis ejus sicut lana munda, &c.* 424.
XIII. 50. *Veni, sede in medio nostrum; & nuntia nobis, quod tibi Deus dederit honorem senectutis.* 58.

OSEE.

Cap. VI. 9. *Absconderunt sacerdotes viam, interfecerunt Sicima, quoniam iniquitatem fecerunt in populo.* 350.
X. 12. *Serite vobisipsis ad justitiam, vindemiate fructum vitæ.* 25. 349.

JOELIS.

Cap. II. 15. & seq. *Sanctificate jejunium, prædicate curationem, congregate parvulos sugentes ubera. Sacerdotes, plorate coram altari, convocate senes. Egrediatur sponsa de thalamo suo, & sponsus de cubili suo.* 324.
32. *Quisquis invocaverit nomen Domini, salvus erit.* 173.

AMOS.

Cap. III. 6. *Non est malitia in civitate, quam Dominus non fecerit.* 40. 41.
8. *Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus Deus loquutus est, & quis non prophetabit?* 33.
IV. 7. & seq. *Et ego repressi a vobis pluviam ante tres menses vindemiæ; & pluam super civitatem unam, & super civitatem unam non pluam. Et pars una irrigabitur, & pars super quam non pluero, arefiet. Et congregabuntur duæ vel tres civitates in unam, ut bibant aquam: & non satiabuntur, eo quod non estis reversi ad me, dicit Dominus.* ibid.
V. 13. *Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.* 252.
VIII. 10. *Convertam solemnitates eorum in luctum.* 69.
11. *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & inducam in terram hanc famem, non famem panis, nec sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.* 9.

MICHEÆ.

Cap. I. 12. *Descenderunt mala a Domino super portas Jerusalem.* 40. 41.
VII. 1. *Hei mihi quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe.* 15.
2. *Hei mihi quia periit pius e terra, & qui recte faciat, in hominibus non est.* ibid.
9. *Iram Domini sustinebo, quia peccavi ei.* 55. 209.
13. *Et erit terra in dissipationem cum habitantibus in ipsa, a fructibus studiorum ipsorum.* 349.

AGGÆI.

Cap. II. 5. *Ego sum in vobis, inquit Dominus, & Spiritus meus stetit in medio vestrum.* 304.

ZACHARIÆ.

Cap. I. 3. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* 377.

MALACHIÆ.

Cap. I. 6. *Si enim pater sum ego, ubi est gloria mea? Et si Dominus sum ego, ubi est timor meus?* 174.
8. *Offer illud principi tuo, si admittet illud, si suscipiet faciem tuam.* 347.
III. 6. *Ego sum: & non mutatus sum.* 100.

MATTHÆI.

Cap. I. 18. *Cum enim esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* 311.
II. 1. *Cum autem natus esset Jesus in Bethleem Judææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum?* 312.
III. 2. *Appropinquavit regnum cælorum.* 44.
8. *Facite dignos pœnitentiæ fructus.* 349.
11. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* 331. 332.
IV. 4. *Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei.* 304. 339.
V. 3. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* 329.
4. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* 49. 59.
7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* 174.
10. *Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* 329.
12. *Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra*

stra copiosa est in cælis. 23.
14. *Vos estis lux mundi.* 316.
15. *Nemo lucernam accensam abscondit sub modio, sed super candelabrum ponit, & lucet omnibus qui sunt in domo.* 343.
16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* 182. 333. 335. 343. 348.
18. *Iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* 329. 342. 344.
20. *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* 329. 344. 348.
22. *Quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit judicio: qui vero dixerit Raca, obnoxius erit concilio: qui autem dixerit fatue, obnoxius erit gehennæ ignis.* 344.
23. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens, offer munus tuum.* 199.
28. *Qui aspexerit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est.* 69. 344. 422.
29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* 195.
34. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino, &c.* 344.
38. & seq. *Dictum est antiquis: oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, &c.* 333.
40. *Et qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* 184.
VI. 5. *Faciunt ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, recipiunt mercedem suam.* 86. 173. 289. 343. 348.
12. *Dimitte nobis peccata nostra, quoniam dimisimus & nos.* 315.
16. *Nolite fieri tristes, sed lava faciem tuam, & unge caput tuum.* 1.
20. *Thesaurizate vobis thesaurum in cælo, ubi tinea non demolitur, neque fures effodiunt neque furantur.* 27. 90. 326. 343.
21. *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit.* 29. 184.
24. *Nemo potest duobus dominis servire ... Non potestis Deo servire & mammonæ.* 116. 184. 327. 345.
25. *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini .... hæc enim omnia gentes inquirunt.* 44. 203.
33. *Quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* 278.
VII. 7. & 8. *Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur.* 299.
15. *Attendite a falsis prophetis.* 123.
21. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est.* 173.
22. *Multi venient in die illa dicentes, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, &c.* 338. 348.
VIII. 3. *Volo, mundare.* 208.
IX. 12. *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus.* 2.
13. *Non veni ut justos salvos faciam, sed peccatores, ob pœnitentiam.* 315.
X. 5. *In viam gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis.* 351.
X. 10. *Dignus est operarius cibo suo.* 200.
16. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote prudentes sicut serpentes.* 55. 297. 316.
18. *Ad præsides & reges ducemini propter me.* 297.
22. *Qui sustinuerit usque ad finem, hic salvus erit.* 46. 280.
25. *Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus.* 110.
27. *Quod vobis dico in tenebris, dicite in luce: & quod auditis in aure, prædicate super tecta.* 325.
33. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui in cælis est.* 79. 101.
37. *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus.* 109.
38. *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* 327. 338.
40. *Qui recipit vos, me recipit.* 296.
XI. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* 61. 108. 280.
29. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* 86. 204. 351.
XII. 6. *Templo majus aliquid hic est.* 329. 341.
8. *In Spiritu Dei ejicio dæmonia.* 304.
33. *Facite arborem bonam, & fructum ejus bonum.* 338.
36. *Omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* 253.
50. *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic frater meus, & soror & mater est.* 196. 198.
XIII. 9. *Qui habet aures audiendi, audiat.* 58.
11. *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum.* 121.
17. *Multi prophetæ & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* 427.
45. *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* 60. 183.
XV. 11. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quæ procedunt.* 325. 350.
13. *Om-*

13. *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.* ibid.
14. *Si enim cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent.* 110.
24. *Non miſſus ſum niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael.* 347. 351.
XVI. 22. *Aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Propitius ſis tibi, Domine, non erit tibi hoc.* 297.
23. *Vade poſt me Satana, ſcandalum mihi es: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* 351.
24. *Si quis venit ad me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* 183. 327. 348.
XVII. 20. *Hoc genus in nullo expellitur, niſi per orationem & jejunium.* 325.
XVIII. 3. *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* 329.
6. *Expedit ei magis ut mola aſinaria imponatur in collo ejus, & projiciatur in mare, quam ut ſcandalizet unum de puſillis iſtis.* 108. 206. 295. 15. & 16. *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos... in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum, &c.* 184. 187. 199. 300.
20. *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* 180. 201.
XIX. 19. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* 347.
21. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, veni & ſequere me.* 28. 30. 32. 109. 183.
XX. 8. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* 299.
15. *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* 314.
28. *Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* 285.
XXII. 16. *Num Cæſari dare cenſum oportet, an non?* ibid.
21. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* ibid.
36. & ſeq. *Magiſter, quod eſt mandatum primum in lege? Et Dominus reſpondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua. Hoc eſt primum, & magnum mandatum. Secundum autem ſimile illud eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* 176.
40. *In his duobus mandatis univerſa lex & prophetæ pendent.* ibid.
XXIII. 27. & ſeq. *Væ vobis, quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, &c.* 338.
XXIV. 9. *Tradent vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* 297.
29. *Stellæ cadent de cælo: ſol obſcurabitur: luna non dabit lumen ſuum.* 20.
35. *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* 20. 119. 329. 343.
46. *Beatus ille ſervus quem cum venerit Dominus, invenerit ſic facientem.* 346.
XXV. 1. & ſeq. *Simile factum eſt regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obviam ſponſo. Quinque autem, &c.* 347.
30. *Illic erit fletus, & ſtridor dentium.* 172.
34. & ſeq. *Venite benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi bibere: nudus eram, & cooperuiſtis me.* 27. 113. 119. 179. 197. 203. 278. 345.
40. *Quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* 298.
XXVI. 26. *Cum ergo accepiſſet Jeſus panem, & gratias egiſſet, fregit, deditque diſcipulis, & dixit, &c.* 305.
28. *Hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* 327. 331. 332. 339.
33. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego tamen numquam ſcandalizabor.* 85.
41. *Spiritus quidem promptus eſt, caro vero infirma.* 316.
XXVIII. 18. 19. & ſeq. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* 123. 173. 312. 326. 331. 338. 351.

MARCI.

Cap. I. 7. *Non ſum idoneus ut ſolvam corrigiam calceamenti.* 330.
VII. 6. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. In vanum autem colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.* 347.
27. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & projicere catellis.* ibid.
VIII. 35. *Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me & evangelium, hic ſalvam faciet eam.* 250.
IX. 28. *Hoc genus non exit niſi in oratione & jejunio.* 5.
34. *Qui vult eſſe inter vos primus, ſit omnium noviſſimus, & omnium miniſter.* 48. 196.
45. *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* 263.
49. *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.* 262.
X. 15. *Quiſquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.* 329. 343.
29. *Nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros propter me & evan-*

& evangelium, qui non accipiat centies tantum in tempore hoc, & in sæculo venturo vitam æternam. 184.
44. & seq. *Qui vult inter vos esse magnus, sit omnium ultimus, & omnium servus.* 237.
XI. 25. *Dimittite si quid habetis adversus aliquem.* 256.
XIII. 37. *Quæ autem vobis dico, omnibus dico.* 109.
XIV. 41. *Ecce traditur Filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui tradit me, prope est.* 352.
XVIII. 16. *Sinite pueros venire ad me.* 186.

LUCÆ.

Cap. II. 11. *Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus.* 313.
14. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* 44. 313.
29. *Nunc dimittis servum tuum, Domine.* 177.
34. *Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum.* 350.
III. 8. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* 267.
9. *Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur.* ibid.
45. *Ex abundantia cordis os loquitur.* 270.
IV. 1. *Agebatur per Spiritum in desertum.* 304.
V. 32. *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* 247.
VI. 21. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* 188.
25. *Væ vobis qui saturati estis nunc.* 190.
30. *Omni petenti te tribue. Ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne repete.* 235. 287.
32. *Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.* 244.
36. *Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est.* 333.
37. *Nolite judicare, & non judicabimini.* 244.
45. *Ex abundantia cordis os loquitur.* 270.
46. *Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico.* 255.
VII. 47. *Remittuntur peccata ejus multa, quoniam dilexit multum: cui autem parum dimittitur, parum diligit.* 245.
VIII. 14. *Hi sunt qui in spinis seminati fuerunt, qui a curis & divitiis & voluptatibus vitæ suffocantur, & non referunt fructum.* 184.
21. *Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.* 249.
IX. 23. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.* 181.
59. & seq. *Sequere me ... sine ut mortui sepeliant mortuos suos.* 294. 327.
62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum.* 294. 327. 329.
X. 2. *Operarii quidem multi, sed messis ne pauca quidem.* 34.
16. *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* 105. 296.
18. *Satanam vidi sicut fulgur de cælo cadentem.* 44.
19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.* ibid. 319.
20. *Nolite gaudere quia dæmonia vobis subjiciuntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis.* 122.
40. 41. & seq. *Dic illi ut surgens ministret mecum... sollicita es & turbaris circa multa: atqui paucis vel uno opus est.* 191. 278. 320.
XI. 5. *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes...... quotquot habet necessarios.* 279.
10. *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.* 280.
41. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* 233. 264.
XII. 16. *Hominis divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, quid faciam? destruam horrea mea, & majora ædificabo.* 24.
19. *Anima, habes multa bona reposita: comede, bibe, lætare quotidie.* 26.
20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cujus erunt?* ibid. 225.
29. *Nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis: & nolite in sublime tolli.* 239.
32. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro cælesti dare vobis regnum.* 233.
33. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* 184. 233. 235. 326. 343.
35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei.* 88.
40. *Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* 234. 237.
43. *Beatus servus quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem.* 173.
47. *Ille autem servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit seipsum, neque fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* 117. 174. 227. 263. 332.
48. *Cui commendarunt multum, plus petent ab eo.* 117. 179. 200. 257. 329.
49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volui nisi ut jam esset accensus?* 320. 338.
XIII. 24. *Multi quærent intrare, & non poterunt, &c.* 347.
17. *Succide illam, ut quid enim terram occupat?* 227.
27. *Numquam novi vos. Discedite a me operarii iniquitatis.* 247. 338. 348.
XIV. 11. *Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur:*

tur: & qui se humiliat, exaltabitur. 85. 250. 299.
15. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* 328.
16. & seq. *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum hora cœnæ, qui diceret invitatis: Venite, &c.* ibid.
26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* 109. 183. 186. 328.
28. & seq. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumtus, an habeat quibus opus habet ad perficiendum, &c.* 328.
33. *Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* 179. 183. 262. 338. 345. 348.
XV. 6. *Convocat amicos & vicinos, dicens: congratulamini mihi, quia inveni ovem quæ perierat.* 218.
21. *Peccavi in te & coram cælo.* 315.
24. *Mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est.* 91.
XVI. 15. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* 195. 237.
17. *Facilius est cælum & terram præterire, quam legis unum apicem cadere.* 343.
25. *Recepisti bona tua in vita tua.* 33. 188.
XVII. 2. *Expedit illi ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.* 218
10. *Cum omnia recte feceritis, dicite: servi inutiles sumus: quæ enim debuimus facere, fecimus.* 238. 279.
XVIII. 13. *Deus propitius esto mihi peccatori.* 12.
14. *Qui se humiliat exaltabitur.* 199. 216.
25. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cælorum.* 29.
XIX. 8. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* 264.
38. *Pax in cælis & gloria in altissimis.* 44.
XX. 22. *Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inscriptionem? ... Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* 233.
XXI. 19. *In patientia vestra possidetis animas vestras.* 280.
XXII. 27. *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* 204. 285.
31. *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos sicut triticum: & ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* 85.
40. *Orate ne intretis in tentationem.* 254.
XXIII. 28. *Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed flete super filios vestros.* 27. 78.

JOANNIS.

Cap. I. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* 22. 71. 101. 318.
3. *Omnia per ipsum facta sunt.* 304.
14. *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, vidimus gloriam ejus: gloriam quasi Unigeniti a Patre.* 22. 70. 245. 310. 420.
II. 24. *Ipse enim Jesus non credebat semetipsum eis.* 286.
III. 3. *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* 329. 331.
5. *Amen, amen dico vobis, nisi quis natus fuerit per aquam & spiritum, non intrabit in regnum Dei.* 61. 329. 341.
6. *Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* 167. 336.
30. *Illum oportet crescere, me autem minui.* 330.
36. *Qui enim contumax est in Filium, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super ipsum.* 116. 225. 244. 325. 333. 344.
IV. 24. *Spiritus est Deus.* 103.
34. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, Patris.* 252. 304.
V. 14. *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* 209. 220.
18. *Deum Patrem suum dicebat, faciens se æqualem Deo.* 102.
23. *Filium qui non honorat, Patrem non honorat.* 105.
30. *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris.* 180.
39. *Scrutamini Scripturas.* 343.
44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est non quæritis?* 223.
VI. 37. *Eum qui venit ad me non ejiciam foras.* 234. 235.
38. *Descendi de cælo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris.* 116. 180. 227. 240.
54. & seq. *Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, &c.* 304. 339.
61. & seq. *Multi ergo ex discipulis ejus audientes sermonem, dixerunt: durus est hic sermo; quis potest eum audire? sciens autem Jesus apud semetipsum, &c.* 109. 305. 339.
64. *Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* 251.
66. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.* 350.
67. & seq. *Multi autem Discipulorum abierunt retro, & jam non ambulabant cum Jesu.* 109.
VIII. 16. *Non sum solus, quia qui misit me Pater, mecum est.* 101.
18. *Ego testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.* 102.

Digitized by Google

28. *A me ipso facio nihil.* 116.
31. & seq. *Dicebat igitur ad eos, qui in se crediderant, Judæos : si vos maneatis in sermone meo, vere Discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* 326.
34. *Qui facit peccatum, servus est peccati : servus vero peccati non manet in domo.* 173. 243. 267. 326. 335.
39. *Si filii Abraham essetis, opera Abrahæ faceretis.* 263.
48. *Samaritanus es, & dæmonium habes.* 47.
X. 5. *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo : quia non noverunt vocem alienorum.* 120.
11. *Ego sum pastor bonus. Verus pastor animam suam ponit pro ovibus : mercenarius vero, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, non curat cum lupum venientem videt.* 100.
14. *Et cognosco meas, & cognoscunt me meæ.* ibid.
27. *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis.* ibid. 303.
30. *Ego & Pater unum sumus.* 101.
XI. 11. *Lazarus amicus noster dormit; sed vado ut a somno excitem eum.* 16.
25. *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.* 74.
43. *Lazare veni foras.* ibid.
48. *Si siverimus sic, omnes credent in eum : & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* 84.
XII. 25. *Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* 226.
26. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus sit.* 107. 284. 334. 335.
28. *Et glorificavi te, & iterum glorificabo.* 105.
31. *Nunc judicium est mundi hujus, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras.* 44.
48. & seq. *Sermo quem loquutus sum, ille judicabit eum in novissimo ... Mandatum accepi quid dicam, & quid loquar. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* 116. 120. 174. 325. 344.
50. *Mandatum Dei vita æterna est.* 245.
XIII. 6. & seq. *Domine, tu mihi lavas pedes? Non lavabis mihi pedes in æternum. Si non lavero te, non habebis partem mecum.* 118. 173. 329. 351.
34. *Mandatum novum do vobis : ut diligatis invicem.* 178. 347. 352.
35. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* 122. 179.
XIV. 7. *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis.* 101.
9. *Qui vidit me, vidit Patrem.* 101.
10. *Ego in Patre, & Pater in me est.* 100.
15. *Si diligitis me, mandata mea servate.* 180. 253. 338.
16. *Si enim abiero, rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis.* 102. 251. 318.
17. *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere.* 179.
21. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.* 122. 338.
23. *Qui diligit me, mandata mea servabit. Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* 176. 179. 338. 343.
24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* 122. 196.
26. *Ipse vos docebit, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis.* 251. 236.
27. *Pacem meam do vobis : non quomodo mundus dat, ego do vobis.* 253.
30. *Venit princeps mundi hujus, & in me non inveniet quidquam.* 44.
XV. 10. *Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione.* 180. 335. 338.
12. & seq. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut ego dilexi vos. Majorem hac charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* 179. 244. 347. 352.
16. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* 84.
18. 19. *Si enim mundus vos odit, scitote quod me ante vos odio habuit. Vos de mundo hoc non estis.* 179. 317.
22. *Si enim non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* 224.
26. *Paracletum mittam vobis, Spiritum veritatis.* 304.
XVI. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* 121.
14. *Ille me glorificabit.* 105.
15. *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt.* 70. 421.
25. *Hæc in parœmiis vobis loquutus sum. Venit hora cum jam non in parœmiis, sed palam loquar vobis.* 53.
28. *Ego exivi a Patre, & ad ipsum vado.* 101.
33. *In mundo hoc pressuram habebitis.* 299.
XVII. 4. *Pater, glorificavi te, opus consummavi quod dedisti.* 105.
20. *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint.* 116.
24. *Da Pater, ut ubi ego sum, & isti mecum sint.* 334.
25. *Pater juste, mundus te non cognovit.* 179.
XVIII. 23. *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, cur me cædis?* 48.
XX. 21. *Sicut misit me Pater, & ego misi vos.* 351.
XXI. 15. *Petre, diligis me plus his? pasce oves meas.* 298.

ACTORUM.

Cap. II. 38. *AGite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis promissionem Spiritus sancti.* 61.
44. *Omnes autem qui credebant, erant simul in eodem loco, & habebant omnia communia.* 182.
IV. 19. *An justum sit vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus quæ vidimus & audivimus non loqui.* 351.
32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia.* 116. 182. 196. 199. 248.
35. *Dividebatur singulis prout cuique opus erat.* 190. 197. 239. 242. 259.
V. 29. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* 183. 237. 351.
41. *Ibant gaudentes a conspectu concilii, quod digni habiti essent qui pro ejus nomine contumeliam paterentur.* 74. 297.
VI. 2. *Non est placitum ut nos derelicto sermone Dei, ministremus.* 272.
VII. 59. *Domine, ne statuas illi peccatum.* 256.
VIII. 36. *Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* 64.
X. 38. *Jesum a Nazareth: quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute.* 304.
XII. 8. *Præcingere, & subliga soleas tuas.* 193.
20. *Herodes furens pugnabat adversus Tyrios & Sidonios.* 226.
XIV. 21. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* 64.
XV. 28. *Visum est Spiritui sancto & nobis.* 299.
XVI. 25. *Media autem nocte Paulus & Silas laudabant Deum.* 201.
XX. 26. *Contestor vos hodie, quia mundus sum a sanguine omnium: non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omnem veritatem & consilium Dei.* 261. 325. 352.
30. *Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* 115.
32. *Per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque.* 172.
34. *Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.* 283.
35. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.* 200. 252. 264.
XXI. 11. *Virum cujus est zona hæc, sic alligabunt in Jerusalem.* 193.
13. *Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum, propter nomen Domini Jesu.* 78. 351.

AD ROMANOS.

Cap. I. 11. *DEsidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est simul consolari in vobis, per eam quæ invicem est, fidem vestram atque meam.* 255.
18. *Ira de cælo revelatur super omnem impietatem, & injustitiam hominum.* 32. 49.
20. *Invisibilia enim ipsius a creatione mundi: per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. Sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas.* 53. 105.
22. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* 84.
28. 29. *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, avaritia, nequitia, plenos invidia, &c.* 39. 50. 115. 344.
32. *Qui talia agunt digni sunt morte.* 118.
II. 4. & 5. *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te ducit? secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.* 174.
6. *Qui reddet unicuique secundum opera ejus.* 111.
13. *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* 182.
16. *In die illa, cum judicabit Dominus occulta hominum secundum evangelium nostrum, cogitationibus inter se & accusantibus, aut & defendentibus.* 57.
23. *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* 118. 174. 218. 259.
III. 23. *Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei: justificati gratis per gratiam ipsius per redemtionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* 331.
IV. 20. *Non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: imo plenissime sciens quod is qui promisit, potens est & facere.* 120.
V. 1. *Justificati ex fide, pacem habemus ad Deum.* 253.
3. *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* 15. 372. 427.
5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* ibid.
8. & seq. *Commendat autem charitatem suam Deus in nos, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, &c.* 248. 332.
19. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita per unius obeditionem, justi constituuntur multi.* 335.
10. *Ubi enim abundavit delictum, superabundavit gratia.* 61.

VI. 3. & 4. & seq. *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* 167. 256. 331. 332. 341.
5. *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, & resurrectionis quoque erimus.* 331. 333. 335.
6. *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato.* 167. 256. 272. 331. 334. 341.
7. *Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato.* 334.
9. & seq. *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos, &c.* ibid. 339.
12. *Ne igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in ipsius concupiscentiis, &c.* 335. 341.
16. *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam?* 116. 267.
17. *Gratia Deo quod fuistis servi peccati, obedistis vero ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.* 331. 332.
23. *Stipendia enim peccati mors.* 42. 333. 336.
VII. 1. *An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor, quod lex dominatur homini quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri, &c.* 336.
9. *Cum autem venit mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum.* 393.
14. *Scimus enim quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio.* 220. 327.
17. *Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* 220.
24. & seq. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum.* 327. 339.
VIII. 1. *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant.* 327.
7. *Affectus carnis, inimicitia est adversus Deum: legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest.* 116. 263.
9. & 10. *Vos non estis in carne, sed in spiritu: si quidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est.* 103.
11. *Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per ipsius Spiritum inhabitantem in vobis.* 303.
18. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* 22. 114.
32. *Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* 246.
28. *Scimus enim, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* 337.
33. *Quis accusabit adversus electos Dei?* 343.
35. *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persequutio, an gladius? &c.* 243. 343. 352.
38. *Neque instantia, neque futura poterunt nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* 270. 352.
IX. 3. *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* 249.
22. *Vasa iræ aptata in interitum.* 41.
X. 2. *Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam Dei. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.* 336. 347.
10. *Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* 120.
14. *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? .... Quomodo credent si non audierint?* 173. 254.
XI. 20. *Fide stas: noli altum sapere, sed time.* 84.
33. *O altitudo divitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & impervestigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit mentem Domini?* 343.
XII. 1. *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabilem vestrum cultum.* 255. 262. 341.
2. *Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.* 265.
3. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* 238. 256. 262. 346. 351.
4. & seq. *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, &c.* 346.
10. *Per fraternam charitatem ad mutuo vos diligendos propensi.* 257.
11. *Studio non pigri.* 193.

16. *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* 192. 260.
17. *Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus.* 324.
19. *Date locum iræ.* 258.
21. *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* 255.
XIII. 2. *Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* 171.
9. *Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis.* 392.
10. *Plenitudo ergo legis est dilectio.* 348.
14. *Et carnis curam ne faciatis ad concupiscentias.* 188.
XIV. 10. *Tu autem quid judicas fratrem tuum?* 244.
13. *Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* 228. 244.
15. *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas.* 224.
21. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* 228. 351.
XV. 1. *Debemus nos non nobismetipsis placere.* 240.
2. *Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem: nam & ipse Christus non sibi placuit.* 237. 240.

I. AD CORINTHIOS.

Cap. I. 10. *Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor hujus sæculi?* 74.
30. 31. *Christus factus est nobis sapientia a Deo, & justitia & sanctificatio, & redemtio: ut quemadmodum, scriptum est, Qui gloriatur in Domino glorietur.* 56. 84.
II. 6. *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non sæculi hujus, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula.* 53.
10. *Nobis Deus revelavit per Spiritum suum.* 303.
11. *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* ibid.
14. *Qui enim carnalis est, non capit ea quæ sunt Spiritus.* 110.
III. 3. *Cum enim sint inter vos zelus & contentio, & dissidia, nonne carnales estis?* 116.
11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, qui est Jesus Christus.* 318.
16. *An nescitis quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* 303.
17. *Si quis templum Dei profanat, hunc perdet Deus.* 103. 303.
23. *Vos enim Christi, Christus vero Dei.* 104.
IV. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* 248.
3. *Non judico meipsum. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum. Qui autem judicat me, Dominus est.* 85. 279.
5. *Itaque nolite ante tempus judicare quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* 244.
7. *Quid enim habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* 84.
21. *Quid vultis? in virga veniam ad vos?* 118.
V. 1. 2. & seq. *Scortatio omnino inter vos nominatur, & talis scortatio qualis nec inter gentes nominatur. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* 119. 195. 269. 350.
7. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio.* 195. 221. 350.
11. *Si enim aliquis frater est fornicator aut conviviator, aut ebriosus, cum ejusmodi nec cibum sumere.* 238. 301. 337. 349.
13. *Expellite pravum a vobisipsis.* 206. 243.
VI. 1. *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* 184.
9. *Iniqui regnum Dei non possidebunt.* 7. 329. 255.
19. *Corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo.* 103.
VII. 15. *In pace autem vocavit nos Deus.* 186.
20. 24. *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat.* 234. 238. 240. 241. 352.
32. *Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placiturus sit Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori.* 277.
40. *Puto quod Spiritum Dei habeam.* 304.
VIII. 13. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* 189. 351.
IX. 15. *Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.* 204.
17. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.* 352.
25. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* 187. 189.
27. *Ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* 288.
X. 10. & 11. *Neque murmuretis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc quidem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad commonefaciendum nos, in quos termini ætatum devenerunt.* 195. 239. 329.
22. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* 217.
24. *Nemo quærat quod suum est, sed quisque quod alterius.* 217. 352.

29. Ut

29. Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conscientia. 189. 197. 236.

31. Sive enim manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 19. 180. 191. 210. 230. 270. 338. 348.

32. Sine offensione estote & Judæis & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, &c. 351.

VI. 1. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. 204.

16. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. 196. 198. 240. 242.

22. Numquid enim domos non habetis ad manducandum & bibendum? Quid dicam vobis? Laudabo vos? in hoc non laudo. 272.

23. & seq. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, &c. 168. 245. 304. 340. 343.

26. Quotiescumque enim comederitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis. 305.

29. Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit. 245. 342.

30. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Si enim nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. 22. 55. 209. 241.

XII. 2. Scitis quod cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, ibatis? 255.

4. & seq. Divisiones donorum sunt, & idem Spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, & idem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. 303.

8. Alteri enim datur sermo sapientiæ, alteri vero sermo scientiæ, alteri fides, alii prophetia, alii dona sanationum. 182. 196.

11. Omnia operatur unus & idem Spiritus, dividens singulis prout vult. 71. 303.

25. 26. & seq. Ut non sint schismata in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra. Et sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. 115. 246. 248.

XIII. 1. & seq. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero .... nihil sum. 73. 122. 338. 348.

4. & seq. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non indecore se gerit, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas numquam excidit. 181. 250.

13. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas. 122.

XIV. 14. Si orem lingua, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est. 266.

26. Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. 202. 253.

40. Omnia honeste & secundum ordinem fiant. 193. 236. 257. 348.

XV. 10. Abundantius omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei, quæ est mecum. 84.

33. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. 43.

35. & seq. Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt? Insipiens tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alicujus alterius. Deus autem dat illi corpus prout vult. 378.

41. & 42. Et stella a stella differt in gloria. Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione, seminatur in infirmitate, surgit in virtute: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. 17. 316.

54. & seq. Absorpta est mors in victoria: ubi est mors stimulus tuus? Ubi est victoria tua, inferne? stimulus mortis peccatum. 206. 333.

II. AD CORINTHIOS.

Cap. I. 9. Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos: qui ex tanta morte nos eripuit, & eripit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet. 84. 251.

II. 2. Et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me. 207.

6. & seq. Sufficit illi qui ejusmodi est, objurgatio hæc quæ fit a pluribus...... Confirmetur in illum charitas, ne tristitiæ nimietate pereat qui ejusmodi est. 182. 218. 316.

17. Non enim sumus sicut multi, adulterantes verbum Dei. Sed velut ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. 229. 262. 338.

III. 5. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. 120. 227. 265.

6. Littera enim occidit, Spiritus vero vivificat. 333. 336.

10. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. 330. 343.

17. Dominus autem Spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. 303.

IV. 8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: in maximis difficultatibus versamur, sed non succumbimus. 264.

16. Licet exterior homo noster corrumpatur, interior tamen renovatur de die in diem. 41. 89.

V. 1.

V. 1. *Scimus quod si terrestris nostra domus hujus tabernaculi dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus: domum non manu factam, æternam in cælis.* ibid.
41. & seq. *Charitas enim Christi constringit nos; judicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt; & pro omnibus mortuus est, ut & qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* 246. 305. 335. 340. 342.
17. *Si qua in Christo est nova creatura.* 40.
20. *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* 253.
21. *Eum qui peccatum non novit, peccatum pro nobis fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.* 326. 332.
VI. 1. *Adjuvantes autem etiam exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* 198. 257.
2. *Nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis.* 172. 347.
3. *Nullam in ulla re dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.* 173. 330. 331.
5. *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate.* 187.
7. *Per arma justitiæ a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces.* 223.
9. & 10. *Quasi morientes, & ecce vivimus: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.* 252. 264.
14. & seq. *Quæ enim est societas justitiam inter & injustitiam: aut quæ pars fideli cum infideli?* 8. 195. 196. 327. 345.
17. *Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tangatis. Et ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & in filias, dicit Dominus omnipotens.* 69. 180. 339.
VII. 1. *Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* ibid. 342.
9. *Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.* 224.
10. *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam operatur.* 269.
11. *Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in hoc negotio.* 207. 218. 225.
VIII. 9. *Qui cum dives esset, propter nos egenus factus est.* 47. 261.
14. *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas.* 267.
IX. 8. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* 90.
X. 4. & seq. *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* 107. 117. 236. 263.
12. *Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendant.* 240.
17. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* 258.
XI. 3. *Timeo ne corrumpantur sensus vestri.* 293.
6. *Etsi imperitus sermone, sed non scientia.* 73.
17. *Quod loquor, non secundum Dominum loquor; sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriationis.* 258.
27. *In laboribus & ærumna, in vigiliis sæpe, in fame & siti, in jejuniis sæpe.* 187. 200.
29. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* 248. 269.
XII. 7. & 8. *Ex sublimitate revelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me, &c.* 261. 372.
10. *Placet mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum.* 5. 189. 372. 427.
11. *Factus sum insipiens gloriando.* 258.
14. *Non quæro vestra, sed vos.* 233.
21. *Et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt.* 250.
XIII. 3. *An experimentum quæritis loquentis in me Christi?* 304.

AD GALATAS.

Cap. I. 8. *Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* 123. 271.
10. *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.* 270. 348.
II. 9. *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos quidem in gentes, ipsi vero in circumcisionem.* 352.
20. *Vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus.* 327. 333. 336.
21. *Non abjicio autem gratiam Dei.* 316.
III. 2. & seq. *Hoc solum volo discere a vobis: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?* ibid.
13. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* 327. 335.
15. *Tamen hominis confirmatum testamentum*

Digitized by Google

nemo spernit aut supcrordinat. 120.
27. & seq. *Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis.* 167. 337. 341.
28. *In Christo Jesu non est masculus neque femina.* 324.
IV. 9. *Cum cognoveritis Deum, quin potius cogniti sitis a Deo.* 84.
V. 1. *State igitur, & nolite iterum jugo servitutis detineri.* 335.
4. *Evacuati estis a Christo..... a gratia excidistis.* 317.
6. *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.* 119. 338.
9. *Modicum fermentum totam massam adulterat.* 206. 273.
10. *Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.* 194.
13. *Per charitatem Spiritus servite invicem.* 237.
17. *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, & hæc sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis illa faciatis.* 7. 10. 230. 327.
18. *Quod si Spiritu ducimini, non estis sub lege.* 337.
19. *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes.* 263.
21. *Qui talia agunt, regnum cælorum non consequentur.* 329.
22. *Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia.* 337.
24. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* 272. 334. 335.
25. *Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus.* 337.
26. *Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* 52. 229. 240.
VI. 2. *Alter alterius onera portate.* 247.
4. *Opus suum probet unusquisque, & tum in semetipso tantum gloriam habebit, & non in alio.* 85.
6. *Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.* 349.
7. *Nolite errare: Deus non irridetur.* 33. 79.
10. *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes quidem, maxime autem ad domesticos fidei.* 347.
14. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* 256. 333. 336. 341.

AD EPHESIOS.

Cap. I. 5. *Secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, de qua nobis imparstivit ubertim.* 331. 332.
II. 2. *Secundum principem potestatis aeris, spiritus qui nunc operatur in filiis inobedientiæ.* 44.
3. *Facientes voluntates carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ.* 239. 263.
14. & seq. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvit, inimicitiam in carne sua: legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, &c.* 40. 337. 427.
III. 14. *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum suum, in internum hominem, ut inhabitet Christus.* ibid.
IV. 1. *Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus spiritus, sicut & vocati estis in una spe vocationis vestræ.* 120. 196. 198. 254.
25. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem.* 79.
26. *Irascimini & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram.* 258.
28. *Magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* 200. 252.
29. *Omnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* 221. 252.
30. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis.* 174. 221.
31. *Omnis ira & indignatio & clamor tollatur a vobis, cum omni malitia.* 45. 258. 344.
32. *Benigni, misericordes, donantes nobismetipsis, sicut & Deus donavit nobis.* 52.
V. 1. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, &c.* 246. 265. 327.
11. *Nolite communicare operibus infructuosis, quin potius etiam redarguite.* 349.
17. *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.* 253. 260.
18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* 68.
19. *Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.* 242.
21. *Subjecti invicem in timore Christi.* 217.
27. *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.* 330.
VI. 4. *Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini.* 268.
6. Non

6. *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placere studentes.* 226.
12. *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem & carnem, sed adversus principes & potestates & spiritualia nequitiæ.* 44. 324.
16. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* 291.

AD PHILIPPENSES.

Cap. I. 15. & seq. *Quidam quidem propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, &c.* 247. 338.
23. *Dissolvi & esse cum Christo, multo longeque melius.* 177.
29. *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* 352.
II. 2. & seq. *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed etiam ea quæ aliorum.* 199. 229. 279.
5. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* 237.
6. *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* 178. 245.
8. *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* 195. 237.
10. *In nomine Jesu omne genuflectetur, cælestium, terrestrium que ac infernorum.* 79.
11. *Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* ibid.
13. *Qui operatur in nobis & velle & efficere, pro bona voluntate.* 84.
14. 15. *Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus, ut nulla fiat de vobis querela, & sitis simplices, irreprehensibiles Dei filii, in medio nationis pravæ ac perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi.* 223. 268. 339.
III. 1. *Eadem scribere vobis mihi quidem haud piget, vobis vero tutum est.* 334.
4. *Si quis videtur confidere in carne, ego magis: circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis; secundum legem Pharisæus, &c.* 183.
8. & seq. *Quin etiam existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ est per fidem Christi Jesu, justitiam scilicet quæ ex Deo est.* 333. 336. 347.
12. 13. & seq. *Insequor, si etiam apprehendam, in quo & apprehensus sum a Christo.* 84.
14. *Ego me nondum arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* 238.
19. *Gloria in confusione ipsorum.* 68.
20. *Nostra conversatio in cælo est, unde etiam Salvatorem exspectamus Christum.* 87. 179. 184. 334. 337.
IV. 13. *Omnia possum in Christo qui me confortat.* 258. 331.

AD COLOSSENSES.

Cap. I. 10. *In omni opere bono fructificantes.* 267.
12. *Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad partem sortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* 245.
14. 15. *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis.* 102. 339.
20. *Qui pacificas per sanguinem suum sive quæ in terra sunt, sive quæ in cælis.* 427.
28. *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.* 220.
II. 3. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* 120.
5. *Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum.* 243.
11. & seq. *In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi: consepulti ei in baptismo, in quo & consurrexistis per fidem.* 341.
III. 1. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, & non quæ super terram.* 335.
3. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* 256. 339.
5. & seq. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam quæ est simulacrorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis.* 269. 272. 334. 349.
9. *Exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum.* 331. 339.
11. *Non est Græcus & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus, Scytha, servus & liber, sed omnia & in omnibus Christus.* 337.
13. *Si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Christus donavit, ita & vos.* 273.
IV. 6. *Sermo vester in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat unicuique respondere.* 262. 272.

I. AD

Digitized by Google

I. AD THESSALONICENSES.

Cap.II.4. ITa loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. 248. 267.
5. & seq. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. 194.229.338.
7. & seq. Facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras. 194.248.
18. Ego quidem Paulus proposui venire & semel & iterum, impedivit nos Satanas. 265.
14. & seq. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non præveniemus eos qui dormierunt, &c. 334.
V.11. Ædificate singuli singulos, sicut & facitis. 352.
16. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. 14.19.
20. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probantes, quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. 236.271.
23. Deus autem pacis sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima & corpus citra reprehensionem in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est Deus qui vocavit vos: qui etiam faciet. 123.

II. AD THESSALONICENSES.

Cap.II.7. TAntum qui tenet nunc, teneat, donec abscesserit. 115.
III. 6. Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. 123.218.334.349.
8. Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die laborantes. 200.203.283.
11. & seq. Audimus quosdam inter vos esse inordinate ambulantes, nihil operantes, sed curiose agentes: iis autem qui sunt ejusmodi, denuntiamus & obsecramus, ut cum quiete operantes, suum panem manducent. 203.283.
13. Vos autem nolite deficere bene facientes. 258.
14. Hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundantur. 288. 301.

I. AD TIMOTHEUM.

Cap.I.15. JEsus Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego. 315.
19. Circa fidem naufragaverunt. 60.
III.10. Et hi enim probentur primum, deinde ministrent, nullum crimen habentes. 204.
IV.4. & seq. Omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. 189.233.351.
12. Exemplum esto fidelium. 204.
V.6. Quæ in deliciis est, vivens mortua est. 188.
8. Si quis autem suorum & maxime propinquorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. 294.
17. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. 245.
20. Peccantes autem coram omnibus argue, ut & cæteri metum habeant. 195.
VI. 3. Si quis aliter docet, & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens. 227.
7. & seq. Nihil intulimus in hunc mundum, conspicuum est quod neque auferre quidquam possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. 89.192.
10. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, naufragaverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. 378.

II. AD TIMOTHEUM.

Cap.I. 8. COllabora evangelio: milita bonam militiam. 11.
II. 2. Hæc commenda fidelibus hominibus, qui & alios docere erunt idonei. 259.326.
4. Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui se in militiam delegit, placeat. 107.
5. Si quis certet, non coronatur, nisi legitime certaverit. 110. 229.346.
11. Nam si commortui sumus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus. 333.335.
14. Hæc commone, contestans coram Deo. 325.
19. Novit Dominus qui sint sui. 318.
25. In mansuetudine corripias eos qui resistunt. 207.
III. 1. In novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt enim homines seipsos amantes.... criminatores, intemperantes. 188.
16. Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum. 390.
IV.2. Argue, increpa, obsecra in omni patientia & doctrina. 218.
7. & 8. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex. 398.

AD TITUM.

Cap.I.9. UT potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. 196.
16. Confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant. 231.

AD PHILEMONEM.

Vers. 15. FOrsitan enim ideo discessit ad horam, ut æternum illum reciperes: jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem. 185.

AD HEBRÆOS.

Cap. I. 3. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* 48.

III. 17. *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto?* 5.

V. 14. *Perfectorum cibus, qui propter assuetudinem sensus exercitatos habent ad discretionem boni & mali.* 9.

X. 23. *Fidelis est enim qui repromisit.* 239.

27. *Ignis & æmulatio, quæ consumtura est adversarios.* 32.

XI. 38. *Quibus dignus non erat mundus, qui circumibant in pellibus ovium & caprarum, egentes, pressi, afflicti.* 4.

XII. 4. *Nondum usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes.* 300.

6. *Quem diligit, Dominus castigat.* 427.

7. *Quis enim filius quem non corripit pater?* 55.

11. & 12. *Omnis autem disciplina in præsens quidem non videtur esse gaudii, sed molestiæ: at postea fructum tranquillum reddit ad salutem, iis qui per illam fuerint exercitati. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite.* 54. 300.

XIII. 17. *Obedite præpositis vestris & subjecti estote. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tamquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: inutile hoc enim vobis est.* 296.

EPISTOLA JACOBI.

Cap. I. 2. *Omne gaudium existimate fratres cum in tentationibus variis incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.* 371.

5. & 6. *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus simpliciter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* 299.

12. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* 371.

II. 10. *Quicumque fecerit totam legem, offenderit vero in uno, erit omnium reus.* 329.

IV. 6. *Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 223. 378.

I. PETRI.

Cap. III. 15. *Parati estis ad respondendum cuilibet interroganti vos rationem ejus quæ in vobis est fidei.* 326. 342.

IV. 18. *Si justus vix salvus efficitur, impius & peccator ubi parebit?* 117.

V. 3. *Non velut dominium in cleris exercens.* 86.

I. JOANNIS.

Cap. IV. 13. *In hoc cognoscimus quod in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis.* 303.

16. *Deus charitas est.* 171.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM
QUÆ ANTE APPENDICEM INVENIUNTUR.

A

ABIMELECI artes vanæ ad stabiliendam regni possessionem. 84. e.
ABNEGATIO sui, quæ sincera sit. 181. b. 182. e. & seq.
ABRAHAMI fides qualis fuerit. 280. d. & seq. Proponitur imitanda. ibid. Qualis obedientia. 297. & seq.
ABSTINENTIA in quo posita sit. 239. a. 293. a. Aliquando ab iis etiam rebus quæ permittuntur abstinendum. 189. a. Corporis viribus metienda abstinentia est. 283. a. & seq. Abstinentiæ fructus. 112. b. Vide Jejunium.
ADAMI status in paradiso. 41. d. Lapsus. ibid. & seq. Adamus a diabolo deceptus. 43. b. 112. b Spe falsæ gloriæ dejectus. 85. e. Quali mulctatus pœna. 45. e. 43. e. Cur non statim una cum ipso indumenta constructa sunt. ibid. & seq. Adamus improbo esu peccatum ad posteros transmisit. 38. a. 111. e.
ADMONITIONES, quo animo suscipiendæ. 34. b.
ADOLESCENTES humanam vitam nihil omnino esse arbitrantur. 92. e. Quæ sectari, a quibus abstinere debeant. & seq. 98. c. Mentis levitas tonatus adolescentibus moribus. 21. d. & seq. 237. b.
Adolescentibus documentum a Basilio datum, quomodo possint ex Gentilium libris fructum capere. 92. e. & tota homil. passim. Vide Gentiles.
Adolescens, de quo Matth. 19. 20. partim laude dignus, partim miserrimus. 28. e. Non idem est qui legis peritus de quo Luc. 20. 25 ibid. b.
ADVENTUS Domini quis exspectandus. 152. a.
ÆGRITUDINUM genera tria sunt. 98. b. Ægritudinis tempus ad obeunda religionis officia minime idoneum. 64. b. Non omnes ægritudines tribuendæ sunt naturæ. 209. e. Sæpe sunt peccatorum mulctæ. ibid. Accidunt etiam aliquando postulante diabolo. ibid. Quomodo tolerandæ. ibid. & seq. Vide Morbus.
ÆGYPTII geometriam invenerunt. 55. e.
ÆGYPTIARUM nutricum laudabilis astutia. 58. e.
ÆMULATIO, quid sit. 259. b.
AER, in Scripturis vocatur cælum. 44. b.
ÆRUMNIS probatur cor. 24. a. 36. e. Vide Calamitas.
AFFECTUS bonus quis sit. 241. e. Quomodo comparandus. ibid.
Affectus particulares plurimum communi concordiæ nocent. 169. d. Monachis interdicuntur. ibid. 300. a. & seq. Vide Monachi.
AFFECTIONES animi utiles, iis si recte utimur. 48. b. & seq. Carnis affectiones in animam insurgunt. 60. b. Menti subjiciendæ. ibid. Vide Caro.
AFFLICTI, quomodo consolatione demulcendi. 21. b. & d. Animi est ignavi fragi admodum, & adversis succumbere. 17. b. Vide Lacrymæ. Vide Calamitas.
AGRICULTURA, laudatur maxime inter artes monachis assignatas. Vide Opus manuum.
ALEXANDRI magni continentia laudatur. 95. e.
AMIANTI, natura ea est, ut igni consumi non possit. 3. 6.
AMICI, quomodo diligendi. 128. e. Constanter pro Christo relinquendi. 109. a. Vide Ascetica vita.
AMOR Dei homini insitus. 177. b. & seq. Ineffabilis. ibid. Vide Dei dilectio.
Amor sui ingenitus est hominibus. 258. d.
Amor suiipsius quomodo discernitur. 226. a.
Amor proximi. Vide Proximus.
Amoris fraterni exempla. 38. b. e.
AMOS pœnitentiæ præco. 33. e.
ANANIÆ, de quo Act. 5. 5.) peccatum in quo positum. 168. c.
ANGELOS in cælis retinuit liberum arbitrium. 43. d. Angelicæ naturæ proprium quid sit. 168. e.
ANIMA, invisibilis est. 13. e. Absque ulla sibi admixta pravitate condita. 42. e. Liberam & in sua potestate sitam vitam a conditore sortita. ibid. c. Cur mali capax. ibid. Quomodo peccat. ibid. Vide

Homo. Admirabili modo ad corpus colligatur. 13. e. Corpori regendo præficitur. 281. e. Quomodo corpus regere debeat. ibid. & seq. Quomodo corpori facultatem vitalem impertitur. ibid. Incusanda si suum in corpus dominium deseruerit. ibid.
Animæ duplex vis inest. 281. e. Animæ dotes. 13. e. Purgatio quæ sit. 97. a. Ægritudo & mors, peccatum. 23. e. & ignoratio Dei. 61. b.
Animæ vera bona quæ sint, 26. d. 45. b. 89. e. Primarius fructus est veritas ipsa. 93. a. Animæ profectus, humilitatis profectus est: defectus vero ex animi elatione gignitur. 123. e. Animæ affectiones utiles sunt, his si recte utimur. 48. b. Anima & pro amicis & pro inimicis ponenda. 218. e. Animæ præcipua cura habenda. 10. e. 89. e. 93. a. 96. e.
Animæ status quidam puerilis est, quidam adolescentiæ, quidam senectutis. 58. e. & seq. Sensuum nomina ad animæ potentias transferri possunt. ibid. & seq.
ANIMUS, dum tener est, ad omnia bona statim ab initio exercendus. 187. a.
Animi ordinatio & sedatio argumentum est virtutis. 287. e.
ANOMOEI impia Filium Dei demittunt ad creaturam. 102. e. Multitudinem deorum inducunt. ibid. b. Pugnant cum Sabellianis. 101. b. Vide Ariani. Vide Dei Filius.
APIBUS lex quæ sit. 73. e. 115. d.
APOSTOLI matrimonio copulati. 109. d. Pseudo-Apostoli qui sint. 267. a.
ARIANORUM contra Filii divinitatem sophismata proponuntur refelluntur que. 72. d. 73. a. & seq. 100. b. & seq. 101. e. & seq. Filii nomen voce tenus concedunt, sed impia Verbum ipsum demittunt ad creaturam. 101. b. Vide Dei Filius.
ARS pascendi & ars regnandi sorores sunt. 202. d. e.
ARTES singulæ subsidii loco ob naturæ debilitatem nobis a Deo concessæ sunt. 208. d.
Ars medica cur homini concessa. ibid. b. & seq. Quomodo Christiani hac arte uti debeant. ibid. 208. d. e. Quod ad procurandam corporis sanitatem facit ars medica, id in curandis animi vitiis imitari debemus. 208. c. d. & seq. Ejus utilitas non prorsus fugienda monachis. 209. a. Artis medicæ utilitas. 210. e. Abusus. ibid. & seq. Quando usus medicinæ prætermitti debeat. ibid. a.
Artes monachis assignatæ quæ sint. 301. a & seq. Vide Opus manuum.
ARUNDO quassata quæ sit, aut fumigans linum? & quomodo quis illam non confringat, hoc vero non exstinguat. 268. e.
ASCETICÆ vitæ Encomium. 107. e. & seq. Scopus quis sit. 170. e. Oratio προτρεπτικὴ ad asceticam vitam. 107. a. & seq. & tota homilia passim. 108. e. Asceticæ vitæ præmia. ibid. & seq. 109. e. & seq. Ab eadem non excluduntur feminæ. 108. d. In ea vitæ genere non facilis ad peccatum accessus patet. 55. e. Inconsiderate amplectendum non est. ibid. & seq. Exercitatio præcedat & probatio. ibid. Haud est remissum vitæ genus. ibid. A quo quisquis declinaverit, scandali dati fit reus. ibid. & 295. e. & Christi derelicti crimen non effugiet. 109. b. Vide Professio monastica. Vide Monachi.
ASCETIS instabilibus facultas loquendi danda non est. 288. e. Vide Monachi.
ASPECTUS libidinosi omnino cavendi. 60. e.
ASSENTATIO & adulatio fugienda. 98. b.
ASTROLOGIA apud Chaldæos in pretio fuit. 55. e.
ASTUTIA, quid sit. 58. e. & seq. Duo significat astuti nomen. ibid. Astutia quædam laudabilis est, quædam vero mala. ibid.
ATTENTIO duplex. 10. d. Attentio animi qualis sit. ibid. e. & seq. Et infirmis & valentibus utilis. 12. a. & seq. 12. a & seq. Mentis inconstantiam comprimit. ibid. Obstruit facilem ad peccatum accessum. 109. e. Cur omnibus a legislatore præscripta. 12. a. Attende tibiipsi: cave proximi vitia perscruteris. ibid. & seq. Ac fieri possit ut in omnibus & semper attentio acquiratur, & quo pacto eam possit quis assequi. 251. e. & seq.
AVARITIA, quo termino definiatur. 225. a. Avaritiæ vitium vitio helluonum videtur assimile. 24. e. Fugienda avaritia est. ibid. & tota ac sequenti homil. passim. 143. b.
AVARUS, quis sit. 27. e. Avari divitis elegantissima descriptio. 24. e. & seq. 25. b. & seq. 26. a. & seq. 27. a. & seq. 30. b. & seq. Avarus discruciatur bonorum copia. 25. e. Inde Dei occasionem facit aggerendæ pecuniæ. ibid. d. Proximi necessitatibus vel maximis non movetur. ibid. 26. a. 30. d. 90. d. Quo pluribus impletur, hoc plura desiderat. 31. b. & seq. Fur est & spoliator. 27. e. A fraterna charitate longissime abest. 28. b. & seq. Calamitates in omnem populum inducit. 36. e. Miser potius quam invidia dignus. 52. c. Supplicio æterno puniendus. 27. e. 29. e. 31. b. 38. a. graviori forte quam dives ille de quo Luc. 16. 24. 90. a.
AUDITORUM officium. 161. d. & seq.
AVERSIO a Deo malum est futuris etiam gehennæ suppliciis intolerabilius. 177. b. 178. e.
AUXILIUM divinum, quomodo flagitandum. 179. e.

B.

BAPTISMI dignitas effectusque, & necessitas. 61. a. & tota homil. passim. Baptismatis tempus tota hominum vita est. ibid. e. Haud procrastinandum. ibid. a. & seq. ibid. e. & seq. 63. e. & seq. 65. b. & seq. In V. T. præfiguratum 62. a. Circumcisione Judaica longe excellentius. ibid. & Joannis baptismata. 61. a. Sigillum quod conatu nullo frangi potest. 63. a. In nomine Spiritus sancti si non confertur, imperfectum est. 103. b. Quæ sit ratio aut vis baptismatis. 135. a.
BARLAAM Martyr. 74. d. Armiger insuperabilis. ibid. Imperitus sermone, sed non scientia. ibid. Constanti hilarique animo martyrium subit. ibid. 75. a. & seq. Martyrii genus ibid. Barlaami encomium. ibid.
BASILIUM concionantem circumstabant interdum quidam, carpendi vel calumniandi causa. 102. d. Basilius fidei professionem edit. 122. e. & seq. Quidam suos ipsorum errores Basilio affingebant. ibid. e. Cur moralia conscripsit. ibid.
BENIGNITAS & bonitas a se invicem discrepant. 251. a.
BONUM est rarum. 112. e.

C.

CAIN primus diaboli discipulus. 50. a.
CALAMITATES peccatis adscribendæ. 36. d. Ad probandas animas & ad nostram utilitatem irrogantur sæpius. ibid. e. 37. a. 40. e. 41. e. & seq. 42. a. Patienti animo perferendæ. 37. e. 39. a. 91. e. & seq. 150. e. Patienti animo toleratæ diabolum pudore afficiunt. ibid. Animi est ignavi fragi admodum & adversis succumbere. 17. b.
CARO concupiscit adversus spiritum. 10 e. Carni attendendum non est, nec ullo modo illius bona prosequenda. ibid. e. & seq. Carnis affectiones in animam insurgunt. 60 a. Menti subjiciendæ. ibid. Carnis inquinamentum, quod sit. 226. e. d.
CELLARII munus quale sit. 249. b. & seq. Eumdem, & ceteros quibus quodvis munus concreditur, si constituto psalmodiæ tempore non accurrerint, sola excusat necessitas 242. a. b. Haud facile permutandos. 241. e. Cellario socius adjungendus. ibid. Cellarii dotes. Vide Oeconomus.
CHARITAS mater mandatorum. 38. e. Virtutum maxima, quæ Christianum proprio charactere constituit. 128. a. Charitatis encomium. 22e. e. Proprietates. 250. e. Præclara exempla. 179. b. Quæ sint indicia charitatis erga Deum. 152. a. Vide Dei dilectio.
Qualem alter erga alterum debeat habere charitatem. 244. b. c. Vide Proximus. Vide Dilectio.
Charitas etiam in debili corpore perfici potest. 251. a. Qua ratione quis charitatem possit consequi. 242. c. & seq. Mansuetu-

do & benignitas charitatem pariunt. 190. d. Quidquid non charitatis erga Deum, sed humanæ laudis gratia fit, id laudem pietatis non consequitur. 266. a.

CHRISTI vita super terram qualis fuerit. 284. a. e. et seq. Omnis actio, omnisque sermo Servatoris nostri pietatis ac virtutis regula est. 278. b. Quare esuriem sitimque sustinuit Christus. ibid. d. Cur lacrymatus est. ibid. Vide Dei Filius.

CHRISTIANI officium. 64. c. 122. c. 128. c. 145. e. 149. a. 165. b. 200. a. et tota Regula. Nota quæ sit. 129. a. d. Æquabilis & constans est Christiani vita. 101. d. Christianum tentatio probat & examinat. 36. e. Priscorum Christianorum vita. 38. b. 116. e. Ornamenta Christiani quæ sint. 90. b.

Christianis non licuit lite agere. 18. e. Olim inusta infamia. 19. a. Juris communis participes non erant. 18. e. Impetus in Christianos facti descriptio. 76. c. d. e. 80. e.

CIBUS, post gratiarum actionem sumendus. 146. d. Non quilibet cibi appetitus vitio vertendus. 220. b. Qua ratione quis non vincatur a voluptate edulium. 378. e. Quomodo edat quis bibatque ad gloriam Dei. 250. e. In cibis nec suavitatem sectere, nec copiam. 229. e. Voracitatem fuge, nisi qua urgeat necessitas. ibid.

Cibi sumendi tempus qualitasque & mensura penes ascetarum præfectos erant. 189. e. Sit is scopus communis, ut fiat satis necessitati. 191. a. 284. c. Simplex sit ciborum apparatus. 190. d. Quod facilius paretur prorsus est anteponendum, ut ne continentiæ prætextu cariora ac sumtuosiora anere inquirant. 297. e. Veri ascetæ alimento siccissimo utuntur 287. e. Comedunt semel per totam diem. ibid. Varia monachis circa ciborum delectum data præcepta. 339. c.

CILICII usus monachis Basilianis haud ignotus. 233. b. Vide Monachi.

CLINIAS talentorum trium mulctam solvere maluit quam jurare. 95. d.

COENOBITICÆ vitæ economium & utilitas. 291. c. 293. c. et seq. Hoc vivendi genus qui accurate ac diligenter excolunt, hi videntur supremam virtutem æmulari. ibid. e. Hujus instituti præscripta quæ sint. ibid. et seq. Vide Monachi.

COGITATIONES, quomodo cohibendæ ac moderandæ. 281. b. et seq. 291. b. Quot modis cogitationes pravæ in recto intellectu exoriantur. 290. d. et seq.

COGNITIO Dei. Vide Deus. Quod nunc in cognitione perfectum videtur, si cum futuri sæculi scientia conferatur, exiguum quiddem est & obscurum. 151. c.

COGNOSCERE ac curare semetipsum, res omnium difficillima. 258. d.

COLLOQUIA mulierum, consuetudinesque quam maxime fugiendæ. 284. b. e. Refelluntur qui dicunt se ea mulierum consuetudine nihil lædi. ibid.

COMMUNIO corporis & sanguinis Christi ad vitam æternam necessaria est. 175. a. Utrum ad sanctorum communionem accedere debeat is qui consciam & quæ secundum naturam sunt contingunt. 274. b. Num in communi domo Dominicam cœnam conveniat celebrari. ibid. Affectus ad communionem percipiendam requisita. 135. a. m seq. 235. d. 236. b.

COMPUNCTIO donum Dei est. 220. b. Compunctionis privatio indicium est animum vitiis esse subjici. ibid.

CONCLAVE, quale sit, in quod orantem intrare Dominus jubet. 266. a.

CONCUPISCENTIÆ vitium quomodo amputandum. 222. c.

CONFESSIO peccatorum fieri debet coram iis qui curare hæc possunt. 255. c. Non debet quisquam fratri aut sibiipsi peccata occultare. 305. a. Decet virgines coram præfecta seniori peccata confiteri. 236. c. Confessio delicti coram cœtu faciendæ, ut per communem precationem sanetur. 370. c.

CONJUGIUM ac virginitas duplex vitæ genus continent. 109. c. Conjugio copulatorum officium. 163. b. Vide Uxor.

CONSCIENTIÆ discussio præscribitur. 170. d.

CONSOLATIO, quo sensu in Scripturis accipitur. 255. e.

CONTEMPLATIONIS utilitas. 281. d. Contemplatio documentorum Jesu, ministerium corporis transcendit. 279. c. Quis animi status ad contemplationem requiratur. 281. c. Facultas contemplatrix in quo posita. ibid. d.

CONTENTIO quid sit. 279. b.

CONTINENS quis vere sit. 169. a. Qui vel ab uno vitio superatur, is continens non est. ibid.

CONTINENTIÆ fructus. ibid. c. Modus quis sit. ibid. c. Continentia enim non qua possidetur vel ipsa congressu notum efficit. 189. c. In animi vitiis unus est continentiæ modus, in cibis diversus. ibid. c. Vide Abstinentia.

Continentiæ lex cur in palæstris sancita. 88. e.

CONTRADICTIO a Domino abalienat. 131. e.

CONVERSIONIS modus debet peccato congruere. 267. e. Quomodo a peccatis se convertere oportet. 370. c.

CONVITIUM quid sit. 221. d.

CONVIVII flagitiosi, compotationisque descriptio. 87. e. et seq. 69. c.

CORPORIS humani structura mirabilis. 13. c. Præcipuarum corporis partium descriptio & usus. ibid. Corporis parva ratio habenda. 89. d. Quomodo cura suscipienda. 96. c. Corpus contemnendum. 97. d. Cura nimia corpori ipsi inutilis est & animæ officit. 10. a. 97. a. Habitudo summe bona periculosa est. ibid. Corporis contemptus utilis. 97. d. castigatio. 263. a.

Corpus per se malum non est. 281. c. Cur rationis expers. ibid. Immodicis afflictationibus non enervandum. 263. a. b. d. Corporis vitia animæ adscribenda. 282. a. b. c.

Corporearum actionum alia ratio est, alia animi motuum. 9. e.

CORREPTIO fraterna quomodo facienda. 217. c. Hanc præcedat purgatio ab omni delicto. 144. a. Quid in correptione fugiendum. 230 c. Omne omnino peccatum immisericors est qui silet, non qui redarguit. 218. c. Quomodo cognoscet quis utrum Dei zelo commoveatur in peccantem fratrem, an iracundia. 244. e. 247. e.

CULTUS definitio. 255. d. Quis sit rationalis. ibid.

CURIOSITAS interdicitur. 130. d. Curiose aliena indagare facilius est, quam sua ipsius & propria expendere. 12. b.

D.

DAVID plures accedi modos commonstrat in Psalmis. 39. d.

DEITATIS inficiatio quid sit 105. b.

DESIDERIA mala, ac libido quomodo refrænanda. 13. c.

DEUS incorporeus est. ibid. c. invisibilis. ibid. Omnium conditor. 40. c. et seq. Incomprehensibilis. 70. b. Spirituali modo apprehendendus. 73. d. Malorum auctor non est. 39. c. et tota homilia passim. 305. c. Operatur omnia in omnibus. 84. c. Decreta sua penes ipsum sunt. 93. b. Res nostras pro suo arbitrio regit. ibid.

Bonitas in Deo inest. 30. c. et seq. & ad injustos extenditur. 24. c. Plagas calamitatesque immittit. 34. a. 38. d. et seq. 37. b. 41. c. et seq.

Dei Providentia exemplis comprobatur. 37. b. Conservet gubernatque universa. 40. b.

Dei voluntas in omni re quærenda, & Propriæ voluntati præponenda. 129. c. 130. b. 158. b. Quinam animus ad Dei dirigatur voluntatem. 157. b. Deo gratum non est quod coactum, sed quod virtute geritur. 43. b.

Dei mandata quomodo perficienda. 133. e. 134. b. Qui conficit Dei mandatum animo non sincere, & tamen in speciem sinceritatem doctrinæ Domini servat, non prohibendus, admonendus tamen. ibid. Mandatorum Christi observatio, dilectionis testificatio est Vide Præcepta. 117. e.

Dei dilectio non in doctrinæ præceptis posita. 176. c. Una quidem virtus est: sed tamen ejus vi & efficacia mandatum quodvis perficitur. ibid. Homini insita. 177. b. et seq. Ineffabilis. ibid. Ceu necessarium debitum a nobis reposcitur. ibid.

Deus, quomodo diligendus. 117. d. Quis modus diligendi Deum. 152. d. Quomodo Dei obtineatur dilectio. ibid. c. Varia momenta ad excitandum in nobis amorem Dei. 177. d.

Dei imago, quomodo recuperanda. 167. d. et seq.

Dei jugiter meminisse res pia est. 70. a. Quæ causa sit quamobrem excidat quis a jugi recordatione Dei. 269. b.

Quæ sunt Dei sermone prosequi audax cœptum fuerit. 72. a. Idque Abraham & Moyses refugerunt. ibid. c. Quomodo de Deo sentiendum, loquendumque. ibid. d.

Dei cognitio, quibus finibus contineatur. 100. a. Cognoscere Deum, est servare Dei præcepta. ibid. Vide Natura Divina. Vetus Dei cognitionis incuria contemtum Dei parit. 115. a. Reproba cognitio ex vitiorum pravitate oritur. ibid. b.

Dei contemtus schismatum causa. 315. b. Gravissime puniendus. 118. a.

Dei voluntatis oblivio negatioque, flagitiorum omnium caput est & causa. 31. b.

DEUS PATER omnium principium est, eorum quæ existunt causa, radix viventium. 70. c. Propriam habet subsistentiam a subsistentia Filii distinctam. 101. b. Fons est ac radix Filii, & Spiritus sancti. 103. d. Vide Trinitas. Vide Sabelliani.

DEI FILII divinitas demonstratur. 70. c. d. et seq. 72. c. 73. b. 74. 101. c. 106. a. et seq. Proprietates explicantur. 70. d. m seq. Dei Filius a Patre per modum generationis exiisit. 104. c. Patri dignitate par est. 102. b. Æqualis secundum naturam. ibid. Conjunctus inseparabiliter. 103. a. Identitatem habet cum Patre. 102. b. Una in utroque essentia. ibid. b. c.

Dei Filius propriam habet subsistentiam. 101. a. Cur Verbum a Joanne dictus sit. 73. b. 100. c. Cur principium. ibid. Quomodo consubstantialis Patri. 102. c. Quomodo imago Dei invisibilis. ibid. a. Dei Filii generatio inexplicabilis. 100. c. Quid sit Filii hypostasis. ibid. 102. d. Nolim intelligat essentiarum confusionem, sed characterum identitatem. 100. e. Verba humiliora de incarnatione accipienda sunt. 73. c.

Qui Unigenitum dicunt opus Dei esse atque facturam, ii aperte gentilium errores introducunt. 101. d. Vide Ariani.

DIABOLUS incorporeus. 44. e. Mundi princeps dicitur. ibid. Cur satanas & diabolus appellatur. ibid. d. Ex sua ipsius voluntate malus est. 41. d. e. Hunc e cælo dejecit voluntatis libertas. ibid. Per invidiam lapsus. 50. d. Et per elationem. 81. a. Unde ei adversus nos bellum. 43. e. 47. c. Singulari odio habendus. ibid. d. Dei & hominum inimicus. ibid. Communis omnium hostis. 100. b. Maximus sapientiæ mundanæ magister. 84. b. Superbiæ auctor & impulsor. 83. b. Christo superatus est. 44. c.

Diaboli artes ad decipiendas animas. 64. d. e. 86. c. 87. d. 110. c. 230. c. d. Diabolo male cessit adhibitum in hominem artificium. 82. a. Diaboli insidiæ contra Jobum. 91. a. Diabolo utitur Deus ad probandas animas. 44. d. Num sancti alicujus consilium propositumque satanas possit impedire. 165. a.

Diabolus, quomodo superandus. 87. b. Quibus armis oppugnandus. 62. d.

DIACONORUM partes quæ sint. 162. d.

DIE Dominico quid agendum, a quibus abstinendum sit. 66. c. d.

DIGNITATUM terrenarum inanitas describitur. 12. e. 30. c.

DILECTIO, in quo posita sit. 247. d. Duæ sunt dilectionis species. 248. b. Duæ dotes præcipuæ. 245. a. Dilectio & pro justis & pro injustis ad mortem usque ostendenda. 246. d. Quid agendum cum iis qui nos injuria afficiunt. 256. c.

DILIGENTIAM in minoribus qui ostendit, is non debet contemnere majora. 142. e.

DIOGENES rege magno ditior. 97. e. Diogenis dictum. 96. e.

DISCIPLINA Domini quæ sit. 54. a. Utilis ac salutaris est. ibid. 55. a. Disciplinæ quædam inutiles ac periculosæ sunt. ibid. Disciplinam nosse, non est mentis cujuslibet. 54. b.

DISCORDIARUM ac seditionum causa quæ sit. 115. c. 116. c.

DISSENSIO, vetus vitium. 100. c.

DIVITIARUM natura. 30. b. Divitiæ cur homini concessæ. 24. b. c. 27. b. 30. a. 36. a. Si absint, non expetendæ. 97. e. Venæ sunt & instabiles. 24. c. 32. c. 36. a. 88. c. 68. a. Nihil conferunt ad gloriam. 83. a. Morientem non sequuntur. 88. d. 87. b. Judicii die non proderunt. 59. c. Ante mortem pauperibus erogandæ. 32. d. 33. d. Cum desident & in eodem loco permanent, sunt inutiles. 26. a. In egenos impendendæ. 24. b. 25. b. 26. b. 27. b. 38. c. d. 89. d. 108. e. 109. d. Quomodo distribuendæ. 164. e.

Divitiarum abusus. 29. e. 30. c. 31. b. Usus qualis esse debeat. 218. a. Divitiæ multa pariunt mala. 18. d. Dispersæ solent permanere; retentæ vero ad alios transferuntur. 29. b.

Veræ divitiæ quæ sint. 69. b. d. e.

DOLUS quid sit. 221. e.

DOMINANDI libido, pestis diabolica. 288. c. Animæ morbus gravissimus est. ibid. Quibus vitiis obnoxii sunt ii qui tali morbo laborant. ibid.

DONUM Dei vel ab indigno recipi nihil mirum. 247. a. Pecunia non comparatur. 147. d. Cum indigente communicandum. 250. e. Gratis acceptum gratis dandum. 148 a. Quisque debet in dono sibi concesso cum gratiarum actione permanere. ibid. d. Primum Dei donum qui diligenter excoluit, is alia etiam meretur accipere. ibid. e. Donorum spiritualium concessio reprobationem non excludit. 159. b.

Unicu-

Digitized by Google

Unicuique daotur a Deo pro ratione fidei. 147. d. Qui Dei donis abutuntur, ii sunt iniquitatis operarii. 267. a.

E.

EBRIETATIS vario genere. 5. c. Jejunio non præmittenda ebrietas. *ibid.* 7. a. *et seq.* 8. a. Jejunio curanda. 69. d. Vide *Ingluvies*. Vide *Vinum*.

ECCLESIA Dei fugit Schisma. 200. b. Quid causæ sit cur inter artium & scientiarum peritos concordia sit: contra vero in Ecclesia Dei multi & inter se, & in divinis litteris intelligendis valde admodum dissentiant. 115. a. b. *et seq.* Unitas Ecclesiæ commendatur. 116. a. & concordia. 116.

ELATIO, omnino fugienda. 84. c. *& seq.* *& toto homil. passim*. 148. b. Multiplicibus ex causis nascitur elatio. 83. c. *et seq.* Quin & virtutes quandoque perimit humilitatem non veram. *ibid.* Elatio & audacia atque impudentia æmulatio est diaboli. 113. a. Elationem sequitur gratiarum jactura. 84. c. *et seq.* Defectus animæ ex elatione gignitur. 113. c. Homini relictum est nihil unde gloriari queat. 84. b. Quo pacto agnoscitur superbus, & quomodo curatur. 223. b. c. Quis sit superbus, quis arrogans, quis elatus aut inflatus. 257. d. e. Quomodo animus sibi persuadebit esse se alienum a studio gloriæ. 270. b. c. Varia ad deprimendam elationem remedia proponuntur. 85. c. et *seq.* *ibid.* d. *et seq.* Vide *Superbia*.

ELEEMOSYNÆ præceptum grave non est aut molestum. 26. c. Examine præmitto implendum. 215. a. Haud procrastinanda eleemosyna est. 27. b. c. 55. b. 38. d. Diabolum excruciat. 90. c. 91. a. Peccatum solvit. 38. c. 264. c. d. Eleemosynæ præmia. 25. c. *et seq.* 27. b. 37. c. 38. b. c. *et seq.* Cohortatio ad eleemosynam erogandam. 90. a. b. *et seq.* 91. a.

ESSENTIÆ identitas in divinis quid sit. 102. a. Vide *Natura divina*.

EUCLIDIS Megarensis præclarum factum. 95. c. e.

EVANGELIUM lege Mosaica longe perfectius est. 149. c. d. *et seq.* Evangeliorum vox reliquis Scripturis sacris magnificentior est atque præstantior. 71. c. Quæ Evangelio reddenda obedientia est, ea ab omnibus hominibus exigetur. 209. c. Quomodo Evangelio obediendum. 127. d. Inter Evangelicos præcones auditu omni majora Joannes loquutus est. 71. c. Singulari studio evolvendus Evangeliorum liber. 72. a. b. Evangelici præconis officium. 154. d. 155. b. *et seq.* Vide *Prædicator*.

EURIPIDIS dictum. 95. c.

EXCÆCATIONIS voluntariæ pœna. 115. a.

EXERCITATIO, utilis ad finem consequendum. 96. b. c.

Exercitatio militaris cur instituta. 95. c.

F.

FACETIÆ sectandæ non sunt. 289. d. a.

FAMES, malorum maximum. 38. a. Cogit eos penens etiam naturæ termini non excutere. *ibid.* b. Quid faciendum tempore famis. *ibid.* c. Hominis fame pereuntis descriptio. *ibid.* Famis & amoris pateins pugna. 25. d. e.

FERVENS Spiritu quis sit. 260. a.

FIDEI definitio. 290. a. In professione fidei vitanda vocum profana novitas. *ibid.* *et seq.* *ibid.* d. Simplices ac familiares voces usurpandæ. *ibid.* Quæstiones inutiles & contentiosæ non sunt faciendæ. 156. c. Non sunt ferendi qui aliquam doctrinam tradunt. 140. d. Mitius agendum cum iis qui fide sunt infirmiores. 141. a.

Fides, etiam in minimis Deo habenda. 129. d. Verbum Domini cum omni certitudine suscipiendum. 131. c. 142. b. Missa curiosa inquisitione, iis quæ a sanctis & ab ipso Domino dicta sunt commoti simus. 222. c. Cave ratiocinationibus tuis innitaris, ad ea quæ a Domino dicta sunt reprobanda. 129. c.

Fides non solum in corde tenenda, sed & ore significanda est. 79. a. 129. a. Fidei certamen in quo positum. *ibid.* c. Utrum possit quis absque charitate fidem habere tantam ut montes transferat. 247. a. Professio fidei a Basilio edita. 122. a. *et seq.*

Fidei effectus. 82. a.

FRIGORIS effectus. 81. d. c. Hominis frigore rigentis descriptio. *ibid.*

FUROR. Vide *Ira*. Quid sit furoris pro-

S. *Basilii Oper.* Tom. II.

prium, & quid proprium æquæ indignationis. 229. c.

G.

GABAONITÆ adversus Israelitas prave astuti. 58. c.

GAUDIUM verum in quo positum. 14. c. *et seq.* Quale sit in Domino gaudium. 249. c. Qua ratione impleri possit præceptum illud Apostoli: *Semper gaudete*. *ibid.* *et seq.* 15. d. *et seq.* 18. b. *et seq.* Gaudium quod ab externis petitur, fallax & inane est. 15. d. Quomodo lacrymæ sanctorum cum jugi gaudio quo iidem perfruuntur conciliari possint. *ibid.* e. *et seq.* Gaudii tristitiæque varia symptomata. *ibid.* Gaudio modus ponendus. 18. c.

GENTILES suis scriptis quædam Scripturæ sacræ loca inseruere. 72. a. Quomodo possit ex Gentilium libris fructus capi. 92. a. *& toto homil. passim*. Cave quæcumque duxerint hæc sequaris. *ibid.* c. Quidquid in eis utile fuerit carpe, scito quid etiam contemni oporteat. *ibid.* 93. b. 94. a. 95. e. In Gentilium libris quasi in umbris quibusdam & speculis exerceantur adolescentes. 92. a. *et seq.* & ad sacras atque arcanas doctrinas adducantur. *ibid.*

Gentilium præclari actus imitandi. 95. c. *et seq.* Quidam affinitatem habent cum præceptis evangelicis. *ibid.*

GEOMETRIAM invenerunt Ægyptii. 55. c.

GLORIA ab hominibus haud quærenda. 223. *et seq.* Quomodo fugienda. *ibid.* a. In rebus etiam validis vanæ gloriæ indulgeri potest. 255. c. Quis sit inanis gloriæ cupidus, & quis sit qui hominibus placere studet. *ibid.* Inanis gloriæ effectus. 280. a. *et seq.* Vide *Elatio*.

GLORIATIO vera quæ sit. 84. c. *et seq.* 258. c. Quæ vetita. *ibid.* Prudenti viro nihil fugiendum est magis quam ad gloriam vivere. 98. b.

GORDIUS martyr. 75. b. Patria martyris Gordii. 76. b. Militiæ adscriptus, militibus centum præfuit. *ibid.* Ad solitudines confugit. 77. a. Jejuniis exercitiisque pietatis officiis exercitatus *ultro* se obtulit certamini. *ibid.* c. *et seq.* Omnium in se oculos convertit. *ibid.* d. Prælidi oblatus spernit minas, blanditiis non emollitur. *ibid.* 78. a. c. *et seq.* Mala amicorum consilia despicit. *ibid.* Martyrium strenue decus cervicibus consummat. 79. c.

GRATIARUM actio. 18. c. Gratiæ Deo semper habendæ. 20. c. 37. c. 84. d. 146. c. 200. c. Quomodo impleri possit præceptum illud Apostoli: *In omnibus gratias agite*. 20. c. *et seq.* 21. c. *et seq.* 22. d. *et seq.* *& tota homilia passim*. Gratiarum actio lacrymas non excludit. 255. c. Qua ratione cum ea quæ beneficienti debetur concilianda. 255. c. Beneficia collata deles ingenti animi vitium. 21. c.

GUBERNATIO, ad vitam temperandam necessaria est. 59. c. 60. d.

GUBERNATOR intelligens quis sit. *ibid.* b. Non quilibet ad gubernationem vocantur. 59. c. Optimus gubernandi modus. 60. c. d.

GULÆ vitium in quo positum sit. 111. c. Multa sequuntur mala. *ibid.* Interitum affert. *ibid.* Gulosi difficile admodum emendantur. *ibid.*

H.

HÆRETICI fugiendi, iis maxime qui in peccatis versati fuerint. 220. a. 221. b. c. Utrum salutandi sint, vel cum eis cibus sumendus. 238. a. b.

HEBRÆORUM pulchra fuit astutia. 58. b.

HERBÆ, ad singulos morbos accommodatæ sunt. 208. c. Vide *Ars medica*.

HERCULIS historia ex Prodico laudata. 94. c.

HESIODI locus a Basilio laudatus. 91. d. 94. c. d.

HISTORIÆ utilitas. 79. c.

HOMINIS definitio. 86. c. Homo ad imaginem Conditoris factus. 10. b. 167. d. Ex duabus constat, mente scilicet & corpore: utriusque partes designantur. 13. c. *& seq.*

Hominis dignitas. 11. b. *& seq.* 15. b. c. Solus ex omnibus animantibus erecta facie conditus. 19. c. Quod sub aspectum cadit id homo non est. 97. a. In homine velut in contracto quodam rerum summario, magnam conditoris sapientiam licet contueri. 13. d. Collata homini beneficia recensentur. 15. c. 22. d. *et seq.* 36. b. 177. d. *et seq.* Hominis sublimitas & gloria quæ sit. 84. c.

Aliud est homo ipse sibi, aliud sua, aliud quæ circa illum sunt. 20. a. Unusquisque ad quidpiam utile conditus fuit. 41. a. Libero arbitrio donatus. *ibid.* Alter ab altero per liberum arbitrium secernitur. *ibid.*

Homo ex sua ipsius voluntate malus est. 43. d. Per peccatum deformatur. 167. d. Homini relictum est nihil unde gloriari queat. 84. c. Infinito plura sunt quæ ignorat, quam quæ novit. 204. c. ad peccata cogitationum proclivis. 9. d. *& seq.* Per cogitationem peccat sæpius. *ibid.* Infirmitati huic medela concessa est. 10. d. *& seq.* 11. b. Cur non ita conditus, ut peccare natura non posset. 43. a. Quomodo Deum homo glorificat. 128. b. Quotidianum hominis officium describitur. 10. c. *& seq.*

HONESTI & justi definitio. 259. b.

HORÆ canonicæ, quomodo monachis distributæ. 189. a. b. 200. d. *& seq.* 201. b. Dividendum meridiana precatio ut septenarius numerus impleretur. 169. c. Earum quælibet, accepta a Deo beneficia singulari quodam modo in memoriam revocat. 200. d. *& seq.* Diversitas in precibus & psalmodia quæ statis horis fiunt, utilis. 201. c. Quomodo psallendum. 266. b. *& seq.*

HOSPITES, quomodo excipiendi. 240. d. 191. a. *& seq.* Maneant in hospite monumenta mensæ Christianorum. *ibid.* Mensam nostram ob delicatos commutare turpe est. *ibid.* Hospitalitatis is finis sit, ut spectetur quod necessitas cujusque accedentium postulat. *ibid.* attamen cura & quædam mensæ decentia necessaria est in omnibus. *ibid.*

HUMILITAS, omnis virtutis parens. 113. b. Æmulatio est Christi. *ibid.* Maxima salus hominis, morbi medela, & reditus ad pristinum statum. 83. d. Summo studio complectenda. 85. c. *& seq.* *& tota homil. passim*. Humilitas locum in regno cælorum obtinendum definit. 201. c. Humilitatis assuetudo jucunditatem animi quasi exsiccat. 187. d. Qui multis magnisque peccatis obnoxius est, eum sæpe liberat humilitas. 85. c. Humilitatis profectus animæ profectus est. 115. c. Humilitatem nos omnia Domini gesta docent. 85. d. Idonea ad consequendam humilitatem præcepta. *ibid.* *& seq.* 81. c. *& seq.* 230. a. Vide *Elatio*.

HYPOCRISIS insidiæ fructus. 52. a.

HYPOCRITA, quis sit. 1. d.

I.

JEJUNIUM verum quale sit. 1. b. 5. c. 9. a. Hilari animo excipiendum. 1. b. 9. a. Efficax abolendo peccato est. 1. c. Jejunii antiquitas. *ibid.* a. b. c. *& seq.* 3. d. *& seq.* Effectus dignitasque & utilitas. 2. c. d. *& seq.* 3. b. *& seq.* *ibid.* d. *et seq.* 4. d. *et seq.* 5. c. 6. a. *et seq.* 7. c. In jejunio quid cavendum sit. 2. d. 5. a. *& seq.* 6. a. 254. c. Quomodo jejunandum. 239. a. Ab interno mentis jejunio cavendum. 8. b. *et seq.* Quotquot fuere sancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam instituti fuerunt. 4. a. Vanæ delicatorum excusationes refelluntur. 2. d. *et seq.*

Jejunium quadragesimale ubique & ab omnibus observatum. 6. c. Quinque dies singulis hebdomadis quadragesimalibus jejunia consecrato. 3. d. 7. d.

IGNIS qui Ecclesiæ septa obtinebat mirabiliter extinguitur. 92. a d. *& seq.*

IGNORANTIA, non tollit peccatum. 130. c. Auget si sit voluntaria. 224. d.

IMPURITAS & immunditia quid sit. 259. c.

INCONSTANTIÆ suspecti qui sint. 185. c.

INCONTINENTIA, ex vino oritur. 67. c.

INDIGNATIO & ira differunt. 48. c.

INDUMENTA, cur non statim in paradiso consuta fuerint. 43. c. *& seq.* Vide *Adamus*.

INFERNI supplicia æterna sunt. 265. a. b. *& seq.* Peccatum quodlibet convenienti sibi pœna mulctabitur. *ibid.*

INFIRMORUM infirmitates quomodo portandæ. 247. b. c.

INGLUVIEI lascivientisque tum ebrietatis effectus describuntur. 3. a. *& seq.* 5. a *et seq.* 6. a. 7. a. *& seq.* 8. c. *& seq.* 113. c. 111. c. *& seq.* *Vinum*. Vide *Gulæ vitium*.

INGRATI animi pœna. 21. d. 35. a. 179. c.

INIMICI, quomodo diligendi. 295. c. Utrum præceptum de diligendo proximo impleri possit. *ibid.*

INIMICITIÆ peccatum gravius est in iis qui cæteris gradu præstant. 336. a.

INNOCENTIA, dupliciter intelligitur. 57. b. *& seq.*

INNOCENTIS character atque insigne. *ibid.*

INOBEDIENTIA est superbiæ fœtus. 195. c. Inobedientiæ malum gravissime punitur. 216. b. et *seq.* 117. d. & *tota homil passim.* Quomodo oporteat affici omnes erga immorigerum & inobsequentem. 194. d. et *seq.* Quisquis parere non vult, secum ipse pugnat. 195. b. Sæpius admonitus si reipsa seipsum non sanat, is veluti membrum corruptum a communi corpore resecandus. *ibid.* 206. d. Inobedientes qui judicandi sint. 237. c. et *seq.* 238. e.
INTELLIGENTIA quid sit. 253. a. Cujusmodi intelligentiam petere debeamus a Deo: quomodo reipsa fieri digni possimus. *ibid.* Intelligentiæ tarditas ex eorum in quos beneficia conferuntur, incredulitate proficiscitur. 259. a.
INTEMPERANTIA metuenda est. 188. b. c. Manifestam prælert nequitiam. 241. a. Utrum cum suscipienda sit ejus qui sibi mortem per intemperantiam conciliat. *ibid.* et *seq.*
INTERROGANTI recte & præclare respondendum. 130. b.
INVIDIA, est dolor de proximi successu felici ac prospero. 49. c. Capitale vitium. *ibid.* Caini & Saulis crimen. 50. a. & *seq.* Immansuetissimum odii genus. *ibid.* a. Achabo supplicii. 51. d. Invidiæ effectus. 49. d. c. et *seq.* & *tota homilia passim.* Invidia mutus plagæ sunt invidentis. 51. b. Idonea ad coercendam invidiam remedia. *ibid.* c. et *seq.*
INVIDUS venenatis bestiis exitiosior. 50. c. Dæmonis admulator. 51. d. Invidum collata beneficia irritent. 50. c. Hominis invidi descriptio. 51. a. et *seq.* Vide *Invidia.*
JOANNES, inter Evangelicos præcones vocalissimus. 71. c. Loca quædam ex Evangelio Joannis & Gentiles admirati, scriptis suis inseruere. *ibid.*
JOBI patientiæ Christianæ exemplar. 17. c. 14. d. et *seq.* Varias diaboli insidias superavit. *ibid.* Collata Jobo præmia. 92. c. Quid causæ sit cur amissas divitias duplo recepit, liberorum vero numerum mortuis par reddit. *ibid.*
IRA, mentis est ebrietas. 5. c. Qua ratione coercenda. 13. b. 46. c. 47. a. et *seq.* 139. a. Brevis quædam insania est. 45. e. 48. c. Iræ effectus. 43. c. et *seq.* 46. a. et *seq.* & *tota homilia passim.* Fœtus varii. 26. c. et *seq.* Hominis ira percitii elegans accurateque descriptio. 5. b. 45. b. et *seq.* 46. b. et *seq.*
Ira quædam utilis. 47. d. et *seq.* 48. b. Quomodo dandus iræ locus. 238. c. Iræ filii qui sint. 263. a. Iræ & indignatio differunt. 49. c. Iræ radicem si exscindere poteris, vitia non pauca, una cum hoc principio exstirpabis. *ibid.*
JUDÆI Filium Dei negant. 101. c. Consilium sibi exitiosum contra Dominum architectati sunt. 84. d. Per elationem lapsi. 95. a.
JUDAISMUS, pugnat cum Hellenismo, & uterque cum Christianismo. 101. b.
JUDICIUM quoddam naturale in nobis est. 57. b. Judicii discrimina qualia sint. 244. a. & *seq.* Non omne interdicitur judicium. *ibid.*
JUDICII dies peccatori pertimescenda. 31. d. Dies retributionis pro cujusque merito. 39. e. Judicium sequitur gratiam. 84. e. Judicia Dei curiose perscrutanda non sunt. 92. b. Haud contemnenda. 131. a. Gravius est judicium eorum qui noverunt, nec tamen faciunt. 130. d. Quorumdam in judicium iræ Dei cadit, ad metum, doctrinam & correptionem nostram est. 131. d. Contemtus judiciorum Dei maximum malum. 181. e. Quomodo timere poterimus Dei judicia. 232. a.
JUDICIS munus. 56. c. & *seq.* 146. a Quisque judicis personam debet induere. 57. c. et *seq.* Cave ne tui ipsius fias judex iniquus. 85. b. A judicando proximo abstinendum. *ibid.* c. 110. c. 143. a. De rebus incertis vel habita perinnatum ratione non judicandum. *ibid.* c. Qui ad judicia ferenda proni sunt, ii inconstantia sunt suspecti 185. c.
JUGUM Christi quomodo leve. 113. d. c.
JULITTA martyr. 28. c. Martyrii causa. *ibid.* Constanti hilarique animo martyrium subit. 10. c. et *seq.* Prosilit in rogum. *ibid.* Julittæ corpus integrum & incolume servatum, in pulcherrimo templi vestibulo tumulatur. *ibid.* Circa Julittæ tumulum fons aquæ salubris scatutit. *ibid.* Julittæ cohortatio ad mulieres. *ibid.*
JURA gentium haud parum inter se diversa sunt. 56. c.
JUSTITIÆ definitio. *ibid.* a. Veræ ac sinceræ ab adulterina & falsa secretio difficilis. *ibid.* et *seq.* Justitiam veram intelligere, animi est vere magni. *ibid.* Unicuique reddi debent quæ sua sunt. 138. d.

L.

LABOR. Vide *Opus manuum.*
LACRYMARUM origo & causa. 16. a. Mœrentibus sunt levamen. *ibid.* Modus in effundendis lacrymis tenendus. *ibid.* 17. a. et *seq.* 20. a. Lacrymis peccata diluuntur. 89. d. Aliæ laudantur. 13. c. 23. a. Culpantur aliæ. 17. a. 23. c. Quare Christus lacrymas super Lazarum & super civitatem effudit. 16. d. et *seq.* Lacrymæ sanctorum. Vide *Gaudium.*
LEGEM inter & Evangelium multum inest discriminis. 141. d. et. *seq.*
Legis contemtor Deum afficit contumelia. 128 a.
LIBERUM ARBITRIUM quid sit. 42. b. et *seq.* Homini insitum. 40. b. Vasorum aureorum argenteorumve aut testaceorum vel ligneorum similitudinem habet. *ibid.* Naturæ mentis compoti maxime congruit. 40. b. Peccati radix est ac principium. 40. b. Liberi arbitrii effectus in diabolo & angelis. 43. d.
LIBIDINES obscenæ, naturæ detrimentum sunt. 88. b. Supitas proxime sequitur mœror. *ibid.*
LITES fugiendæ. 243. c.
LUXURIA est naturæ detrimentum. 88. c.

M.

MALIGNITAS quid sit. 231. a.
MALUM boni privatio est. 40. c. Malo nulla est propria subsistentia. *ibid.* et *seq.* Non ingenitum. *ibid.* Non una cum bono creatum. *ibid.* Peccatum solum vere malum est. 41. c. Quid sit verum malum, quid malum apparens. *ibid.*
Malum, aliud est habita ratione sentiendi, aliud sua ipsius natura. Illud ex nobis pendet, illud nobis a prudente Domino & bono ad nostram utilitatem irrogatur. 40. e. et *seq.* Vide *Calamitas.* Cessare a malo, neque laude, neque castigatione est sui dignum est. 63. a. Inventores malorum qui sint. 231. a.
MAMANTIS martyris encomium. 98. d. et *seq.* A seipso nobilitatus Mamas. *ibid.* Pastor fuit. *ibid.*
MANDATA Dei. Vide *Præcepta.*
MANSUETUDINIS fructus. 190. d. Mansuetudo justam indignationem non excludit. *ibid.* Monachis omnino convenit. *ibid.* a.
MARCION, Principia duo inducebat. 102. b.
MARIÆ & Marthæ functiones diversæ. 178. e. et *seq.* Status duo per has mulieres designantur. *ibid.*
MARTYRES pausi. 79. d. Dum mactantur exultant. 74. c. Martyrum corpora in vestibulis templorum tumulabantur. 19. e. Celebritates apparatu omni celebrantur. 75. e. Quo fine. 99. d. Circa martyrum sepulcra conventus publici & convivia. 74. b. Martyrum civitas quæ sit. 80. c. Quæ sint vera præconia. 99. b. Cohortatio ad martyrium. 74. b. Martyrum Encomium. 83. b. et *seq.* Invocantur martyres. 81. d.
MATRIMONIUM. Vide *Conjugium.* *Uxor.*
MATRIS Christianæ præclarum facinus. *ibid.* c. 83. a.
MEDICINA, cur homini concessa. 208. b. Vide *Ars medica.*
MENDACIUM omne prohibetur, cujusdam etiam utilitatis causa prolatum. 230. c. Ideo fugiendum. 136. c.
MENSA Christianorum qualis esse debeat. 191. c. Quomodo oporteat in genere inter sedendum & accumbendum in tempore prandii aut cœnæ. *ibid.* a. et *seq.* Lectio non decest mensis monachorum. 248. c. Qui ad monachorum mensam admittendi sint. 287. c.
MENTIS aberratio & variæ cogitationes quomodo emendandæ. 179. c. et *seq.* 180. d. et *seq.* 271. b. 180. a. Quomodo cavendum ne cogitationes bonæ mentem veluti deficiant. 231. c. Mentis lavatas innatus adolescentibus morbus. 11. d.
MILITIS vite, qualis sit. 107. b. Laboriosa in bellis, splendida in pace. *ibid.* Strenui militis præmia quæ sint. *ibid.* Milites Christi. Vide *Ascetica vita.*
Milites hujus mundi ab Christi militibus differunt. 7. b.
Militaris ordinis salus desperata non est. 78. c.
MINISTRI fidelis officium. 220. b.
MITIS quis sit. 249. d.
MONASTERIUM, quomodo ordinandum. 168. c. et *seq.* Decet monachos non pauciores esse quam decem. *ibid.* Plures in eodem pago conventus fratrum non construendi. 198. c. et *seq.* Utrum societates fratrum inter se negotiari debeant, & si ejusmodi necessitas contingat, quomodo negotiandum. 267. c. Aditus ad monasterium obstruatur mulieribus; imo non quivis viri ingrediantur. 169. c. E monasterio egredi quando liceat. 171. d. 301. e. Haud decet monachum aliquem abire moderatore non prius commonefacto. 237. e. Vide *Monachi.*
MONASTICÆ vitæ dignitas. 168. b. Vide *Ascetica vita.*
MONACHI vita qualis esse debeat. 110. c. et *seq.* 111. c. et *seq.* 112. d. et *seq.* 118. b. 170. d. Monachi multis variisque modis tentantur a diabolo. 109. d. 110. d. e. 111. d. et *seq.* Eisdem necessarius est vitæ suæ dux, cui sua omni voluntate rejecta, seipsos tradant. 111. a. et *seq.* Quidquid sine ipso efficitur, furtum est & sacrilegium. *ibid.* Monachus quidquam eorum quæ ex consuetudine veteri habentur adulterare ne tentet. *ibid.* Nobilitati carnis ne innitatur. *ibid.* Aures habeat apertas ad obediendum. *ibid.* d. Variis sermonibus ne vacet. *ibid.* 109. c. Ad majores virtutes enitatur, & minores ne negligat. 111. c. Nullum parvipendat vitium: ne sit alienorum peccatorum judex. *ibid.* In publicum prodire penitus refugiat. *ibid.* 112. d. Juvenis, æqualium suorum consuetudinem omnino declinet. *ibid.* et *seq.* Gulæ vitium summopere caveat. *ibid.* et *seq.* Monachus gulæ addictus raro admodum resipiscit. *ibid.* Ne putes eos omnes fieri salvos qui in cella degunt. 113. e. Ne ambiat fratribus imperare. *ibid.* 296. b. 299. b. Monachum ne efferat cleri gradus aut sacerdotii, sed potius humiliet. 113. a. Ornamenta monachi quæ sint. *ibid.* et *seq.* Varia monachis data præcepta. 112. d. et *seq.* 113. d. et *seq.*
Omnia sint monachis communia. 169. d. 170. c. Oportet monachum nihil in vita possidere. 113. d. 169. 170. a. Non cuilibet suum vetus indumentum dare licet cui velit. 237. e. Vel aliam quamlibet eleemosynam. 235. d. Quo animo uti debeat. 233. b.
Omnino æquali amoris mensura sese invicem diligere debent. 169. e. Controversiæ quæ inter fratres oriuntur, quomodo dirimendæ. 206. c. Qui detrahit fratri, vel audit detrahentem, ambo separandi sunt a reliquorum societate. 222. a. Qui detrahit præfecto quomodo puniendus. *ibid.* Si frater fratri molestiam aspergit, quomodo emendandus. 224. a. et *seq.* Vel qui assidue seipsum accusat quod aspere tractet fratrem. 231. b.
Qua humilitate debeat quis a fratre obsequium accipere. 244. a. Quo animo fratribus suis inserviendum. 243. a. Præfecti absentis, aut aliqua occupatione distenti, vices supplere debet aliquis, qui ab ipso præposito & cæteris qui probandi periti sint, designetur. 205. d. et *seq.* Quid agere debeat is qui præpositi statuta non admittit. 206. b. Vide *Obedientia.* Omnia etiam cordis arcana sunt præposito detegenda. 194. a. Vide *Obedientia.* Vide *Præpositus.*
Non debent monachi a conventu fratrum secedere, suis secundum carnem propinquis patrocinaturi. 196. c. E cella egressio monachis admodum periculosa. 211. a. & *seq.* Quo affectu e cella egredi debeant. *ibid.* Quomodo in cella persistere. 187. e. Parentum cura attinet ad fratrum præfecturam. *ibid.*
Quomodo tacere vel loqui debeant monachi. 171. b. & *seq.* Quæ per nutus fiunt significationes prohibentur. *ibid.* Externos, vel etiam parentes alloqui non liceat monacho absque licentia, a præfecto non cuilibet danda. 196. c. Non convenit Ascetam incaute aut cum omnibus hominibus colloqui. 286. d. & *seq.* 287. a. & *seq.* Quis sit modus colloquendi cum sororibus. 196. e. & *seq.* Vide *Silentium.*
Quomodo operari & ministrare debeat monachus. 123. c. 170. a. 193. a. & *seq.* 203. a. 305. c. & *seq.* Non licet unicuique assignatum sibi opus recusare. 237. c. Neque graviora opera. 238. a b. Qui laborare non vult, nec tamen est fracto corpore, condemnatur ut piger. 219. c. Qui laborare

non

Digitized by Google

non potest quomodo habendus. 217. c. Artes monachis assignatæ quæ sint. 201. a. & seq. Vide *Opus manuum*.
Quæ vestitus ratio monachis convenit. 191. e. Per est monacho vel in vestitu peculiare aliquid habere. 193. a. Quod minime exquisitum est, ne necessitatis scopo sufficit, omni tempore præferatur. *ibid.* a. Zonæ usus quis sit. *ibid.* e. Duas tunicas habere vetitum est. *ibid.* 133. b. attamen si quis carnis afflictationis causa, alteram habere voluerit, non prohibetur. *ibid.* Quo animo calceamentum aut vestimentum qualecumque tandem illud fuerit, accipere oporteat. 245. c. 300. e.
Diæta monachis præscripta quæ sit. 168. e. Optimum est si ob nullam victus necessitatem in publicum prodire cogantur. *ibid.* Veri asceticæ alimento siccissimo utuntur, & in quo tenues admodum vires ad reficiendum sint. 287. d. Comedant semel per totum diem. *ibid.* Jejunia & vigiliæ extraordinariæ non probantur, nisi accedat præfecti authoritas. 240. a. & seq. Vide *Victus ratio*. Vide *Cibus*.
Crebra ac frequens peregrinatio monachis interdicitur. 287. d. & seq. Utrum rogati ab aliquibus, eos invisere debeant. 271. d. Instabiles monachi omnino fugiendi. 288. a. & seq. Quibus similes. *ibid.* Quomodo ii qui suo conventu relicto alium petunt, per cæteros præfectos habendi. Vide *Peregrinatio*. 301. d. & seq.
Pœnæ monachis delinquentibus impositæ. 169. a. 207. c. Tempus & modus præpositorum judicio decernitur. 235. d. Qui e fratrum corpore abjiciendi sint. 194. e 235. a. Vide *Epitimia*, in quibus disciplinæ monasticæ specimen reperies. Vide *Ascetica vita*. *Sæculi renuntiatio*. *Professio monastica*. *Monasterium*. *&c.*
Morbi sunt pœna peccati. 208. b. Herbæ ad singulos morbos accommodatæ sunt. 208. e. Sæpe castigationis causa, in morbos prolabimur. 209. e. Quo animo perferendi. *ibid.* a. Vide *Ægritudo*.
Morosi hominis character. 22. a. & seq.
Mors, malum non est. 40. b. Justis somnus est. 74. e. Imo ad vitam meliorem profectio. *ibid.* Pro Christo oppetenda. 79. d. 151. a. Post mortem non est tempus recte factorum. 127 a.
Mors filii parentisve aut charorum, quo animo perferenda. 17. d. & seq. 20. & seq. Vide *Lacrymæ*. 21. b. & seq. 151. a.
Mortificatio Jesu in corpore nostro circumferenda. 14. d.
Mulierum colloquia consuetudinesque quam maxime fugiendæ. 280. a. & seq.
Mulierum ornatus quis sit. 163. d.
Mundana omnia despicienda sunt. 86. b. & seq. 88. e. & seq. Vide *Homiliam de Judicio Dei*, 114. c. & seq. Sub his latitat diabolus ad decipiendas animas. 87. d. Vide *Diabolus*. Vere nostra non sunt, sed omnibus pariter externa. 88. d. & seq. Evanescunt una cum vita. 49. d. Plus a minimo futurorum dignitate præstant, quam a rebus veris umbra & somnium. 93. d. Classis nautis prætereunda. 88. e. Derelinquenda ut sequamur Christum. 79. a. & seq. 80. b. & seq. Qui rebus terrenis remittit nuntium, is honorem apud Christum sibi conciliat. 109. e. Qui re aliqua præsenti afficitur, eum esse discipulum Domini impossibile est. 128. b. Vide *Monachi*.
Mundus cordis quis sit. 266. e.
Munus ad altare quomodo quisque nostrum offert. 262. e.
Murmuratio monachis interdicitur. 195. e. & seq. Opus ejus qui murmuravit cum operibus fratrum non commiscendum. *ibid.* 227. d. & seq. 223. e. Similem inobedientibus pœnam sustinent. 226. d. Variæ murmurationum causæ. 227. a.
MUSICA, quæ fugienda, quæ consectanda sit. 97. b. Vis musicæ. *ibid.*

N.

NATURA divina quid sit. 90. c. & seq. in *homilia passim*. Pro dignitate verbis explicari non potest. *ibid.* Quantus sit Deus, & quis modus ejus, & qualis secundum essentiam; talia ut sunt interroganti periculosa, ita ei qui interrogatur inexplicabilia. 200. a. Ad omnes simul Dei glorias declarandas non sufficit nomen unum, nec singula omnino citra periculum assumuntur. 200. a. Humana natura in hac vita assequendis divinis mysteriis impar est. *ibid.* Vide *Trinitas*.
Naturæ detrimentum sunt obscenæ libidines. 88. a.
NAVIGATORES imitandi. 89. d.
NECESSITUDO cum Deo in studio divinæ implendæ voluntatis perficitur. 136. d. Vide *Dei voluntas*.
NEGOTIIS a pietate alienis qui sese immiscet, is Deo servire nequit. 107. d.
Nox occasionem præbet orandi. 10. a. Noctis tempus quomodo traducendum. *ibid.*
NOVITII quomodo probandi. 185. e. & seq. Probatio debet accedentium moribus accommodari. *ibid.* Communis cujusque probandi modus quis sit. *ibid.*
Novitii Scripturarum sententias edocendi. 234. a. Non admittendi nisi habito prius fratrum consilio. 236. e. Utrum pro iis qui fratribus traditi sunt, sit aliquid accipiendum ab earum propinquis. 272. b. Utrum recipiendi sint ii quibus divitiæ non suppetunt. 233. e. & seq. Iis qui ad Dominum accedebant, bona ad ipsos pertinentia reddebant cognati, a præfecto prout judicabat administranda. 249. a. Vide *Professio monastica*.

O.

OBEDIENTIÆ merces eximia. 52. e. Monachis omnino necessaria. 110. b. 118. e. & tota *homil. passim*. 196. b. Cœnobitici instituti summa est. 292. e. Monacho imitanda obedientia ea est, quam sancti Deo exhibuerunt. 296. a. & seq. 297. e. & seq. Ne minimo quidem temporis momento asceta sui juris sit. 400. b. Quo affectu ei qui mandatum conficiendum urget, auscultandum. 245. a. 298. a. & seq. Ad quosnam terminos sese debeat extendere. 237. d. Limites suos ad mortem usque extendit. *ibid.* c.
Propria voluntate uti, alienum est a recta ratione. 238. a. Omne judicium voluntatis propriæ periculo non vacat. 240. b. Ipsa etiam bona ex propria auctoritate facere non licet. 217. a. Quidquid eligitur Propria voluntate, id alienum est a pietatis cultoribus. 230. d. 234. b. 240. b. Quidquid præfectis comprobatur, tametsi repugnat voluntati, id amplectendum est. *ibid.* Num cuivis & quodvis imperanti obediendum sit. 236. d. 237. e 271. a.
Obedientia perfecta quæ sit. 171. b. etiam in minimis præstita, Deo est accepta. 240. b. Mandata etiam quæ ultra vires sunt amplectitur. 195. a. & seq. Quomodo alter alteri obedire debeat. 237. c. Vide *Monachi*.
OBJURGATIO, quo animo accipienda. 162. b. Objurgationis modus quis esse debeat. 86. d. Variis peccantium affectibus accommodandus. 232. b. & seq.
OBTRECTATIO quid sit. 221. a. Duo tempora sunt in quibus liceat mali aliquid de aliquo dicere. *ibid.*
OECONOMI dotes. 197. a. & seq. Illum necesse est summe ab amore singulari & contentione purum esse atque expurgatum. *ibid.* 242. d. Dotibus ad ministerium necessariis instructus haud facile reperitur. 199. a. Vide *Cellarius*.
OPUS manuum laudatur. 113. a. Præcipitur. 143. d. 129. a. & seq. Monachis præsertim. 169. a. Non ob corporis castigationem modo, sed etiam propter charitatem erga proximum utile. 200. a. Assiduam orationem non excludit. *ibid.* Precum & psalmodiæ obtentu non refugiendum. *ibid.* Tempora ad operandum manibus, assignata monachis. *ibid.* Qui propter operum aut locorum naturam longius abfuerint, constitutas ad psallendum horas ne prætereant. *ibid.*
Artes Monachis assignatæ quæ sint. 201. a. *ibid.* Hæ artes anteponendæ quæ neque vitam ipsorum distrahunt, neque impedimento sint quominus assidua Domini præsentia perfruantur. *ibid.* 286. b. Laudatur maxime agricultura. 201. a. Non liceat monacho eam quam callet artem, aut discere vult, exercere, sed eam ad quam judicabitur idoneus. 203. b. & seq. 203. c.
Debet Asceta vilia etiam opera cum multa alacritate suscipere. 298. a. Non licet unicuique assignatum sibi opus recusare. 237. c. Neque graviora opere. 238. a. b. Qui laborare non vult, nec tamen est fracto corpore, condemnatur ut piger. 229. b. Qui laborare non potest, quomodo habendus. 227. c.
OPERA, quomodo condenda sint. 202. a. Fieri debent moderante sene, qui eadem ad requisitos usus impendat. 169. b. Viribus cujusque æquanda. 240. e. Quo consilio & quo animo ii qui laborant, laborare debeant. 203. b. & seq. 202. b. & seq. Quomodo operarii commissa sibi instrumenta debeant accurare. 241. a. Quomodo quis abundat in opere Domini. 268. d.
OPERUM bonorum prætermissio, perinde atque malorum perpetratio punitur. 119. d. Opera bona quomodo occultanda. 250. e. Quomodo quis omnia faciat ad gloriam Dei. *ibid.* Professio nostra per opera confirmanda. 137. d.
OPTIMUS quis sit, quis bonus, quis ad omnia inutilis. 90. d.
ORATIO. Quomodo orandum. 147. b. 260. d. & seq. 278. d. & seq. 279. a. & seq. & pro quibus. 147. c. 151. a. Tempus orandi omnis vita sit. 169. e. 200. a. Quomodo spiritus alicujus orat, mens autem illius sine fructu est. 266. d. Postulata si illico non assequimur, animo non concidendum. 281. a. b. Affectus ad orandum requisiti. 279. d. & seq. 280. e. Orandi modus duplex. 279. d. Vide *Precatio*.
ORATIONIS exhortatoriæ vis quæ sit. 6. b.
ORIGINALE peccatum. Vide *Peccatum*. Vide *Adamus*.
ORNAMENTA monachi quæ sint. 113. d. & seq. 114. a. b. & seq. Vide *Monachi*.

P.

PANEGYRICI difficiles. 98. d.
PANIS quotidianus quis sit, cujus quotidianam largitionem rogare edocti sumus. 259. b.
PARENTES veri qui sint. 183. b. Iis qui ad Dominum accedebant, bona ad ipsos pertinentia reddebant cognati, a præfecto prout judicabat administranda. 248. e. Quomodo oporteat monachos affici erga cognatos secundum carnem. 196. a. & seq. 249. b. & seq. 293. a. & seq. 294. a. & seq.
PARVULI, in quibus imitandi. 253. d.
PASTORIS descriptio, 99. a. & encomium. *ibid.* & seq. Bonus pastor quis sit, quis mercenarius. *ibid.* & seq. 100. d. e. & seq. Sunt etiamnunc mercenarii pastores. *ibid.* Boni pastoris officium. 100. e. & seq. Dotes. 110. a. 169. b.
Pastor quis eligendus. 210. a. 168. d. 170. e. Quis fugiendus sit. 110. d. e. Quidquid sine bonorum operum doctore sit, furtum est & sacrilegium. *ibid.* Vide *Monachi*. Vide *Præpositus*.
PATIENTIÆ Christianæ effectus & præmium. 91. e 92. e.
PAUPERTAS, æquo animo toleranda. 36. a. & seq. Mirabilis si cum pietate conjungitur. 99. a. Quid sit discriminis egestatem inter & paupertatem. 261. e. & seq.
PAUPERES spiritu qui sint. 251. c. & seq. Vide *Monachi*.
PAX cum omnibus hominibus, si fieri potest, habenda. 144. b. Cæteri quoque ad pacem Christi sunt adducendi. *ibid.* Pacificus quis sit qui a Domino dicitur beatus. 251. e.
PECCATUM, ægritudo & mors animæ est. 23. b. Ad posteros per Adamum transmissum. 38. e. 121. e. Omnem bonorum operum fructum dissipat. 60. a. Abalienat a Domino, conjungit vero Diabolo. 136. c. Animas comitatur judicii die. 32. e. Plagas calamitatesque inducit. 34. a. b. c. & seq. Finis peccati mors. 130. a.
Peccatum quomodo vincendum. 63. e. Lacrymis diluitur, 23. c. 89. d. Et eleemosyna. 39. d. e. 70. d. Quomodo a peccatis recedendum sit. 219. a. 268. b. c. Peccato pœnitentia exæquanda est. 51. c. Et pœna. 56. a. & seq.
Peccatorum causæ quæ sint. 231. a. Peccata alia sunt involuntaria, alia ex pravo animo oriuntur. 56. a. Hæc gravius punienda. 118. a. Peccata aliqua ex aliis originem ducunt. 268. b. Quo sensu magnum vel parvum peccatum dici liceat. 268. d. Nequitiæ operum perpetratio, plerumque pœna est præcedentium peccatorum. 131. b. 136. a. Peccatum nusquam est, neque in sua ipsius substantia deprehenditur. 284. b. c. Qui patitur alterum peccare, peccati reus fit. 224. e. & seq. Qui post deleta peccata rursum peccat, ipse judicium sibi parat. 131. d.
Quo-

Quomodo agendum sit cum his qui devitant graviora peccata, patiant vero leviora indiscriminatim. 268. d. e. & seq. Qua ratione persuadebit sibi unusquis esse se purum a peccatis. 269. e. & seq. Etiamsi quis peccat haud conscius se ipse non arguat; fidem tamen debet iis adhibere qui ser illius melius videre possunt. 270. e. Peccatorum multitudo nomquam nos a spe consequendæ veniæ debet dejicere. 219. a. & seq. Vide *Confessio*.
PECCATORES, quomodo habendi. 144. d. & seq. Qui in sua ipsorum nequitie perseverant, aversandi. 145. d. Iis maxime qui in peccatis versati fuerint. 220. e. & seq. Quomodo objurgandi. 232. e.
PERDICIS astutia. 64. b.
PEREGRINATIO, quomodo suscipienda. 262. b. & seq. Crebra & frequens interdicitur monachis. 287. e. & seq. Vide *Monachi*.
PERICLIS egregium facinus. 95. e. & seq.
PERPERAM agere quid sit. 226. d.
PERSEQUUTIONIS adversus Christianos descriptio. 76. c. d. 80. e.
PETITIO non omnino in verbis circumscribitur. 19. d.
PETRUS, timiditati humanæ traditus est, lapse eatenus ad metum utque ad cautionem. 85. a. & seq.
PHARAO, ob nimiam malitium insanabilis. 48. a. Quomodo induratus. *ibid.* & *seq.* Pharaonis irrita fuit astutia ad disperdendum Israelem. 84. c.
PHILOSOPHUS vere quis sit, quis fictitius. 95. b. e. Philosophi præ cæteris majori studio legendi. 94. c. Plerique virtutis laudem in suis scriptis reliquere. 95. b. Attente legendi. 93. c.
PICTURA exhibet oculis quæ docet historia. 79. e.
PIETATIS fructus. 99. d. Quidquid ad pietatem conducit, id nisi libenter ac studiose fiet, periculosum est. 239. b. Et jejunium & cibi usum pietas temperare debet. 240. e. Qui sibiipsi placiturus aliquid agit, a pietate excidit. 270. a. Quid pietatis cultori considerandum sit. 283. e. Institutio ea quæ fit per timorem, utilior est iis qui ad pietatem recens introducuntur. 379. d. Qui pro pietate decertans, non sunt defendi. 151. e.
PIGER quomodo emendandus. 283. a.
PII, si peccaverint, aliter ac peccatores objurgandi. 231. b. & seq. Cur aliquando in peccata delabantur pii. *ibid.*
PITTACI dictum. 96. e.
PLATONIS dictum. 97. d. Cur insalubrem Atticæ locum Academiam elegerit. *ibid.*
PNEUMATOMACHI Spiritum sanctum dicebant creaturam. 104. e. Horum sophismata proponuntur, diluunturque. 103. a. & seq. 104. b. & seq. Vide *Spiritus S.*
PŒNITENS sincerus quis sit. 218. d. Quomodo suscipiendus. *ibid.* b. Quis fictus. *ibid.* Quomodo habendus. *ibid.* Pœnitenti peccata remittenda. 219. a. Quid agere debeat is, quem pœnituit peccati, & rursus in idem peccatum labitur. 268. a. b.
POENITENTIA vere quæ sit. 35. d. 120. a. & seq. Peccato adæquanda. 41. b. Post mortem inutilis. 43. b. Rite & egregie peracta dat spem consequendæ veniæ. 219. e. & seq. Qui nunc pœnitentiam non agunt, ipsi gravius condemnabuntur quam ii qui ante Evangelium fuerunt condemnati. 108. a. Cujusmodi fructus pœnitentiæ dignus fiat. 218. d. & seq. 287. e. Pœnitentia Ninivitarum. 35. d. & seq.
POENA peccato exæquanda. 170. a. Quo animo irrogatæ pœnæ perferendæ sint. 207. e. 243. b. Qui ægre fert increpantem se, qualis sit. *ibid.*
POETÆ, historici, oratores quomodo legendi. 93. b. & seq. Vide *Gentiles*.
POLYPUS, colorem suum in subjectæ terræ colorem mutat. 98. c.
PRÆCEPTORUM divinorum utilitas comprobatur. 44. e. 60. d. Contemtus gravissime puniendus. 118. b. & *toto homilia passim*.
Series mandatorum Dei quæ sit. 176. b. Omnium mandatorum quæ a Deo nobis tradita sunt, conficiendorum vim & facultatem accepimus. 177. e. Præcepta Spiritus sancti perfici non posse qui dicit, impius est. 10. e. Refelluntur qui legem traditam impleri non posse calumniantur. 14. c. & seq. Cavendum est ne unius mandati obtentu alterum dissolvere videamur. 284. c. Nullum, ne difficillimum quidem, pigre ac segniter conficiendum. 197. d. Exsoluto uno, necesse est alia etiam simul absolvi. 19. e. 173. b. & seq. 174. a. & seq. 188. a. Nihil contemnendum est quasi parvum. 218. b.
Mandatorum Christi observatio, dilectionis testificatio est. 227. d. Præit vita æterna. 131. e. 170. b. Tria sunt animi discrimina, quibus ad obediendum impellimur. 173. e. Quomodo possit quis ex animo & cum alacritate Domini exsequi mandata. 246. d. Quomodo quis paratissimus erit ad se etiam periculis objiciendum pro Domini mandato. 250. e.
PRÆDICATORIS Evangelici officium quale sit. 254. d. 255. b. & seq. 256. b. & seq. 257. b. e. & seq. 258. c. d. & seq. et *tota regula passim*. 248. c. d. & seq.
PRÆFECTURA periculosa. 193. a.
PRÆFECTUS fratrum qualis esse debeat. 194. e. & seq. 236. b. c. 204. c. & seq. Mansuetudo morum & humilitas cordis characterem præpositi atque insigne constituunt. *ibid.* Quomodo præpositus increpare & objurgare debeat. 207. e. Indignatio in peccatum, misericordia in fratrem commonstranda. *ibid.* 234. c. Increpationis modus variis peccantium affectibus debet accommodari. 231. b. & seq. Nihil non adhibendum est ad curandum infirmum. 235. d. Quomodo delictum illius qui peccavit, corrigendum sit. 207. c. & seq.
Præfectus ita afficiatur quasi qui de singulis fratribus rationem redditurus sit. 193. e. 195. c. & seq. Omnes observet necesse est. 230. d. Qui e fratribus cœtu abjiciendi sint. 194. e. 206. e. Fratribus munere & officia, adhibito eorum qui ad hoc apti sunt judicio, designet. 235. a. Corporis viribus debet sua mandata attemperare. 331. a.
Præfectus deligatur ab iis qui primas obtinent in aliis fratrum conventibus. 204. b. Absentis vices supplere debet aliquis, qui ab ipso præposito & cæteris qui probandi periti sunt, designetur. 205. d. & seq.
Præfectus qui dotibus ad munus obeundum necessariis instructus sit, haud facile reperitur. 198. d. Si quando aberret, a quibus admonendus. 194. b. Non decet præfectum cum præfecta frequentes colloqui. 236. b.
Præfecti agendi ratio non est curiose examinanda. 206. a. Vide *Monachi*. Vide *Obedientia*.
PRECATIO est boni petitio. 19. d. In quibus collocanda. *ibid.* Omnibus anteponenda est. 178. a. & seq. Prolixa non sit. 147. a. Actiones singulas præcedat, comitaturque & subsequatur oratio. 19. e. & seq. In oratione quid cavendum sit. 261. a. Orationis effectus. 36. b. Socii precationis per eleemosynam quærendi. 69. d. Ab oratione non sine magno detrimento receditur. 115. c. Orationi sedulo incumbendum. *ibid.* e. & seq.
Quomodo quis attentionem in precando assequetur. 251. a. Non licet nobis quæcumque volumus petere. 261. a. Quibus de causis omnes non exaudiuntur. *ibid.* & seq. 279. d. & seq. Vide *Oratio*.
PRINCIPATUS optimæ disciplinam atque consensionem populorum conservat. 215. c. & seq.
PRINCIPES ac Magistratus debent esse vindices legum Dei. 164. a. In iis quibus mandatum Dei non præpeditur, obsequendum. *ibid.*
PRINCIPII acceptiones variæ. 72. a. b. c. Principia duo qui inducit, is duos deos prædicat. 123. b.
PRODICUS, vir non contemnendus. 94. d.
PROFESSIO monachi reditum ad sæculum interdicit. 168. d.
Professio emittebatur jam perfecta & absoluta ratione. 187. b. Testes hujus propositi adhibebantur Ecclesiarum præfecti. *ibid.* Post multam liberamque deliberationem, qui professus fuerat suscipiebatur, inter fratres annumerandus. *ibid.*
Post emissam professionem secedere quando liceat vel vetitum sit. 199. b. & seq. Futiles instabilitatis causæ refelluntur. 294. e. & seq. 295. e. & seq. Qui semel fraternitati spirituali alligatus est, ab iis quibus adjunctus est nullo modo resecari potest. 294. c. Qualem professionem a se mutuo exigere debeant qui simul secundum Deum vivere volunt. 217. d.
Utrum recipiendi sint ii quibus divitiæ non suppetunt. 232. a. 233. a. Utrum prius, qui fratribus traditi sunt, sit aliquid accipiendum ab eorum propinquis. 371. d. a. Utrum admittendus sit qui ad modicum tempus in monasterio degere vult. 234. c. d. Quomodo agendum cum iis qui tributorum exactores fuere. 233. e. Vide *Novitii*. Vide *Ascetica vita*. Vide *Monachi*.
PROMISSIONIS Deo factæ violator, prolato adversus Ananiam judicio efficitur obnoxius. 108. a. Christi dereliction crimen non effugiet. 109. b.
PROSPERITAS vitæ tentationis loco est compluribus. 24. e.
PROVERBII nomen varie accipitur. 53. e. b. Proverbiis Salomonis caput difficile. 52. e. Utilia ad omne vitæ genus ac institutum. 53. c. & seq. 54. a. & *tota homilia passim*. Qua de re Proverbiorum liber Salomonis nomine inscribitur. 53. d. e.
PROVIDENDUM præsenti & futuro. 39. b.
PROXIMUS, quomodo diligendus. 128. c. 246. a. b. 257. e. Proximi dilectio character est & nota Christiani. 178. e. & seq. Non quælibet molestia proximo illata charitati adversatur. *ibid.* Proximum peccantem si videris, cave judices. 85. e. Vide *Charitas*.
PRUDENTIA, una est ex generalibus virtutibus. 53. d. Duplex, vera & falsa. 257. e. 260. e. Quis sit prudens ut serpens, quis simplex ut columba. 258. d. e. Quis prudens apud semetipsum. 260. e.
PSALMODIA & precationum alternis vicibus inspicienda. 172. a.
PSEUDO-APOSTOLI qui sint. 266. d. e.
PUERI parentibus orbati suscipiebantur in monasteriis instituendi; qui vero a parentibus adducebantur, hi coram multis testibus assumebantur: haud tamen statim in fratrum corpore annumerandi. 186. c. Modus puerorum erudiendorum. *ibid.* & seq. Distincta erat puerorum & natu majorum habitatio & diæta. *ibid.* & seq. Precationes vero per diem institutæ, pueris & antiquioribus communes. 187. a. Pœnæ pueris impositæ. *ibid.* Memoriæ præmia proposita. *ibid.* Artes edocebantur ad quas videbantur idonei. *ibid.*
Pueri cum magistris suis interdiu manere possunt, sed noctu ad æquales suos, & ad cibum capiendum necessario transmittendi. *ibid.* Quomodo pietas & attentio animi ipsis instillanda. 187. e. Quomodo ab eorum magistris pueri delinquentes corrigendi. 207. e. Num conveniat ut in fratrum societate magister sit puerorum sæcularium. 288. b.
PYTHAGORÆ dictum. 97. a.

Q

QUADRAGENARIUS numerus venerabilis. 82. a.
QUADRAGESIMALE jejunium ubique & ab omnibus observatum. 6. e. Vide *Jejunium*.
QUADRAGINTA Martyres. 79. c. & seq. Non una erat ipsis patria. 80. b. Primos honores obtinuerunt. *ibid.* Christianos se confidenter fortiterque professi sunt. *ibid.* & seq. Blandimenta minasque despiciunt Præfecti. *ibid.* & seq. Is jubet eos omnes denudatos sub dio in media civitate congelatos mori. 81. b. Ipsi se læti exuunt. *ibid.* & seq. Lictor occupat locum militis, qui animo concidens, in balneum prosilierat. 82. e. d. Militis mors deflenda. *ibid.* Quomodo lictor ad Christum conversus. *ibid.* Cum cæteris consummatus. *ibid.* Quadraginta Martyres igni traditi sunt adhuc spirantes. *ibid.* Reliquiæ igni in flammam projectæ, regiones multas adornant. *ibid.* Unus e SS. Martyribus a sua matre impositus currui, cum sociis cremandus. *ibid.* & seq.

R

RACA vox contumeliam mitiorem significans. 288. a.
RAHAR pulcre astuta: pulcre itidem Rachel. 58. c.
REBECCÆ pulcra astutia. *ibid.*
REBELLIO & contradictio plura mala arguunt. 295. e.
REGIS officium. 53. a.
REGNUM cælorum quomodo suscipiendum. 240. d. 253. a. Quomodo angusta est via, & arcta porta quæ ducit ad vitam. 257. c.
RENUNTIATIO, est dissolutio simul vinculorum terrenæ hujus ac temporariæ vitæ, & humanorum officiorum liberatio. 184. b. Renuntiatio perfecta in quo sita sit. 183. d. & seq.

RERUM humanarum instabilitas describitur. 39. d. e. *& seq.*

RES sacræ non sunt profanandæ. 137. e. *& seq.*

RESURRECTIO mortuorum. 90. e. Post resurrectionem non sunt expectanda ea quæ sunt hujus ætatis propria. 251. d.

RISUS ambiguum est nomen. 188. e. Nimius lugendus. *ibid.* Moderatus indecorus non est. *ibid.* Christus nusquam risu usus. *ibid.* Non decet Monachos. 221. d.

S.

SABELLIANORUM errores exponuntur ac refellantur. 101. *& seq.* 102. a. b. *& seq.* Unam Patris & Filii personam profitentur. 101. e. Pugnant cum Anomœis. *ibid.* Utrasque blasphemiæ per evangelicas voces obtuentur. *ibid. & seq.* Vide *Trinitas*.

SÆCULI renuntiatio. 108. e. Ad sæculum nemo sine animæ condemnatione revertitur. *ibid. & seq.* Sæculo nuntium missurus monachorum cœtum adi, res quæ ad te pertinent constanter derelinque, amicos dimitte ac familiares. Magnopere cura & provide ut vitam tuæ vitæ ducem reperias. Huic, tuam omnem voluntatem exspuens, teipsum trade. 110. e. *& seq.* Magistrum non tecum ad tua vitia descendentem si requiris, frustra renuntiationis certamen subiisti. *ibid.* Vide *Ascetica vita.* Vide *Monachi*.

SAL quid sit quod habere Dominus jussit. 262. e.

SALOMON Rex Israel libri Proverbiorum auctor. 52. e. Tres omnino saperfunt ab eodem conscripti libri. *ibid.* Ad diversos hominum status referantur. 53. e. Vide *Proverbium*.

SALUS sine pugna non obtinetur. 128. d.

SANCTI, quantum in nobis est, imitandi. 137. a. Sanctorum gesta præclaraque facinora non sine fructu narrantur. 76. e. *& seq.* 79. e. Incitamenta sunt ad virtutem. *ibid.* Sancti quomodo laudandi. 76. b. *& seq.* 80. b. 99. a. b.

SANITATIS beneficium cum gratiarum actione recipiendum. 209. e.

SAPIENTIÆ definitio. 53. b. Fructus. *ibid. & seq.* 54. a. Iis maxime videtur incomprehensibilis, quibus per Dei gratiam cognitio major accessit. 161. d. Præparatio ad comparandam sapientiam requisitus. 54. d.

Sapientia & prudentia pariunt quandoque elationem. 84. e. Dei sapientia si desit, nullius sunt momenti. *ibid.* Vide *Genuslex*.

SAPIENTIS nomen ambiguum. 59. d. e.

SATIETAS mortem intulit non paucis. 88. b. Vide *Ingluvies*.

SCANDALUM quid sit. 138. b. Non dandum. *ibid.* 220. e. Quandoque & a bonis rebus abstinendum ut vitetur. 228. e. b. *& seq.* Quin etiam res non necessariæ tacendæ. 182. a. attamen Dei voluntas absque metu scandali perficienda. *ibid.* 228. e.

Scandalum dare quid ut, & quomodo illud cavendum. 228. b. c. *& seq.* Oritur scandalum pluribus ex causis. *ibid.* Quidquid scandalum affert excindendam. 140. e. Dignitas scandalum dantis, scandali crimen auget. 228. d. e.

SCHISMATICI non sunt membra Christi. 116. a.

SCRIPTURÆ sacræ singulari studio evolvendæ. 72. a. Ad futuram vitam deducunt. 93. b. Quid in Scripturæ sacræ verbis intelligendum sit. 206. a. Quæ in Judaico cultu habetur notitia scripturarum, ea puerilis animi motibus comparatur: & contra notitia per Evangelium acquisita, viro jam in omnibus perfecto convenit. 221. e. Scriptura sacra plerumque vice vaticinii usa est imperativo loquendi genere. 239. a.

Scripturæ sacræ usus. 137. e. b. *& seq.* Ad cujusque conditionem accommodandus. 235. e. In his quæ a Scripturis permissa sunt non hæsitandum. 145. d. Quidquam in divinis Scripturis addere aut demere, manifestus est a fide lapsus & superbiæ crimen. 220. b. Quæ ambigue & obscure videntur dicta fuisse in quibusdam Scripturæ locis, ex ea confessis ac manifestis aliorum locorum sententiis explanantur. 206. e. *& seq.*

Scripturas sacras interdum furatus est diabolus. 72. a. Sacrarum librorum lectio monachis præcipitur. 114. b.

SELEUCIS avis insatiabilis. 31. e.

SENSUUM nomina ad animæ potentias transferri possunt. 58. d. *& seq.*

SEPULTURÆ vanus apparatus. 33 b. Pulchra sepultura, pietas. *ibid.*

SERMONIS usus quamobrem hominibus impertitur. 9. a. Naturalis sermonis munus quale sit. *ibid.* Spiritus sancti sermo contractus est ac brevis. *ibid.* Sermo verus quis sit, quis varius & artificiosus. 55. e.

Sermonis versutia. 103. e. Sermonibus pravis assuescere, quædam via est ad ipsa facta. 93. e. Sermo otiosus. Vide *Verba otiosa*. Sermo ascetarum qualis esse debeat. 289. e. *& seq.*

SERVI, suis secundum carnem dominis quo affectu servire debeant. 163. e. Ad monasterium accedentes, quando ad dominos suos remittendi. 185. b. e.

SICCITATIS descriptio & effectus. 34. d. e. *& seq.*

SICERA Hebræis quid sit. 48. e.

SILENTIUM monachis injunctam. 271. b. & Virginibus. *ibid.* Novitiis utile. 186. e. Silentii fructus. *ibid.* Ii qui præficiuntur fratrum conventibus, de negotiis suæ inter se colloqui debent. 207. e. Silentium Psalmodiæ tempore præscribitur. 246. c. Silentii utilitas unde probatur. 251 d. e. Ascetis instabilibus facultas loquendi danda non est. 288. b.

SINCERUM quid sit. 262. e.

SOCIETAS vitæ perfectissima quæ sit. 291. e.

SOLIS essentia ignoretur. 104. b.

SOLITUDINIS fructus. 77. b. 280. d. *& seq.* Pericula. 181. b. *& seq.* 180. d. *& seq.*

SOLON a Basilio laudatus. 94. e. Solonis dictum. 97. d.

SOMNUS sit exercitatio pietatis. 20. b. Immodici soporis causæ. 212. e. Quomodo propulsandus. *ibid.* Quomodo quis auscultare debeat expergefacienti ad precandum. 224. e. *& seq.* In somniis cum vitæ nostræ studiis convenientia est. 20. e. Turpium visorum noctu contingentium causæ quæ sit. 261. e.

SPECTACULUM miserabile. 60. b. 68. d.

SPEI Christianæ effectus. 15. a. Spes in bonis operibus non ponenda. 130. e.

SPIRITUS sancti divinitas declaratur. 71. b. e. 103. e. *& seq.* 104. e. *& seq.* Effectus describuntur. 71. e. *& seq.* Propriam, ut Filius, personam habet. 103. e. Non idem qui Filius. *ibid.* Eidem & Patri inseparabiliter conjunctus. *ibid.* Ejusdem naturæ. *ibid.* Conjungitur cum Patre, ex eo quod ex Patre procedit: cum Filio vero, propterea quod Christo conjungit credentes in ipsum. *ibid.* Ex Deo est arcano quodam modo atque ineffabili. 104. e. Operatur omnia in omnibus. 116. d. Sublato Spiritu, tollitur & Trinitas. 223. b. Qui inter creaturas numerant Spiritum sanctum, ut baptismum imperfectum, ita faciunt confessionem fidei imperfectam. *ibid.* Qui non honorat Spiritum, is nec Filium honorat. 105. b.

Quomodo quis efficiatur dignus qui fiat Spiritus sancti particeps. 251. e. In Spiritum sanctum blasphemi qui sint. 219. b. 264. d. Proponuntur sophismata contra divinitatem Spiritus sancti. 103. e. Diluunturque. 104. b. *& seq.* Vide *Trinitas*.

STULTUS in hoc sæculo quomodo quis efficiatur. 264. e. *& seq.*

SUFFITUS & unguenta prohibentur. 97. e.

SUPERBIÆ auctor & impulsor diabolus. 83. a. Multiplicibus ex causis nascitur. *ibid. & seq.* Vide *Elatio*.

SUPERFLUA pauperibus eroganda. 142. e. Vide *Eleemosyna*.

T.

TALENTUM quid sit, aut quomodo illud multiplicabimus. 239. d.

TEMPERANS quis vere sit. 188. a.

TEMPERANTIÆ definitio. *ibid.* d. Fructus 187. e. 189. b. Necessaria ei qui pie vivere vult. 189. e. Frenum est ad libidinem. 188. e. Sancti omnes temperantiæ laude fuerunt spectati. *ibid.* Perfecta temperantiæ ratio quæ sit. *ibid.* Quomodo servanda. 189. e. Pro suis quisque viribus temperantiam debet colere. 283. b. Non sola ciborum abstinentia circumscribitur. 293. e.

Temperantiæ atque frugalitatis suprema regula. 16. e.

TEMULENTIÆ variæ genera. 5. e. *& seq.*

TEMPLA, quam ob causam adeunda. 202. d. *et seq.*

TEMPUS, præsens ad quid concessum. 127. a. Pœnitentiæ & veniæ peccatorum tempus est, in futuro vero sæculo erit justum judicium remunerationis. 226. b. Tempus cujusque rei proprium agnosce. 232. b. 133. e. Omne tempus ad ea quæ Deo placent agenda opportunum est. 132. b.

TENTATIONUM duplex genus. 24. e. Nemo debet seipsum objicere tentationibus antequam Deus permiserit, imo quisque debet orare, ut ne incidat in tentationem. 234. b.

TERRA, ad incolas puniendos damnatur infecunditatis. 34. e. *et seq.*

THEOGNIDIS dictum. 97. d.

THEOLOGIÆ fructus. 53. b.

THESAURUS bonus quis sit, & quis malus. 257. e. Thesauri quomodo in cælo colligendi. 142. e. Vide *Eleemosyna*.

TIMOR, animæ expurgatio est. 54. d. *& seq.* utilis iis qui ad pietatem recens instituuntur. 179. d.

TIMOTHEUS musicæ artis peritissimus. 96. e.

TRADITIONIBUS humanis haud insistendum 241. d. Quæcumque a Domino per Evangelium & Apostolos tradita fuere, servanda sunt. 131. b.

TRINITAS est trium incorporeorum perfectorum. 103. a. Trinitatem complent Pater & Filius & Spiritus sanctus. 70. e. Singularum personarum divinitas comprobatur. *ibid. et seq.* 71. d. *et seq.* Unaquæque persona propriam habet hypostasim. 73. e. Personæ haud confundendæ. 102. e. *et seq.* 193. d. nec propter secretionem personarum, dissimilitudo inducenda. 102. e. *& seq.* Quid causæ sit cur personæ plures unum solum Deum constituant. 103. a. Personarum Trinitatem negant Sabelliani. 101. e. Vide *Sabellians*. Vide *Natura divina*.

TRISTITIA nimia causa fit peccati. 37. e. Tristitia secundum Deum quæ sit, & quæ mundi. 249. d. Vide *Lacryma*.

TYRANNUS a Rege differt. 53. a.

V.

VERBA otiose proferenda non sunt. 231 e. Ex cujusmodi verbis otiosus sermo judicetur. 221. b.

VERBI vox multiplicem habet intelligentiam. 73. a. Cur secunda in Trinitate persona VERBUM a Joanne dicta sit. *ibid.* Vide *Dei Filius*. Quid discriminis sit Verbum Divinum inter & verbum humanum. 101. e.

VERITAS est primarius animæ fructus. 93. a. Nuda absque patrocinio ipsa semet ostendit. 99. b. Haud contegenda ornatu verborum. *ibid.* Quomodo quis veritatem in injustitia detinet. 229. e.

VERSUTIA sermonis. 55. e. Vide *Sermo*.

VESTIUM usus quis sit. 192. b. Quis amictus ille honestus ab Apostolo traditus. 230. e. Comparandus est monachis vestitus qui ad omnia sufficere possit. 192. d. Vestium superfluitas damnatur. 96. d. 198. a. Vide *Monachi*.

VICTUS ratio monachis præscripta hæc est, ut neque ad voluptatem, neque ad affectationem carnis respiciat. 169 d. Optimum est, si ob nullam victus necessitatem in publicum prodire cogantur. *ibid.* Omnia quæ nobis apponuntur degustanda. 189. a. In alimentis capiendis damnum satietatis vitandum, & ab his quæ ad voluptatem parata sunt penitus abstinendum. *ibid.* Quæ sit sollicitudo laudabilis de rebus ad vitam necessariis. 264. e.

VIDUARUM vitæ qualis esse debeat. 163. e.

VIGILANTIÆ christianæ præmium. 87. b.

VINUM ad quid homini concessum. 6d. a. Monachis ad medelam concessum. 169. e. Vini usus qualis esse debeat. 5. e. 24. a. Effectus. 67. e. *& seq.* Abusus. *ibid. & tota homilia passim*. Vino obruti descriptio. *ibid.* Vide *Ebrietas*.

VIOLENTI quinam sint qui regnum cælorum rapiunt. 133. d.

VIRGINITATIS donum in quo positum. 168. b. Fructus *ibid.* Vitium quodlibet virginitati adversatur. *ibid.*

VIRGINUM vitæ qualis esse debeat. 164. b. quo tempore fieri debeat virginitatis professio. 187. e. Qui in virginitate vitam agere non vult, is coram testibus dimittatur. *ibid.* Vide *Ascetica vita*.

Virginum conventus eamdem atque monachi regulam profitebantur. 171 d. Una cæteris præerat, cui tenebantur in omnibus parere. *ibid.* Sola antistita de rebus necessariis cum viro aliquo sermonem habere poterat, una aut altera ex sororibus secum præsente. *ibid.* Quis sit modus colloquendi cum fratribus. 196. e. *& seq.*

Virgines lanificio operam dabant. 242. d. Quæ psallere non vult, aut corrigenda, aut expellenda. 266. e. Pœna virginibus delinquentibus imposita. 275. a. *& seq.*

VIRI propria laus quæ sit. 99. b. Vide *Homo*.

VIRTUTIS definitio. 277. b. Virtus ex voluntate non ex necessitate proficiscitur. 43. b. Penes nos est, & a studioso potest acquiri. 52. e. Aspera primum est & accessu difficilis, sed vitio jucundior ei qui eam consequutus fuerit. 94. e. Ex possessionibus sola est, quæ nequeat auferri. *ibid.*

Virtus honoratur, non divitiæ. 99. d. Viaticum

Digitized by Google

ticum est ad senectutem. *Ad vitam æternam festinantes nos præcurrunt virtutes.* 89. b. Veræ divitiæ sunt. *ibid.* 90. a Summa studio comparandæ. *ibid.* Quæ in animo solo adolescunt virtutes, omnes omnibus æqualiter excolendæ. 283. d. Vitio virtus asperior non est. 64. a. Cohortatio ad virtutem comparandam. 98. e. *& seq.* Virtutis laus poesis Homeri. 94. a.

VISIO. 104. c. Obscurum est utrum suscipiamus formas rerum visibilium, an virtutem quamdam ex nobis ipsis emittamus. *ibid.*

Visorum noctu contingentium causa quæ sit. 121. a. Vide *Somnus*.

VITA hominum via est. 87. a. b. *& seq.* Fluvius continuus fluxus. 92. b. Quomodo traducenda. 87. d. *& seq.* Nihil juvat vita cum viris justis transacta, nisi vitam illorum moribus nostris exprimamus. 233. a.

Vita quæ simul cum pluribus agitur ad multa utilis. 181. a. Anteponenda solitariæ vitæ. *ibid. & seq.* 182. d. *& seq.* Vitæ communis encomium. 191. a. *& seq.* 292. a. *& seq.* Societas vitæ perfectissima quæ sit. 291. a. Quomodo curanda. 252. a. b.

Vita pro Christo profundenda. 79. d. 151. a. Vitæ præmia verbis explicari non possunt. 96. c. Non dantur nisi multos labores perpessis. *ibid.* 171. e.

Vita duplex est, altera carnis propria, altera animæ cognata. 20. d. 38. d. Dignior providendam. *ibid.* Optima ab unoquoque seligenda. 98. a. Vitæ negotiis sæculi implicatæ pericula describuntur. 181. b. a. *& seq.* Vitæ terminus unicuique ab initio constitutus. 40. a.

VITII definitio. 177. a. Vitio timiditas atque audacia inest. 102. a. Non omnia animi vitia manifesta sunt omnibus. 222. d. Nullum parvipendat vitium. 110. a. Obnoxius vitio inemendabili expellendus. 257. a

ULTIO prohibetur. 144. a. *& seq.*

VOCIS modum præfinit audientium necessitas. 242. b.

VOLUPTAS est hamus diaboli. 63. d.

Voluptatibus inservire quid sit. 190. c. Omnis diligentia in eo ponenda est, ut ne animi altitudo ab insurgentes voluptates opprimatur. 293. d.

Uxor cur homini concessa. 109. a. Uxorem qui duxit, is continentiæ rationem redditurus est, ac liberorum educationis. *ibid.* Præcepta evangelica observare tenentur perinde ac monachi. *ibid.* imo custodia majore opus est ad obtinendam salutem. *ibid.* Patriarcharum atque prophetarum exempla proponuntur conjugio copulatis. *ibid.*

Vir ab uxore, & uxor a viro quo casu separari possunt. 162. d. Non licet viro uxore dimissa aliam ducere. *ibid.* Conjugio copulatorum officium. *ibid.* 169. b. Connubio juncti quomodo ad vitam monasticam admittendi. 185. e.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM
QUÆ IN APPENDICE INVENIUNTUR.

A

ABRAHAM tentationibus probatus. 372. d.
AMEN vox cur in evangeliis repetita. 339. d.
APIS exemplum quam propositum. 323. c. Apis dum ulciscitur se, plagæ immoritur. ibid. Apis proprietatem. 324. a. b. Ex eodem flore & mel, & ceram colligit. ibid. Quo artificio favos construit. ibid. d. Animal regale est. ibid.
ASPECTUS nefandi cur omnino fugiendi. 384. c. & seq. 385. c. d.
ASSYRII, sepulturam mortuis denegabant. 374. c.
AVARI descriptio. 307. c. & seq.
AVARITIA radix malorum omnium. 385. c. & seq. Ejus effectus. ibid. & seq. Avaritiæ morbus nusquam conquiescit. 307. c. Igne ipso asperior est. ibid. Cohortatio ad fugiendam avaritiam. 308. c. & seq. 385. b. & seq.

B

BAPTISMA Christi humanum nomen captum superat. 330. d. Ejus excellentia. 331. c. & seq. Mosis & Joannis Baptismate longe excellentius. 330. e. & seq. Quæ sit differentia inter Mosis & Joannis Baptismum. ibid. Similitudo est crucis & mortis, & sepulturæ, & resurrectionis mortuorum. 334. c.
Baptisma, quare unum. 318. c. Ejus effectus. 304. d. & totis libris de Myst. Baptismi gracia quomodo operatur. 332. a. & seq. Qua ratione ex aqua generari oportet. 330. d. Quid baptismi susceptionem debeat præcedere. 326. a. b. & seq. 329. b. 339. d. Gratia Dei præeat necesse est. 331. e. Qui baptizatur, in Trinitatem baptizatur. 303. a. Quid sit baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. 336. d. & seq. 337. a. & seq. 338. c. & seq.
Baptizati officia quæ sint. 304. e. & seq. Pacta ipsius cum Deo. 341. a. Oportet regeneratum exinde divinorum mysteriorum participatione nutriri. 339. a. & seq. Quisquis evangelii Baptismate baptizatus est, debet secundum evangelium vivere. 341. a. & seq. Quis sit baptizatus in mortem Domini. 333. a. & seq.
BENEFICIA benignitatis Dei per Incarnationem collata. 327. d.

C.

CALAMITATES quo animo perferendæ. 371. d. e. & seq. Utiles sæpius. 378. c. & seq. 775. d. Gratulanter accipiendæ. 375. b. & seq. 376. a.
CERTAMEN ad placendum Deo susceptum quale sit. 330. b. c.
CHARITAS mandatorum radix. 317. c. Quæ in Christo est, necessario conjunctam habet mandatorum observationem. 332. c. Quæ citra charitatem fiunt, etiamsi præcepta & justificationes sint, pro iniquitatis operibus habentur. 338. c. & seq. Sine charitate justificationum opera nihil profunt. 340. d. Nulla res grata est & accepta. 340. d.
CHRISTI generationis officine. 311. e. Principia, quæ sint. ibid. Dignitas. 313. d. & seq. Causæ. 311. c. 318. e. Christi æterna generatio colenda silentio est. 310. a. 318. a. 313. a. Generationis divinæ modus ratiocinationibus ullis excogitari, neque ullis humanis verbis exponi potest. 310. b. & seq.
Christi caro quomodo concepta. 311. a. Quomodo sit in Christi carne divinitas. 312. a. & seq. Propterea Deus in carne est, ut lethalem in ea mortem enecet. ibid.
CHRISTUS, cur e Virgine & desponsata conceptus. 311. c. & seq. Cur vocatus Jesus. ibid. Cur mortem suscepit. 318. d. Quomodo quis Christo crucifixus est. 333. e. & seq. Christi obedientia innumerarum bonorum præmium. 333. d.
CHRISTIANIS mors est redditio mali. 324. b. & seq.
CORPORI Christi quomodo communicandum. 305. d. 340. d. e. & seq. In communione corporis Christi quid cavendum sit. ibid. Integritas ad corpus Christi tuto ac secure edendum requisita, qualis sit. ibid. 342. d. & seq. Corporis Christi veritas in Eucharistiæ sacramento declaratur. 340. d. e. 342. a.
Corpus post resurrectionem immutandum. 377. c. & seq. 378. c. d. & seq.
COETUS publici ad quid constituti. 307. e.
COMETARUM origo quæ sit. 313. b.
CONSCIENTIÆ discussio præscribitur. 387. e. Ejusdem utilitas. ibid.
CONSORTIA, quæ consectanda, quæ refugienda sint. 388. d. e.
CONTINENS quis vere sit. 387. d. e.
CONVENTUS publici cur instituti. 317. b. c.

D.

DAMULÆ proprietates quæ sint. 322. e. In quibus imitanda. ibid. & seq.
DEUS quomodo diligendus. 383. a.
Dei Filii divinitas probatur. 318. c. Cave tollas ob Verbi nomen Unigeniti hypostasim. 319. b. Cur Unigenitus ad dexteram Dei sedet. ibid.
Deorum multitudo prorsus detestanda. 317. c. & seq.
DIABOLUS non statim conditus est; sed Angeli potestate accepta, conversus est in dæmonis naturam. 308. c. Diaboli vitium proprium invidia est. ibid. In hominem qualis fuerit. ibid. & seq. Hominem e paradiso dejecit. 309. d. Diaboli commenta ad decipiendum hominem. ibid. Per desponsationem virginis deceptus ipse est. 311. e. Diabolus osor hominum est & Dei hostis. ibid. Deum impetere cum non posset, in imaginem Dei malignitatem suam effudit. ibid. 309. c. Homini adjutor est ad peccata. ibid. Hominem peccato mancipatum ad mala quæ non volt inducit. 326. e. Impossibile est propriis viribus offendiculi versuti hostis vincere, nisi insuperabilis potentia Dei succurrat. 314. d. e.
DILECTIONIS necessaria testificatio observatio est mandatorum. 338. b.
DISCIPULUS quis sit. 326. a. Discipuli Domini partes quæ sint. ibid. & seq. 327. d. e. & seq. Fieri non potest ut qui peccatum patrat, aut hujus vitæ negotiis implicatur, aut de rebus ad vitam necessariis sollicitus est, servus sit Domini, nedum discipulus illius. 326. e. & seq. Unumquemque discipulum Domini fieri necesse est. ibid. e. Quomodo quis efficiatur dignus Domini discipulus. 328. b. c.
DIVES multis vitiis obnoxius est. 306. e.

E.

EBRIETAS quid sit. 387. b. Ebrietatis effectus. ibid.
EREMI encomium. Vide Solitaria vita.
ESAIÆ locus. 7. 14. Ecce Virgo, &c. de virgine, non vero de puella intelligendus. 311. d. e. & seq.

F.

FIDES quæ sit. 318. b.
FORMICA, in quibus imitanda. 323. c. d. & seq. 320. d. Formicæ proprietates. 323. c. & seq. Frumentum diffidit medium, ut ad alimoniam aptum sit & ad germinationem inutile. ibid. e. Madidum si fuerit, Productum e suis specubus exsiccat. ibid. Formicina caverna quomodo constructa. ibid.

G.

GRATIA Dei novam generationem præeat necesse est. 331. a. Gratia Dei quomodo conservanda. ibid. Gratiæ Dei effectus describuntur. 327. e.

H.

HOMO Dei manibus conformatus. 308. c. Cur rationabile animal conditus. 384. d. Cur in paradiso non tentatur, sed mollet seducte. 309. b. a. Cur lapsus. 320. e. Per diabolum e paradiso dejectus. 309. d. Qualis in hac vita sit. 319. c. & seq. Per pœnitentiam reparandus. ibid. e. & seq.
Collata homini beneficia recensentur. 308. b. & seq. 383. e. & seq. Quomodo accipit libertatem a peccato. 327. c. Homo pacificus quis sit. 384. b. c. & seq. Homo homini per se æqualis: discrimen si quod sit, ex virtute, non ex divitiis repetendum. 306. d. a. & seq.
HUMILITATI præ omnibus studendum. 385. c. & seq. Humilitatis effectus. ibid.

I.

JEJUNIUM ecclesiastica lege sancitum. 324. b. Omnibus omnino præscriptum. ibid. In quibus positum. ibid. Jejunium cum oratione, maximum subsidium contra dæmones. ibid. Jejunium verum quale sit. ibid. Jejunii utilitas. ibid. & seq.
Jejunium vigiliis copulandum. 387. a.
Jejunii utilitas. ibid. Jejunium comitetur humilitas. ibid.
IGNIS cœlestis quis sit quem Deus misit in terram. 320. c. & seq. Ejusdem effectus. ibid.
INIQUUS quis sit. 348. e. Societas cum iniquis fugienda. 349. e. Quot modis societas cum iniquis haberi possit. 330. a. et seq.
INOBEDIENTIA in quibus posita. 345. a. b. et seq.
INVIDIÆ effectus. 384. c. Invidia malum est pessimum. ibid. Vitium quodcumque diaboli proprium. 308. c. 303. c. Nec potest verbis explicari, nec medelam admittit. ibid. Exterminanda invidia est. 384. d.
INVIDUS conferendis beneficiis efficitur morosior. 309. d. Invidi descriptio. 384. b. a.
JOANNIS baptisma quale fuerit. 330. d.
JOB, gravissimis casibus jactatus, patientiæ exemplar. 374. c. et seq.
JOSEPH, cur voluerit occulte dimittere Mariam. 311. c.
JOSEPH, multa tentamenta perpessus. 372. a. et seq.
IRACUNDUS quis sit. 306. d. Fugiendus. 307. a. b. Hominis ira perciti descriptio. 306. d. et seq.
JUSTUS, cur afflictus. 371. e. et seq. Nullos absque tentationibus de hoc mundo migravit. 372. d. Non aliter nisi in laboribus & adversis justi clarum. 375. b.

L.

LACRYMÆ utiles. 388. e. d. et seq. Lacrymarum effectus ad delenda peccata. 320. d. e.
LEVIA qui videt quare laudandus. 306. c. Quomodo levia videnda. ibid. et seq.
LIBERI, quomodo educandi. 307. e. et seq.
LIBERUM arbitrium in quo positum. 319. d. Peccati occasionem per liberum arbitrium aboleri non possunt. ibid.

M.

MAGI, unde orivadi. 312. e. Cur digni habiti qui Christum adorarent. ibid. Munerum Christo oblatorum interpretatio mystica. 313. b.
MARIÆ integritas, etiam post partum, declaratur. 312. c. et seq.
MILITIS Christi officium. 382. c.
MORS, ante oculos semper habenda. 389. c. d. Mortis stimulus etiamnum homini infixus. 319. e.
MOSIS baptisma quale fuerit. 330. c.

O.

OBEDIENTIA in omnibus Deo absque ullo personarum respectu reddenda. 330. e. 331. e. Sustinenda est tentatio quævis pro servanda erga Deum obedientia. 330. d. et seq.
ODIUM quale sit quo jubemur odisse patrem & matrem &c. 338. d.
OPERA infructuose quæ sint. 349. b. c. Quid sit infructuosorum operum participem non esse. ibid. b. Operum infructuosorum participatio in omnibus vetita. 350. d.
OPUS quodvis quomodo inchoandum. 386. e.
ORATIO. munimentum grande est animæ. ibid. b. Ad orationem quomodo accedendum. ibid. c. In oratione quid cavendum sit.

Digitized by Google

fit. *ibid.* d. *et seq.* Orationis effectus. *ibid.*
OTIOSITAS circa mandata Dei fugienda. 323. a.

P.

PACIS fructus qui fint. 384. b. c. d.
PANTHERIS infita est quædam naturalis in hominem ira. 310. e.
PASTORI tutior est operatio in paucitate, quam in multitudine gregum. 321. b. Eorum solum qui sibi concrediti sunt curam suscipere quisque debet, nisi dilectio Dei & proximi aliud suadeat. 351. d. e. *et seq.*
PATIENTIA, virtus animæ maxima. 384. d. Patientiæ fructus. *ibid.*
PECCATUM plaga animæ est. 309. d. Peccatum sequitur animam, quemadmodum umbra corpus. 307. e. Gratiam nobis per regenerationis lavacrum collatam abolet. *ibid.* Etiam post peccatum spes est. 317. b. Per solum crucis mysterium abolentur. 319. d. Ei qui peccato servit, justitiæ opus facere non licet. 346. b. Peccatorum data venia confert libertatem a peccato. 318. b.
PERFECTUS quis fit. 388. e.
PERSONARUM ratio nulla habenda est. 304. c. d.
PETRUS quomodo petra. 315. e.
POENITENTIA, non procrastinanda. 389. b. Ejus utilitas. 314. b. Cur instituta. *ibid.* Refelluntur qui lapsis negant pœnitentiæ locum. *ibid.* *et seq.* 315. c. *et seq.* Datur pœnitentiæ locus etiam post baptismum. *ibid.* 316. d. *et seq.* Quibus pœnitentia non fit. *ibid.*
PIGRITIA gravissimum peccatum. 302. e. Impedimento est ad cursum salutis. *ibid.* Formicæ exemplum pigro propositum. 323. c. *et seq.* 323. d.
PRÆCEPTA quomodo implenda. 346. a. *et seq.* In his consequendis tempus, persona, res, modus, ordo, ... denique observandus. *ibid.* 340. ... *et seq.* 347. b. *et seq.* 348. b. *et seq.*
PROSPERITAS rerum periculosa. 375. d.
PROVIDENTIA Dei per omnia pervenit ad nos. 323. e. Res nostræ irrationabili & spontaneo casu non reguntur. *ibid.*
PROXIMUS quomodo diligendus. 383. d. e.
PSALMI quo affectu canendi. 386. c.

R.

REGNO cælorum quomodo quis dignus fit. 329. e. *et seq.* Unius præcepti transgressio excludit e regno cælorum. *ibid.* e. *et seq.*
RESURRECTIO mortuorum. 377. e. Caro induet immortalitatem. *ibid.* Error de resurrectione mortuorum refellitur. *ibid.*
RISUS perniciosus. 388. d. e.

S.

SACERDOTII novæ legis excellentia. 342. a. Morum integritas Sacerdotibus præscripta quæ fit. *ibid.* Sacerdotii mysteria in profanis locis non celebranda. 346. b.
SALUS propriis viribus obtineri non potest. 319. a. b.
SCANDALI definitio. 350. e. Species variæ. *ibid.* Scandalum aliud vacat periculo. *ibid.* aliud habet periculum. *ibid.* Judicium in scandali auctores prolatum. 351. a. *et seq.*
SCRIPTURÆ facræ utilitas. 377. b. *et seq.* Assidue legendæ sunt Scripturæ. *ibid.* Interioris hominis cibus sunt. 386. d. Medelam cuilibet vitio convenientem habent. 305. b. c. *et seq.* 306. c. Faciei nostræ speculum sunt. *ibid.* Omnes Scripturæ partes ejusdem pretii sunt. 321. a. Scripturæ verba quomodo accipienda. 331. b. c. Omne verbum ex Dei ore procedens indubitanter suscipiendum. 343. b. Quid agendum fit cum aliqua Scripturæ loca vel præcepta tum obscura sunt, tum aliis ejusdem Scripturæ locis vel præceptis videntur repugnare. 343. c. *et seq.* Præcepto cuilibet obsequendum, etiamsi singulis conjunctæ pœnæ in Scripturis sint. 344. e. *et seq.*
SOLITARIÆ vitæ laus. 379. b. c. *et seq.*
SOMNUS quid fit. 321. b.
SPIRITUS essentiæ divinæ, non naturæ creatæ est. 303. a. *et seq.* Non factus, non creatus secundum naturam. *ibid.* b. Variæ Spiritus sancti operationes. *ibid.* *et seq.* Quomodo intelligendus Spiritus oris Dei. 304. d. Ex ore ineffabili prodit ineffabili modo. *ibid.*
Spiritum inter & litteram quid fit discriminis. 336. c.
STELLA quæ Magis apparuit, qualis fuerit. 312. c. *et seq.*
SUPERBUS diabolo similis. 386. a. Superbiæ effectus. *ibid.* *et seq.*

T.

TENTATIO utilis. 372. d. 375. b. Ad castigationem atque probationem nostram inducitur. *ibid.*
TOBIAS, tentationibus afflictus. 374. d. *et seq.*
TRADITIONES humanæ quomodo habendæ. 336. e.
TRINITAS, supra creaturam est. 304. a. Una operatio est Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *ibid.* Unum Patrem, unum Filium, unum Spiritum sanctum confiteamur oportet. *ibid.*
Trinitatis mysterium multitudinem deorum prorsus excludit. 318. a. *et seq.* Singularum personarum proprietates declarantur. *ibid.* *et seq.*


V.


VERBUM quomodo intelligi oportet. 304. d.
VIGILIÆ utiles quæ fint, quæ inutiles. 386. d. e. Vigiliis jejunium copulandum. 387. b.
VINUM, cur homini concessum. 387. e.
VIRGINITAS libera. Post votum emissum omnino servanda. 384. c. d. *et seq.*
VIRTUTES animæ quæ fint. 382. d. *et seq.*
VITÆ novitas quid fit, & quomodo in ea ambulandum. 333. e. *et seq.*

FINIS.

98 ...263

Digitized by Google


Digitized by Google



Digitized by Google